



SANCTAE ECCLESIAE FLORENTINAE MONVMENTA

SANCTAE
ECCLESIAE FLORENTINAE
MONVMENTA
AB IOANNE LAMIO
COMPOSITA ET DIGESTA

QVIBVS NOTITIAE INNVMERAE
AD OMNIGENAM ETRVRIAE ALIARVMQVE REGIONVM
HISTORIAM SPECTANTES CONTINENTVR.

TOMVS II.


Ecclesia Metropolitana Florentina, et Baptisterium S. Ioannis

FLORENTIAE. ANNO MDCCLVIII.
Ex Typographio Deiparae ab Angelo Salutatae.

CENSORIBVS ADPROBANTIBVS.

MEMORABILIA
SANCTAE ECCLESIAE
FLORENTINAE.

LIBER SECVNDVS.

A. Ch. 313



Onstantinus Augustus Legi Christianae usque fovendae, & paci ac tranquillitati Imperii conservandae, semper intentus, aliam pro Christianis una cum *Licinio* legem tulit, quam nobis Auctor libri *De Mortibus Persequutorum*, atque *Eusebius* Caesariensis, servaverunt [a]. Ea est, quae sequitur: *Iamdudum quidem, quum animadverteremus, non esse cohibendam religionis libertatem, sed uniuscuiusque arbitrio, ac voluntati, permittendum, ut ex animi sui sententia rebus divinis operam daret, sanximus, ut, cum ceteri omnes, tum Christiani, sectae ac religionis suae fidem, atque observantiam, retinerent. Sed quoniam in eo Rescripto, quo haec facultas illis concessa fuerat, multae ac diversae sectae, diserte ac nominatim, additae videbantur, quidam eorum, ob hanc fortasse causam, paullo post ab huiusmodi observantia destiterunt. Quamobrem* „ cum feliciter, tam ego „ Constantinus Augustus, quam etiam ego Licinius Augustus, „ apud Mediolanum convenissemus, atque universa, quae ad „ commoda & securitatem publicam pertinerent, in tractatu „ haberemus; haec inter cetera, quae videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, „ quibus Divinitatis reverentia continebatur; ut daremus & Christianis, & omnibus, liberam potestatem sequendi religionem, „ quam quisque voluisset; quo quidem Divinitas, in sede coelesti, nobis atque omnibus, qui sub potestate nostra sunt constituti, placata atque propitia possit exsistere. Itaque hoc „ consilio salubri ac rectissima ratione ineundum esse credidimus,

„ ut

a *Lactantius De Mortibus Perseq.* Cap. XLVIII. *Eusebius Lib. X. Histor. Eccles.* Cap. V. Consule *Tillemont. Tom. V. Memorab. Eccles. in Persequut. Diocletiani Art. XLVI.*

a

„ ut nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui vel
„ obſervationi Chriſtianorum, vel ei religioni, mentem ſuam de-
„ deret, quam ipſe ſibi aptiſſimam eſſe ſentiret; ut poſſit nobis
„ ſumma Divinitas, cuius religioni liberis mentibus obſequimur,
„ in omnibus ſolitum favorem ſuum benevolentiamque praeſtare.
„ Quare ſcire dicationem tuam convenit, placuiſſe nobis, ut,
„ amotis omnibus omnino conditionibus, quae prius, ſcriptis ad
„ officium tuum datis, ſuper Chriſtianorum nomine videbantur,
„ nunc vere, ac ſimpliciter unuſquiſque eorum, qui eamdem ob-
„ ſervandae religionis Chriſtianorum gerunt voluntatem, citra ul-
„ lam inquietudinem ac moleſtiam ſui id ipſum obſervare con-
„ tendant. Quae ſolicitudini tuae pleniſſime ſignificanda eſſe cre-
„ didimus, quo ſcires, nos liberam atque abſolutam colendae re-
„ ligionis ſuae facultatem hiſdem Chriſtianis dediſſe. Quod cum
„ hiſdem a nobis indultum eſſe pervideas, intelligit dicatio tua,
„ etiam aliis religionis ſuae vel obſervantiae poteſtatem ſimiliter
„ apertam & liberam, pro quiete temporis noſtri, eſſe conceſſam;
„ ut in colendo, quod quiſque delegerit, habeat liberam facul-
„ tatem, quia (nolumus detrahi) honori, neque cuiquam reli-
„ gioni, aliquid a nobis. Atque hoc inſuper in perſona Chriſtia-
„ norum ſtatuendum eſſe cenſuimus; quod ſi eadem loca, ad quae
„ antea convenire conſueverant, de quibus etiam datis ad offi-
„ cium tuum litteris certa ante hac forma fuerat comprehenſa,
„ priore tempore aliqui vel a Fiſco noſtro vel ab alio quocun-
„ que, videntur eſſe mercati, eadem Chriſtianis ſine pecunia &
„ ſine ulla pretii petitione, poſtpoſita omni fruſtratione, atque
„ ambiguitate, reſtituantur. Qui etiam dono fuerunt conſecuti;
„ eadem ſimiliter hiſdem Chriſtianis quantocius reddant: etiam
„ vel hi qui emerunt, vel qui dono fuerunt conſecuti, ſi peti-
„ verint de noſtra benivolentia aliquid, Vicarium poſtulent,
„ quo & ipſis per noſtram clementiam conſulatur. Quae omnia
„ corpori Chriſtianorum protinus per interceſſionem tuam ac ſine
„ mora tradi oportebit. Et quoniam iidem Chriſtiani non ea
„ loca tantum, ad quae convenire conſueverunt, ſed alia etiam
„ habuiſſe noſcuntur, ad iùs corporis eorum, id eſt, Eccleſiarum,
„ non hominum ſingulorum, pertinentia; ea omnia lege, qua ſu-
„ perius, comprehendimus, citra ullam prorſus ambiguitatem vel
„ controverſiam hiſdem Chriſtianis, id eſt, corpori & conventi-
„ culis eorum, reddi iubebis; ſupra dicta ſcilicet ratione ſervata,
„ ut ii, qui eadem ſine pretio, ſicut diximus, reſtituerint, in-
„ demnitatem de noſtra benevolentia ſperent. In quibus omnibus

„ ſu-

„ ſupra dicto corpori Chriſtianorum intercessionem tuam efficacissimam exhibere debebis, ut praeceptum noſtrum quantocius „ compleatur; quo etiam in hoc per clementiam noſtram quieti „ publicae conſulatur. Hactenus fiet, ut ſicut ſuperius compre„henſum eſt, divinus iuxta nos favor, quem in tantis ſumus re„bus experti, per omne tempus proſpere ſucceſſibus noſtris cum „ beatitudine noſtra publica perſeveret. Vt autem huius ſanctio„nis benevolentiae noſtrae forma ad omnium poſſit pervenire „ notitiam, perlata programmate tuo haec ſcripta, & ubique „ proponere, & ad omnium ſcientiam te perferre, conveniet, „ ut huius benevolentiae noſtrae ſanctio latere non poſſit. „ Nec ſatis id fuit *Conſtantini* pietati; nam alia edicta *Anulino* Africae Proconſuli miſit, quibus pariter praecipiebat, ea, quae Eccleſiis Catholicis ablata fuerant, reſtitui; & Clericis civilium functionum immunitatem largiebatur [a]. Sed ab Ethnicorum perſequutionibus res Chriſtiana quieſcens, inteſtinis ſuorum diſcordiis ac factionibus perturbabatur. In Africa enim illi, qui a *Donato*, Epiſcopo Caſarum Nigrarum in Numidia, nomen acceperant, & vulgo *Donatiſtae* [b] audiebant; ab *Menſurio* Carthaginienſi Epiſcopo, falſorum criminum ab iis poſtulato; ac deinde ab *Caeciliano*, Epiſcopo pariter Carthaginienſi, ſeceſsionem facientes; & ſe unos iam univerſam Eccleſiam Catholicam conſtituere impie iactitantes; exitiale ſchiſma in Eccleſiam invexerant. Vt igitur eorum inſania compeſceretur, & flebile diſcidium ceſsaret, *Conſtantinus* Auguſtus, qui tunc in Galliis morabatur, *Miltiadi* Romano Epiſcopo ſcripſit, ut Epiſcopos aliquot Romae convocaret, qui Donatiſtarum cauſam examinarent atque diſcuterent, & controverſiae finem imponerent. Coactum eſt igitur Epiſcoporum Concilium VI. Nonas Octobris in domo *Fauſtae*, *Conſtantini* Auguſti uxoris, in Palatio Laterani; & qui Epiſcopi ei interfuerint, ita narrat Sanctus *Optatus* Epiſcopus Milevitanus [c]: „ Convenerunt „ in domum Fauſtae in Laterano, Conſtantino III. & Licinio ter„tium Coſs. VI. Nonas Octobris, Die ſexta feria. Cum con„ſediſſent Miltiades Epiſcopus urbis Romae; & Rheticius, & „ Maternus, & Marinus, Epiſcopi Gallicani; & Merocles a Me„diolano, Florianus a Caeſena, Zoticus a Quintiano, Stemnius „ ab Arimino, Felix a Florentia Tuſcorum, Gaudentius a Piſis, „ Conſtantius a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Be-

„ ne-

[a] *Euſebius Lib. X. H. E. Cap. V. & VII. Tillem. Tom. IV. Hiſt. Imp. in Conſtantino Art. XXXII.*

[b] Hiſtoriam Donatiſtarum habes a *Tillemontio Tom. VI. Memorab. Eccleſ. pag. 1.*

[c] *Libro I. Cont. Parmenianum.*

„ nevento, Savinus a Tarracina, Secundus a Praeneste, Felix a „ Tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab Vrsino, Domi- „ tianus a Foro Claudii. „ Interfuit igitur huic Synodo etiam *Felix a Florentia Tuscorum*, hoc est, *Felix* Episcopus Florentinus, & alius Episcopus Etruscus *Gaudentius a Pisis*. „ His decem & „ confidentibus novem Episcopis (sunt adhuc *Optati* verba) causa „ Donati & Caeciliani in medium missa est a singulis. In Dona- „ tum hae sunt sententiae latae: Quod confessus sit se rebapti- „ zasse, & Episcopis lapsis manum imposuisse; quod ab Ecclesia „ alienum est. Testes inducti a Donato, confessi sunt se non ha- „ bere, quod in Caecilianum dicerent. Caecilianus omnium su- „ pra memoratorum sententiis innocens est pronunciatus: etiam „ Miltiadis sententia, qua iudicium clausum est his verbis: Cum „ constiterit, Caecilianum ab iis, qui cum Donato venerunt, iuxta „ professionem suam non accusari; nec a Donato convictum esse „ in aliqua parte, constiterit; suae communioni Ecclesiasticae in- „ tegro statu retinendum merito esse censeo. Subficit ergo, & Do- „ natum tot sententiis esse percussum, & Caecilianum tanto iu- „ dicio esse purgatum. „ Porro ampliorem Actorum huius Concilii memoriam nobis reliquit Sanctus *Aurelius Augustinus*, ubi dicit, ea, in magna illa inter utramque partem facta postea Collatione, singillatim recitata fuisse; sic enim scribit *a*. „ Quincto er- „ go loco haec acta sunt. Recitatae sunt duae Relationes Anuli- „ ni Proconsulis ad Constantinum Imperatorem; una, quae iam „ superius erat recitata, qua ostendit, maiores Donatistarum, id „ est, de parte Maiorini, dedisse sibi chartas criminum Caeciliani, „ & postulasse Constantino mittendas, seque illas memorato Im- „ peratori misisse; altera autem, qua ostendit, ex eiusdem Impera- „ toris iussione, denos ex utraque parte ad agendam causam, ut „ mitterent, eos se convenisse, atque illos promisisse facturos. „ Tum deinde lectae sunt etiam Literae supradicti Imperatoris „ ad Episcopos datae, ubi eis causam Caeciliani iniunxit audien- „ dam. Atque inde ex ordine legi coepit etiam Episcopale iu- „ dicium Miltiadis Romani Episcopi, & aliorum Episcoporum, „ in eadem urbe Roma factum; cuius iudicii prima parte, idest, „ gestis primae diei recitatis, ubi accusatores Caeciliani, qui missi „ fuerant, negaverunt, se habere, quod in eum dicerent; ubi „ etiam Donatus a Casis Nigris in praesenti convictus est, ad- „ huc Diacono Caeciliano, schisma fecisse Carthagine; de Car- „ tha-

a In *Breviculo Collation. die 3. Cap. XII.*

a Pro-

„ thaginis enim fchifmate exorta eft adverfus Ecclefiam Catho-
„ licam pars Donati; ubi etiam promiferunt iidem adverfarii
„ Caeciliani, alio die fe praefentaturos, quos caufae neceffarios
„ fubtraxiffe arguebantur; & hoc mentiti ulterius ad iudicium
„ accedere noluerunt. „ Hactenus Sanctus *Auguftinus*. „ Et
„ tamen, (*Optatus* haec profequitur) Donatus adpellandum
„ effe ab Epifcopis credidit; ad quam adpellationem Conftan-
„ tinus Imperator fic refpondit: O rabida furoris audacia! ficut
„ in caufis Gentilium fieri folet, adpellationem interpofue-
„ runt. „ Quare *Conftantinus* literis ad Epifcopos illos Catholicos, qui Iudices fuerant, datis [a], *Donati*, eiufque adfeclarum, furorem & improbitatem deteftari & condemnare non deftitit. Illas heic referre fert animus, quod & ad *Felicem* Epifcopum Florentinum exaratae fint [b].

„ Conftantinus Auguftus Epifcopis Catholicis, cariffimis fra-
„ tribus, falutem.

„ Aeterna, religiofa, & incomprehenfibilis, pietas Dei noftri
„ nequaquam permittit, humanam conditionem diutius in tene-
„ bris oberrare; neque patitur exofas quorumdam voluntates
„ ufque in tantum pervadere, ut non fuis praeclariffimis lumi-
„ nibus denuo pandens iter falutare, eas det ad regulam iu-
„ ftitiae converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis;
„ haec eadem ex me ipfo metior. Fuerunt enim in me primi-
„ tus, quae iuftitia carere videbantur; nec ullam putabam vi-
„ dere fupernam potentiam, quae intra fecreti mei pectora ge-
„ rerem. Equidem haec (ut dixi) aequam fortunam debuerunt
„ fortiri, fcilicet omnibus malis redundantem. Sed Deus omni-
„ potens, in caelis per faecula refidens, tribuit, quod non me-
„ rebar. Certo iam neque dici, neque enumerari, poffunt ea,
„ quae caelefti fua in me famulum tuum benevolentia concef-
„ fit, Sanctiffimi Antiftites Chrifti Salvatoris, fratres cariffimi.
„ Gaudeo igitur equidem fpecialiter; gaudeo, quod tan-
„ dem, habita iuftiffima diiudicatione, eos ad meliorem fpem for-
„ tunamque revocaftis, quos malignitas Diaboli videbatur a prae-
„ clariffima luce Legis Catholicae miferabili fua perfuafione aver-
„ tiffe. O vera victrix providentia Chrifti Salvatoris, ut etiam his
„ confuleret, qui iam defcifcentes a veritate, quodammodo ad-
„ ver-

[a] Probat id late *Pagius* ad hunc annum.

[b] Apud *Baronium* ad annum CCCXIII. §. XXXI.

b Apud

„ versus ipsam arma inducentes, Gentibus se copulaverunt. Quia
„ si vel nunc vera fide voluerint obsequia sanctissimae legi defer-
„ re; intelligere poterunt, quantum sibi nutu Dei sit provisum.
„ Et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis, qui-
„ bus ingenita est maxima durities animi, posse reprehendi; sed
„ non profuit apud eos recta diiudicatio, neque in eorum sen-
„ sus ingressa est Divinitas propitia. Re vera enim non immeri-
„ to ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus mani-
„ festa luce claret, huiusmodi esse, ut eos etiam a caelesti provi-
„ sione exosos cernamus; quae in ipsos tanta vesania perseve-
„ rat, cum incredibili adrogantia persuadeant sibi, quae nec di-
„ ci, nec audiri, fas est, desciscentes a recto iudicio dato, quo
„ caelesti provisione meum iudicium eos comperi postulare; quae
„ vis malignitatis in eorumdem pectoribus perseveret. Quotiens
„ a me iam ipso improbissimis additionibus suis sunt condigna
„ responsione oppressi? qui utique si hoc ante oculos habere
„ voluissent, minime hoc ipsum interposuissent. Meum iudi-
„ cium postulant, qui ipse iudicium Christi exspecto. Dico
„ enim (ut se veritas habet) Sacerdorum iudicium ita debet
„ haberi, ac si ipse Dominus residens iudicet. Nihil enim licet
„ his aliud sentire, vel aliud iudicare, nisi quod Christi magi-
„ sterio sunt edocti.

„ Quid igitur sentiunt maligni homines, officia (ut vere
„ dixit) Diaboli? Perquirunt secularia, relinquentes caelestia.
„ O rabida furoris audacia! sicut in causis Gentium fieri solet,
„ adpellationem interposuerunt. Equidem Gentes minora in-
„ terdum iudicia refugientes, ubi iustitia deprehendi potest,
„ magis ad maiora iudicia, auctoritate interposita, ad adpella-
„ tionem se conferre sunt solitae. Quid hi detractores legis,
„ qui renuentes caeleste iudicium, meum putaverunt postulan-
„ dum, sic sensere de Christo Salvatore? Ecce iam proditores;
„ ecce sine ulla acriori disquisitione ipsi per semet prodiderunt
„ facinora sua. Quae ab ipsis sentitur humanitas, qui in ipso Deo
„ immanes prosilierunt? Equidem, fratres carissimi, licet haec in
„ ipsis videantur deprehensa; nihilominus vos, qui Domini Salva-
„ toris sequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc
„ optione, quid putent deligendum; ac si eos in iisdem videritis
„ perseverare, protinus cum his, quos Dominus dignos cultu suo
„ iudicavit, proficiscimini, & redite ad proprias sedes, meique
„ mementote, ut mei Salvator noster semper misereatur. Cete-
„ rum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores
„ re-

„ religionis protinus ad Comitatum meum perducant, ut ibi de-
„ gant, ibi sibi mortem pes * pervideant. Dedi quoque litteras
„ competentes ad eum, qui Vicariam Praefecturam per Afri-
„ cam tuetur, ut quotquot huius insaniae similes invenerit,
„ statim eos ad Comitatum meum dirigat; ne ulterius sub
„ tanta claritate Dei nostri ea ab ipsis fiant, quae maximam ira-
„ cundiam caelestis providentiae possint incitare. Incolumes vos
„ Deus omnipotens tribuat votis meis, & vestris, per secula,
„ fratres carissimi. „ Hactenus Epistola *Constantini* ad Episcopos, post iudicium ab iis Romae habitum. Magnas laudes in hosce Episcopos congerit Sanctus *Augustinus* [a], modo enim extollit illorum *Iudicum gravitatem*, modo *Viros gravissimos* adpellat; modo Donatistas, Conciliabulum LXX. Episcoporum Afrorum, a quo Catholici damnati fuerant, cum hac Romana Synodo comparans, ita adloquitur: „ Conferte nunc istam paucitatem cum illa mul-
„ titudine Episcoporum, neque numerum numero, sed pondus
„ ponderi, comparate: hinc modestiam, inde temeritatem: hinc
„ vigilantiam, inde caecitatem. Hic nec mansuetudo integrita-
„ tem corrupit, nec integritas mansuetudini repugnavit: ibi au-
„ tem & furore timor tegebatur, & timore furor incitabatur.
„ Isti enim convenerant cognitione verorum criminum falsa re-
„ spuere, illi fallorum damnatione vera caelare. Illis ne se tan-
„ dem Caecilianus audiendum iudicandumque committeret, cum
„ haberet tales, apud quos, si ei causa moveretur, innocentiam
„ suam facillime ostenderet? „ Post haec *Augustini* praeconia, Coetum illum Romae habitum, quis non tam Concilium Praesulum, quam Conventum sanctorum castissimorumque hominum, adpellet? Merito igitur *Felix* Episcopus Florentinus morum innocentia, & vitae sanctitate, conspicuus fuisse videatur; & dignus qui in album Deorum patriae Indigetum referatur, ut Scriptores quidam nostrates [b] recte ac sapienter existimarunt. Certe, ut videtur, non hoc eodem anno *Felix* Episcopus Florentinus ordinatus est, sed antea fortassis aliquot annis; tempore scilicet, quo persequutio Diocletianea saeviebat: quo quidem tempore Christiani, & Episcopi praecipue, ac Presbyteri, & Diaconi, qui tormen-

a *Epist. CLXII.*

b *Ferdin. Ughellius* in *Episcopis Florent. Ios. Cerracchinius* in *Catalogo Epis. Florent. Ios. Mar. Brocchius* in *tomi I. Par. I. & II. Vitarum Sanctorum ac Beatorum Florent.* qui amplius narrat de *Iosepho Maria Martelli* Archiepiscopo, quod anno. MDCCXXXV. pi- pictam Sancti *Felicis* Episcopi Imaginem, & nimbo radiato decoratam, in Larario seu Aedicola Seminarii, ut vocant, Florentini, una cum aliis Sanctorum Episcoporum nostrorum imaginibus, conlocari iussisse; *Ferdinandus Leopol. De Meliore* in sua *Florentia illustrata*.

mentis resistebant, & invicti in Idololatriam minime labebantur, miro Dei amore, & divinae virtutis censu, ac patientia noxarum purgatrice, incredibiliter praestiterunt; & tales coruscavere, qualibus hic mundus dignus non erat. Quid igitur de *Felice* Episcopo nostro censendum? Insuper, cum *Constantinus* Imperator *Miltiadi* Romano Antistiti scripserit, ut aliquot Episcopos seligeret, cum quibus ipse, & tres Galliarum Episcopi, quos ille delegaverat, Donatistarum causam cognoscerent ac definirent; illi autem fuerint Sanctus *Maternus* Coloniensis, Sanctus *Marinus* Arelatensis, & Sanctus *Rhaeticius* Augustodunensis, Episcopi; & *Miltiades* ipse sanctitudine inlustris fuerit; quin & *Mirocles* Mediolanensis, Caelitibus adscriptus [a] habeatur: mirum vere esset, si *Miltiades* in Episcoporum convocandorum delectu, quod ad eorum sanctitatem & sapientiam attinet, *Constantino* Augusto concedere, nec sui, nec Mediolanensis Episcopi, rationem habere, voluisset; aut in tanti negocii examen novellum, nec spectata virtute & sapientia, Episcopum advocare dignatus esset. Sancti itaque fere omnes habendi sunt Praesules, qui in hoc Romano Concilio Iudices considerunt, nec nuper quidem Episcopali dignitate donati; & *Felix* a Florentia, & *Gaudentius* a Pisis, (si minus, *Florianus* a Caesena, a Sena potius dicendus est, [b]) ut de Tuscis loquar, in eodem ordine conlocandi. Ipse quidem *Felicem*, primum Florentinorum Episcopum fuisse, arbitror, & fortassis ante *Diocletiani* persequutionem ordinatum, quum pace aliqua res Christiana tunc temporis frueretur, ut opportune superius innuimus [c], & populus Christi cultor innumerabiliter augeretur. Quare sub saeculi tertii exitum, Christianos multos Florentiae exstitisse, opinandum existimo; aliqua etiam Conciliabula [d] & Conventicula [e], quomodo tunc Ecclesias adpellabant, exstructa in hac Vrbe fuisse, [f] minime dubi-

a Consule *Martyrologium Romanum III. Nonas Decembris*.

b Vide *Vghellium* in *Episcopis Senens.* & *Io. Ant. Pecceum* in *Histor. Episc. Senens. Dissert. Praelim. pag.* xxxi.

c Consule superius *pag.* 660, 661.

d Ita vocat Ecclesias S. *Zeno* Veronensis *Lib. I. Tract. XIV.* loca scilicet, in quibus sacri Conventus habebantur.

e Conventicula Ecclesias adpellatas antiquitus a Christianis, patet ex iis, quae habentur superius *pag.* 663. 696. ex *Lactantio*, & *Constantino* Augusto. Constat etiam ex *Arnobio* sub *Libri IV.* finem. Adeundus *Ios. Binghamus Tom. III. Orig. Eccles. Lib. VIII. Cap. I.* Hisce & aliis huiusmodi nominibus Christiani Ecclesias significabant, quod templa vocare detrectarent; templorum enim nomine aedes Idolis, & Daemonibus sacras tantum intelligebant. Hinc passim antiqui Patres negant, Christianos habere templa. Consule *Ballerinios* ad *Lib. I. Tract. XIV. S. Zenonis* Veronensis; & *Ioseph. Binghamum Tom. III. Orig. Eccles. Lib. VIII. Cap. I. §. VI.* & *XIII.* laudatum.

f In Vrbibus Conciliabula, sive Ecclesias, saeculo Ecclesiae secundo & tertio, passim aedificatas fuisse, constat ex iis, quae superius *pag.* 663. disseruimus, demonstratque *Ioseph Binghamus De Originibus Ecclesiasticis* To-

bitandum est; & per ea tempora Martyrium [a] D. *Petro* quoque aedificatum fuisse puto, quod a paullo remotiori aetate nonnulli repetunt [b]. Martyrium etiam in Valle Cava D. *Acrischii* seu *Chriscii* [c] honori excitatum fuerit [d], ubi postea Ecclesia Baptismalis ei sacra constructa fuit, quam quidem vetustissimam [e] esse, reputo. Non tantum vero opinor, *Felicem* ea aetate Florentinae Ecclesiae Episcopum ordinatum fuisse; sed & primum huius Urbis Praesulem exstitisse, prope adseveranter adfirmo. Multa sunt, quae in hanc sententiam me trahant. Primum est, *Ioan. Villanii*, Historici clarissimi auctoritas, qui memoriae prodidit, tempore *Silvestri I.* Pontif. Max. primum Episcopum Florentiae constitutum fuisse. Eius luculentissima verba sunt, quae sequuntur, Latine conversa [f]: „ Tempore, quo laudatus Constantinus Magnus Christia-

„ nus

Tomo III. Lib. VIII. Cap. I. §. XIII. XIV. & XV. Ipse etiam Libro *De Eruditione Apostolar.* secundae editionis *pag.* 415. Angusti autem & rudi constructione ac forma fuisse Christianorum Ecclesias primis tribus saeculis, docent *Bellerinii* loco supra citato; & *Binghamus Lib. VIII. Cap. II.* operis laudati.

[a] Martyrium, seu Memoriam, vocabant Christiani Ecclesiam, seu Oratorium, super sepulcrum alicuius Martyris exaedificatum, ut docet *Ios. Binghamus Tom. III. Orig. Eccl. Lib. VIII. Cap. I. §. VIII.* Ie. *Gaspar Suicerus* voce Μαρτύριον. *Io. Meursius Glossar. Graeco-barbaro*, eadem voce. *Ducangius* eadem voce. Ipsa etiam Martyrum Sepulcra, Memoriae, Confessiones, quibus superaedificabantur altaria, *Martyria* proprie adpellabantur. *S. Augustinus Lib. XXII. de Civit. Dei Cap. X. Serm. CI. De diversis*: *Lib. XX. contra Faustum Manich. Cap. XXI.*

[b] Consulenda D. *Miniatis* Acta, in quibus habetur, ubi D. *Minias* iaceat, aediculam a Christianis D. *Petri* honori excitatam iam fuisse. Adi superius *pag.* 27. *Io. Villanius* quoque *Lib. I. Cap. LVII.* scribit, *Miniatem* tumulatum fuisse in loco, ubi Oratorium D. *Petro* sacrum iam exstabat. Adi superius *pag.* 592.

[c] Etsi superius *pag.* 593. in ea sententia fuerim, ut nomen *Crisias* corrupte dici ab *Acrischio* censuerim, quod quidem retractare nolim; cum *Acrischiam* gentem Florentinam esse deprehenderim; tamen non diffitendum, nomen *Chriscium* apud antiquos Latinos in usu fuisse, & gentem *Chrisciam* ad tempora Romana referri. Nam apud *Gruter.* *pag.* CCLXI. 4. Inscriptio insequens occurrit:

FAVSTINAE. AVGVSTAE
MAGISTRI. QVINQVENNALES. COLLEGI. CORP. FABRVM
FERRAR. TIGNAR. DENDROPHOR. ET. CENTON. LVST. XXVII.
T. OVINIVS. T. F. THERINVS. FVSCIVS. Q. F. SABINVS
FL. ANTIDIVS. SEX. F. EROS. C. FVLVIVS. C. L. NIGRVS
Q. CASSIVS P. F. ALBINVS. MAGISTER. ET. FLAMEN. QVINQVEN
L. CHRISCIVS. L. F. VENVSTVS. SEX. MAETIVS. SEX. F. VERVS
DD. KAL. IANVAR.
C. MANLIO. TORQVATO. ET. CORNELIO. MESSALLINO. COS

[d] Consule superius *pag.* 648.

[e] Adi superius *pag.* 595.

[f] *Io. Villanius Lib. I. Cap. LX.* cuius verba sunt: *Nel tempo che 'l detto gran Gostantino si fece Cristiano, e diede libertà e signoria alla Chiesa, e Santo Silvestro Papa regnò nel Papato palese in Roma, sì si sparse per Toscana, e per tutta Italia, e poi per tutto 'l Mondo, la verace fede e credenza di Iesu Cristo. E nella nostra Città di Firenze si cominciò a coltivare la vera Fede, & abbattere il Paganesimo, al tempo di . . . . che ne fu Vescovo di Firenze, fatto per Papa Silvestro.*

per

a

„ nus effectus est, & libertatem ac dominationem Ecclesiae de-
„ dit; & Sanctus Silvester Papa Romae palam Pontificatum te-
„ nuit: per Etruriam etiam, & per Italiam universam, ac deinde
„ per universum terrarum orbem, vera Fides, & de Iesu Christo
„ credulitas, disseminata fuit. Et in nostra Civitate Florentiae
„ vera Fides coli, & Ethnicismus everti, coepit tempore . . . . .
„ qui fuit Florentiae Episcopus, a Silvestro Papa constitutus. „
Hactenus ille, qui licet falsus sit existimando, primum Florentiae Episcopum a Beato *Silvestro* creatum fuisse; tamen vidit, nonnisi circa haec tempora Florentinam Ecclesiam a proprio Episcopo regi ac procurari coepisse. Nec magnum temporis discrimen intercedit, quum *Silvester* anno insequenti *Miltiadi* vita functo successerit. Secundum est, quod in hoc consentiunt Scriptores gravissimi, quales sunt *Ferd. Vghellius* [a], *Vincentius Borghinius* [b], *Ferd. Leopol. Meltorius* [c], *Lucas Ioseph Cerracchinius* [d], *Petr. Franc. Vogginius* [e], *Ioseph. Mar. Brocchius* [f], qui certam Episcoporum Florentinorum seriem nonnisi a *Felice* exordiuntur; aliosque omnes antiquiores Episcopos, vel commentitios, vel omnino incertos, esse, non dissimulant. Tertium, quia Tusciae Annonariae Vrbes fere omnes ante tertii saeculi exitum Episcopos habuisse, non constat; non Pisas, non Lucam, non Lunam, non Faesulas, non Pistorium, non Arretium, non Clusium, non Senas, non Volaterras, non Rusellas, non Populoniam; nisi commenta & fabulas magis, quam certam historiae fidem, persequi malumus. Quartum, quia Tuscia, & eius Civitates, Romae, Imperatorum sedi, nimium vicinae erant; & ideo crudelium persequutionum procella citius ac diuturnius quatiebantur miscebanturque; quare rariores in iis Christiani erant, nec tantum otii ac tranquillitatis iis paucis supererat, ut de Episcopis locorum eligendis soliciti essent; aut exiguis plebibus eos necessarios fuisse, crederent. Ast, quum tandem *Aureliani* persequutio cessasset, &, medio inter hanc & Diocletianeam tempore, Christi cultores tranquillitate aliqua gauderent [g], & quotidie augerentur, Imperatoribus conniventibus, vel dissimulantibus; tunc Conventicula & Martyria, seu Ecclesiae, passim aedificatae a Christianis, religio late propagata, Clerus multiplicatus, Episco-

a *Tom. III. Ital. Sacr.*

b *Dissertat. de Ecclesia Florentina Tom. II.* Consule superius pag. 2.

c In *Florentia Illustrata pag.* 139.

d In *Catalogo Episcoporum Florent.*

e *De Romano D. Petri Itinere & Episcopatu Exercit. XIIII.*

f *Par. II. Tomi I. Vitarum Sanctorum &c.*

g Consule superius pag. 660. 661.

ſcopi in Eccleſiis ordinati, fuerunt. Iam igitur *Felix* Epiſcopus, cum ex *Maxentii* indulgentia [a], tum ex poſterioribus *Conſtantini* & *Licinii* legibus [b], quaecumque Chriſtianis Florentinis tempore perſequutionis ablata fuerant, ſibi reſtituenda curaverit; nam & *Miltiades* Pont. Max. Romae idem iam fecerat [c]. Et tanti quidem erat: nam praeter loca ſacra, Eccleſiarum ipſa ſupellex nobilis, dives, ſplendidiſſima, plurimi facienda fuit. Nec enim opinandum, etſi anguſtae & humiles Chriſtianorum Eccleſiae & Conventicula primis illis temporibus eſſent, & Gentilium templis ſublimibus & ſumtuoſis minime comparandae [d], ut luculente diſerteque docet Sanctus *Zeno* Veronenſis Epiſcopus [e], pauperes etiam & nudas fuiſſe, nec ornamentis elegantibus, & veſtibus pretioſis, & vaſis aureis argenteiſque, locupletes [f]; nam inſtrumentum omne, quod ſacris myſteriis celebrandis inſerviebat, ſplendidum, magnificum, pretioſum, Chriſti cultores Eccleſiis & earum Miniſtris ſubficiebant [g]. Auctor vetuſtiſſimus *Philopatridis* [h] auro fulgens & illitum Chriſtianorum Conventiculum deſcribit; ſacer Eccleſiarum luxus a *Prudentio, Hymno Laurentii Martyris*, late explicatur; & Sanctus *Optatus* Milevitanus contra *Parmenianum* Donatiſtam ſcribens, ait, fuiſſe Eccleſiae Carthaginienſi *ex auro & argento quamplurima ornamenta*, quae *Menſurius* Epiſcopus, ad Imperatorem profecturus, *nec defodere terrae*, *nec ſecum portare*, *poterat*. At ſi ita ſe res habet, de Epiſcopis, & Epi-

a Sanctus *Optatus Lib. I. contra Parmenianum* ſcribit: *Tempeſtas perſequutionis peracta & definita eſt: iubente Deo, indulgentiam mittente Maxentio, Chriſtianis libertas eſt reſtituta*. Conſule ſuperius *pag.* 680.

b Adi ſuperius *pag.* 696.

c Conſule *Tillemontium Tom. V. in Perſequut. Diocletiani Art. XLI.* qui id anno CCCXI. adſignat.

d Non comparandae quidem, ſed & ipſae ſubficientem amplitudinem habebant, ut indicatur apud *Prudentium Hymno D. Laurentii*, apud quem *Laurentius* Praefecto dicit, de Eccleſia loquens:

Videbis ingens atrium
Fulgere vaſis aureis,
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.

e *Lib. I. Tract. XIV.* Conſule ſupra *pag.* 703.

f *Prudentius Hymn. Laurent.* ita Praefectum loquentem *Laurentio* inducit.

Hunc eſſe veſtris orgiis
Moremq. & artem proditum eſt;
Hanc diſciplinam foederis,
Libent ut auro Antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

g *Prudentius* in loco laudato:

Tum ſumma eſt cura fratribus,
Ut ſermo teſtatur loquax,
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia.
Addicta avorum praedia
Foedis ſub auctionibus
Succeſſor exheres gemit,
Sanctis egens parentibus.
Haec occuluntur abditis
Eccleſiarum in angulis.

h Dialogus eſt, qui cum operibus *Luciani* Samoſateni circumfertur. De aurato & muſivo opere in Eccleſiis antiquis uſitato conſulatur *Ioſeph. Binghamus Tom. III. Orig. Eccleſ. Lib. VIII. Cap. VIII. §. V.*

Ppppppp

Episcopatu Florentino, eiusque ditione, fundis, & iuribus [a], mihi nunc latius agendum video; & universam Dioecesin cum Ecclesiis & Paroeciis, tam quae modo exstant, quam quae antiquitus fuere, describendam; Vrbemque in primis Florentinam, & eius sacras Aedes, & Monasteria, aliasque Domos pietatis studiis dedicatas, recensendas; ut in operis progressu hanc Florentinae Dioeceseos deformationem, veluti tabulam quamdam prae oculis habeamus, & ex ea rerum dicendarum plenam perfectamque hauriamus intelligentiam.

Itaque primum exhibenda est series & successio Episcoporum & Archiepiscoporum Florentinorum, in qua, qui diverso charactere notantur, aut commentitii, aut dubii & incerti, habendi videantur.

Flo-

a Quantis reditibus pietas Florentinorum Episcopatum suum ditaverit, elucet in primis ex Regesto Episcopatus, cuius sectiones aliquas iam superius exhibuimus, paginis scilicet 49. 50. 52. 79. 80. 81. 84. 85. 149. 158. 243. 265. 268. 287. 610. sed totum reliquum nunc producere iuvat, ut monumentum pretiosum, & notitiarum Ecclesiae Florentinae thesaurus & fons uberrimus, heic integer habeatur.

In Christi nomine, amen. Ad honorem, laudem, & reverentiam, omnipotentis Dei, & gloriose Virginis Marie Matris sue, ac gloriosissimi & almi Prafete S. Iohannis Baptiste, & totius celestis curie Paradisi. Sit ad statum & magnificentiam presentis magnifici Status, & regiminis Populi & Communis excellentissime urbis civitatis Florentie, ac etiam ad reverentiam & exaltationem sacrosancte Romane Ecclesie in Italia militantis; necnon ad exaltationem nomeatum & excellentiam Catholice & sancte Partis Guelfe civitatis Florentie suorumque complicium & sequacium. Sit ad conservationem & laudabilem gloriam totius domus & progenici illorum nobilium de Bisdominis, Tosinghis, & Aliottis, gaardianorum, custodum, patronorum, & defensorum, Episcopatus Florentini, vacante Sede & non vacante, & dignitatum, consuetudinum, iurium, & prebeminentiarum eorumdem, & dicte eorum domus & progenies.

Hoc est exemplum cuiusdam publici & autentici libri, Catasti, & seu Registri Episcopatus Florentini in se continentis iuria feudalia, homagia, fidelium iuramenta, Castrorum, Villarum, & multorum locorum in spiritualibus & temporalibus dominia, Ecclesiarum, Hospitalium, & piorum locorum patronatus, pensiones, census, fictus, redditus, & proventus, & obventiones, & alia quam plura iura, & varias & diversas scripturas, que Florentino Episcopatui pertinere noscuntur in Comitatu Florentino, & seu alibi ubicumque; scripti & autenticati manu Iohannis Arrighetti de Pomino Imperiali auctoritate Notarii; & subscripti manu Iohannis Filii Tierii de Castro Florentino eadem auctoritate Notarii. Quod quidem exemplum transumptum exemplatum & autenticatum fuit per me Iohannem olim Ser Silvestri Notarium infrascriptum ad petitionem instantiam & mandatum illorum nobilium de Bisdominis, Tosinghis, & Aliottis, videlicet nobilis viri Bonifatii Domini Ormanni, Andree Domini Bartholi, Ghini Domini Vberti, Pieri Zenobii de Vicedominis, sive Bisdominis, & Domini Baldi Simonis Militis, & Nepi Domini Pauli della Tosa, de Tosinghis, existentium in guardianeria & administratione bonorum & iurium dicti Episcopatus Florentini, vacantis tunc per promotionem factam per Sanctissimum in Christo Patrem, & Dominum nostrum Dominum Vrbanum Divina favente clementia Papam VI. de Domino Angelo de Ricasolis olim Episcopo Florentino ad Episcopatum Faventinum, & electionem & promotionem factam per dictum Dominum Papam de Domino Angelo de Acciaiolis olim Episcopo Rapollatensi ad Episcopatum Florentinum, pro conservatione, manutentione, & augmentatione iurium & rationum dicti Episcopatus Florentini, ne dicta iura superveniente quacumque ipsius Episcopatus vacatione, & seu alio quocumque sinistro casu quolibet, perdi vel occultari possint, & seu aliqualiter macchinari, per ipsos guardianos, & eorum subcessores sub fida custodia & in loco tuto perpetuo servatuum. Cuius quidem libri

Ca-

Florentinorum Episcoporum & Archiepiscoporum Successio.

I. Felix.
II. *Theodorus.*
III. Zenobius.
IV. *Andreas.*
V. *Eugenius.*
VI. Mauritius.
VII. Caius, hoc est, Anonymus.
VIII. Reparatus.
IX. Speciosus.
X. Thomas.
XI. Aliprandus, seu Agibrandus.
XII. Radingus.

XIII.

Catasti, & seu Registri tenor talis est, videlicet:

In Dei nomine, amen. Anno Dominicae Incarnationis millesimo trecentesimo vigesimo septimo, Indictione sexta, die decima Februarii, tempore Sanctissimi Patris Domini Iohannis Divina providentia Papae XXII. & tempore vacationis Episcopatus Florentini per mortem bonae memoriae Domini Anthonii olim Episcopi Florentini. Cum hoc esset, quod memoria honorum, iurium, iurisdictionum, & honorum, dicti Episcopatus Florentini per diversa memorialia, registra, repertoria, & inventaria, necnon per diversos codices & instrumenta essent dispersa, propter quod non predicta opportuna sunt tam difficultate possunt haberi, & aliquando propter hoc obmittuntur, & quedam etiam vetustate consumta deperirent; Ideo nobiles & egregi, viri, guardiani, custodes, vicedomini, & administratores dicti Episcopatus Florentini, & honorum & iurium Episcopatus eiusdem, Sede vacante, ad quos quorumque maiores ab antiquo, cuius initii memoria non existit, guardia, custodia, vicedominatus, & administratio dictorum Episcopatus honorum, & iurium, ipsa Sede vacante pertinuit, & pertinet, in quorumque possessione fuerint, & esse noscuntur, quorum nomina inferius describuntur, volentes morem, quem maiores eorum ab ipso Episcopatus Florentini fundamento soliti sunt circa predictorum iurium conservationem servare, utiliter sequi, & ipsa iura per posse ipsorum in solida stabilitate tueri, & iura & bona dicti Episcopatus illesa & integra conservare, necnon ad perpetuam rei memoriam, omnes unanimiter & con-

concorditer elegerunt, nominaverunt, proposuerunt, & deputaverunt, non revocando propterea illos, qui presentialiter presunt custodie, & administrationi predicte, ad custodiam, & administrationem predictos, cum officio, infrascriptos nobiles & egregios viros Dominum Bilegiardum olim Domini Talani, Dominum Nepum olim Domini Fastelli della Tosa, Baddinum olim Vgolini Domini Aldobrandini, Baldum olim Gerardi dicti Daccis Domini Rinucini, Ghinum olim Domini Vberti de Vicedominis; qui sunt etiam nunc tam istis guardiani, custodes, vicedomini, & administratores dicti Episcopatus Florentini, & honorum & iurium Episcopatus, eiusdem dicta Sede vacante: quibus tantummodo commiserunt, quatenus omnia & singula registra, repertoria, inventaria, memorialia, codices, instrumenta, bona & iura, iurisdictiones & honores, dicti Episcopatus exquirant, examinent, & recenseant, & etiam examinata, exquisita, & recensita, per quamplures ex eis in presenti vacatione revideant, & in unum reducant, & faciant de eis novissimum inventarium, repertorium, & registrum, secundum quod eis videbitur utile pro iuribus, & veritate iurium dicti Episcopatus, & ad perpetuam rei memoriam, in predictorum & infrascriptorum nobilium honestatem. Et quod ad ea scribenda & in . . . . . redigendo, illos ponant, & deputare possint & debeant Notarios, quos ad tantae rei fidem & opus noverint esse dignos, & faciant & facere possint quecumque in premissis & circa ea fuerint opportuna, super quibus, & circa que, dictis sex prepositis infrascripti omnes & singuli unanimi, ut dictum est, voluntate com-

mi-

XIII. Gerardus I.
XIV. Petrus I.
XV. Andreas.
XVI. Grafulphus.
XVII. *Podo I.*
XVIII. Raimbaldus.
XIX. Sichelmus.
XX. Perus Podo II.
XXI. Guido.
XXII. Hildebrandus.
XXIII. Lambertus.
XXIV. Atto I.
XV. Gerardus II. Burgundio, poſtea Nicolaus II. Papa.
XVI. Petrus II. Ticinenſis.
XVII. Rainerius.

XVIII.

miſerunt totaliter vices ſuas uſque ad complementum dicti operis duraturas. In cuius rei teſtimonium preſens Inſtrumentum per nos Bindum & Miniatum Notarios infraſcriptos unius eiuſdemque tenoris mandaverunt fieri in principio dicti operis conſcribendi. Nomina vero nobilium, de quibus ſupra fit mentio, & qui dictis prepoſitis dictam poteſtatem dederunt, ſunt hec: Dominus Roſſus Domini Herici della Toſa, Dominus Pinus Vannis della Toſa; Dominus Simon Domini Roſſi della Toſa; Lottus Domini Bindi de Aliotti, Gaddus Viverii de Vicedominis, Tanuccius Gucci della Toſa, Vannes Domini Neri de Aliottis, Albizius Gherardi Domini Albizini de Vicedominis, Hericus Domini Faſtelli della Toſa, Gaddoccius Renaldi de Vicedominis, Iohannes Domini Ranerii della Toſa, Conte Guidi de Vicedominis, Nerius Bartholi della Toſa, Thomaſius Guccii Domini Cerreterii de Vicedominis, Nicholaus Guccii della Toſa, Bartholus Vberti de Vicedominis, Andreas Bartholi della Toſa, Albizius Viverii de Vicedominis, Cante Guittomanni della Toſa, Borghinus Stolaii della Toſe, Iacobus Lotterii de Viſedominis, Iohannes Baldi Domini Thalani della Toſa, Franciſcus Guccii Domini Cerreterii de Vicedominis, Bianciardus Lopi Domini Neri de Aliottis, Franciſcus Renaldi de Vicedominis, Franciſcus Lotti Domini Thedicii de Aliottis, Philippus Domini Cantiozzii Domini Tieri de Vicedominis, Daldus Tinghi della Toſa, Iacominus Cancini Domini Ghini de Viſedominis, Feus Domini Odaldi della Toſa, Simon Guccii de Vicedominis, Vbertus Domini Gherardi de Vicedominis, Bindus Domini Biligiardi della Toſa, Vermiglius Cancini Domini Ghini de Viſedominis, Iohannes Domini Roſſi della Toſa, Nicholaus Scolaii della Toſa, Mattus Domini Gherardi de Vicedominis, Viverius Guccii de Viſedominis, Daldus Acuccii della Toſa, Gherardus Simonis de Viſedominis, Marſuppinus Scolai della Toſa, Nicholaus Baldi Domini Talani della Toſa, Simon Loicus de Viſedominis, Ciampi Domini Pini della Toſa, Franciſcus Baldi Domini Thalani, Nerius Acuccii Odaldi della Toſa, Franciſcus Cini Domini Bindi de Aliottis, Corſus Foreſini della Toſa, Lapaccius Ghini Domini Vberti de Vicedominis, Cionettus Acuccii della Toſa, Zanobius Domini Gherardi de Vicedominis, & Ranerius Vannis Domini Neri de Aliottis: qui omnes & ſinguli ſupradicti fecerunt predicta omnia pro ſe ipſis, & etiam vice & nomine omnium & ſingulorum infraſcriptorum, qui etiam ſunt una cum eis guardiani, cuſtodes, viſedomini, & adminiſtratores Epiſcopatus predicti, & bonorum & iurium Epiſcopatus eiuſdem, Sede vacante, ſed tamen preſentialiter ſunt abſentes, quorum abſentium nomina ſunt hec: videlicet Dominus Donatus Guccii, Tayni della Toſa, Lottus Domini Tedicii de Aliottis, Guccius Viverii de Vicedominis, Bati Domini Tedicii de Aliottis, Acuccius Domini Odaldi della Toſa, Iacobus Ciappi della Toſa, Talanus Lotti Domini Tedicii de Aliottis, Ghettus Domini Tedicii de Aliottis, Bindellus Noddi Domini Tedici de Aliottis, Bindus Guidi de Vicedominis, Iohannes Baddini de Vicedominis, Philippus Domini Ranerii della Toſa, Ticci Lotti Domini Tedici de Aliottis, Tieri Domini Bindi de Aliottis, Cante Baldi Domini Contis della Toſa,

XVIII. Gottifredus.
XXIX. Atto II.
XXX. Ambrofius Abbas Vallumbrofanus.
XXXI. Iulius I.
XXXII. Petrus III.
XXXIII. Bernardus.
XXXIV. *Paganus*.
XXXV. Petrus IV.
XXXVI. Ioannes I. Veliternus.
XXXVII. Ardingus Canonicus Ticinenfis.
XXXVIII. Philippus Fontana Ferrarienfis.
XIL. Ioannes II. Mangiadorius.
XL. Iacobus a Caftellobono Dominicanus.
XLI. Andreas III. Moctius.
XLII. Francifcus I. Monaldefchius a Balneoregio.
XLIII.

fa, Francifcus Boddini de Vitedominis, Neri Lotti Domini Tedicii de Aliottis, Iohannes Domini Donati dello Tofa, Tommafus Lapi Domini Neri de Aliottis, Vbertus Ghini Domini Vberti de Vicedominis, Uermannus Cancrazzi Domini Theri de Vitedominis, Banchus Simonis de Vicedominis, Guido Domini Nafi de Vicedominis, Gerifius Arzucci Domini Oualdi della Tofa, Cerreterius Simonis de Vicedominis, Belligiardus Baldi Domini Telaci della Tofa, Barecholus Iacobi della Tofa, Guido Simonis de Vitedominis, Saader Simonis de Vicedominis, Thomafus Betti Domini Tedicii de Aliottis, Francifcus Betti Domini Tedicii de Aliottis, Barecchelus Scolai della Tofa, Marfoppus Barecholi della Tofa.

Actum Florentiae in Palatio Epifcopali prefentibus & rogatis teftibus Domino Francifco de Barberino, utriufque iuris Doctore, Mattheo Andree Populi S. Laurentii Florentini, Ser Gianta Brindis de Afsiano Notario, & Ser Bindo Romeii de Coleozano Notario, qui de his etiam rogatus fuit factum publicum Inftrumentum & aliis.

Ego Miniatus olim Iacobi de Sancto Miniate Imperiali auctoritate Iudex ordinarius & Notarius, & dictorum Guardianorum Scriba, fuprafcriptis interfui, atque rogatus fcripfi, & in publicam formam redegi.

Et ego Aldobrandinus quondam Romei de Calenzano Imperiali auctoritate Notarius, fuprafcriptis dum agerentur interfui, & rogatus una cum fuprafcripto Ser Miniato Iacobi de Sancto Miniate Notario ea omnia imbreviavi, & me hic fubfcripfi in teftimonium premifforum.

In Chrifti nomine, amen. Anno ab eius Incarnatione millefimo tercentefimo vigefimo tertio, Indictione fexta, die trigefimo menfis Martii. Actum Florentie in Epifcopali Palatio prefentibus ad hec vocatis & rogatis teftibus Ser Tino Vermigli de Caftro Florentino Notario, Mattheo Andree de Populo S. Laurentii de Florentia, Nicholo de Ortisseria, Contenuovo de Marcignano, & Piero Iohannis de Feiena familiaribus dicti Epifcopatus, & aliis. Pateat univerfis prefentem paginam infpecturis, quod viri nobiles Dominus Belligiardus filius olim Domini Tholini, & Dominus Nepus filius olim Domini Faftelli della Tofa, Lapus filius olim Domini Neri Giore de Aliottis, Baddinus olim Vgolini Domini Aldobrandini, Baldus olim Gherardi dicti Ducti olim Domini Rinuccini, & Ghinus Domini Vberti de Vitedominis nomine fuo ut private perfone, qui per fe funt una cum aliis, de quibus infra fit mentio, aministratores, guardiani, cuftodes, vicedomini Epifcopatus Florentini, & bonorum & iurium eius Sede vacante, ut latius fcriptum eft.

Manu Ser Miniati Iacobi de Sancto Miniate Notarii, & mei Aldobrandini Romei Notarii infrafcripti, elegerunt ad fcribendum ea que per dictum Inftrumentum commiffa funt, Ser Iohanni de Pomino filio olim Arighetti, & Ser Iohanni de Caftro Florentino, filio Thierii Notarii ibidem prefentibus & acceptantibus, eofque ad ea fcribenda deputaverunt, que circa hoc fuerint opportuna, & requifiverunt me Aldobrandinum Notarium infrafcriptum, ut una cum in-

XLIII. Lotharius De Tosa.
XLIV. Antonius De Vrso.
XLV. Franciscus II. Silvestrius Cingulanus.
XLVI. Angelus I. Acciaiolius Dominicanus.
XLVII. Franciscus III. Actius Tudertinus Cardinalis.
XLVIII. Philippus II. Ab Antella.
IL. Petrus V. Cursinius Cardinalis.
L. Angelus II. A Rivo Casuli.
LI. Angelus III. Acciaiolius.
LII. Barptolemaeus Vliarius Minorita Patavinus Cardinal.
LIII. Onufrius Eremita Augustinianus.
LIV. Alamannus Adimarius Cardinalis.
LV. Iacobus III. Palladinius a Teramo.
LVI. Franciscus IV. Zabarella Patavinus Cardinalis.
LVII. Americus Cursinius primus Archiepiscopus.
LVIII.

frascripto Ser Miniato Notario de predictis publica conficeremus Instrumenta.
Et ego Aldobrandinus quondam Romeii de Calenzano Imperiali auctoritate Notarius suprascriptis dum agerentur interfui, eaque omnia rogatus una cum infrascripto Ser Miniato Notario publice scripsi & publicavi.

Quae sequuntur, in Regesto habentur edita superius *pag.* 49. 153. 243. & quidem disposita sunt eodem ordine, ac in Regesto ipso existunt, unum post aliud.

Tertia pars est Casaggii.

Qualiter Iulius Episcopus Florentinus fuit confessus meno accepisse ab Artiense filio olim Giamboni Maletli libras triginta f. p. pro quibus triginta libris dictus Dominus Episcopus dedit triginta stiora terre posite in Casaggio. Carta manu Iohannis Galitii Notarii, cum plurium aliorum Notariorum subscriptione, sub MCLXI. VII. Kalendas Novembris, Indictione X.

Qualiter Guictone olim Savensis, Sindicus & Procurator Domini Iohannis Episcopi Florentini conqu stus fuit de Domino Vgbetto olim Domini Aliotti Radighieri, a quo petiit sibi solvi pro dicto Domino Episcopo libras viginti quinque denariorum Pisanorum, & de multis aliis, occasione & nomine pene & pactis & scriptis, contra quos habuit tenutam a Domino Comite Guidone Novello, & eius curia, & super quibusdam aliis, ut in dicto Instrumento continetur. Carta manu Andree olim Biscii del Bello, sub MCCLXI. die XV. Martii, Indictione V.

Qualiter Albertinus, & quidam sui fratres, & eorum mater, refutaverunt Piero Camerario Domini Iohannis Episcopi Florentini omne ius & actionem quod habebat in quodam petio terre posite in Casagio. Carta manu Iohannis Galitii Notarii, sub MCC. XV. Kal. Aprilis, Ind. III.

Qualiter Dominus Lottoringus Plebanus Plebis de Sexto, & Dominus Orlandus Prior Sancti Stefani ad Pontem, Sindaci constituti a Domino Iohanne Episcopo Florentino, ad vendendum de casolaribus Casadii dicti Episcopatus, vigore dicti sindicatus vendiderunt Rinuccio Chiaramontesi de Burgo Sancti Laurentii recipienti pro se, & Tedaldo fratre suo, pro duabus partibus, & Viviano filio Romeii dicti loci, pro Viviano nepote suo olim Contis, pro tertia parte, pro indiviso unius casolaris & terre posite in Casagio. Carta manu Gratie Arighi Notarii cum aliorum Notariorum subscriptione, sub MCCLVI. die V. Octob. Ind. XV.

Qualiter Magister Puccius Abuchillo quondam Diotaiuti de Prato, & Ser Tinuccius quondam Raneri Not. mensuratores terrarum, retulerunt quod ipsi fuerunt electi a Domino Andrea Episcopo Florentino ex una parte, & Ser Forese Gallorie ex altera, ad videndum, & inveniendum quoddam terrenum Casadii Episcopatus positum prope murus extra Portam Spadariorum. Carta manu Iohannis olim Perfecti de Podio Bonitii Notarii, sub MCCLXXX.X. Ind. III. die XXI. Februarii, que Carta est in quodam rotulo.

Qua-

LVIII. Ioannes III. Vitellefchius a Corneto Cardinalis.
LIX. Ludovicus Scarampius Patavinus Cardinalis.
LX. Barptolemaeus II. Zabarella Patavinus.
LXI. Antonius II. vulgo Antoninus, Dominicanus.
LXII. Orlandus Bonarlius.
LXIII. Ioannes IV. Neronius.
LXIV. Petrus VI. Riarius Savonenfis Minorita Cardinalis.
LXV. Rainaldus Vrfinius Romanus.
LXVI. Cofmas I. Pactius, feu Paccius.
LXVII. Iulius II. Mediceus, poftea Clemens VII. Papa.
LXVIII. Nicolaus Rodulphius Cardinalis.
LXIX. Andreas IV. Bondelmontius.
LXX. Antonius III. Altovitius.
LXXI. Alexander I. Mediceus, poftea Leo XI. Papa.
LXXII. Alexander II. Martius Medices.

LXXIII.

Qualiter Ser Buonus Camerarius Domini Andree Epifcopi Florentini acceffit ad locum, qui dicitur Cafaggium, extra Portam Vie nove, ubi murus edificabatur per magiftrum Curfum & alios, deruptravit ipfis magiftris & operariis per terrum iactum lapilli; ne ulterius in dicto opere procederetur. Carta manu Burdi Gherardi Notarii, fub MCCLXXXX. Ind. IV. die XXVI. menfis Ianuarii, & eft in dicto Rotulo dicta Carta.

Qualiter Dominus Guido Novellus Comes Poteftas Florentinus exbapnivit quofdam in dicto Inftrumento contentos. Carta manu Benr de Vaglio Notarii, fub MCC.X. die XVII. Febr. IV. Ind.

Qualiter Iacobus olim Gui i Artinittii donavit Importune Lanocis & aliis medietatem duorum cafolarium pofitorum prope Portam Roffam, & tertiam terrae pofitas in Cafagio Epifcopi. Carta manu Ifimbardi Notarii cum plurium aliorum Notariorum fubfcriptione, fub MCCXV. IV. Nonas Febr. Ind. IV.

Qualiter Davittus Megliorelli dello Tofo finivit & refutavit, ac etiam remifit Presbitero Poltroverio Rectori Ecclefiae Sancti Salvatoris recipienti pro Domino Iohanne Epifcopo Florentino unam petiam terre pofite in Cafaggio predicto. Carta manu Refinaeri Notarii cum fubfcriptione plurium aliorum Notariorum, fub MCCXIV. III. Non. Sept. Ind. II.

Qualiter Ildibrandinus Guidonis Robei vendidit Petro Camerario Domini Iohannis Epifcopi Florentini omne ius, quod habebat contra heredes dicti Davitii Vicedomini pro debito viginti octo librarum. Carta manu dicti Notarii fub MCCXIV. Ind. III XI. Kal. Novembris.

Qualiter Borgognone olim Pieri vendidit Domino Iohanni Epifcopo Florentino unam petiam terre & vinee cum domibus & mafferitiis pofitam tral' Arcora prope Mugnonem. Carta manu Ruftici Borgognonis Notarii cum fubfcriptione unius alterius Notarii, fub MCCXIX. Septuadecimo Kal. Iulii Ind. VII.

Qualiter Palmerius & Ioanni Boni fratres, filii Ioanis Boni Artemifie, finivit Domino Iohanni Epifcopo Florentino fuifque fucceſſoribus unam petiam terre pofite in Cafagio, prope muros novos civitatis Florentie. Carta manu Reftauri Notarii, cum quibufdam aliorum Notariorum fubfcriptionibus, fub MCCXVI. VI. Non. Maii Ind. IV.

Qualiter Dominus Megliorellus filius Catalani, emancippatus a dicto pater fuo, fuit confeffus fibi effe pleniffime fatisfactum de omni debito, feu mutuo, quibus et Dominus Epifcopus, & Epifcopatus Florentinus effet in aliquo obligatus fibi vel dicto Catalano patri fuo. & remifit quandam petiam terre eidem Epifcopo, & Epifcopatui pofite in Cafagio; que terra erat fibi pro dicto debito obligata. Carta manu Iacobi Notarii, cum unius alterius Notarii fubfcriptione, fub MCCXXIX. Inditione XIII.

Qualiter Reverius filius quondam Bitecchi, & plures alii, volentes facere murari iverunt ad magiftros murorum, qui defignarent ortos & foveas inter Epifcopum & homines de Cafaggio, qui magiftri predicti affignaverunt, & terminaverunt, ut in dicto Inftrumento plenius

LXXIII. Cosmas II. Bardius.
LXXIV. Petrus VI. Nicolinius.
LXXV. Franciscus V. Nerlius Cardinalis.
LXXVI. Franciscus VI. Nerlius Cardinalis.
LXXVII. Iacobus Antonius Morigia Barnabita Mediolanensis Cardinalis.
LXXVIII. Leo Stroctius.
LXXIX. Thomas Bonaventura A Gherardesca.
LXXX. Ioseph Maria Martellius.
LXXXI. Franciscus Caietanus Incontrius Volaterranus.

Hactenus Series Episcoporum Florentinorum, ad usque scilicet vertentem annum MDCCLV. Nunc de opulentia, dignitate, & dominatione, Florentini Episcopatus agendum. Ei multa oppida, castra, vici, pagi, subdita olim fuerunt; quae modo recensere fert ani-

nius continetur. Carta manu Bonvordi Notarii sub MCCXLII. V. Idus Aprilis Indict. XV.

Item in dicto Instrumento est aliud Instrumentum continens in se qualiter Rusticuccius mensurator, mensuravit Cosagium, quod invenit & dixit esse duodecim modii & staiora duo, & duo panora, ad rectam mensuram Florentinam. Carta manu Restauri Notarii sub MCCXI. IX. Kal. April. Ind. IV.

Qualiter sententia lata fuit inter Galganum Sindicum Domini Episcopi & Episcopatus ex una parte, & Goddum & alios ex altera per Petrum Iohannis Soffi. Carta manu Iacobi Domini Ridolfi Notarii sub MCCXIV. III. Idus Septembris Ind. II.

Qualiter Saracenus filius Rigoli vendidit Brunellino filio quondam Brunecti unam petiam terre posite in Cosogio pro pretio librarum . . . . . bonorum denariorum. Carta manu Boninsegne Notarii, cum plurium aliorum Notariorum subscriptione sub MCCLXXXVI. pridie Kal. Decemb. Ind. V.

Qualiter Iacobus filius Guidonis Artimisii refutavit Piero Camerario Domini Iohannis Episcopi Florentini unam petiam terre posite in Cafaggio. Carta manu Iohannis Galitii Notarii sub MCCXVI. V. Kal. Mart. Ind. V.

In dicto Instrumento continetur, qualiter Importunus Romanis habuit firmo & rata omnia predicta facta a dicto Iacobo, Carta manu dicti Iohannis Notarii, cum subscriptione unius alterius Notarii sub MCCXVII. VIII. Idus Apr. Ind. V.

Qualiter Benvenutus olim Alberti de Figliano finivit Domino Iohanni Episcopo Florentino omnes possessiones & tenutom, quam & quas habebat in Populo S. Stefani in Pane, loco dicto Tral'Arcora, & uxor sua omnibus predictis consensit. Carta manu Gurriantis Alberti Notarii, sub MCCLIII. VII. Idus Octubris, Ind. XII.

Qualiter Dominus Petrus Episcopus Florentinus petiit sibi & Episcopatui exiberi & restitui quondam petiam terre positam in Cafaggio a quibusdam detentam, & fructus inde perceptos, quos extimat libras centum. Carta manu Iacobi Notarii, cum subscriptione unius alterius Notarii sub MCLXXXXVI. mense Februar. Ind XV.

Qualiter Palmerius & Iambonus fratres filii olim Iamboni Artimisii finierunt Domino Iohanni Episcopo Florentino unam petiam terre positam in Cafaggio. Carta manu Restauri Notarii, sub MCCXVI. Ind. IV. die VI. mensis Maii.


Qualiter Dominus Petrus Episcopus Florentinus conquestus fuit coram Curia Florentina de quibusdam innovationibus Episcopo & Episcopatui in quibusdam terris & viaris positis in Cafagio. Carta manu Gueris Notarii, cum unius alterius Notarii subscriptione, sub MCLXXXXII. VI. Idus Decembris, Indictione XI.

Qualiter Dani de Vicedominis finivit Domino Episcopo Florentino, & promisit sub certo pena non movere aliquam litem vel quaestionem contra ipsum Dominum Episcopum & Episcopatum. Carta manu Rainaldi Iuditis sub MCXLVI. IX. Ianuar.

Qua-

animus, ordine tamen tumultuario, & ut ea Episcopatus Regestum descripta obfert. Sed prius Regiones, per quas Dioecesis Florentina exporrigitur, describendae sunt, quarum quaedam *Suburbicariae* dicuntur. Hisce tamen Regionibus describendis, & veluti delineandis, Schema limitum cardinumque Coeli, & regionum, unde venti principes flant, praeponendum censui, ut Lectores, ad quod Coeli punctum, & Finitoris gradum, oppida, vici, & alia id genus loca, vergant spectentque, facilius comprehendant; verosque eorum positus, respectu Urbis, intelligant.

Limitum regionumque Coeli, & Ventorum, Schema.



Hoc

Qualiter Dinus olim Baicchii Armaiolus promisit Iohanni de Placentia recipienti vice & nomine Episcopi & Episcopatus Florentini non vendere, nec alienare aliquas domos, possessiones, vel terras ad Episcopatum Florentinum modo aliquo pertinentes sine licentia Episcopi Florentini sub certa pena, ut in Imbreviaturis Ser Iohannis Spade de Florentia Notarii continetur sub MCCLXXXXVIII. Ind. XI. die VI. Maii.

Qualiter Maius Ristori Populi S. Michaelis Vicedominorum de Florentia, recognovit, quod quedam domus posita in via que dicitur via Sancte Marie extra muros veteres, & infra designationem murorum novorum pertinet ad Episcopatum, & eam promisit dimittere ad voluntatem Episcopi Florentini, ut in Imbreviaturis Domini Francisci de Barberino plenius continetur, sub MCCCII. Ind. XV. die XIV. Maii. Via haec adhuc nomen retinet, & est in

Hoc Schema composui ex iis, quae habent, *Aristoteles*, seu *Philo*, *Libro de Mundo Cap. III. Aulus Gellius, Lib. II. Noct. Atticarum Cap. XXII. Constantinus Caesar, Lib. I.* Γεωπονικῶν, *Cap. XI.* ex *Dionysio*.

Regio Suburbicaria Orientalis.

Regio Orientalis Suburbicaria ab Vrbe Florentia incipit, & usque ad confluentem Arni & Sevis, per X. M. P. tractum, extenditur. Ab Arno flumine, ab Ortu defluenti, bifariam dispertitur; & in ea Planities Florentina Superior continetur, ab Vrbe, Rovectianum & Balneum usque, per duorum, vel trium, milliarium longitudinem; quum amplissima latitudo vix MM. passus excedat. Planities, ab Arni dextris, ab Africo, & Mellola, torrentibus dissecatur; & in ea sunt Pagi, Placentina,

Paroecia Sancti *Petri Maioris*, termineturque a Via Petrae Planae.

Qualiter Coppus Lapi Arighi de Vitrorno emptor Casaggii Episcopatus Florentini a Domino Francisco Episcopo, volens dictum Dominum Episcopum reddere tutum cum duodecim suis fideiussoribus obligavit se dicto Domino Episcopo, & promisit solvere pretium infra certum terminum, ut continetur in Imbreviaturis Ser Bindi Notarii sub MCCLXXXXVIII. Ind. XII. die XV. Februarii.

Qualiter commissum fuit Domino Thome Episcopo Pistoriensi per Apostolicas litteras, quatenus concedat licentiam Domino Francisco Episcopo Florentino vendendi terras & possessiones Casadii, dummodo ex dicta venditione percipiatur tale pretium, quod ex eo possint emi ... possessiones utiliores & maioris fructus Episcopatui antedicto, & quod dicta venditio sit necessaria, & fiat in commodum civitatis Florentie propter civitatem ipsam amplianadum. Carta manu dicti Notarii sub MCCLXXXXVII. Ind. X. die XIX. Septemb.

Qualiter idem D. Thomas Episcopus Pistoriensis visis circumstantiis dicti Casagii, & examinatis super predictis pluribus testibus tam clericis quam laicis fide dignis, visa & considerata quantitate pretii quod exinde percipiebatur, de quo possent emi ampliores possessiones & utiliores Episcopatui Florentino, auctoritate Apostolica dedit & concessit licentiam Domino Francisco Episcopo Florentino vendendi terras & possessiones dicti Casagii. Carta manu dicti Notarii, cum plurium Notariorum subscriptione, sub MCCLXXXXVII. Ind. X. die XX. mensis Septemb.

Quarta pars est de Montenghi, Casaggio Mainardi, & Opera S. Iohannis.

Qualiter Dominus Bartholomeus Capitaneus Florentinus, & Antiani Populi Florentini, stantiaverunt & ordinaverunt, quod Dominus Iohannes Episcopus Florentinus nomine suo & Episcopatus possit atque liceat vendere casolaria sua & dicti Episcopatus posita in Casaggio. Item in eodem Instrumento est quoddam stantiamentum, qualiter dictus Dominus Iohannes Episcopus possit atque liceat vendere dicta casolaria, publice scriptum manu Iohannis Gherardi Ammannati Notarii sub MCCLVI. Ind. XV. die XI. mensis Octubris.

Item sutum cum eodem Instrumento est aliud Instrumentum continens, qualiter quidam pilastri domus funderentur in foveis Communis Florentie, prope Portam de Balla, ad instantiam quorumdam, qui dicuntur Cassettarii de Florentia. Et Ser Migliore quondam Michelis Cultor & Camerarius Episcopatus Florentini vacantis, denuntiavit nomine & vice dicti Episcopatus Merche Capsettario pro se & aliis Capsettariis sociis suis, & eorum magistris qui laborabant ibi, novum opus per iactum trium lapillorum, quod ibi non hedificaretur aliquod opus. Carta manu Ser Gratie Arighi Notarii sub MCCLXXXIII. Ind. XII. die XXII. Febr. Porta de Balla videtur fuisse initio Viae Servorum, seu Casagii.

Item est sutum cum dictis Instrumentis aliud Instrumentum continens in se qualiter Dominus Andreas Episcopus Florentinus compromisit omnes lites & questiones, quas habebat cum Com-

na, pomeriis Vrbis adhaerens, Vadum longum, vulgo *Varlungo*, Rovectianum, Maianum, Septimianum in clivo situm. Ab Arni autem sinistris Pagi, Rivus Corbuli, Mattonaria, Ripulae, Baroncelli, Balneum, & Vicus Rivi Maioris. Vltra Rovectianum, & Balneum, VALLIS ARNI Superior vocabitur; & ab Arni dextris Anchetta, Fallae, Siecae, torrentes; deinde Seve flumen, ubi in Arnum influit, & ponte transitur; apud quem Pontis Sevis castrum, a situ nomen sibi vindicans, & Filicaria. Pagi torrentium cognomines, Anchetta, Fallae, Siecae; alii, Gyro, Quinctulae, Hilarium, vulgo *Lellero*; & in collibus, Turris, & Cona. Ab Arni sinistris Pagi, Candiculi, Rinialla, Rosanum; & interius Villa Magna, Incontrum, Casinianum, Morianum; atque in Via, quae Arretium ducit, Camisii, Bigallum, Adparita, ab adparente e specula accedentibus Vrbe nomen sortita.

RE-

Communi civitatis Florentie, & in singularibus Communibus & personis civitatis predicte in discretos viros magistrum Puccium Abachiflam olim filium Diotaiuti, & . . . . . Carta ma.u Offevautis Guidalotti Notarii, subscripta manu Iohannis Perfecti Notarii sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die . . . mensis Februarii.

Item cum dictis Instrumentis est sutum quoddam aliud Instrumentum qualiter quedam Frensesi, & Cassettari compromiserunt omnem questionem & differentiam quam habebant cum Domino Episcopo Florentino in quosdam discretos viros in dicto Instrumento nominatos, Carta manu Simonis Dulcis Notarii sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die XII. mensis Febr.

Item cum dictis Instrumentis est sutum quoddam aliud Instrumentum continens in se qualiter magister Puccius Abachista filius olim Diotaiuti de Prato Notarius, Bonus Albitis de Castello Camerarius Episcopi Florentini, & quidam alii, laudaverunt & pronunptiaverunt londum in eos compromissum per dictas partes. Carta manu Iohannis Perfecti Notarii sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die IV. Februarii. Que omnia predicta Instrumenta sunt signata per . . . . .

Qualiter quedam littere transmisse fuerunt a Domino Papa Capitulo Florentino, ut constat manu eiusdem exempli scripti per Vguccionem Notarium, & subscripti per alios tres Notarios.

Qualiter frater Ioseppus filius olim Saltarelli emit unum petium terre positum in Populo Sancti Laurentii, sive Sancte Reparate, a quibusdam in dicto Instrumento contentis: quam terram recognovit se emisse pro Episcopatu Florentino. Carta manu Marsoppi Domini Guidalotti de Signa Notarii, ex Imbreviaturis Ser Renaldi Iacopi de Signa Notarii sub MCCLXXXVII. Ind. X. die II. mensis Augusti.

Qualiter nobilis vir Mainardus quondam Petri Pagani de Paganis de Susenna, recognoscens Ven. Patrem Dominum Andream Episcopum, & Episcopatum Florentinum pro suo Domino temporali & spirituali iuravit fidelitatem predicto Domino Episcopo & Episcopatui. Carta manu Iohannis olim Perfecti Notarii sub MCCLXXXIX. Ind. III. die XXVIII. mensis Septemb.

Qualiter Dominus Franciscus Episcopus Florentinus pro dicto Episcopatu emit unum podere cum terris & domibus positum a Montughi a Grottano quondam Salemonis, ut patet publico Instrumento scripto manu Iuncte Bindi de Asciano Notarii sine annis Domini.

Qualiter Instrumenta omnium emptionum factarum de terris & poderis emptis pro Episcopatu Florentino a dicto Gratiano positis a Monte Vghi, sunt simul scripta manu Ser Francisci Neri Ranucci de Barberino Notarii sub MCCIC. diebus & mensibus in dictis Instrumentis contentis.

Qualiter frater Ioseppus olim Saltarelli constitutus in presentia Domini Francisci Episcopi Florentini sponte confessus fuit, & recognovit quandam emptionem, quam fecit a Boninsegna, & a quibusdam aliis, de quodam petio terre posite in Populo Sancti Laurentii seu S. Reparate, se fecisse pro Episcopato Florentino.

Regio Suburbicaria Occidentalis.

Regio Occidentalis Suburbicaria ab Vrbe exordium sumit, & Occidentem versus protenditur usque ad Gangalandum & Exineam, ubi Arno flumini interlabenti pons superstructus est, VII. M. P. spatio, quae longitudo est. Hac Planities Florentina inferior comprehenditur, cuius maxima latitudo per IV. M. P. explicatur, a Meridie in Septemtrionem. Ab Arni dextris Planities inferior Munionem, & Visentionem, vulgo *Bisenzio*, fluvios perlabentes habet, quorum primus II. M P. secundus VII. M. P. infra Florentiam in Arnum influunt. Heinc & Vallis Visentionis partem haec Planities includit. Invadit autem Munionem fluvius alius, Tertiolae nomine, inter Pontem Rivi Fredi, vulgo *Rifredi*, & Pontem Medium. In hac parte Pa-

tino. Carta manu Iunte Beindi de Asciano Notarii sub MXXX. tertiodecimo die XV. mensis Octobris. Nota temporis in mendo cubat: legendum videtur MCCLXXXXIII. vel MCCCXIII.

Qualiter Lotterius filius olim Vberti Bergongii de Lansisa donavit Domino Ardingo Episcopo Florentino totum usumfructum, & integram sex petiarum terrarum, dum vixerit, & post mortem suam, positarum loca in dicto Instrumento contentis. Carta manu Benetoenuti Notarii sub MCCXLIV. Kal. Martii Indictione XIV.

Qualiter Vgo quondam Iohannis Petri Fabri, & Lamandina uxor eius, donaverunt Domino Gottoferdo Episcopo Florentino domum & omnia alia eorum bona in dicto Instrumento contenta. Scriptum manu Petri Notarii sub MCXXIV. VI. Idus Aprilis, Ind. II.

Qualiter Turrigianus filius Portinai fuit confessus habuisse, & sibi numeratas fuisse, a Domino Iohanne Episcopo Florentino libras quinquaginta bonorum denariorum occasione in dicto Instrumento contenta. Carta manu Iohannis Galitii Notarii sub MCCXVII. XVIII. Kal. Maii.

Item qualiter Orlandus filius Grifetti fuit confessus se habuisse a Domino Iohanne Episcopo Florentino soldos quadraginta f. p. pro pretio emptionis, quam idem Dominus Episcopus fecit ab eodem Orlando. Et idem Orlandus dictos quadraginta soldos finivit Spinello recipienti nomine Episcopi & Episcopatus. Carta manu Iohannis Galitii Notarii sub MCCXVI.

Item qualiter Visconte filius Cerritieri vice & nomine Domini Iohannis Episcopi Florentini & Episcopatus, requisivit Don Ildibrandinum Priorem S. Laurentii dicens, quod Dominus Episcopus predictus volebat eligere Clericos comunes, qui deberent providere inter eos de pensione, quam recipere debet dictus Dominus Episcopus a dicta Ecclesia S. Laurentii. Carta manu dicti Iohannis Galitii Notarii sub MCCX. pridie Kal. April.

Item qualiter Dominus Iohannes Episcopus supradictus emit a Bernardo filio Pulsi de Castello Sancti Miniatis sex libros, videlicet Rationale, & alia in dicto Instrumento contenta. Carta manu dicti Notarii sub MCCV. XIV. Kal. Octob. Ind. VIII.

Item qualiter Orlandinus & Pela promiserunt Gherardo Capiani recipienti vice & nomine Domini Iohannis Episcopi supradicti & Episcopatus, quod quandocumque & quotiescumque idem Dominus Episcopus eos requisierit, vel requiri fecerit promiserunt obleviare & destruere turrim, quam facere debebant, extra eorum domum. Carta manu dicti Notarii, & sub dicto millesimo, pridie Idus Novembris Ind. IX.

Qualiter Rodulfus olim Signorie optulit bona sua Domino Raginerio Episcopo Florentino, ut continetur in Instrumento scripto manu Rodulfi Notarii sub MLXXXV. III. Idus Maii Ind. VIII.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus ex una parte, & Dominus Ildibrandinus, & certi alii Ambaxiatores Lucani ex altera, concorditer fecerunt, statuerunt, & posue-

Pagi funt, Peretula, Praetoriolum, vulgo *Petriolo*, Quaraclae, Bothri, vulgo *Brozzi*, Sanctus Domninus, Sanctus Petrus ad Pontem, Vifentionis fcilicet; Caianum, Exinea; Vici, Campi, olim Caftrum, quos Vifentio adluit; Capallae ad Vifentionem pariter in dextra ripa; Pons Rivi Fredi. Pagi iterum, Petraria, Caftellum, Quinctum, Sextum, Septimellum, Quercetum. Ab Arni finiftris Greve flumen Planitiem inrigat, quod in Arnum III. M P. infra Florentiam inlabitur. Eft etiam in ea Vingo torrens. Pagi autem, Mons Coelii, vulgo *Monticelli*, Lignaria, Scandices, Cafilina, ubi Pons Grevis; Septimum, Mons Cafuli, Caftellum Pulcis; Laftra Caftrum, & Gangalandum Vicus.

Regio Suburbicaria Septemtrionalis.

Regio Suburbicaria Septemtrionalis ab Vrbe ufque ad

fuerunt hec pacta & promiffiones, videlicet quod non dabunt, neque concedent alicui perfone vel perfonis, loco vel locis, de quibus eft in eos tam a Poteftate Florentino, quam a Prioribus Artium ipfius Civitatis, libere compromiffum. Carta manu Ser Iacobi Notarii fub MCCXV. Idus Maii Ind. XIII.

Qualiter magifter Nieri, & magifter Gherardus fratres, & magifter Bonafede, retulerunt fe menfuraffe podere pofitum a Montenghi, quod emere debet dictus Dominus Francifcus a Gratiano. Carta manu Iunte filii Brindi de Afciano Notarii fub MCCIC. Ind. XII. die XIII. Dec.

Qualiter aliqua Inftrumenta folutionis Denariorum pro opere S. Iohannis facte hominibus contentis in dicto Inftrumento, & foluta funt. Scriptum manu Bonomici Not. fub MCCLXXIV. Ind. III. cum pluribus aliis Inftrumentis fimul ligatis.

Qualiter Iohannes Prior Ecclefie S. Petri Scheradii Florentini, fententiavit & laudavit vigore compromiffi in eum facti, per Dominum Francifcum Epifcopum Florentinum ex una parte, & Confules Mercatorum Artis Kalimale ex altera, fententiatum fuit, quod deberent folvere predicto Domino Epifcopo contenta in dicto Inftrumento. Scripta manu Minutis olim Iacobi Notarii fub MCCLXXXXVI. Ind. IX. die IX menfis Augufti.

Qualiter Dominus Iohannes Epifcopus Florentinus fecit aliqua pacta & conventiones cum Mercatoribus Kalimale de Opere S. Iohannis. Carta manu Philippi quondam Bonacolti de Marcella Notarii fub MCCXVI. pridie Kal. Decembris Ind. V.

Qualiter Anfelminus filius Gherarducii & Riccha eius uxor, dederunt Nato filio Pagni, qui Bocusello vocatur, unam petium terre pofitam loco dicto Montughi, ut ex ipfa redderet annuatim Epifcopatui Florentino tempore vendemie VII. urceos mufti & dimidium. Carta manu Petri Notarii fub MCXVI. Non. Septemb. Ind. IX.

Qualiter ordinatum fuit per Antianos Communis & Populi Florentini, quod pecunia & pretium cafolarium five terrenum Epifcopatus Florentini vendendi per Epifcopum Florentinum deponatur penes Clariffimum Falconeri & focios, vel penes Iacobinum Bonmarfi Cakagni & focios, confervandum, ex quo pretio poffint folvi Camere Communis Florentie folidi octo Pifani, pro quolibet poderi redimenda pro Epifcopatu predicto de terreno ipfius Cafagii, & refiduum convertatur in utilitatem Communis Flor. Carta manu Ser Ler. Formaggii Notarii fub MCCLVI. die ultimo Septemb.

Qualiter Ildebrandinus Piccii filius Lodovichi, & Lodovitus eius filius, finierunt Domino Petro Epifcopo Florentino pro fe & dicto Epifcopatu recipienti unam petium terre que olim fuit vinea, pofitam a Magnone. Carta manu Iohannis Notarii fub MCLXXXI. Idus Martii Ind. X.

Qualiter Ildebrandinus Pictii filius Lodovichi, & Lodovitus eius filius, investierunt & finierunt Domino Petro Epifcopo Florentino unum petium terre, que olim fuit vinea, pofitam a Magnone. Carta manu Iohannis Notarii III. Idus Martii Ind. X. fub MCLXXXXI. Et refutaverunt ipfi Domino Petro Epifcopo

Sssssss omne

Qua-

ad Aviculatorium, vulgo *Vccellatoio* (ita ab avibus aucupandis, aut alendis, aut manentibus, dictum) extenditur, per VIII. M. P. ſpatium. Collium iugis bacchata eſt, & magnam partem ad Dioeceſin Faeſulanam ſpectat. Per eam ab Apennino Mucillano fluvius Munio praecipitat: eadem a Via, quae Bononiam ducit, dividitur. Ab huius Viae dextris, Faeſulae Vrbs Epiſcopalis; & Pagi, Sanctus Marcus Vetus, Munio, Gignorum, Lapum, Pons Abbatiae, Faeſulanae ſcilicet, Planum Munionis, Salariolae, Pratolinum. A ſiniſtris vero eiuſdem Viae Pagi, Mons Hugonis, vulgo *Montughi*; Caregium ſeu Campus Regis, Cercina ſeu Cerſinum. In ipſa Via, Petra, Locea, Pinus, Laſtra, Transplanum, vulgo *Treſpiano*, Mons Vrſuli, Aviculatorium, ubi prima Manſio Bononiam proficiſcentibus.

RE-

omne ius quod haberent in dicta terra. Carta manu dicti Not. ſub dicto milleſimo, Ind. & die.

Qualiter Dominus Antonius Epiſcopus Florentinus pro ipſo Epiſcopatu emit ab Eccleſia S. Salvatoris unam petiam terre dicte Eccleſie poſitam in Montughi iuxta podere Epiſcopatus. Carta manu magiſtri Martini Notarii ſub MCCCX. die III. Novemb.

Qualiter Bindus Domini Biliſiordi permutationis titulo tradidit Domino Antonio Epiſcopo Florentino pro pauperibus podere ſua de Montughi. Carta manu dicti Notarii ſub MCCCXVI. die XXII. menſis Martii.

Qualiter Dominus Franciſcus Epiſcopus Florentinus vice & nomine dicti Epiſcopatus, & pro ipſo Epiſcopatu emit a Gratiano filio quondam Salamonis Populi S. Felicis in Piazza unum podere cum terris & domibus poſitum prope Florentiam ad pedes montis, qui dicitur Montughi, quod eſſe dicitur centum quatuordecim ſtariorum, & ſex panorum ad cordam & rectam menſuram Florentinam pro pretio librarum trium millium ducentarum ſexaginta trium, & ſoldorum quinque f. p. ad rationem librarum viginti octo, & ſoldorum decem dicte monete pro quolibet ſtario. Carta manu Ser Franciſci Neri de Barberino Notarii ſub MCCIC. Ind. XII. die XV. Decemb.

Qualiter Diotiſeci quondam Tignoſi malitie pro ſe, & Bonvianta & Diotiſalvi & Rodulfino fratribus ſuis, promiſit ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino pro quibuſdam terris unum ſtarium frumenti, & unum ordei. Carta manu Iohannis Notarii ſub MCCXXIII. Ianu Februar. Ind. XII.

Que

Que ſequuntur de Caſtro Florentino, & eius Curte de Morzano, habentur ſuperius *pag.* 268. quare modo heic deſcribitur illud, quod ſequitur, & ita habet in Regeſto.

Sexta pars eſt de S. Petro in Boſſolo, de Petroria, de Linari, & de Celonole.

Qualiter lix & cauſa vertebatur inter Renerium Ormanni Sindatum & Advocatum Epiſcopi Florentini, & Epiſcopatus pro una parte, & Renerium Aglionis tutorem Torrigiani pupilli pro ipſo pupillo ex altera. Super qua queſtione ſententia lata fuit qualiter reſtituenda erat poſſeſſio Epiſcopatui Florentino de quibuſdam terris, de quibus dicta queſtio vertebatur inter dictas partes. Carta manu Ser Litii Lotteringhi Notarii ſub MCCXII. IV. Kal. Iun. Ind. XV.

Item eſt cum dicto Inſtrumento quoddam aliud Inſtrumentum ſimul ligatum, in quo continetur qualiter quedam locatio facta fuit per Epiſcopum Florentinum de quibuſdam terris Epiſcopatus Bonarote de S. Antonio, ſub MCCXIII. VII. Kal. Iunii Ind. prima.

Qualiter Dominus Gottifredus Epiſcopus Florentinus conceſſit ad livellarium Anſelmo & Alberto filiis Martini al Podio ſex petias terre poſitas ad Capannale, & ad Maſſa Volpaia, & ad Macerata, pro tredecim denariis & dimidium nomine penſionis. Carta manu Petri Notarii ſub MCXXXIV. XV. Kal. Iunii Ind. XII.

Qualiter Lambertus Teutonici de Podio Boniti tenebat & poſſidebat quaſdam poſſeſſiones & terras pertinentes ad Epiſcopatum Florentinum, quas iniuſte detinebat, & dictus

Epi-

Regio Suburbicaria Meridionalis.

Regio Suburbicaria MERIDIONALIS ab Vrbe usque ad Montem Boni per V. M. P. tractum protendatur. Angustam planitiem habet, quam Ima, vulgo *Ema*, fluvius interluit. Hic in Grevem ad Montis Acuti, in quo Carthusianorum Coenobium est, radices incidit, ab Vrbe procul III. M. P. Haec Regio ab Via regia, quae Romam tendit, secatur; & a sinistris huius Viae habet Pagos, Podium Imperiale, Sanctum Felicem ad Imam, Arcem Veterem, vulgo *Arcetri*, Lapegium, seu Lapidem Peiorem, Pontem Imae, Montem Tripaldi, Campanianum, Tegularia, Stratam, Potholaticum, seu Puteum Laticum, Pitillaulum. A dextris autem Columbaria, Montem Coelii, vulgo *Monticelli*, Scopetum, Campos Sancti Sepulcri, vulgo *Le Campora*, Car-

Episcopatus rehobuit dictas possessiones & terras. Carta manu Henrici Notarii sub MCCXIV. IV. Idus Ianii Ind. II.

Qualiter Gherardus Siadicus Domini Andree Episcopi Florentini intravit in possessionem quorumdam bonorum positorum in Populo S. Petri in Bossole. Carta manu Grimaldi Compagni de Pesciuola sub MCCLXXXVIII. Ind. I. die XVII. April.

Qualiter Fabianus Renuccii de Aglone concessit Domino Iohanni Episcopo Florentino quasdam terras positas in Populo Sancti Petri in Bossole, quas tenebat ab eo Bosinius Boncioli, & quidam alii. Carta manu Iohannis Guittii Not. sub MCCX. VII. Kal. Iulii Ind. XIII.

Qualiter Ricoverus olim Amisbetti vendidit iure proprio Iohanni Bonaguide certas terras, ex quibus solvebat Episcopatus annuatim staria septem grani. Carta manu Philippi Bonacolti Notarii, ex Imbreviaturis Aveduti Notarii sub MCCXXXVI. Ind. IV. VI. Non. Octubris.

Qualiter sententia lata fuit per Offitiales Communis Florentie in favorem Episcopatus Florentini contra Ranerium de Trebbio, & quosdam alios in quingentis libris; & fuit facta nominatio bonorum. Carta manu Iacobi nepotis Domini Rodulfi Iudicis sub MCCXIX. IV. Idus Iunii Ind. VII.

Qualiter Grimaldus Abbas S. Antonii concessit in pignus Domino Iulio Episcopo Florentino quosdam domos, terras, & fideles in Populo Plebis S. Petri in Pisside. Carta manu Lottoringhi Notarii sub MCCLXXXVIII. XVIII. Kal. Febr. Ind. XII.

Qualiter Gerardus Episcopus Florentinus concessit Manfredo quondam Gherardi quartam partem Castelli S. Petri in Bossole pro annuo fictu soldorum decem Episcopatui solvendorum sub MCCLII.

Qualiter sententia lata fuit per Dominum Benedictum Iudicem Communis Florentie in favorem Episcopatus contra Benivennem Verouli & Pilosam & Romanellam de annuo ficto quem solvere tenebantur Episcopatui predicto. Carta manu Petri Notarii sub MCCX. die V. Augusti Ind. XIII.

Qualiter Gherardus quondam Adenoldi & Beetus & Benedictus & Guiglielmus optulerunt Domino Gherardo Episcopo Florentino iura sue competentia in Ripole, & Montem Aquilonem. Carta manu . . . . sub MLIV.

Qualiter Ricsbomannus & Palmerius olim Pieri promiserunt dare Sindico Episcopatus Florentini annuatim duo staria grani ad starium Passignanensem de quibusdam terris. Carta manu Bernardini Notarii sub MCCXIII. V. Non. Martii Ind. II.

Qualiter Mainardus & Vgo & quidam alii renuptiaverunt omni iure quod habebant a Note & S. Antonio, quam rinuptiationem fecerunt Ildibrando Guidoni & Petro Vicedomini tunc Episcopatus Florentini. Et sunt tria Instrumenta simul publice scripta manu Gualberti vocati Volpacchi Notarii sub MCXII. IV. Kal. April. Ind. V.

Qualiter Presbiter Combius Prior Ecclesie S. Geminiani de Petroio donavit Domino Iohanni Episcopo Florentino certa servitia & redditus, que annuatim reddebat ipsi Ecclesie Pitbo-

Carthusiam, aliosque. In ipsa Via sunt Pagi, Fons, Massa Pagani, Porticus, Gallutium, Tabernulae, vulgo *Tavernuzze*, Mons Boni, qui proprie ad Vallem Grevis spectat.

Post Suburbicarias hasce Regiones, aliae sunt, quae hoc ordine describentur.

I. Ad Septemtriones, Mucillum.

II. Ad Orientem, Vallis Sevis.

III. Ad Meridiem, Vallis Grevis, Vallis Pesae, & Clantum;

IV. Ad Occidentem, Vallis Visentionis, Vallis Marinae, Golfolina, Vallis Arni Inferior, & Vallis Elsae.

MVCILLVM.

MVCILLVM Provincia est Etruriae ad Septemtriones cuius ambitus LXXX. M. P. censetur. Eius colles, seu magis tumu-

tholiani de Petroio, scilicet denarios sex, tres panes, unum barlectam vini, & unum par gallinarum, & unum par pulcinorum, & duo opera. Carta manu Iohannis Galetii Notarii sub MCCXII. VII. Idus Iul. XV. Ind.

Qualiter Chiarus olim Vguicci Comunis Populi S. Geminiani, Plebatus Plebis S. Petri in Bossolo, recognovit se fore colonum Episcopatus Florentini, & dare promisit annuatim Episcopatui predicto sex staria grani. Carta manu Guerrcontis Alberti Notarii; ex Imbreviaturis Ser Bentivenuti de Robia Coniuu Notarii sub MCCLVI III. Kal. Martii Indict. XIV.

Qualiter Balduccius Bonaveris Populi Plebis S. Petri in Bossolo Factor Domini Episcopi Florentini fuit confessus se habuisse decimas a Pino Iacobi de Mugliano. Carta manu Guidonis Benincase Notarii sub MCCXXVII. Ind. I. die XV. Ian.

Qualiter Miagarda olim Gattolini, & Gentile eorum filius, vendiderunt Episcopatui Florentino terras & feuda, que habebant in Castro, Burgo, & Curte de Petroio, & patronatus ipsius Ecclesie. Carta manu Ingbilberti ex Imbreviaturis Raneris Notarii sub MCLXIV. II. Iaus Ianuar.

Qualiter Homines Populi Plebis S. Petri in Bossolo promiserunt & iuraverunt edificare Castrum super podio, ubi est posita Ecclesia S Iohannis S. Petri in Bossolo, Domino Iohanni Episcopo Florentino. Carta manu Palmerii & Iohannis Golitii Notarii sub MCCXIII. Ind. II. diversis diebus.

Qualiter Zabollina filia Iohannis Bottaccii, & uxor quondam Rodolfini Bernardi de Catignano, propter velamen sui capitis obtulit & donavit Domino Gottifredo Episcopo Florentino omnia Castella, casas, terras, & vineas sibi pertinentes in tota Marchia Tuscie, que ees posite sunt in Corte & Castro de Linari, Timignani, Vzano, Pogna, Corsignano, S. Maria Novella, ubi Nuovole dicitur, in Castro & Curte de Aquiloae, & Tregenta, & in Castro & Curte de Turri, & in Curte de Cignano, & Sanphilippo, & a Colle, & in Curte de Catignano, & quatuor resitientias in Curia S. Brancatii. Carta manu Petri Notarii sub MCXXVI. III. Idus Ianuar. Indictione V. Non mirum si Catiniani gentes erant adeo divites & locupletes; nam & Comites quidem, forte ex Comitum *Albertorum* gente, eius dominati sunt.

Qualiter Benivenni filius olim Iohannis de S. Petro in Bossolo, recognovit se dare debere annuatim tria starea grani Episcopatui Florentino, & unum par capponum de quodam suo resedio posito in Populo S. Petri in Bossolo, loco dicto Curte fredda. Carta manu Rossi Notarii sub MCCXLV. Ind. III. IV. Kalendas Iulii.

Qualiter Sincerius, & Amerigus, & Baldovinus fratres filii quondam Maczii, refutaverunt Domino Gottifredo Episcopo Florentino tres partes Castri & Corte de Linari. Carta manu Vbaldi Notarii sub MCXXVII. V. Idus Febr.

Qualiter Curradus Marchio Tuscie concessit Domino Episcopo Gottifredo albergeriam suam, quam habebat in terra S. Iohannis infra totam Ple-

muli, planitiei aequor prope imitantur, montibus altioribus circumvallati. Hi ſunt: ad Orientem, Falterona, mons ſublimis, ex quo Arnus, & Tiberis, flumina ſcatent, quique Mucillum a Caſentino ſeparat; ad Septemtrionem Alpes Penninae, ſeu Apenninus, quae illud dividunt ab agro Bononienſi, & reliqua Aemilia; ad Occidentem Montes Vernii, Calvanae, & Prati, illud claudunt; & tamdem ad Meridiem Vallis Marinae, Mons Maurillus, Mons Aſinarius, Mons Rinaldi, Mons Rotundus, & Mons Iovii, a Florentina Planitie, & collibus Suburbicariis, & Valle Sevis, diſterminant. Fluvii plures Mucillum inrigant, quorum primarius Seve eſt, qui prope Montem Cuculi ſcaturiens medium Mucillum ab Occidente in Orientem ſecat per XXXVI. M. P. tractum, donec in Arnum inlabitur. In Sevem a ſiniſtris influunt fluvii, Lora, Stura, quae fluvium Allium excipit; Calecula, Tavaianus, in quem Sorcella flumen deſinit; Anguidula, Rivus Malthoſus, Liviſo, in quem

Plebem S. Petri in Boſſolo, & S. Stephani de Campo Pauli, & S. Cecilie de Detimo. Carta manu Guilberti Notarii ſub MCXXVII. Indict. IV. VI. Idus Iulii.

Qualiter Dominus Marſoppinus Vicarius Domini Ardinghi Epiſcopi Florentini intravit in poſſeſſionem terrarum olim Bigordi poſite in Parocchia Sancti Petri in Boſſolo, coloni Epiſcopatus, loco dicto Ala Gavina. Carta manu Aldobrandini Benevenuti Notarii ſub MCCXLI. VI. Idus Iunii Ind. XIV.

Qualiter Domina Campiſiona uxor olim Pieri Martinelli Populi Plebis S. Petri in Piſſide, recognovit Ser Bindo Sindico Epiſcopatus Florentini, quod Martinellus predictus, ſocer dicte Domine Campiſione, tenuit ab Epiſcopatu Florentino unum podere tam domo, culto, & aliis terris, de quibus ſolvebantur annuatim nomine fictus ſtaria ſex grani, & unum par pollaſtrorum, que Domina Campiſiona recognovit ſe tenere medietatem dictorum bonorum, de quibus bonis dare promiſit & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui tres ſtaria grani, & unum pollaſtrum. Vt in Imbreviaturis Benedicti Magiſtri Martini Notarii continetur ſub MCCCXIX. Ind. II. die XXVI. Octubris.

Qualiter Dominus Simon de Caſtro Poci Sindicus & Familiaris Domini Franciſci Epiſcopi Florentini locavit ad affictum perpetuum Nello Schiattini olim de Tignano, qui nunc moratur in Populo Sancti Andree de Fabrica, quaſdam poſſeſſiones & terras poſitas in Populo S. Petri in Boſſolo. Vt in quodam libro Imbreviaturarum Domini Franciſci de Barberino continetur, ſignatum per . . . . ſub MCCCII. Ind. XV. die XVIII. Aug.

Septima pars eſt de Cintiano & Podiobonizi.

Qualiter Martinellus & Guelfredus fratres & filii quondam Pancuctii debent annuatim perpetuo Domino Epiſcopo Florentino, tres ſtaria grani ad Eccleſiam de Cignano, & plures alii homines debent ſolvere dicto Epiſcopatui certum affictum, ut in dicto Inſtrumento plenius continetur, ſcriptum manu Tolomei Guccii Tolomei de Legri Not. Ex Imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti de Podiobonizi Notarii ſub MCCXXXVI. de menſe Iulii.

Qualiter Epiſcopus Iulius Florentinus locavit ad livellarium Crecbo filio Manzi recipienti pro Rinuccio Lombardi unam petiam terre poſitam ad Sanctum Geminianum pro annua penſione quatuor denariorum de Lucba. Carta manu Galitii Notarii ſub MCLIX. XI. Kal. Ian.

Qualiter Dominus Vgu cione Poteſtas Podii Bonitii cum tertis hominibus dicti Communis, promiſerunt & convenerunt Domino Bene de Monte Ficalli Procuratori Domini Iohannis Epiſcopi Florentini dare annuatim in perpetuum pro medietate Burghi Veteris duos denarios & unam Medaliam monete Piſane. Carta manu Iacobi Not. ſub MCCXXV. XVII. Kal. Maii Ind. XIII.

Item qualiter plura alia Inſtrumenta queſtionis habite olim inter Commune Podii Bonitii & Epiſcopatum Florentinum ſunt ſimul ſignata.

Qualiter Siminectus olim Gherardi de Cintiano promiſit annuatim dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino unum ſtarium grani ad ſtarium

Ttttttt

quem cadit Cornuculus fluvius, Balneo, Boſſus, Calae, Elſa, Piſciola, Mucio, Cuturnus, Arſella, Botena, Rivus Maior, Decumanus, cuius alveo flumen S. Gaudentii excipitur, Muſia. A dextris autem inlabuntur fluvii, Cunnuculus, Caſagiolus, Carza, in quam Carolonis & Paterni flumina incidunt, quaeque non longe a Pratolino oritur; Cardetola, Faltona, Fons Iannis, Fiſtona, Strulla, Corella, Baldracca, Rivus Sancti Martini, Pigella. In quinque Territoria Praetorum Mucillum diſpertitur, vulgo *Poteſtarias*, quae Scarpariae Vicario ſubſunt. Ea ſunt Vicariatus & Territorium Scarpariae, Territorium Burgi Sancti Laurentii, Territorium Barbarini, Territorium Viculi, Territorium Decumani. Eſt & Territorium Sancti Gaudentii, aſt ei non Praetor, ſed ſimplex Iudex, praeeſt. Eſt & Foedus Taliaferri, ſeu Pagi foederati ad Taliaferrum. In Mucillo Vici ſeu Caſtella praecipua ſunt ad ſiniſtram Sevis, Scarparia, Barbarinum, Burgum Sancti Lauren-

tium Florentinum. Carta manu Ser Guidonis Bernardi Notarii ſub MCCLXXXVIII. die XII. menſis Novembris.

Qualiter Michaelo de Podiobonizi promiſit dare & ſolvere annuatim Domino Iohanni Epiſcopo Florentino de quadam petia terre duas Medalias bonas. Carta manu Ser Reſtauri Not. ſub MCCXVI. VIII. Kal. Aug. Ind. IV.

Qualiter Baldeſe filius quondam Ormanni Corbitti de Podiobonitii iuravit fidelitatem Domino Iohanni Epiſcopo Florentino. Carta manu Ser Benvenuti Not. ſub MCCLVI. Ind. XI. X. Kal. Maii.

Qualiter Dominus Andreas Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum Ser Iohannes de Podiobonitii certas terras & poſſeſſiones poſitas in Villa de Cinciano, & alibi, qui Ser Iohannes promiſit ſolvere annuatim nomine fictus quatuordecim ſtaria grani in perpetuum. Carta manu Ser Gratie Arighi Not. ſub MCCLXXXXII. Ind. VI. die III. menſis Nov.

Qualiter Martinellus & Gualfreducs filii olim Pulcettii, & Bonaguro filius quondam Saſſi, & alii de Podio Bonitii recognoverant Epiſcopum in eorum Dominum ſpiritualem & temporalem, & ſe fuiſſe & eſſe fideles Epiſcopatus Florentini pro certis quantitatibus affictis. Carta manu Ildibrandini Notarii ſub MCCLIII. Ind. XI. X. Kal. Maii.

Qualiter in dicto Epiſcopatu ſunt ſimul quedam acta cuiuſdam cauſe que vertebatur inter Commune Podii Bonitii & Epiſcopatum Florentinum. Occaſione in dictis actis contenta coram Archidiacono Lucenſi.

Qualiter Sitcherius filius Michaelis Ermin. pro ſe & fratribus ſuis dedit & ſolvit Presbytero Iunte Capellano D. Epiſcopi Florentini recipienti vice & nomine dicti Epiſcopi & Epiſcopatus, ſoldos vigintiquatuor denariorum Piſanorum, quos tenetur ſolvere annuatim Epiſcopatui predicto pro feudo tamquam fidelis Domino ſuo. Carta manu Guerrenitis Alberti Not. de Burgo Sancti Laurentii de Mucillo. Ex Imbreviaturis Ser Benvenuti Mancti Not. ſub MCCXXXIX. Ind. XIII.

Qualiter Guerruttius quondam Rogerii de Cinciano Curte Podii Bonitii fuit confeſſus & recognovit ſe eſſe fidelem Epiſcopatus Florentini, & dare promiſit & ſolvere annuatim dicto Epiſcopatui ſtario ſex grani, ut continetur in Imbreviaturis Ser Bindi de Calenzano Notarii ſub MCCCX. Ind. VIII. die X. Novemb.

Qualiter Tellus Iacobi Camerarius Communis & Univerſitatis Caſtri Podiibonitii vice & nomine dicti Communis ſolvit de pecuniis dicti Communis Domino Simoni de Caſtro Perii Camerario & Sindico Domini Francisci Epiſcopi Florentini & Epiſcopatus pro ipſo Epiſcopatu recipienti pro anno cenſu in perpetuum debito a dicto Communi dicto Epiſcopo & Epiſcopatui ſoldos ſeptem & unum Medaliam pro quadraginta annis proxime preteritis in ſumma ſolvit ſoldos vigintiocto & quatuor Medalias, ut in Imbreviaturis Ser Bindi Romei de Calenzano Not. continetur ſub MCCIC. Ind. XIII. die XIV. Ian.

Octava pars eſt de Fabrica.

Qualiter Dominus Ardingus Epiſcopus Florentinus pro Epiſcopatu Florentino emit a Domino

rentii, Sancta Agatha, Viculus, Castrum Sancti Gaudentii, Decumanum. A dextris autem eiusdem fluminis, Casagiolum Praetorium Gentis Mediceae, Arx Sancti Martini, Sanctus Petrus ad Sevem secunda Mansio Bononiam euntibus, Valea. In Mucillo quoque exstant, Comitatus Hospitalis, vulgo *Lo Stale*; & Marchionatus Sancti Lorini: ille in confinio agri Bononiensis ad Monachos Monasterii Sancti Salvatoris Septimi spectat; hic ad *Guadagniam* familiam patriciam trans Arnum Florentiae habitantem pertinet, in confinio agri Casentinatis positus.

VALLIS SEVIS.

VALLIS SEVIS ad Orientem Musiam flumen, ad Occasum Pontem Sevis & Vallem Arni Superiorem, ad Meridiem Casentinum, ad Boream Mucillum, confines habet. Illa quidem VIII.

mino Orlando de Borberino certos homines & fideles cum certis quantitatibus grani. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXXXIV. XIII. Kal. Martii Ind. III.

Qualiter Amideus filius olim Bonaunccii de Fabrica vendidit Boldanzino recipienti pro Episcopatu Florentino certas terras positas in dicto Popolo de Fabrica. Carta manu Paudi filii Tieffe de S. Petro in Bossolo Notarii sub MCCLXXX. Ind. IX. die XXVII. Necemb.

Qualiter Cardinale filius quondam Iacobi Tornoquinci iuravit fidelitatem Domino Iohanni Episcopo Florentino, & similem fidelitatem iuravit Falcone filius Amidei de Fabrica. Carta manu Pagani Not. sub MCCXVII. VI. Idus Octobris Ind. VI.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit certas terras & possessiones a Riccio Clerico Rectore Ecclesie S. Andree de Fabrica. Carta manu Ser Bencivennis de Rubia Canina Not. sub MCCLVIII. XVI. Kalendas Octob. Ind. II.

Qualiter laudatum & sententiatum fuit inter Dominum Iohannem Episcopum Florentinum ex una parte, & Sinibaldum, Gentilem, Bernardum, & Roynerium fratres filios olim Scolarii de Monte Buono ex altera, super questione vertenti inter eos occasione quorumdam fidelium. Carta manu Ser Iacobi Notarii sub MCCXII. III. Kal. Octob. Ind. III.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit certas terras & possessiones a Riccio Clerico de Fabrica. Carta manu Ser Guerrinantie Alberti Notarii, ut ex Imbreviaturis Ser Bencivennis de Rubia Canina Notarii sub MCCLVIII. XVI. Kal. April. Ind. II.

Qualiter Braccius filius quondam Pieri de Fabrica promisit & tradidit se in manibus Domini Iohannis Episcopi Florentini pro suo homine & colono, cum tota sua familia, & uxore & rebus. Carta manu Guerriantis predicti Not. ex dictis Imbreviaturis sub MCCLVIII. XV. Kal. April. Ind. II.

Qualiter dictus Brutius vendidit dicto Domino Episcopo certas terras positas in dicto populo de Fabrica. Carta manu dicti Notarii sub millesimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Domina Chiara recognovit Cheli quondam Corsi Sindico Domini Francisci Episcopi Florentini certas terras & possessiones. Carta manu Ricoveri Aldobrandini Notarii sub MCCLXXXXVI. Indict. IX. XIII. die mensis April.

Qualiter Torrigianus quondam Rodulfi de Fabrica iuravit fidelitatem Domino Iohanni Episcopo Florentino. Carta manu Bencivennis Not. sub MCCLXXI. IX. Iun. Ind. XV.

Qualiter Nerius quondam Orlandi Bocchetti de Fabrica recognovit Domino Lotterio Vberti Sindico Domini Andree Episcopi Florentini certas terras positas in Populo de Fabrica, de quibus dare promisit annuatim sex staria grani. Carta manu Ricoveri Aldobrandini Notarii sub MCCLXXXVIII. Indict. VIII. die XII. mensis Februar.

Qualiter Domina Chiara uxor olim Torrigiani de Fabrica recognovit Cheli Corsi Sindico Domini Francisci Episcopi Florentini certas terras & possessiones quas tenebat, & promisit

VIII. M. P. ab Oriente in Occidentem protenditur; & Comitatum Turriculi, vulgo *Turricchio*, ad Episcopum Faesulanum pertinentem continet, cum ad dexteram, tum ad finistram, fluminis; inque eo Casinos Vicum. Mussia fluvius a finiftris Sevem incurrit, VIII. M. P. supra Sevis & Arni confluentem. In Valle Sevis a dextris fluminis Mons Fesuli, Mons Iovii, Aco, Plebes Vetus, Vicus, Turriculus, Mons Bonelli, exftant; a finiftris, Nepotianum, Bibianum, Falganum, Palaria, Glacetum, Borfelli, Rufina, Cafini, S. Leolinus, Pominum, habentur. Sed alii melius Vallem Sevis ex agro supra Decumanum repetunt, & tunc X. M. P. & amplius, a Sevis confluente in Orientem extenditur. Nam superius, ubi Ecclefias Faesulanae Dioecefeos, & Provincias, in quibus fitae illae funt, recenfuimus, vidimus in Valle Sevis omnes hasce Plebes, Glaceti, Castellionis, Pomini, Ratae, S. Leonini, computari; & insuper S. Ditali, S. Babylae, vulgo *San Bavello*, Rin-

misit solvere annuatim id quod solvere tenebatur. Carta manu Ser Ricoveri Notarii sub MCCLXXXVVI. Ind. IX. die XIII. Septemb.

Qualiter Martinus filius olim Piccholi de Petrolo vendidit Presbytero Maffeo recipienti pro Episcopatu Florentino quamdam petiam terre positam in Parocchia S. Margerite. Carta manu Ser Bonafere Notarii sub MCCXXXIII. III. Idus Febr. Ind. V.

Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus emit certa iura posita in Castro de Fabrica, ut patet in quinque Instrumentis scriptis manu Iohannis Notarii sub MCXVI. III. Idus Mart. Ind. X.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit certas terras & possessiones positas in Fabrica a Poimerio Ciuti de Fabrica. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex Imbreviaturis Ser Bracivenuis de Rubia Canina Notarii sub MCCLVIII. V. Kal. April. Ind. II.

Qualiter Neri Caiaus filius olim Domini Philippi de Scolaribus renunptiavit & remisit Mastuccio Domini Iacobi recipienti pro Episcopatui Florentino duas petias terrarum positas in Populo S. Andree de Fabrica. Carta manu Ser Russi Iante Not. sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die XII. mensis Dicemb.

Qualiter Chiarus Bonelli de Fabrica Vallis Pese fecit se fidelem Episcopatus Florentini, & promisit dare annuatim unum modium grani. Carta manu Ser Guerriantis Alberti Not. ex Imbreviaturis Ser Benciovenuis de Rubia Canina Not. sub MCCLVIII. Kal. April. Ind. II.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus dedit & concessit Meliori Galio & Bono fratribus filiis Bonacolti de Fabrica certas terras & possessiones. Carta manu Philippi Bonacolti Not. sub MCCXV. Idus Ianuar. Ind. XIV.

Qualiter Boninsegna de S. Petro in Bossulo dedit, tradidit, & concessit Domino Iohanni Episcopo Florentino certas terras & possessiones. Carta manu dicti Notarii sub MCCXVI. Idus Martii Ind. V.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus ex una parte, & Bondelmonte, & Gherardus fratres filii quondam Teghiai ex altera, diviserunt certas terras & possessiones. Carta manu dicti Philippi Bonacolti Notarii sub MCCXIV. V. Non. Aug. Ind. II.

Qualiter Vguttione filius olim Aldobrandini pro remedio anime sue donavit Domino Renerio Episcopo Florentino iura ad se pertinentia in Castro de Fabrica. Carta manu Petri Not. sub LXXXXVIII post millesimo.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit certas terras & possessiones positas in Fabrica a Christiano filio olim Peri de Fabrica. Carta manu Ser Benciovenuis de Rubia Canina Not. sub MCCLVIII. Ind. X.

Qualiter dictus Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit domos, & resedia posita in Castro de Fabrica a Posserino Iohannis de Fabrica. Carta manu Pacis Domini Frederighi Notarii sub MCCXVI. IV. Non. Octob. Ind. V.

Qualiter Dom. Iohannes Episcopus predictus emit certas terras & possessiones a Chiaro Bonelli

Qua-

Rincinarum, & Frascularum. Pars autem Oppidi Decumani, quae ad sinistram fluminis cognominis est, in Paroecia Frascularum exstat. Sic autem Vallis Sevis ad Orientem, non Mussia flumine terminatur, sed ultra, usque ad proxima Sancto Gaudentio loca, excurrere deprehenditur.

Vallis Grevis.

Vallis Grevis, ad Septemtrionem Regionem Suburbicariam Meridionalem, ad Meridiem & Occasum Vallem Pesae, ad Ortum Clantum, terminos habet. Flumen Greve eam interfluit, quod in Arnum infra Florentiam III. M. P. invadit, ex Clanti collibus scatens. In ea sunt, Greve Vicus a flumine nomen mutuatus, Lapegium, Pineta, vulgo *Impruneta*, Mons Boni, Sancti Cassiani Oppidum, prima Senas euntibus Mansio; Decimum,

nelli de Fabrica. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. sub MCCLVIII. Kal. April. Ind. II.

Qualiter Bratcius Pieri de Fabrica Domino Iohanni Episcopo supradicto certas terras & possessiones positas in Castro de Fabrica. Carta manu dicti Notarii sub dicto millesimo, V. Kal. April. Ind. II.

Qualiter Chiarus Bonrili de Fabrica iuravit fidelitatem dicto Domino Iohanni Episcopo Florentino. Carta manu dicti Notarii sub dicto millesimo, XV. Kal. April. Ind. II.

Qualiter Christianus de Fabrica dixit & confessus fuit se esse & fuisse fidelem Episcopatus Florentini. arta manu Guerriantis Alberti Not. ex Imbreviaturis Ser Bencivennis de Rabia Canina Not sub MCCLVIII. V. Kal. April. Ind. II.

Qualiter dictus Christianus vendidit Domino Iohanni Episcopo Florentino certas possessiones ipsius positas in Fabrica. Carta manu dicti Notarii sub millesimo, indictione, & die predictis.

Qualiter Baroue Orlandi de Fabrica vendidit Domino Arigo della Tosa terras & possessiones ementi & recipienti pro Episcopatu Florentino. Carta manu Renerii Vtacii Notarii sub MCCLXXV. Ind. XV. XII. mensis Septemb.

Qualiter Vguiccione Comes filius quondam Aldobrandini Comitis pro remedio anime sue donavit Episcopatui Florentino certos terras, possessiones, & castra posita in Fabrica. Certa manu Petri Notarii sub MLXXXXVIII. Non. Kal. Augusti.

Qualiter laudatum fuit per Gherardum Giraldi arbitrum sumptum a Visconte Sindico Domini Iohannis Episcopi Florentini ex una parte, & Buadalmontem, & Gentilem Notarios ex altera. Carta manu Inghilberti Notarii sub MCCXVII. VI. Non. Martii Ind. III.

Qualiter Gherardus vocatus Guccius Sindicus Domini Andree Episcopi Florentini intravit tenutam quarumdam terrarum & possessionum positarum in Fabrica. Carta manu Grimaldi Compagni Not. sub MCCLXXXVIII. die X. mensis April.

Qualiter Aldobrandinus Villanuczi vendidit Domino Iohanni Episcopo Florentino certas terras & possessiones positas in Fabrica. Carta manu Iohannis Galitii Notarii sub MCCXI. XIX. Kal. Ian. Ind. XV.

Qualiter Barone Magistri Orlandi de Fabrita vendidit Domino Henrico Domini Gottifredi della Tosa, & Iacoba Bernardi de Vicedominis ementibus & recipientibus pro Episcopatu Florentino certas terras & possessiones positas in Fabrita. Carta manu Renerii Vincii Notarii sub MCCLXXVII. Ind. V. die X. mensis Septemb.

Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus locavit livellario nomine Villano filio Guitti certas terras & possessiones positas ad Fabricam. Carta manu Petri Notarii sub MCXXXIX. Kal. Febr. Ind. III.

Qualiter Benintendi filius Vgolini de Fabrita vendidit Episcopatui Florentino unum petium terre positum a Fabrita. Carta manu Iohannis Galitii Notarii sub MCCII. Kal. Febr. Ind. VI.

Qualiter Dominus Arigus della Tosa, & Iacobus Bernardi de Visedominis emerunt pro Epi-

mum, Campus Pauli, vulgo *Campoli*, In Grevem ad radices Montis Acuti fluvius Ima influit, procul a Florentia III. M. P.

Vallis Pesae.

Vallis Pesae a Pesa flumine nomen habet. Vallis Grevis confinis est ad Septemtrionem; ad Ortum & Meridiem Clantum, ad Occidentem Vallis Arni Inferior, eam circumscribunt. Pesa flumen ex Clanto oriens in Arnum inlabitur XIV. M. P. infra Florentiam ad Montis Lupi radices, e regione Caprariae, non procul a Golfolina. In Valle Pesae sunt Mons Lupus Oppidum, Mons Sipertuli, vulgo *Montespertoli*, Lucardum, Mons Gufonis, Tabernellae secunda Senas proficiscentibus Mansio, aliique Vici. Illa ad XV. M. P. extenditur.

Clan-

Episcopatu a Berono certas terras & possessiones positas ad Fabricam. Carta manu Ricoveri Ildibrandini de Campoli Not. sub MCCLXVI. die XVI. mensis Septemb.

Qualiter Biliottus & Vgolinus vendiderunt Amideo de Fabrica Castaldioni Episcopatus Florentini certas terras & possessiones positas ad Fabricam, quas emit pro Episcopatu predicto. Carta manu Ser Boni Notarii sub MCLXXXXV. Nonas Maii Ind. XIII.

Qualiter Beggerinus Procurator Domini Ardinghi Episcopi Florentini, emit certos res a Bonchristiano filio Ranerii. Carta manu Dietisalvi Notarii sub MCCXXXIV. Non. Mart. Ind. VIII.

Qualiter dictus Buscialinus Menabuoi vendidit Benvenuto Amidei recipienti vice & nomine dicti Episcopatus Florentini certas terras & possessiones positas ad Fabricam. Carta manu Porcarii Notarii sub MCCXXXVII. XII. Kal. April. Ind. X.

Qualiter Baroni quondam Orlandi Magistri Bocchetti de Fabrica recognovit certas possessiones & adfictus positos ad Fabricam ab Episcopatu Florentino, pro quibus possessionibus & adfictibus dare promisit annuatim Episcopatui predicto sex staria grani. Carta manu Ricoveri Aldobrandini Notarii sub MCCVIII. Ind. II. die II. mensis Febr.

Qualiter Bernardinus de Pisignano finivit & refutavit Domino Iohanni Episcopo Florentino certas terras & possessiones positas ad Fabricam. Carta manu Guerrientis Not. ex Imbreviaturis Ser Benivenuti de Robia Coutna Notarii sub MCCLVII. IV. Idus Mart. Ind. I.

Qualiter quedam sententia lata fuit in favorem Episcopatus Florentini contra Coltum Opitini de Monteacuto de una parte bladum, & duobus modiis grani & dimidio, per Curiam Florentinam. Carta manu Ser Philippi Brunacase Notarii sub MCCCVII. Ind. VI. die XXIV. Ian.

Qualiter Amideus filius olim Beativenti populi S. Andree de Fabrica vendidit Baldanzino filio olim Bonaventi populi S. Petri in Bossole recipienti pro Episcopatu Florentino certas possessiones positas in dicto populo S. Andree pro pretio librarum quadraginta f. p. Carta manu Pondi Traffe Notarii sub MCCLXXX. Ind. XIX. die XXVII. Decemb.

Qualiter Dominus Boldovinettus quondam Cecis, Dominus Pigolottus, Dominus Cece, & Dominus Philippus, fratres quondam Vguccionis iuraverunt fidelitatem Domino Iohanni Episcopo Florentino tamquam iuraverunt alii fideles & nobiles dicti Episcopatus. Vt in Imbreviaturis Minetti Notarii continetur sub MCCLI. VII. Idus Febr.

Qualiter vir nobilis Bernardinus filius & heres olim Domini Boldovinetti del Cece, & Philippus filius & heres quondam Domini Cecis, & Philippus filius & heres Domini Pegolini omnes predicti de domo filiorum Gherardini, recognoverunt Dominum Iohannem Episcopum Florentinum in eorum Dominum temporalem, & iuraverunt fidelitatem per omnes articulos fidelitatis. Vt in dictis Imbreviaturis sub MCCLXVII. die XVII. Mart.

Qualiter Neri olim Orlandini populi Sancti Andree de Fabrica Vallis Pese vendidit Cheli Corsi

Clantum.

Clantum Tusciae Regio est ad Florentiae Meridiem sita, cuius pars maxima ad Dioecesin Faesulanam pertinet. Ad Occidentem Valli Elsae; ad Meridiem Agro Senensi, contermina est. Ad Ortum Vallem Arni Superiorem habet; ad Septemtriones partem Vallium Pesae & Grevis includit. In eo Radda, Castellina, Poci, Pantianum, Mons Fecallis, Gaiola, Sancta Maria Novella, Syllanum, Passinianum, Petrasicta, & multi alii, seu Vici, seu Pagi.

Vallis Visentionis.

Vallis Visentionis, vulgo *Val di Bisenzio*, ad Orientem Mucillum & Planitiem Florentinam; ad Occidentem Agrum Pra-

Cursi populi S. Laurentii Sindico Domini Francisci Episcopi Florentini unum petium terre positum in dicto populo, pro pretio librarum centum f. p. ut in Imbreviaturis Iohannes Spade Notarii continetur sub MCCLXXXXVIII. Ind. XI. die XXIV. Maii.

Qualiter Dominus Franciscus Episcopus Florentinus fecit suum Procuratorem & Sindicum Chelem Cursi predictum ad concedendum & locandum Amideo olim Bentivenis de Fabrica possessiones & terras, quas predictus Amideus vendiderat Baldanzino Bonaveris recipienti pro Episcopatu Florentino pro mercede & pactis in presenti contractu contentis. Manu dicti Notarii sub dicto millesimo & Indictione, die XXIV. Maii.

Qualiter Chele Cursi predictus Sindicus dicti Domini Francisci Episcopi revendidit Amideo Bentivenis predicto predictas terras & possessiones; qui Chele fuit confessus nomine pretii recepisse a dicto Amideo libras quadraginta f. p. Manu dicti Notarii sub dictis millesimo, Indictione, & die.

Qualiter prefatus Amideus non obstante confessione predicta promisit Cheli predicto recipienti pro Episcopatu & Episcopo solvere dictum pretium librarum quadraginta f. p. Manu dicti Notarii dicta die.

Qualiter Iohannes de Roffiano olim . . . . de Sciolaribus promisit Domino Francisco Episcopo Florentino, stare & morari in duabus domibus Episcopatus positis in Castro Fabrice Vallis Pese, & dictas domos ad voluntatem & mandatum dicti Domini Episcopi, sive eius nuntii disgombrare, & disgombratas dimittere. Manu dicti Notarii, dicta die.

Qualiter Bertinus vocatus Ringozzerra filius olim Londi populi S. Andree de Fabrica, fuit confessus & recognovit se dare debere & solvere annuatim Episcopatui Florentino de mense Augusti de podere & possessionibus suis staria octo grani ad rectum starium Florentinum, & sic solvisse eius antecessores annuatim hactenus. Ut in Imbreviaturis Benedicti Magistri Martini continetur sub MCCCV. Ind. IV. Kal. Mart.

Qualiter Domina Imelda uxor olim Trintie & filia quondam Ridolfi dicti populi, & Domina Theodora filia olim dicti Ridolfi, & uxor olim Tic.ii, recognoverunt & confesse fuerunt, quod ipse & quelibet ipsarum tenuerunt & possiderunt prout tangit ex rata podere olim dicti Rodulfi fidelis Episcopatus, de quo solvebant annuatim dicto Episcopatui staria sedecim grani, & sic promisit ipsa solvere in futurum. Manu dicti Notarii sub dicto millesimo, die VIII. Aug.

Qualiter Chele Cursi Sindicus Episcopatus Florentini apprendidit tenutam & corporalem possessionem omnium possessionum & terrarum, quas dictus Dominus Episcopus emerat a Naracio Orlandini de Fabrica, presente, volente, & consentiente Dardo filio suo, ut in Imbreviaturis Ser Bindi Romei de Colenzano Notarii continetur sub MCCIC. Ind. XII. die XXVII. April.

Qualiter Iunta Brunassii populi S. Andree de Fabrica fuit confessus & recognovit se dare debere & solvere annuatim Episcopatui Florentino nomine fictus perpetui de mense Augusti sex staria boni & puri grani ad rectum starium Flo-

Pratensem, ad Septemtrionem Agrum Bononiensem, ad Meridiem Regionem Suburbicariam Occidentalem, confines habet. Flumen Visentio ex Apennino oritur in Bononiensium finibus; & in Arnum influit ad sinistram VI. M. D. P. infra Florentiam. Hoc fluvium Marinam excipit; & eius Vallis plures Vicos & Pagos continet, quorum, qui in Dioecesi Florentina sunt, Mucilli partem, & partem Regionis Suburbicariae Occidentalis, constituunt.

Vallis Marinae.

Vallis Marinae ad Orientem Regionem Suburbicariam Occidentalem, ad Septemtrionem Mucillum, ad Occidentem & Meridiem Vallem Visentionis, terminos habet. Marina fluvius in Mucilli finibus oritur, & in eius Valle sunt Pagi, Arbores, Clusa, Car-

Florentinum, & sic dare & solvere promisit annis singulis in futurum. Carta manu Ser Francisci Neri de Barberino Not. sub MCCIC. Ind. XII. die XV. Decemb.

Infrascripte sunt affictus, redditus, & servitia, quas & que Episcopatus Florentinus annuatim perpetuo habere & recipere tenetur & debet ab infrascriptis personis & locis de Fabrica, & eius Curia.

Qualiter Amideus Bencivennis de Fabrica tenetur & debet perpetuo annuatim dare & solvere Episcopatui Florentino pro suo poderi nomine servitii & fictus perpetui tres starios grani.

Qualiter Ghinus vocatus Rossus, & Credi eius frater, filii quondam Ristori Bencivennis de Fabrica, tenentur & debent annuatim dare perpetuo solvere & dare Episcopatui Florentino pro eorum poderi tres starios grani.

Qualiter Cenni & Futius fratres filii quondam Andree de Fabrica tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi nomine servitii & fictus perpetui starios decem grani.

Qualiter Bonfante quondam Spiglinti de Fabrica tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino nomine servitii & fictus perpetui pro suo poderi starios sedecim grani.

Qualiter Domina Theodora uxor olim Trintie, qui moratur ad S. Gaudentium, debet annuatim dare & solvere Episcopatui Florentino pro suo poderi starios sedecim grani.

Qualiter Bertinus filius Landi de Fabrica tenetur & debet dare & solvere Episcopatu Florentino pro suo poderi starios octo grani.

Qualiter heredes Neri Orlandi de Fabrica debent annuatim perpetuo dare & solvere Episcopatui Florentino pro eorum podere sex starios grani, quod podere tenet Episcopatus Florentinus, & ipsi receperunt.

Qualiter Bartolinus quondam Brunsii debet annuatim perpetuo dare & solvere Episcopatui Florentino pro suo poderi unum modium grani, quod podere tenet Megliorsous de Monte, & solvit.

Qualiter Chiarus & Puccius fratres filii quondam Giannelli, qui morantur Campauli dal Vivaio, tenentur & debent dare & solvere annuatim Episcopatui Florentino nomine servitii & fictus perpetui pro eorum poderi starios octo grani.

Qualiter Donatinus Doni de Fabrica Nunpitus Communis Florentie tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino nomine servitii & fictus perpetui starios octo grani.

Qualiter Cenni quondam Berte de Fabrica tenetur & debet dare & solvere annuatim Episcopatui Florentino starium unum grani.

Qualiter Ser Sali quondam Bonavie Notarius populi S. Simonis Florentini, tenetur reddere annuatim ad tertum tempus Episcopatui Florentino nomine fictus pro duabus petiis terre posite ad Campoli starios duos grani. Carta manu Ser Bindi de Calenzano Not.

Qualiter Tura quondam Upitzini de Fabrica tenetur & debet solvere annuatim Episcopatui Qua-

Carraria, Collis, Fanum Donati, vulgo *S. Donato*, Castrum Ligarii, vulgo *Legri*, Summaria olim Castrum, Calenzanum, Pizzidimonte.

GOLFOLINA.

GOLFOLINA iugum montium est, quos Arnus interlabitur, & ab Exinea, seu ubi Vmbro fluvius in Arnum a dextris incidit, initium habeto. Terminator ad Orientem a Regione Suburbicaria Occidentali, ad Occasum a Valle Arni Inferiore, ad Septemtriones a Planitie Agri Pistoriensis, ad Meridiem a Valle Pesae. A dextris Arni fluminis, Exinea, Artiminum, Sancti Mamantis Pagus, Lamulae seu Brucianense, Campus Maior, vulgo *Camaione*, Capraria, in ea sunto. A sinistris Gangalandum, Portus, Calcinaria, Fanum Miniatis, vulgo *Samminiatello*, La-

potui Florentino nomine servitil & fictus preperui pro terris, quas tenet ab Episcopatu predicto, que fuerunt de poderi olim Chiari Benelli de Fabrica fidelis dicti Episcopatus stariox vigintiocto grani.

Qualiter Domina Migliore uxor olim Melioratt, & Ghinus eius filius, de populo Sancti Gaudentii debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi starios duos grani.

Nova Paes est de Torniano.

Qualiter Guarnellectus, Chiantes, & Mattafellone, fratres filii olim Mazzolombardi, & Maczulombardus & Renerius fratres, filii olim Borulli rii; vendiderunt Episcopatui Florentino turrim & palatium, & omnes tasus & plateas, & res alias pertinentes ad eos, & in Cassero & in Castro de Torniano, sive eius burgis, & omnes colonos ascriptitios, & inquilinos, & homines cuiusque sint generis cum eorum patribus, filiis, descendentibus, & familiis, & peculiis, que habent in dicto Castro, & eius Curia & districtu. Carta manu Filippi Bonacolti de Morciolla Not. Ex Imbreviaturis Danielis Berrectini Notarii sub MCCXVII. IV. Idus Octubris.

Qualiter Episcopus Florentinus locavit & concessis ad annuum fictum Domino Cherito filio quondam Gherardi in termino duodecim annorum omnes domos, iura, possessiones, servitia, redditus, & proventus ad Episcopatum pertinentes in dicto Castro de Torniano, & eius iurisdictione, de quibus omnibus dare promisit annuatim certum offictum in dicto Instrumento contentum. Carta manu Bencivennis Not. sub MCCLIV. VI. Kal. Iunii.

Qualiter Episcopus Florentinus concessit in feudum predictis Guarnellocto, & aliis dictis venditoribus Castri Torniani predicti, Castrum Torniani predictum, & eius iurisdictionet; & ipsi iidem iuraverunt fidelitatem dicto Domino Episcopo. Carta manu dicti Philippi ex Imbreviaturis dicti Ser Danielis Not. sub MCCXVII. IV. Idus Octubris.

Qualiter ordinatum fuit per Commune Florentie, quod si aliquis, & maxime de Magnatibus aliquas possessiones, vel bona pertinentia ad Ecclesias, vel Ecclesiastica loca, detinuerit iniuste, quod Capitaneus Florentinus possit de predictis inquirere. Carta manu Gherardi quondam Orlandi de Galceto Notarii sumptum ex ordinamentis Iustitie Communis & Populi Florentini.

Qualiter Index Communis Florentie pronuptiavit tenutam esse dandam Sindico Episcopatus Florentini in bonis quorumdam de dicto Castro Torniani. Carta manu Benit quondam Iacobi de Ruvazano Not. sumptum ex actis Communis Florentie sub MCCLXXXVIII. die XV. Februarii.

Qualiter Guarnellectus, & alii venditores predicti petierunt quedam ab Episcopo Florentino. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXVI. de mense Ianuar.

Qualiter Digiontus, & Gottifredus, & Rusticus filii quondam Bernardoli communiter dederunt & fecerunt Episcopatui Florentino Martinum filium Cuppuccii, & Albithom filium

 Ro-

Lastra, & Malmantile, Castella, exsistant. Longitudo Golfolinae ad VII. M. P. circiter exporrigatur. Golfolinam dictam puto, quod Arni fluentum ibi veluti in angustum sinum recipiatur. A sinistris torrens Macinaria, seu Rivus Maior, non procul a Gangalando Arnum invadit.

VALLIS ARNI INFERIOR.

VALLIS ARNI INFERIOR a Monte Lupo & Capraria incipit, & ad Iram fluvium, vulgo *Era*, in Pisani Agri finibus desinit; seu melius ad fluvium Caecinellam, unde Ager Pisanus ab Arni sinistris exordium sumit; licet a dextris haec Vallis paullo ulterius protendatur. Vallis Arni Inferioris pars, quae in Dioecesi Florentina iacet, ostiis Elsae fluminis terminatur, infra Montem Lupum VI. M. P. infra Vrbem XX. M. P. In ea parte Vallis

Rodulfini, & eorum descendentes, eorum fideles & coloni.

Quod sequitur de Campoli, & Campolensi Monte, habetur superius *pag.* 287. usque ad *pag.* 301.

Duodecima Pars est de Decimo, & Sancto Cassiano.

Qualiter Bernardus Actbillis vendidit Ranerio Procuratori Domini Petri Episcopi Florentini quasdam terras positas in populo Plebis Sancti Cassiani de Decimo. Carta manu Raneri Notarii sub MCC. IV. Non. Novemb. Ind. VIII.

Qualiter Guido Cassiani vendidit Domino Petro Episcopo Florentino quasdam terras, fideles, & servitia, & alia iura in Plebatu de Decimo, ut de dicta venditione constat manu Iohannis Notarii sub MCLXXXXIV. Idus Iun. Ind. XIII.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus elegit Potestatem in Decimo, & eius curia. Carta manu Roggerii Not. sub MCCXLI. Ind. XIV. IV. Idus Maii.

Qualiter Mozzo quondam Bencivennis populi Plebis Decimi, cognovit Domino Andree Episcopo Florentino, & confessus fuit, quod ipse tenebatur solvere annuatim Episcopatui Florentino tres urceos musti & unam gallinam ex subcessione Domine Bonedonne matris sue, de quibus tribus urceis musti & galline Cenni quondam Cardinalis eius nepus promisit solvere medietatem. Carta manu Ser Benedicti Magistri Martini Not. ex Imbreviaturis Ricoveri Aldobrandini de Campoli Not. sub MCCLXXXIX. Ind. II. die VIII. April.

Qualiter Nerus Sindicus Decimi seu Sancti Cassiani renuptiavit cuidam cause & questioni per eum mote contra Episcopum Florentinum. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXLIII. XVI. Kal. Novemb. Ind. II.

Qualiter Baratthelus & Carte quondam Chiari de Sancto Cassiano tutores Iohanis & Iacobi quondam Iacobi vendiderunt Domino Iohanni Episcopo Florentino quandam petiam terre & vinee posite in populo Sancti Cassiani loco dicto Carraia. Carta manu Chermonterii Orlandini de Sancto Cassiano ad Decimum Not. sub MCCLIX. V. Idus Octob. Ind. III.

Qualiter reperiuntur in dicto Episcopatu quedam acta non publica cuiusdam cause, quam habuit Episcopatus cum hominibus Sancti Cassiani.

Qualiter homines Sancti Cassiani & eius curie iuraverunt obedire mandatis Domini Davitii Catelani Potestatis electi per Dominum Ardingum Episcopum Florentinum in . . . . Carta manu Benvenuti Not. sub MCCXLI. Kal. Iunii Ind. XIV.

Item aliud Instrumentum simul cum eo iuramenti dictorum hominum Sancti Cassiani. Scriptum manu Amati Not. sub Millesimo & Indictione predictis, XI. Kal. Iunii.

Item reperitur quoddam preceptum factum ex parte Domini Rolandi Rubei Potestatis Florentie hominibus de Sancto Cassiano & eius curia, quod ipsi iurarent obedire preceptum Potestatis, qui sibi erat positus & deputatus per Epi-

lis Arni sunt a sinistris Ambrosiana, Pons Ormae, vulgo *Puntormo*, Empulum, Empulum Vetus, Avanae, Vitiana; & Burgum S. Florae, ubi nunc *Osteria Bianca* dicitur, citra Pontem Elsae, olim exstabat. A dextris Limites, vulgo *Limiti*, Paniana-Mina seu Spiculum, vulgo *Spicchio*, Subiliana, Praetorium, Mota; mota enim terra, e praerupto tumulo ruinosum solum membratim frustatimque in Arnum ibi delabitur. Vallem Arni Inferiorem inrigant fluvii, a dextris quidem Iuxiana, quae est Lacus Novi, seu Paludis Ficiclensis, aquarum defluxio & eluvies; antiquitus tamen Arma vocata est, & hoc nomine, sicut & Iuxianae deinde, universa Palus significata fuit; a sinistris Orma, Elsa, Ebula, Caecinella, Ira, vulgo *Era*, Ponte & Oppido cognomine ad confluentem celebris; qui omnes in Arnum defluunt.

VAL-

Episcopum Floeentinum, & ut faceeent fidelitotem dicto Episcopatui. Carta mana Poy qa. Poggi de Parma Notar. sub MCCXXXVII. die ultimu Detemb. Ind. X.

Item reperitur quedam sententie lata in fovorem Episcopotus Florentini contra homines de Sancto Cassiano sopre quadam causa appellationis. Corta manu Rodolfi Notarii sob MCC-XXXVII. die XIV. Maii Ind. X.

Item reperiuntur quedam littere Episcopi Bononiensis Iuditis delegati Domini Pape, qui monuit homines de Sancto Cassiano & eius tueia, quod solvere deberrnt ea, que solvere tenentur Episcopatui Florentino. Carta manu Pele Notarii sub MCCXXXVI. IV. Non. Mart. Ind. X.

Item eeperitur quedam pronuptiatio facta per Dominum Iotopaccium Iuditem Domini Rolandi Robei Potestotis Florentie, quod Bonaccus Siodicos Domini Ardiogbi Episcepi Florentini eeat legiptimus, non obstante quod Capitulum Florentinum non consrosferit. Caeta manu Grifoppoli Henrighi Not. sob dicto Millesimo, die III. Novemb. Ind. IX.

Item qoaliter Dominus Rolandus Potestas Florentie commisit Domino Iatopactio Iuditi suo, ut cugnoscat causam vertentem inter Episcopum Florentinum ex una parte, & homines de Sancto Cassiano ex altera. Carta manu Iacobi Not. sob dicto Millesimo Idus Octube. Ind. X.

Item repeeitur qoedam sententia lata per dictum Iudicem, qualitrr homines de Sancto Cassiano & eius curia debeant stare & subesse Domino Episcopo & Episcopatui Florentino: & ee-cognoscant eum in Dominum tempoealem, & eidem prestare debeant iuramenta fidelitatis & alia facere, que in dicto Instrumento continentur. Sceipto manu Grifoppoli Not. sub dicto Millesimo, die XVI. Decemb. Ind. IX.

Item eeperitur quedam sententia lata pee dictum Dominum Rolandum Potestatem predictum, qualiter ipse confirmavit dictam sententiam latam per dictum Iatopaccium, & precepit ipsam sententiam executioni mandari. Caeta manu dicti Grifoppoli Not. sob dicto Millesimo, die IX. Kal. Ian. Ind. IX.

Item eeperitur quoddam preceptum factum ex parte dicti Domini Rolandi vigore dicte sententie hominibus de Sancto Cassiano, quatenus prestent fidelitatem, & alia faciant, que continentue in Instrumentu sceiptu manu Poy de Paema Not. sob MCCXXXVII. die . . . Dec. Ind. X.

Qualitee Dominus Aedingus Episcopus Floeentinus dedit Instatuta hominibus de Sancto Cassiano approbata pee Commune Florentie. Carta manu Petri de Bictonio Not. sub MCC-XLI. Ind. XIV. die XII. mensis Iunii.

Item eeperitur quedam sententia lata per Dominum Iohannem Iuditem Domini Vgonis Vgolini Latini Potestatis Florentie in favorem Episcopatus Florentie contra homines de Sancto Cassiano & eius curia, & iuramenta secuta vigore dicte sententie. Carta manu Fidey Not. sob MCCXLI. Ind. XIV. die IV. Maii.

Item eeperiuntur quedam iuramenta facta pee homines de Sancto Cassiano, approbantee sententiam supradictam. Carta manu Iacobi Not. sub MCC.

Item

VALLIS ELSAE.

VALLIS ELSAE, ab Elsa flumine, quod in loco Vnci supra Collem Vrbem oritur, interluitur, donec illud in Arnum inlabitur. Hoc flumen, *Selicis*, seu potius *Silicis*, nomine etiam adpellatum fuisse, *Caroli Magni* Regis Diploma, quod libro superiore produxi, indicare forte videatur. Inde *Elsa* factum existimo, corrupto interdum ac depravato vocabulo, ut fere usuvenit: ex *Selice*, enim *Selce*; ex *Selce*, *Selse*; ex *Selse*, per aphaeresin *Else*, *Elsa*. Alii duo fluvii homonymi in Tuscia sunt: in Ora maritima, unus; in Apennino Mucillano, alter. Ad Septemtrionem Vallem Arni Inferiorem, ad Meridiem Agrum Senensem & Volaterranum, ad Orientem Vallem Pesae, ad Occidentem Agrum Miniatensem & Volaterranum, confines habet. Haec Vallis ad XX. circiter M. P. ex-

Item reperitur quedam sententia lata per Dominum Vgolinum Vgonis Rubei Potestatis Florentie contra homines de Sancto Cassiano, continens in se, quod Dominus Episcopus & Episcopatus ponat & eligat potestatem in dicto Communi de Sancto Cassiano. Carta manu Guadagni Not. sub MCCXLIII. Ind. II. VII. Kal. Septemb.

Item reperiuntur plura alia Instrumenta facientia & spectantia ad dictam materiam ligata simul cum predictis.

Item reperiuntur quedam Acta quarumdam causarum Episcopatus Florentini contra homines de Sancto Cassiano simul cum predictis ligata & signata per . . . .

Qualiter Dominus Johannes Episcopus Florentinus locavit in perpetuum Martino & Iohanni fratribus filiis Bentitendi mediam partem unius petie terre, & Pasi Iordani aliam meditatem, que terra est posita in populo S. Andree in Percussina, de qua promisit annuatim Episcopatui Florentino tredecim urceos musti dare & solvere. Carta manu Bonamici Notarii sub MCCVIII. pridie Non. Maii Indictione XI.

Qualiter quedam sententia lata fuit per Dominum Petrum Iudicem Communis Florentie in favorem Episcopatus Florentini contra Biliottum de una spalla porci, annuatim solvenda perpetuo dicto Episcopatui per dictum Biliottum. Carta manu Benvenuti Not. sub MCCXXV. IV. Kal. Ian. Ind. XIV.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus excomunicavit homines de Sancto Cassiano, quia non obediebant Episcopatui. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXXVI. III. Non. Ian. Ind. X.

Qualiter Pesigolus filius Rodulfi & quidam alii donaverunt Domino Iulio Episcopo Florentino omne ius, quod habebant in quodam petio terre posite in populo S. Andree in Percussina, loco dicto a Fonte vecchia. Carta manu Iohannis Notarii sub MCLIX. XII. Kal. Decemb. Ind. VIII.

Qualiter Dominus Rolandus Rubeus Potestas Florentie condepnavit homines de Sancto Cassiano, quia non iuraverunt obedire preceptis Potestatis sibi positi & electi per Episcopum Florentinum. Carta manu Poy quondam Poggi de Parma Not. sub MCCXXXVII. die prima Ian. Ind. X.

Qualiter Dominus Atzo Episcopus Florentinus locavit in feudum Piero Martini & Ianni alteeius Martini, certas terras positas a Baguinola, de quibus solvere promiserunt annuatim pro fictu perpetuo duos solidos den. Lucensium. Carta manu Actonis Notar. ex Imbreviaturis Mardi Notar. sub MCXLIX. III. Ianuar. Ind. XIII.

Qualiter bapnitum fuit per Civitatem Florentie ex parte Domini Vgonis Potestatis Civitatis predicte, quod nullus de Sancto Cassiano faciat, nec fieri faciat, aliquem contractum in preiuditium Episcopatus Florentini. Carta manu Petri de Billoma Not. sub MCCXLI. die IX. Iun. Ind. XIV.

Qualiter Orlandus Guiglielmi Camerarius Communis Sancti Cassiani dedit & solvit Domino Iohanni Episcopo Florentino tertiam partem condepnationum factarum in dicto Communi, vide-

extenditur, collibusque includitur, qui a dextris nomine Cervariolae veniunt, & in Planitie Empulensi desinunt; a sinistris vero colles Miniatenses adsurgunt, spatiosi quidem, & usque ad flumen Ebulam procurrentes. Sunt a dextris Podium Bonitii, Linaria, Barbarinum, Viculus, vulgo *Vicchio*, Certaldum, Catinianum, Castrum Florentinum, Cammeanum quarta Mansio Pisis Senas proficiscentium. A sinistris Collis Vrbs Episcopalis, Figulinae, Barbialla, Cannetum, Camporena, Collis Pacti, Burgum Sancti Genesii olim, Turris Benni, & alii Agri Miniatensis Vici.

Quum autem alibi Dioecesin Florentinam suis limitibus subficienter circumscripserim, supersedeo in praesens minutiora persequi, & quantum cuiusvis descriptarum Regionum occupet indicare; id enim etiam ex recensione cunctarum Dioeceseos universae Ecclesiarum, in operis progressu, perspicue elucebit. Hanc

delicet soldos trigentatrès & dinarios quatuor, de quibus vocavit se tatitum & contentum. Carta manu Cremonterii de Sancto Cassiano Not. sub MCCLVI. XIII. Kal. Ian. Ind. XV.

Qualiter Ildibrandinus Raggerii vendidit Galassio Procuratori Domini Petri Episcopi Florentini omnes terras quas tenebat Gianni Maionta, que terre posite sunt in curia de Desimo in culto dicti Iannis. Carta manu Arlotti Not. sub MCLXXXXIV. mense Iulii Ind. XII.

Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus dedit & concessit ad livellarium Iohanni & Martino fratribus suis quond. Carbonselli duas petias terre positas in populo S. Cecilie de Decimo, loco dicto Licappelli, de quibus dare promiserunt Episcopatui Florentino annis singulis in futurum proficto quatuor denarios Lucenses. Carta manu Petri Not. sub MCXXVIII. V. Kal. Augusti. Ind. II.

Qualiter Cerretarius olim Botis & uxor eius donaverunt Episcopatui Florentino omnes terras, vineas, homines, & colonos, quos & quas habebant in Plebatu Desimi. Carta manu Bernardi Not. sub MCLXXXIII. V. Kal. Aug. Ind. prima.

Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus locavit & concessit ad livellarium Petro fabro filio Benitii unam petiam terrè posite prope Castellum de Decimo, pro fictu perpetuo unius spalle porci annuatim solvende Episcopatui Florentinum per dictum Petrum. Carta manu Alexandri Not. sub MCXL. VII. Kal. April. Ind. III.

Qualiter Dominus Galganus Iudex Domini Angeli Malabranche Potestatis Florentie tulit sententiam in favorem Episcopatus Florentini contra homines de Sancto Cassiano. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXX. VIII. Idus Dec. Ind. XII.

Item sunt quedam alia acta simul cum dicto Instrumento, cuiusdam cause vertentis inter homines de Sancto Cassiano & Episcopum Florentinum.

Qualiter Pasturinus quondam Iannis de populo Sancti Cassiani recognovit se tenere a Domino Ardingo Episcopo Florentino certas terras & possessiones, & promisit eas non vendere, sed de ipsis dare & solvere promisit annis singulis in futurum dicto Episcopatui nomine ficti tres starios grani ad antiquum starium. Carta manu Ser Guerriantis Alberti Notar. ex Imbreviaturis Ser Benvenuti Manetti Not. sub MCCXLVI. Ind. III. Kal. Iun.

Qualiter Dominus Antonius Episcopus Florentinus fecit procuratorem ad intrandum in possessionem bonorum quondam Gerii Oliverii de Vicedominis, que tenebat occupata in preiudicium Episcopatus Florentini. Carta manu Benedicti Magistri Martini Notar. sub MCCCX. Ind. IX. die II. mensis Novemb.

Qualiter quoddam laudum latum fuit per quosdam arbitros inter Dominum Iohannem Episcopum Florentinum ex una parte, & Guidonem Corsi Lamberti ex altera. Carta manu Henrighi Not. sub MCCXII. XI. Kal. Iulii Ind. XV. Que questio fuit & versa est inter eos occasione quarumdam terrarum.

Qualiter Iohannes & Gherardus fratres filii Amitelli optulerunt & tradiderunt Episcopatui Florentino septem petias terrarum positas

Yyyyyyy

Hanc tamen Dioecesin non semper iisdem limitibus terminatam fuisse, res in comperto est; modo enim ampliores, modo angustiores, prout tempora, & rerum eventus, tulerunt, fines habuit; numquam vero tam breves coactosque, ut in praesens; quum ad Dioecesin Collensem formandam sui partem non exiguam contulerit. Hasce finium mutationes ex iis, quae in hac Historia narraturi deinceps sumus, pariter cognoscere e it. Quum itaque Regiones, per quas Dioecesis Florentina patet, descripserimus, & veluti sub legentium oculos posuerimus; tempus iam est procedendi ad Oppidorum, Castrorum, Vicorum, Populorum, aliorumque locorum & Pagorum, Episcopatus Florentini dominio olim subiectorum, enumerationem, ut iam nos facturos superius recepimus.

Op-

sitat in populo Sancti Cassiani. Carta manu V.mettonis Not. sub MCV. V. Kal. Ion. Ind. XIV.

Qualiter Cione quondam Grulli de Casa vetchia, & Corsus quondam Neris de populo Sancti Cassiani recognoverunt in eorum Dominum temporalem Episcopum & Episcopatum Florentinum, & promiserunt ipsius obedire mandatis, & etiam mandatis Potestatis ibidem positi & electi per Episcopatum predictum. Carta manu Gueresantis Aiberti Not. ex Imbreviaturis B nvenuti Mancti Not. sub MCCXLI Kal. Ian. Ind. XIV.

Qualiter Bernardus quondam Vliverii de Vicedominis Procurator Domini Ardinghi Episcopi Florentini aprendidit possessionem quarumdam domorum & earum . . . . positarum in Burgo Sancti Cassiani. Carta manu Bonaiunte Benerdi Not. sub MCCXLIV. VI. Idus Dec. Ind. III.

Qualiter Saracinellus filius Vgolini, & Amirabile uxor sua, & Martinus Angiolelli, & Montanina uxor sua, pro parte vendiderunt, & pro parte donaverunt Rolando Rectori Hospitalis de Calzainolo unam petiam terre posite loco dicto Soripa. Carta manu Artelli Not. sub MCLXXIV. V. Idus Ian. Ind. VII.

Qualiter Sichelminus & Rolandus fratres filii Benaii vendiderunt Hospitalario Calzainoli unam petiam terre posita prope flumen Pese dicto loco Soripa. Carta manu Rodulfi Not. qui vocatur Tocthelos sub MCXL. Idus Febr. Ind. V.

Qualiter Bellaziottus olim Bonainti populi Sancti Castiani de Decimo iuravit obedire mandatis Domini Davitii Potestatis dicti loci pro Episcopo & Episcopatu Florentino. Carta manu Guidalotti Not. sub MCCXLII. pridie Kal. Maii Ind. XV.

Qualiter Vniversitas & Commune de Decimo fuerunt exbapniti in libris tre entis ad instantiam Episcopatus Florentini per Dominum Iohannem Medalie Iudicem Domini Vgonis Vgolini de Castello Potestatis Civitatis Florentie. Carta manu Guidalotti Notarii sub MCCXL. XVI. Kal. Mart. Ind. XIV.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus elegit in Potestatem Decimi Dominum Davittum Gatelani. Carta manu Iacobi Notarii sub MCCXLI. pridie Kal. Ian. Ind. XV.

Qualiter ad petitionem Gherardi Gualberti Rectoris Communis Sancti Cassiani Dominus Gilius Melidosi Iudex & Assessor Domini Capitanei Civitatis Florentie precepit Corso Diodati electo pro Communi Florentie, ut dicebatur, in Dominum & Vicarium Communis Sancti Cassiani predicti, quod non gravaret ipsum Rectorem, aut aliquas personas dicti populi occasione sui salarii, cum electio & dominatio ipsius Communis & toti pertineat ad Episcopum & Episcopatum Florentinum. Carta manu Diotaiuti Angueni Pilli Notar. sub MCCLXXVIII. Ind. VI. die X. Septemb.

Qualiter Dominus Bonatursus . . . Iudex Domini Vgonis Gretti Potestatis Civitatis Florentie ad petitionem Baglionis Sindici Domini Iohannis Episcopi Florentini, exequendo sententias dicti Domini Episcopi & Episcopatus contra Contialum Vgolini, mandavit ipsi Conciolo, quatenus det, faciat, & prestet, & mittat con-

Oppida, Castra, Castella, Vici, Villae, Pagi, Populi, Episcopatui Florentino subditi, vel quoquomodo obnoxii.

I. Castrum Montis Rotundi cum territorio. Hoc situm erat in Mucilli finibus, non procul a Monte Crucis, & Galiga, & ad Vallem Sevis pertinebat. Ita dictum puto a forma rotunda, qua Mons circumscribitur. Distat Florentia XV. M. P. ad Caeciam; & in eo erant loci vocati Lama, & Podium Petizonis. Spectabat olim ad Comites *Guidones*, nam inter eorum Castra recensetur; sed *Ioannes* Episcopus Florentinus illud emit ab *Aldobrando Gherardi* F. *Adimario*, cui Comites *Guidones* vendiderant; & Commune Florentiae aliquantum pecuniae Episcopo contulit, ut emere posset. Nunc dirutum est, ut fere omnia alia Castra & Castella Agri Mucillani, & Vallis illius.

II.

tinoe guardiat, & scaraguatus in dicto Castro de Decimo, & custodiat portam dicti Castri. Carta manu Panni Domini Octonis Notarii sub MCCXXIII. Idus Maii Ind. VIII.

Qualiter Iacobus Riccardini, & Domina Ravenna eius uxor iure proprio vendiderunt Episcopatui Florentino duas petias terrarum positas in Plebatu Decimi, prima quarum posi- tas in Plebatu Decimi, prima quarum posita est loco dicto Ginestreto, secunda posita est loco dicto alla Strada; & insuper vendiderunt dicto Episcopatui affictum viginti flariorum grani, quod annuatim habere & recipere debebant a Pracese, & Azone . . . & vendiderunt eidem Episcopatui sedecim flarios grani, quod annuatim recipere debebant a filiis Tribaldi . . . . Et fictum decem flariorum grani, quod annuatim recipere & habere debebant a Brunetto . . . Et fictum unius flarii grani, quod annuatim recipere & habere debebant a Perone filio . . . Et affictum unius alterius flarii grani, quod habere & recipere debebant ab Arrighetto filio . . . . . Et affictum duorum flariorum grani, quod granum recipere & habere debebant a Balderasio & Vguiccione. Et generaliter vendiderunt dicto Episcopatui omnes terras, & res, ex quibus & pro quibus dicti affictus eisdem venditoribus hactenus solvebantur. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCCXXXXVIII. XI. Kal. Ian. Ind. prima.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus ad conservationem iurisdictionis Episcopatus in Castro, curia, & districtu Decimi, ordinavit & fecit quedam Statuta observanda per homines dicti loci, subscripta manu Domini Ia-

Iacobi Iudicis de Cerreto, & Ser Ruberti, & Ser Pele, & Ser Amati, & Ser Benvenuti Not. subscripta, & insinuata ex originalibus & autentico dictorum Statutorum, que Statuta diligenter lecta & ascoltata per Iudicem Domini Vgonis Vgolini Latini Civitatis Florentie Potestatis, idem Dominus Potestas confirmavit & approbavit, & omnia & singula que in eis continentur. Salvo semper honore Communis Civitatis Florentie & eius Potestatis, sub anno Domini MCCXLI. Ind. XIV. tempore Domini Federici Romanorum Imperatoris & semper Augusti, die XII. exeunte mense Iun.

Qualiter Dore quondam Tebaldi Boninsegne Marangonis populi S. Cicilie de Decimo recognovit se esse fidelem Domini Andree Episcopi Florentini & Episcopatus, & ita fuisse antecessores eius, & promisit dare pro suo poderi Episcopatui Florentino annis singulis in futurum flarios grani tres. Carta manu Aldobrandini de Campoli Not. sub MCCLXXXIX. Ind. II. die VIII. Octub.

Qualiter quoddam Laudum latum fuit inter Dominum Iohannem Episcopum Florentinum ex una parte, & Boninsegnam Iohannis Marangonis ex altera, in quo Laudo continetur, quod dictus Boninsegna det & solvat, & dare & solvere teneatur & debeat annuatim perpetuo Episcopatui Florentino decem flarios grani ad flarium fictareccium. Carta manu Raynerii Not. sub MCCXXI. IV. Kal. Iun. Ind. IX. Et est ibi tum dicto Laudo compromissum scriptum manu Ser Restauri Not.

Qualiter Dominus Lotterius olim Rinucii de Vicedominis fuit electus in Potestatem Com-

munis

II. Castellare & Podium Montis Crucis, quod situm erat in Mucilli finibus, & in Valle Sevis, Florentia distans XVI. M. P. circiter, Orientem versus. In hoc turris erat, & palatium; & in eo Comites *Guidones* ius habebant, & inter eorum Castra numerabatur; sed *Ioanni* Episcopo Florentino vendidit praedictus *Aldobrandus*, qui ab illis Comitibus emerat. Praetor tamen, seu, ut aiunt, Potestas, Civitatis Florentiae vectigal ab hominibus Montis Crucis exigebat. Et quidem Commune Florentinorum nonnihil pecuniae Episcopo contribuerat, ut emere posset. Modo eversum est. Castellare autem videtur esse aedificium in Castelli speciem exstructum, sed non omnino & undique munitum, ut Castrum, & Castellum, est; quod partim dirutum, destructumque, fuerit.

III. Castellare Montis Fesuli in Valle Sevis situm, Florentia distans XIII. M. circiter P. non procul a Ponte Sevis, ad Caeciam. Et

munit S. Cassiani ad Decimum, & certarum populorum, a Domino Iohanne Episcopo Florentino, cuius preceptis homines dicti iuraverant obedire. Carta manu Cremonteris Notarii sub MCCLXXI. Ind. XV. die XXIX. Ian.

Qualiter Baldus olim Benincase populi Plebis de Decimo, & Dinus Philippi de S. Cassiano, Consiliarii dicti Communis & hominum ipsius, recognoverunt pro se ipsis & hominibus dicti Communis Potestatem electam a Domino Iohanne Episcopo Florentino, & eidem promiserunt & iuraverunt tamquam eorum Potestati, & Domino hobedire. Carta manu Aldubrandini Romey Not. sub MCCLXVIII. Ind. XII. die II. Ian.

Qualiter Vgolinus Fallogrogge filius Cursi de Decimo recognovit & confessus fuit se nomine perpetui fictus & fidelitatis solvisse annuatim Episcopatui Florentini unam mezzinam musti & unam gallinam; & hoc pro quadam petia terre cum capanno posita in populo Plebis Decimi. Carta manu dicti Aldobrandini Romey de Calenzano Not. ex Imbreviaturis Iohannis Lapi Spade Not. sub MCCLXXXXVII. Ind. XI. die XXI. Febr.

Item cum dicto infrascripto est aliud Instrumentum in quodam rotulo continens in se, qualiter Vgolinus predictus fuit confessus & recognovit se dare debere & solvere Episcopatui Florentino annis singulis in futurum pro dicta terra nomine fictus & fidelitatis perpetue tres mezzinas musti & tres gallinas. Carta manu dicti Notar.

Qualiter Bertus filius quondam Benvivenuti del Sorico populi S. Martini de Arcione fuit confessus & recognovit se dare debere & solvere Chiaro quondam Reverii de Casa vecchia, Sindico & Procuratori Domini Andree Episcopi Florentini, recipienti pro dicto Episcopo & Episcopatu starias vigintiocto grani pro residua & complemento triginta modiorum & quinque stariorum grani, quod dictus Bertus olim dicto Episcopatui solvere tenebatur. Carta manu Gratie Arighi Not. sub MCCLXXXX. Ind. IV. die V. Mart. Require pro uno Instrumento in saccho S. Martini Episcopi.

Qualiter Fontana filius olim Giotti del Pace or Burgo SS. Apostolorum de Florentia, recognovit se dedisse annuatim Episcopatui Florentino tres starios grani; & sic dare & solvere promisit dictos tres starios grani annis singulis in futurum, Ciolo Ildibrandini Sindico Domini Francisci Episcopi Florentini pro dicto Episcopo Episcopatu de mense Augusti. Carta manu Benedicti Magistri Martini Not. ex Imbreviaturis Ser Iohannis Lapi Spade Notar. sub MCCLXXXXVII. Ind. XI. die XXI. mensis Februarii.

Qualiter Pasquale quondam Vgolini della Copponne, qui nunc moratur ad Montem Folchi, & quidam alii recognoverunt & confessi fuerunt se esse & fuisse homines & colonos Episcopatus Florentini, & promiserunt stare & obedire mandatis dicti Domini Episcopi & Episcopatus, & tenere ab Episcopatu predicto sextus petias terrarum. Carta manu Aldobrandini Not. ex Imbreviaturis Ser Benvenuti Broedicti Not. sub MCCXL. Ind. XIV. IV. Non. Februar.

Qualiter Dominus Ildibrandinus concessit ad laborandum terram & vineas Petro & Davitia

Et hoc olim Caſtellum munitum erat; modo dirutum omnino eſt. Illud emit Epiſcopatus a nobilibus viris *Drudolo* & *Bonacurſo Picchi* F. & a nobili viro *Iacobo* pariter *Picchi* F. Montem Feſuli dictum opinor a domino & poſſeſſore quodam, cui nomen Feſulo; prout montibus & collibus pleriſque omnibus nomen ſortiri contigit.

IV. Caſtrum Plebis Veteris S. *Luciae* muris circumdatum, & palatio, turri, & domibus, inſtructum, in Valle Sevis ſurgebat XIII. M. P. Florentia diſtans ad Orientem. Eſt in Plebatu S. *Laurentii* Montis Feſuli.

V. Caſtrum Vici Vallis Sevis Florentia XIII. M. P. circiciter ad Orientem diſtat. E regione, ſuper flumen Sevis, pons erat antiquitus, cuius confracti & lapſi pars adhuc ſupereſt. Huius Caſtri poſſeſſio confirmata fuit Epiſcopatui Florentino ſententia Vicarii Imperatoris *Henrici V.* contra *Filios Guineldi*.

vitio fratribus filiis quondam Iohannis de poſſeſſionibus eiſdem locatis. Predicti Pierus & Devitius promiſerunt dare & ſolvere annis ſingulis in futurum Epiſcopatui Florentino in feſto S. Iohannis de menſe Iunii denarios decem-octo argenteos bonos & expendibiles. Carta manu Ranerii Notarii cum plurium aliorum Notariorum ſubſcriptione ſub MXV. Ind. XIII. anno Imperii Domini Henrici Imperatoris Auguſti, die II Maii.

Qualiter Dominus Iohannes Epiſcopus Florentinus locavit & conceſſit ad affictum perpetuum Bonſignori olim filio Bellincionis de Sancto Caſſiano ad Decimum unam petiam terre poſitam loco dicto Silva Lingoli, de qua terra dictus Bonſignore promiſit dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino de menſe Auguſti annis ſingulis in futurum ſex florios grani ad rectam ſtarium Florentinum. Carta manu Iacobi Domini Federici Not. ſub MCCXXIII. Idus Iun. Ind. XII.

Qualiter Dominus Ardingus Epiſcopus Florentinus locavit & conceſſit ad affictum perpetuum Amatoccio olim Domini Iacobi de Petriuolo certas terras & caſolaria de poderi, quod olim tenuit Domina Bella uxor olim Bruni Brunetti ab Epiſcopatu Florentino poſito in populo S. Stefani de Petriuolo, de quibus terris dictus Amatuccius promiſit dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino annis ſingulis in futurum duos ſtarios grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Guiglielmi de Caſtro Florentino Not. ex Imbreviaturis Ser Iohannis Perfetti Not. ſub MCCLXXXIX. Ind. III. die XV. Novemb.

Qua-

Qualiter Diotiſalvi olim Vaglientris, & Datus Villani Vaglientris, & Chiaritus Vaglientris de Petino promiſerunt & convenerunt dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro quodam poderi & terris poſitis in Stano, quod podere & terras tenent ab Epiſcopatu Florentino nomine fictus perpetui de menſe Auguſti annis ſingulis in futurum ſtarios duodecim grani ad ſtarium picholum. Carta manu Ser Aldobrandini Romey Not. ex Imbreviaturis Ser Stanbaldi Not. ſub MCCLXVII. Ind. XI. die X. Febr.

Qualiter Iunta quondam Miglioroti populi Sancti Caſſiani ad Decimum recognovit & confeſſus fuit ſe tenere quamdam petiam terre ſpecialem ab Epiſcopatu Florentino pleno iure, quam promiſit non laborare ſine voluntate Epiſcopi Florentini, vel eius nuptii ſpecialis. Carta imbreviata manu Ser Benedicti Magiſtri Martini Not. ſub MCCC.

Infraſcripta ſunt Inſtrumenta Iurium, que Epiſcopatus Florentinus habet in Hoſpitali de Calzaiuolo.

Qualiter Iohannes filius Petri vocatus Calzaiuolus, & Carina uxor eius, filia Petri, donaverunt pro remedio earum animarum . . . . Chriſto Hoſpitale, quod dicitur Hoſpitale del Calzaiuolo cum omnibus edificiis, poſſeſſionibus, & terris ad dictam Hoſpitale pertinentibus, quod Hoſpitale eſt iuxta pedem Caſtellaris de Bibione, non multum longe a flumine Peſe, prope Terſonam, ſicut deſignatum fuit per Dominum Gottifredum Epiſcopum Florentinum per

 qua-

di. Nam *Filii Guineldi* obtulerant *Gottifredo* Episcopo, & Episcopatui, omnia iura, quae habebant in Castello Vici. Item Nobiles *Golfii* vendiderunt Episcopo *Ioanni* Veliterno omnes fundos, & iura, quae habebanr in eodem Castro. *Filii Guineldi*, vulgo *Figuineldi*, gens erat potens in Mucillo, & saeculo praeterito adhuc subsistebat; cuius gentis familia patricia Florentina *Hieronymiorum* esse videatur, *Alexandro Strozzio* iudice.

VI. Villae Capitetum & Viteretum in finibus Aconis, Florentia XX. M. P. ad Boream distant. Viteretum, a vitibus dictum arbitror; Capitetum, a capitonibus, seu truncis, arborum caesarum supra terram exstantibus, vulgo *Capitozze*; seu a gregibus & armentis, quae Capita vocabantur.

VII. Castellare Farneti cum Podio, quod est prope Aconem, Florentia XIX. M. P. circiter ad Caeciam distabat. Farnetum, a Farnis, roborei generis arboribus, dictum fuit. Hoc Farne-

quotuor cruces, quas ibi posuit. Carta manu Gnerardi Notaris cum plurium aliorum Notariurum subscriptione sub MCXLVI. XVII. Kal. Maii Ind. IX. signata per I.

Qualiter Vbaldinus vocatus Taglierius filius Raineris, & Rogondina uxor eius filia Rolandini, dederunt in perpetuum dicto Hospitali certas possessiones, & terras positas iuxta Curtem de Monte Caluo, loco dicto Subripa, hoc pacto videlicet, quod Hospitalarii, qui pro tempore fuerint in dicto Hospitali teneantur & debeant dare annuatim in Natiuitate Domini dicto Vbaldino, & eius heredibus, & descendentibus, duodecim denarios argenteos bonos & expendibiles. Carta manu Rodulfi vocati Toculi Not. sub MCXLII. V. Idus Novemb. Ind. VI.

Qualiter Rolandinus filius Vbaldini de Fighina, & Pratilia eius uxor filia Iohannis Bonitsboli, vendiderunt dicto Hospitali de Calzainolo certam partem unius petie terre posite loco dicto al Perusiello ad molendinum cum aqueductu super ipsa terra hedificandum. Carta manu Pandulfini Not. sub MCL. pridie Non. Mart. Ind. XV.

Qualiter reperiuntur duo Instrumenta scripta in uno petio carte, in primo quorum continetur, quod Brottardus & Gualbertus fratres filii Dietisalvi, & eorum uxores, Hospitali de Calzainolo amor ius eis pertinens in quadam petio terre posite a Suripa in cultu iuxta Pesam. In secundo vero Instrumento continetur, qualiter Lanzialottus filius Dietisalvi donavit dicto Hospitali quartam partem unius petie terre posite in dicto loco. Carta manu Arlotti Notarii sub MCLXXVIII. III. Kal. Novembris Indict. XII.

Qualiter Gottifredus, & Mataeus fratres filii Rolandi Not. vendiderunt dicto Hospitali duas petias terrarum, quarum una posita est loco dictu Stagno, & alia in a dicto Burrone. Carta manu Rodulfi vocati Toculi Notarii sub MCXLV. VI. Idus Febr. Ind. IX.

Qualiter Gherardus, & Bernardus fratres filii Bernardi, & Petrus filius Guidonis Ruti, optulerunt dicto Hospitali unam petiam terre posite locu dicto Insula, iuxta fiumen Pese. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXXXIX. de mense Novemb. Ind. III.

Qualiter Dimotatus Henrici, & Adelina uxor eius, filia Vbertelli, & Grettius, & Guarente fratres filii Martini vendiderunt dicto Hospitali omne ius quod habent, & eis pertinebat in locu dictu Petrictio a Quercia. Carta manu Iohannis Not. sub MCL. III. Idus Nov. Ind. XIV.

Qualiter Atberigius filius Gualberti, & Adalagita uxor eius vendiderunt dicto Hospitali duas petias terrarum positas loco dicto Segalaee. Carta manu Rodulfi vocati Toculi Notar. sub MCXXXIX. mense Novemb. Ind. III.

Qualiter Simortendi filius Iohannis Pisani vendidit dicto Hospitali unam petiam terre positam locu dicto Segalaee. Carta manu Vberti Not. sub MCLVI. IV. Non. Iulii, Ind. IV.

Qualiter Petrus filius Gherardi, & Purpurella uxor eius vendiderunt dicto Hospitali unam petiam terre posite loco dicto Stagno & Burrone. Carta manu Rodulfi vocati Toculi Not. sub MCXLVII. XVII. Kal. Iun. Ind. X.

Qua-

netum videtur esse illud, quod est in Plebatu S. *Andreae* Docciae, & quod ad Comites *Guidones* olim pertinebat. Plura enim fuere Farneta in Florentina Dioecesi.

VIII. Vici Acutianae, Corneolae, Villulae, Casaltuli seu Casale Tulli, & Casae Novae, in Plebatu S. *Stephani* in Botena, in Mucillo; & in Alpibus Vitiliani sita sunt; omnesque in praesens nomine Villae Acutianae veniunt. Distant Florentia ad Boream circiter XX. M. P. Botenam, nomen loci, seu fluvii, indolem & naturam indicans esse, arbitror; nam in Dioecesi Florentina est etiam Botinacium, & Vallisbotte. Ceterum Botena a flumine cognomine adpellata est, de quo flumine in Mucilli descriptione iam egimus.

IX. Castrum Montis Acuti in Alpibus, palatio & turri instructum, situm in Mucillo; in Alpibus scilicet Vitiliani & Acutianae; in Plebatu S. *Martini* Corellae est. Hoc Castrum *Bernardus*

Qualitèr Pugia filia Lamberti de Turri, & uxor olim Gualfreducci de Bubione, & Arigettus, & Barota, & Vghettus fratres filii Gualfreductii vendiderunt dicto Hospitali tria staiora terre, quorum duo posita sunt loco dicto Stegno, tertium vero est positum loco dicto Segalare, & Siminine. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXLV. V. Kal. Novemb. Ind. IV.

Qualiter Ruffus Pagani Vgonis de Petroia vendidit dicto Hospitali unam petiam terre positam prope dictum Hospitale, iuxta Tersonam. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXL. Ind. IV. de mense Ian.

Qualiter Petrus filius Guidonis Vulpis, & Gherardus filius Ianuarii, obtulerunt dicto Hospitali unum staiore terre posite prope levatam Molendini de S. Vito. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXXXIX. de mense Ianuar. Ind. III.

Qualiter Guido vocatus Russus filius Iohannis, & Guilia uxor eius filia Atzolini, vendiderunt Iohanni Calzaiuolo filio Petri unam petiam terre pro dicto Hospitali recipienti posite a Schegiati. Carta manu Gherardi Not. sub MCXXXIX. de mense Novemb. Ind. II.

Qualiter Vguiccio Renerii de Monte Buoni, & Bondelmontes eius filius, & Donelita uxor eius filia Vguiccionis, & Scolarius Ruffi, vendiderunt dicto Hospitali quedam iura & pertinentia posita loco dicto Perotello. Carta manu Iohannis Not. sub MCLXVI. Kal. Octubris, Ind. XIV.

Qualiter Meprese, & Orlandinus fratres filii Vgonis Alberti, & Renaldus, & Renerius fratres filii Melaprese, vendiderunt Milocto Prebitero recipienti pro dicto Hospitali omne ius quod habebeat, & eis pertinebat subter Pergoletum iuxta flumen Pese. Carta manu Rolandi Not. sub MCLIX. Ind. VIII.

Qualiter Quintanella filia quondam Balduli donavit dicto Hospitali duas petias terrarum, quarum una posita loco dicto Doctie, & alia loco dicto Argali. Carta manu Sruii Not. sub MCLI. Kal. Octub. Ind. XII.

Qualiter Bonamitus, Albertinus, & Guido fratres filii Martini donaverunt dicto Hospitali duas petias terrarum, quarum una posita est loco dicto lo Stagno, & alia loco dicto Robiaia, & omne ius quod haberent in eis obtulerunt dicto Hospitali. Carta manu Ildibrandini Not. sub MCLXXXXII. IV. Kal. Ian. Ind. XI.

Qualiter Rolandus vocatus Latro, & Malagonnella filius Signorelli, & eorum uxores, vendiderunt Iohanni filio Petri vocato Calzaiuolo recipienti pro dicto Hospitali duodecim staiora terre posite ad Planum Bentii. Carta manu Iohannis Not. sub MCXXXIX. XI. Kal. Maii Ind. II.

Qualiter Vgolinus Pitei Bianchi, & Berta eius uxor, & Sentacchius eius filius, dicto Iohanni Converso recipienti pro dicto Hospitali tertiam partem terre pro gora molendini dicti Hospitalis construendi. Carta manu Arlotti Not. sub MCLXXVI. VIII. Kal. Febr. Ind. X.

Qualiter Rodulfus, Iohannes, & Bonitus fratres filii Iohannes Gherulli obtulerunt & concesserunt Iohanni predicto recipienti pro dicto Hospitali quamdam petiam terre positam infra costam

dus Iunctae F. vendidit, saltem ex parte, *Iuliae* & *Marchionissae* filiabus *Bonifacii* Marchionis Tusciae, saeculo XI. Deinde saeculo insequenti *Iacobus Vbaldinelli* filius cessit *Berlingherio* omne ius, quod habebat in hoc Castro. Paullo post *Aldobrandinus* Rector Ecclesiae Sanctae *Mariae* Florentiae locavit in emphyteusin *Bernardo* & *Berlingherio* fratribus, & *Righetti de Golfiis* filiis, totum Castrum Montis Acuti. Initio saeculi XIII. *Bellincio Vberti* F. *Bernardi* N. *Adimarius* emit ab Abbate Sanctae *Mariae* Florentiae possessiones, & colonos, Montis Acuti cum ipso Castro; & post duos annos idem *Bellincio* vendidit haec omnia *Vgolino* a Casulis. Quomodocumque autem res deinde se habuerit, paullo post *Bellincio* praedictus vendidit *Ioanni* Veliterno, Episcopo Florentino, & Episcopatui, omnes possessiones, pensiones, iura, homines & colonos, ad eum pertinentes in Castro & territorio Montis Acuti. Tandem *Vpicingus Vghetti* F.

costam d·l Gerulli. Carta manu Rodulfi vocati Tuctali Not. sub MCXXXIX. mense Novemb. Ind. III.

Qualiter Thentius, & Petrus Iohannis Volpis vedeeunt Dopno Iohanni Calzaiuolo recipienti pro dicto Hospitali quamdam petiam terre positam iuxta Ecclesiam S. Viti, loco dicto Pera R biolo. Carta manu Rodulfi predicti sub MCXXXIX. mense Novemb. Ind. III.

Qualitee Uderigus vocatus C·ffus Gualfreductis de Bibione, & Vgettus eius filius, obtuleeunt Dopno Iohanni Calzaiuolo recipienti pro dicto Hospitali omne ius, quod habebant in quadam petia terre posite loco dicto S·gaiare. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXLIII. XVII. Kal. Decemb. Ind. VII.

Qualitee Ragineriu Rodulfi, & Ida eius uxor, vendiderunt Iohanni Calzaiuolo predicto medietatem unius petie terre posite loco dicto Stagno de Pesa. Carta manu Gherardi Notar. sub MCXXXIX. IV. Non. Iun. Ind. II.

Qualitee Gherardus filius Iohannis de Subripa obtulit & donavit Dopno Iohanni predicto pro dicto Hospitali recipienti omnes terras, & res mobiles & immobiles, quas ipse tenebat & possidebat, vel alius pro eo, infra Cortem Montis Caiui loco dicto Subripa. Carta manu dicti Rodolfi Not. sub MCXLIV. IV. Idus Novemb. Ind. VIII.

Qualiter Guneente Martini, & Berta eius uxor, vendiderunt Rolando Rectori dicti Hospitali pro ipso Hospitali recipienti quamdam petiam terre posite a Calameto. Carta manu Aciocti Not. sub MCLXXII. VI. Idus Mart. Ind. VI.

Qualiter Guido Braditi, & Petrus Albus, optulerunt Dopno Iohanni Calzaiuolo pro dicto Hospitali recipienti quamdam petiam terre posite in Iosula de Pesa. Carta manu Rodulfi Notarii antedicti sub MCXLVII. IV. Non. Dec. Ind. XI.

Qualiter Presbitee Arigus Rector Ecclesie de Bibione, & featees sui filii Orlandi de Canali, & mater eorum, & quidam alii, optuleeunt, & donaverunt Domino Tictio Rectori Hospitalis omne quod haberet in tereis & salta Hospitalis. Carta manu Ildibrandini Not. sub MCLXXXXIII. XVII Kal. Iun.

Qualiter Gottifredus, & Matanus fratres filii Rolandi optulerunt Dopno Iohanni Calzaiuolo recipienti pro dicto Hospitali quamdam petiam teere posite loco dicta la Casella subter Robiano. Carta manu Rodulfi vocati Tectoli Not. sub MCXLV. Idus Decemb. Ind. IX.

Qualitee Bentioennes, Braous, & Novaldus fratees, filii Pugnecti vendiderunt Presbitero Acursio Custodi & Rectori Hospitalis recipienti omnes casas, possessiones, & terras, quas ipsi habebant infra Parocchiam S. Petri degli Abrusiati. Carta Manetti Not. sub MCCXIV. pridie Non. Iun. Ind. II.

Qualitee Guido Iohannis vocatus Ruffus, & Gulla eius uxor, optulerunt Iohanni Calzaiuolo predicto pro dicto Hospitali recipienti duas petias terre posite loco dicto Cafaggiuolo. Carta manu Gherardi Notar. sub MCXXXIX. mense Novemb. Ind. II.

Qualiter Ranuccius, & Ianuarius fratres filii Rustoli de Bibione, & Berta, & Giulitta, & Ghisola sorores & filie Signorelli, vendide-

F. *de Ricasolis*; hoc est, a Rivo Casuli, donavit *Ioanni Mangiadorio* Episcopo, & Episcopatui, tertiam partem Castri Montis Acuti; & *Aldobrandinus Berlinghierii* F. & quidam alii, aliam partem. Si autem ita se res habet, difficile comprehensu est, quomodo hoc Castrum saeculo XII. & XIII. ad Comites *Guidones* spectaret. Difficilius autem, quomodo saeculo XII. *Lotharius III.* Imperator idem Castrum Episcopatui Florentino confirmaverit. Illud erat e regione Castelli Potentis ad Orientem, cum alio Castro Montis Acuti, seu Acutuli, in Plebatu Sancti *Martini* ad Scopetum, non confundendum, de quo egemus inferius. Mons autem Acutus dictus a figura in acumen desinente, ut alii plures Montes Acuti.

X. Vitilianum, situm in Plebatu Sancti *Stephani* in Botena, ab iugo Alpium duobus circiter milliaribus recedebat. Distat vero Florentia ad Septemtriones XXII. M. circiter P. Vitilianum,

derunt Dopno Iohanni predicta pro dicto Hospitali recipienti quandam petiam terre posite loca dicto Segalari. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXLI. VI. Idus Mart. Ind. V.

Qualiter Rodulfus Iohannis Geralli de Pergoleta optulit dicto Domino Iohanni pro iam dicto Hospitali recipienti omnes terras, & possessiones, & res, quas ipse habebat, & ei pertinebant subter Formanom loco dicto Rossoli, & in loco dicto Bucciuoli subter casam Orlandi, & quatuor olivos positos in costa de Pergolato. Carta manu Rodulfi vocati Toctoli Notar. sub MCXXXIX. mense Novemb. Ind. III.

Qualiter Goido Bruincase, & Giarsinda uxor eius, dederunt & locaverunt Iohanni predicto pro dicto Hospitali recipienti tres petias terrarum, quarum due posite sunt loco dicto Segalare, & tertia loco dicto Stagno. Carta manu dicti Not. sub MCXL. XVI. Kal. Febr. Ind. IV.

Qualiter Renuttius Gualfredi, & Arighettus, & Gherardus eius filii, & eorum uxores, dederunt in perpetuum dicto Iohanni pro dicto Hospitali recipienti quamdam petiam terre posite ad Pesam loco dicto S. Vito. Carta manu Gherardini Not. sub MCXLIII. mense Iun. Ind. III.

Qualiter Bentivenni, & Pandone Carpadoris, & Maria eorum mater, & eorum uxores, & quidam alii, donaverunt Orlando Custodi dicti Hospitalis pro dicto Hospitali recipienti omnes terras quas ipsi habebant in Insula iuxta Pesam pro molendino dicti Hospitalis construendo. Carta manu Petri Not. sub MCLXXXX. XIV. Kal. Novemb. Ind. XIV.

Qualiter Presbiter Martinus filius Peri Bianchi donavit Presbitero Iohanni Rectori & Custodi dicti Hospitali pro ipso Hospitali recipienti omne ius quod habebat & ei pertinebat in aqueductu molendini dicti Hospitalis posito subter Castrum de Pergolato. Carta manu Beritii Not. sub MCLXXXV. VI. Kal. Febr. Ind. V.

Qualiter heredes Guidonis Vulpis, & Berta eius uxor, & Gherardus Ian. dederunt & locaverunt dicto Hospitali unam petiam terre posite prope Ecclesiam Sancti Viti loco dicto Pero Robbiolo. Carta manu dicti Rodulfi vocati Tectoli Not. sub MCXXXIX. mense Ianuar. Ind. III.

Qualiter Spinellus, & Biliottus Alberici, & eorum uxores, vendiderunt Iohanni Calzaiuolo recipienti pro dicto Hospitali partem aqueductus ad molendinum construendum positum subter Pergolectam per eorum terram, ubicumque expetitur. Carta manu dicti Rodulfi Notarii sub MCLIX. VIII. Kal. Decemb. Ind. VIII.

Qualiter Guido Minecti, & Tedilinda uxor eius, dederunt & locaverunt dicto Dopno Iohanni pro dicto Hospitali recipienti duo staria terre ad starium de decem panibus ad granum seminandum posita loco dicto Pero Robbiolo. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXXXIX. mense Iun. Ind. tertia.

Qualiter Guido Ranerii Ubertini, & Alsania eius uxor, vendiderunt Placito recipienti pro dicto Hospitali omne ius, quod habebat & eis pertinebat in gora molendini quod est positum in Pergolato in flumine Pese. Carta manu Ildibrandini Notarii sub MCLXXXIV. Indictione

Aaaaaaaaa ter-

num, gentis *Vitiliae* fundus erat. Villa autem Viriliani etiam ad Comites *Guidones* pertinuit. Praetor Sancti *Crisci* in Vallecava, Vitiliano quoque praeerat; & ab Episcopo Florentino eligebatur.

XI. Populus Plebis Sancti *Stephani* in Botena; quae Ecclesia posita est in colle, qui surgit inter flumen Arsellam, & flumen Botenam, procul a Viculo circiter M.D. P. Prope Sanctum *Stephanum* in Botena erat Castrum Novum, quod pariter ad Episcopatum pertinebat, & ab *Ardingo* Episcopo constructum fuerat. Castrum Botenae sub Praetore Sancti *Crisci*. Vallis Cavae erat.

XII. Castrum Casalis, situm in Plebatu Sancti *Stephani* in Botena, M. D. P. a Plebe distat ad Septemtrionem. Hoc Castrum saeculo XI. Episcopatui donatum fuit; sed tunc iam Castellare erat, & donata simul fuit Eccclesia eiusdem Castellaris.

XIII. Castellare Mauriani in Mucillo, situm est in Curia, ut vocant, Rabiae Caninae. Tertiam eius partem vendidit *Podoni* Epi-

tertia Federiga Imperatore regnante mense Ianuarii.

Qualiter Rolandinus Brunacche, & Imelda eius uxor, vendiderunt Presbitero Teeto Rectori & Custodi dicti Hospitalis certam terram positam iuxta flumen Pese, & iuxta molendina ipsius, quanta necesse fuerit pro dicto aqueductu faciendo. Carta manu Aldobrandini Iudicis & Not. sub MCLXXXII. Ind. XI. V. Non. Martii.

Qualiter Ioannes de Robbiana, & Imelda uxor eius, finierunt & concesserunt dicto Ioanni pro dicto Hospitali recipienti duas partes terre posite loco dicto Stagno. Carta manu Gherardi Not. sub MCIL. mense Novembris Indictione II.

Qualiter dictus Ioannes, & Imelda uxor eius, finiverant Domino Ioanni predicto pro dicto Hospitali recipienti unam partem terre posite sub Bibione prope flumen Pese. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCLIV. Ind. IX. Non. Kal. Mart.

Qualiter Accarsus filius Ioannis Bocciani de Pergolato, & Genova uxor eius, optaleront & donaverunt Presbitero Ticcio Rectori dicti Hospitalis recipienti tantum terram quanta necesse fuerit pro aqueductu molendini dicti Hospitalis construendo. Carta manu Ildibrandini Not. sub MCLXXXXIII. Indictione XI. Kal. Iunii.

Qualiter Dominus Atto Episcopus Florentinus concessit & investivit dictum Iohannem vocatum Calzaiuolum pro dicto Hospitali recipientem de quodam petia terre posite loco dicto A e Muro iuxta Pesam pro pensione unius modii grani dandi & solvendi dicto Episcopo & Episcopatui. Carta manu Alexandri Not. sub MCXLVIII. pridie Non. Febr. Ind. XII.

Qualiter Guido Branditi, & Letitia uxor locaverunt & concesserunt Dopno Ioanni Calzaiuolo pro dicto Hospitali recipienti unam petiam terre posite loco dicto Pero Robbiola. Carta manu Rodulfi vocati Toccoli Notarii sub MCXXXXIX. mense Ianuar. Ind. III.

Qualiter Bernardus Beranrdi, & Tedicciolus Gherardini Bernardi vendiderunt Dopno Ioanni predicto pro dicto Hospitali recipienti unam petiam terre & vinee posite loco dicto Pruneto. Carta manu dicti Rodulfi sub MCLVII. Kal. Octob. Ind. XI.

Qualiter Gualfredus, & Bertaldus fratres filii Renuccii dederunt dicto Hospitali quasdam terras, & res posita . . . . Carta manu Uberti Not. sub MCLXIII. Kal. Octob. Ind. XI.

Qualiter Gergozza Gherardini, & Adalasia uxor eius, concesserunt Bonsio Rectori dicti Hospitalis pro dicto Hospitali recipienti omne ius quod habebant, & eis pertinebant in una petia terre posite a Pesa. Carta manu Gualberti Not. sub MCLV. IV. Nonas Iunii Ind. IX.

Qualiter Presbiter Brativeani, Giotta, & Guibertus fratres filii quondam Petri refutaverunt, & finiverunt Presbitero Bonaccurso Rectori & Custodi Ecclesie S. Iacobi, & Hospitalis predicti, pro dicto Hospitali recipienti omne ius, quod habebant, & eis pertinebat in duabus petiis terrarum positarum in Valle Pese loco dicto Mora. Carta manu Bonafidei Not. sub MCCXII. VI. Idus Iun. Ind. XV.

Quo-

Episcopo *Rimbertus* cognomento *Tascalus*. Maurianum, vulgo *Moriano*, dictum existimo, quod *Mauriae* gentis fundus esset. Maurianum est etiam in Valle Arni Superiore, & ad Dioecesin Faesulanam pertinet. Aliud Maurianum est in Valle Auseris, & Dioecesi Lucensi. Iam alibi innuimus Castellaris nomine intelligi Castellum moenibus dirutis, seu saltem ex parte destructis.

XIV. Castrum Rabiae Caninae, seu Castrum Novum, Mucilli, in colle positum erat inter fluvios Arsellam & Mucionem, Viculoque distabat M.D. circiter passus ad Septemtriones. Hoc Castrum ad Imperium pertinuisse dicitur in Catalogo Vrbium & Opidorum Etruriae contra *Carolum IV.* Imperatorem foederatorum, quem ex parte vulgavit *Petrus Lambecius*. Ripam, & Rapam, Caninam etiam vocatum reperio. Praetori Sancti *Crisci* Vallis Cavae suberat; & eius Castrum Vetus etiam memoratur.

XV.

Qualiter Gherardus Beazi, & Miogarda eius uxor, finiecunt Ioanai Calzaiuolo pro dicto Hospitali recipienti omnes terras quas dictus Ioannes acquisivit a filiis Sigaoselli de Grieve & specialiter unum staroeom terre posite a Pesa loco dicto Gora. Carta manu Gherardi Not. sub MCXXXXIX. IV. Nonas Iunii Ind. VII.

Qualiter Gargotiaus, & Gherardinus fratres filii Gargozze donaverunt Oelandina pro dicto Hospitali recipienti omne ius quod habebant, & eis pertinebat in una petia terre posita iuxta flumen Pese loco dicto Gora. Carta manu Ildebrandini Not. sub MCLXVI. Ind. XIV. IV. Kal. Ian.

Qualiter Guido Branditi, & Letitia eius uxor, vendiderunt dicto Dapno Ioanni pro dicto Hospitali recipienti unum petiam terre posite loco dicto Pero Robiuolo. Carta manu Rodulfi vocati Tolloli Not. sub MCXXXIX. mense Ian. Ind. III.

Qualiter Gherardinus Mortuus filius Ioannis optulit Dapno Ioanni predicto pro dicto Hospitali recipienti unam petiam terre posite loco dicto Gerulli. Carta manu dicti Rodulfi Not. sub MCXLV. VI. Idus Febr. Ind. IX.

Qualiter Gottifredus, & Matauus, & Lamandina eorum mater, optulerunt dicto Hospitali duas petias terre, quarum una posita est loco dicto Noceto, alia posita est loco dicto Schoviato. Carta manu Iohannis Notarii sub MCXL. XIV. Kal. Septemb. Ind. IV.

Qualiter Guaczalasinus Pesci, & uxor eius optulerunt & donaverunt Iohanni pro dicto Hospitali recipienti medietatem omnium iurium que habebant, & eis pertinebant, in quibusdam terris positis ad S. Cristinam. Carta manu Iohannis Not. sub MCXLI. XV. Kal. Octobris Ind. V.

Qualiter Vbertus Domini Gherardi, & Lapus Domini Neri, & Gioie, Vicedomini Episcopatus Florentie locaverunt Nardo de Tolano certas terras dicti Hospitalis, de quibus terris dictus Nardus promisit dare dicto Episcopatui sex modios & novem staria boni & pacis grani ad staium Florent. Carta manu Gratie Arighi Gratie Not. sub MCCLXXXI. Ind. X. die VIII. Novemb.

Qualiter Dominus Vivianus Guazi Iudex, & Monte eius frater, fuerunt confessi in presentia Domini Iohannis Episcopi Florentini sibi fore plenarie satisfactum ab Hospitali de Calzaiuolo predicto de omnibus debitis & iuribus ad que eis tenebantur dictum Hospitale. Carta manu Iacobi Not. sub MCCLIV. Ind. XII. pridie Kal. Octob.

Qualiter Tocoabellus quondam Amati facit finem & refutationem Presbitero Bencivenni Hospitalario dicti Hospitalis pro dicto Hospitali recipienti de omni debito & promissione quod, & quam dictus Presbiter Bentiveani seu contraxisset cum dicto Tocoabello occasione dicti Hospitalis. Carta manu Diotisalvi quondam Diotiguerii Not. sub MCCXXXIX. pridie Kal. Decemb. Ind. XIII.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit a Domina Amadore filia quondam Domini Adimaris de Cavalcantibus obligante se pro Monte fratre suo pro dimidia parte; & ob Iacomo dicto Lapo pro alia dimidia in

XV. Castrum Palearicii in Plebatu S. *Cassiani* in Palude, collem sub Alpibus occupabat in Mucillo. Campognum etiam dictum reperio, & tertiam partem Podii Campogni dedit *Iulio* Episcopo *Vgolinus Treccia*, & *Petrus* frater eius. Vere autem Castrum Palearicii donarunt *Petro IV.* Episcopo Florentino *Bulgarus* Abbas Crespini, & *Inghinolfus Vbertini* F. & *Vbertinus* eius filius, & alii, Monasterium Sanctae *Mariae* Crespini, iuxta Crispinum flumen, in clivo Alpis Etruriam ab Aemilia secernens, constructum, a Monachis Congregationis Vallis Vmbrosae ab usque saeculo XII. possidebatur; sed in eo iura quaedam Comites *Guidones* habebant; & in Faventina Dioecesi situm est. Attamen Florentini in sua ditione, & Dioecesi Florentina, esse, pertenderunt; quorum ausa *Innocentius III.* Pont. Max. improbavit atque repressit; ut ex eius Bulla constat. Palearicium a palearibus ibi exsistentibus denominatum fuisse, censeo. Ecclesia S. *Martini* Palearicii paroe-

infrascripta servitia & census, que habere & recipere debebant ab Hospitale de Calzaiuolo videlicet quatuor staria ordei, duodecim panes frumenti, duo frusta carnium porcinarum, quorum utramque sint trium soldorum, unum par capponum, quadraginta denarios Pisanos, & unum barile vini, annuatim. Carta manu Guerriantis Alberti de Burgo ad Sanctum Laurentium de Mucillo Not. sub MCCLIII. VII. Idus Febr. Ind. XII.

Qualiter Guido, & Arigus, & Dopnosdeus, & Decimese, fratres filii Berardi de Cassiano Plebatus Decimi promiserunt Viscoati filio Crerreteri recipienti vice & nomine Domini Iohannis Episcopi Florentini, & Episcopatus quod non ledent nec ledi facient incendio vel alio modo dictum Episcopum, vel eius Episcopatum, & nominatim Hospitale de Calzaiuolo, sub pena librarum centum florenorum parvorum. Carta manu Bone redditi Notar. sub MCCIV. VIII. Idus Iunii & Ind. II.

Qualiter Hospitale predictum de Calzaiuolo oblatum fuit Episcopatui Florentino.

Qualiter Rolandus, & Malagonnella fratres filii Signorelli dederunt & concesserunt Domino Iohanni predicto pro dicto Hospitali recipienti unum petium terre positum loco dicto Segalare. Carta manu Rodulfi vocati Toctoli Not. sub MCXLII. Non. Kal. Iulii Ind. V.

Hec est trigesimatertia Pars de Sancto Martino Episcopo.

Qualiter Gherardus Compagni populi Ecclesie S. Trinitatis petiit a Curia Florentina sibi dari in solutum certas terras & possessiones, que olim fuerunt Lapi quondam Iohannis populi S. Simonis, & hodie sunt Gherarducci Monis Boniannis, & Lapi pupillorum filiorum quondam dicti Lapi, que bona posita sunt in populo S. Martini Episcopi. Et alibi per diversa loca. Et sententia lata fuit per Iudicem dicte Curie super dictis bonis. Carta manu Magalotti filii Guidonis de Paterno Not. sumpta ex actis Curie Communis Florentini sub MCCLXXXXI. Ind. V. die XII. Novemb.

Qualiter Stefanus Vbaldini familiaris Domini Episcopi Florentini petiit a Curia Communis Florentie sibi dari in solutum bona Berti, Chelis, & Fioris fratrum filiorum & heredum Bencivenni Sorbi populi S. Martini predicti pro debito quinquaginta florenorum auri, quot iidem dare & solvere tenebantur; & sic pronuntiatum fuit dicta bona dictorum debitorum sibi dari, per Iudicem dicte Curie. Carta manu Guidocti Gialli Not. sub MCCLXXX. Ind. XIV. die ultimo Febrear.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus ex una parte, & Falconcetus quondam Biliocti de Castro Sancti Martini ex altera, compromiserunt quamdam questionem inter eos vertentem in Brancaleonem Raneriii, & Bonaccursum Iudicem, tamquam in arbitros occasione cuiusdam domus, poderis, terrarum, & possessionum ipsius Falconecti: super qua questione laudatum fuit per dictos arbitros, quod dictus Falconectus remictat & refutet dicto Domino Episcopo & Episcopatui omne ius sibi pertinens in dictis terris, & possessionibus; & predictus Dominus Episcopus det & solvat dicto Falconecto libra-

roeciam olim habuit, quae modo Ecclefiae S. *Felicitatis* adnexa eft.

XVI. Caftelliare, feu Caftellum Potens, in Mucillo prope Palearicium furgebat in colle, in quo Caftelli veftigia adhuc vifuntur.

XVII. Caftrum Molectiani, quod palatium, turrim, domos, piftrinum, & aquaeductum, habebat, fitum erat inter S. *Caffianum* in Palude, & S. *Felicitatem* in Flumine; fed S. *Felicitatem* propius; in Plebatu S. *Caffiani*. Hoc etiam donatum fuit *Petro* Epifcopo ab *Bulgaro* Abbate Crifpini, ab *Inghinolfo*, & aliis praedictis. Molectianum autem dictum exiftimo, quod gentis *Molectiae* fundus effet.

XVIII. Caftrum Loncaftri, procul a Viculo MM. P. verfus Alpes, inter fluvios Pifciolam, & Mucionem, in Plebatu S. *Caffiani* in Palude, fitum erat, fuper collem. Ibi olim Monafterium fuit. Ab-

libras centum vigintiquinque, & duodecim fextarios boni & puri frumenti. Carta manu Federighi de Panzano Notar. fub MCCLVIII. die XV. menfis Iulii.

Qualiter Stefanus Vbaldini Procurator Domini Iohannis Epifcopi Florentini petiit a Curia Florentina cogi & compelli Bene, & Puccium, fratres filios quondam Migliorelli populi S. Martini Epifcopi, ut redeant & morentur tamquam homines & coloni dicti Epifcopatus ad S. Martinum Epifcopum, ad antiquum locum & refedium eorum pofitum loco dicto Citinella, & ut dent & folvant annis fingulis in futurum dicto Epifcopatui viginti ftarias grani ad Starium Florentinum, & faciant alia fervitia ufitata, fuper qua petitione fententiatum fuit per Iudicem dicte Curie, ut omnia faciant, que in dicta petitione continentur. Carta manu Francifci della Capella Not. fub MCCLVI. Indict. prima, die XIII. Martii.

Qualiter Romeus Biliotti de S. Martino ad Argianum pro fe, & Falconetto fratre fuo, vendidit & finivit Domino Iohanni Epifcopo Florentino duas partes refedii ipforum pofiti in dicto Caftro S. Martini cum omnibus poffeffionibus & terris, quas habent in Curia & districtu eiufdem. Quapropter idem Dominus Iohannes eadem die locavit & investivit in perpetuum Bontempo vocato Puccio filio quondam dicti Biliotti tamquam homini & colono fuo de dicto refedio, & poffeffionibus atque terris predictis, de quibus poffeffionibus dictus Bontempus promifit dare & folvere dicto Epifcopatui annis fingulis in futurum viginti unum ftarium grani ad Starium Florentinum. Carta manu Guerrantis Alberti Notar. ex Imbreviaturis Ser Bentivennis de Rabiacanina Notar. fub MCCLIV. VI. Idus Mart. Ind. XIII.

Qualiter Falconettus Biliotti populi Sancti Martini ad Argianum finivit Domino Iohanni Epifcopo Florentino unam domum pofitam in Caftro S. Martini ad Argianum, & unam petiam terre cum capanna pofitam iuxta foritam dicti Caftri, & omnes alias poffeffiones & terras, quas olim habuit & tenuit ad affictum ab Epifcopatu Florentino, ipfe vel pater fuus vel Bonectus vocatus Puccius olim filius dicti Falconetti. Carta manu Ser Guerrantis Alberti Notar. ex Imbreviaturis Ser Bentivennis de Rabia Canina Not. fub MCCXLVIII. Ind. I. Non. Kal. Augufti.

Qualiter Palmerius quondam Roffaldi de Caftro S. Martini Epifcopi refutavit Dom. Iohanni Epifcopo Florentino refedium & podere cum terris & poffeffionibus, quot habebat in dicto Caftro & eius curia & districtu. Carta manu Iohannis filii Bonafere Not. fub MCCLVIII. XV. Kal. Octob. Ind. prima.

Qualiter Ildibrandinus filius Gualchierii vendidit Dom. Petro Epifcopo Florentino perfonas Beniencafe, Roffi, & Bonafere, filiorum Tignofi de Muctiano, & Bellintiam uxorem dicti Beniencafe, & eorum poffeffiones, & bona ubicumque fint pofita. Carta manu Aldobrandini Galitii Iudicis & Not. fub millefimo bifquinquagefimoprimo Ind. VI. Videtur legendum *Millefimo bifcentefimoprimo.*

Qualiter Iohannes Petri Angiolelli, & quidam alii & eorum uxores vendiderunt Galiaffo recipienti vice & nomine dicti Iohannis Epi-

Abbas & Conventus huius Monafterii dederunt *Gottifredo* Epifcopo, & Epifcopatui, Loncaftrum in permutationem terrae apud S. *Caffianum*, quam permutationem confirmavit *Innocentius II.* Pont. Max. Idem confirmatum fuit Epifcopatui etiam ab *Ilderico* Marchione Tufciae; & in illud Praetorem, feu Poteftatem, qui ius diceret, Epifcopus Florentinus mittebat.

XIX. Villa Sanctae *Felicitatis* in Flumine, & ipfum flumen Mucionis: iuxta illam Gattaria arx Comitum *Guidonum* fuit. Viculus eft, vulgo *Flumen* adpellatus; & flumen S. *Felicitatis* etiam *Caturnum*, feu *Conturnum*, dictum reperio.

XX. Populus Curiae Vettiani conftitutae in Plebatu Sancti *Caffiani* in Palude, in Mucillo, prope Alpes, inter fluvios Mucionem & Pifciolam. Vettianum ad Comites *Guidones* etiam pertinuit; & fic dictum puto, quod fundus gentis *Vettiae* effet. Diftat Florentia ad Septemtrionem XIX. M. P. *Vbertinus* In-

Epifcopi Florentini & Epifcopatus omnes terras & poffeffiones eorum pofitas infra Cappellam S. Martini Epifcopi, & ubbi ubicumque. Carta manu Arlotti Not. fub MCLXXXXIV. de menfe Septemb. Ind. XI.

Qualiter Bernardinus, & Natavilla filii Rodulfini, & Mattavilla eorum mater, vendiderunt Galeaffo Procuratori D. Petri Epifcopi Florentini perfonam Boninfegne filii Saracini Coloni Epifcopatus cum omnibus fuis bonis poffeffionibus & terris ubicumque pofitis in Caftro, Curia, & diftrictu S. Martini ad Argianum. Carta manu Iohannis Golitii Not. fub MCCIII. Kal. Ian.

Qualiter Dom. Francifcus Epifcopus Florentinus confenfit cuidam venditioni facte Guidoni Pofcuccii per Dominam Ciciliam vocatam Siliam uxorem quondam Dini Cocardi de quibufdam terris pofitis loco dicto Caffiola, de quibus terris dictus Guido promifit dare & folvere annis fingulis in futurum Epifcopatui Florentino duos ftarios grani ad rectum ftarium Florentinum. Carta manu Iunte Bindi de Aftiano Notar. fub MCCLVIII. die XIV. Ianuarii.

Qualiter Dom. Ardingus Epifcopus Flor. locavit & conceffit ad affictum perpetuum Caroccio filio quondam Paucetti populi S. Martini Epifcopi homini & fideli fuo, & dicti Epifcopatus, duas petias terrarum quarum una pofita eft in Curia Caftri S. Martini predicti, & alia pofita eft ad Pefam, de quibus terris dictus Caroccius dare & folvere promifit dicto Epifcopatui annis fingulis in futurum de menfe Augufti ftarios duodecim grani & fex ftarios fpelte. Carta manu Iacobi Not. fub MCC.VI. Idus Septemb. Ind. IX.

Require pro originali Inftrumento in fasciculo cartarum Sancti Caffiani.

Qualiter Dominus Iohannes Epifcopus Florentinus emit certas terras & poffeffiones a Teghiario Rectore Ecclefie Sancti Caffiani Plebatus Decimi. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex Imbreviaturis Ser Benvenutis Alberti Not. fub MCCLIX. XVI. Kal. Ian.

Qualiter Bertus quondam Bencivennis Sorchi populi S. Martini Epifcopi fuit confeffus & recognovit Dom. Lotterio de Vicedominis Procuratori Domini Andree Epifcopi Florentini, fe dare debere & folvere annuatim perpetuo Epifcopatui Florentino de menfe Augufti vigintiduos ftarios grani ad ftarium Florentinum, prout folvere tenebantur & folvebant eius antecefsores de eorum terris & bonis. Carta manu Ricoveri Aldobrandini Not. fub MCCLXXXX. Ind. II. die XII. April.

Item cum dicto Inftrumento eft aliud Inftrumentum recognitionis facti per dictum Bertum & Dominam Notam eius fororem de fupradictis ftariis grani ad ftarium Florentinum annuatim perpetuo folvendis dicto Epifcopatui per eofdem de poderi & terris olim dicti Bencivennis Sorchi pofitis in populo Sancti Martini predicti. Carta manu dicti Not. fub millefimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Teghiarius Rector Ecclefie Sancti Caffiani Plebatus Decimi vendidit Domino Iohanni Epifcopo Florentino unam petiam terre po-

Inghinolfi F. multa donavit Episcopatui, quae in Curia Vettiani possidebat.

XXI. Populus Curiae Paludis, sitae in Plebatu S. *Cassiani* de Palude in Mucillo. Plebs autem Sancti *Cassiani* in Palude parum distat a Castro Viculi. A palude aliqua & aquis stagnantibus nomen loco inditum fuisse videatur. Alius locus Paludis nomine censetur, Florentiae proximior, eadem de caussa; alius in agro Volaterrano.

XXII. Plebatus Plebis S. *Crisci* ad Vallemcavam cum Castris Montis Rinaldi & Valliscavae in Mucillo, inter colles, quibus imminet Mons Iovii, qui Mucillum ab Acone dividit, iacet. Florentia distat XII. M. P. Multa de hoc Castro & Plebe disseruimus libro praecedenti. Mons Rinaldi, & Mons Iovii, ad Vallem Sevis etiam pertinere possunt, ut superius, ubi de Valle Sevis egimus, indicatum est.

XXIII.

posite in populo S. Martini Episcopi loco dicto Poggiolo. Carta manu Guerriantie Alberti de Burgo ad Sanctum Laurentium de Mogello Not. sub MCCLIX. XVI. Kal. Iannar. Ind. III.

Qualiter Bonaiutue vocatus Grollarius qu. Amadoris Gherardi populi S. Marie ad Argianum Plebatue Decimi recognovit se ab Episcopatu Florentino tenuisse & tenere duas petias terrarum positas in populo S. Martini Episcopi loco dicto Capitrto, de quibus terris dictus Bonaiutus dare & solvere promisit in perpetuum dicto Episcopatui starios sex grani. Carta manu Ser Guiglielmi Ser Iohannis de Castro Florrentino Not. ex Imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti de Podio Bonitii Not. sub MCCLIII. Ind. II. die X. mensis Ianii.

Qualiter Gherardus qui Guccius vocatur, filius quondam Bonsignoris Morgiani populi S. Felicitatis ultra Arnum Sindicus Domini Andree Episcopi Florentini meruit & acquisivit tenutam in certis bonis & possessionibus positis in pertinentiis S. Martini Episcopi, & S. Marie ad Arginanum, heredes Coroccii populi S. Marie predicte fideles Episcopatus, & in bonis plurium aliorum in presenti Instrumento contentorum. Carta manu Grimaldi Compagni de Pestiuola Not. sub MCCIC. Ind. prima, die XVII. mense April.

Qualiter dictus Iohannes Episcopus Florentinus eligit in Potestatem S. Martini Episcopi Vallis Pese Dominum Lotterium de Vicedominis, & qualiter homines ipsius contrate S. Martini constituti coram iuraverunt suis hobedire mandatis. Carta manu Ser Bartholi Not. sub MCCI. Ind. XV. die XXX. mensis Ianuar.

Qualiter Sonantus Vgolini populi S. Martini confessus fuit & recognovit se tenere pro Domino Andrea Episcopo Florentino & Episcopatu quondam ascum & capannam, que olim fuerunt Bonasere olim fidelis Episcopatus predicti. Carta manu Ser Guiglielmi Ser Iohannis de Castro Florentino Not. ex Imbreviaturis Iohannis Perfecti Not. sub MCCLXXXXII. Ind. VI. die XVI. Ianuar.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus liberavit & obsolvit Rubeum filium Tignosi de Masciana ab omnibus servitiis, que hactenus dicto Episcopatui facere tenebatur, salvo iure dominii & actione unius modii grani, quod granum dictus Rubeus solvere promisit dicto Episcopatui annis singulis in perpetuum. Carta manu Amati Not. sub MCCXIII. pridie Nonas Septembris.

Qualiter Pierus filius olim Ianaellini, & Boninsegna eius filius, & Dianese uxor dicti Boninsegne, vendiderunt Golinsso recipienti pro Episcopatu Florentino in perpetuum, videlicet fictum unius modii frumenti solvendi dicto Episcopatui per eosdem annuatim in perpetuum; pro qua venditione & grano vendito fuerunt confessi & contenti dicti venditores habuisse a dicto Golinsso dante pro dicto Episcopatu libras viginti florenorum parvorum. Carta manu Arlotti Not. sub MCCXVII. Kal. Febr. Ind. III.

Qualiter Forestina uxor olim Magnorii, & nunc uxor Stoldi, iuravit ad sancta Dei Evangelia obedire preceptis omnibus & singulis sibi factis per Dom. Iohannem Episcopum Florentinum, & sibi facere testimonium veritatis, que

Qua-

XXIII. Castrum Burgi ad S. Laurentium in Mucillo, cum palatio & suburbiis; quod quidem distat Florentia XV. M. P. ad Septemtriones; & in praesens amplum Opidum est, tribus circiter millibus incolarum frequens, si agrum adiicias, ad sinistram Sevis ripam. In Catalogo Castrorum, quae in Comitatu Florentino ad Imperium spectare dicuntur, a *Petro Lambecio* ex parte edito, inter illa Castra recensetur. In hoc Castrum Episcopus Florentinus Capitaneum, & Praetorem seu Potestatem, ab se electum, qui illud regeret, & ius ibi diceret, mittebat. Castrum Burgi ad Sanctum Laurentium ab Episcopatu Florentino saeculo XI. acquisitum fuisse videatur. Fuit ibi olim Monasterium Sanctimonialium Ordinis Benedictini, quae a Cardinali *Gregorio* a Monte Carelli primum in eodem Monte saeculo XII. institutae fuerant, earumque Ecclesia & Asceterium S. *Agnetis* nomine censebantur; sed Castro Montis Carelli destructo, ad Burgum Sancti Laurentii tran-

suo iuramento dixè, quod dictus Magnarius olim vir suus reddebat annuatim Episcopatui Florentino unum urceum musti, & unam yminam grani, & unam yminam ordei, & unam spelde, ad eectam mensuram Florentinam pro eorum resedio & terris positis in Castro, Curia, & districtu S. Martini Episcopi. Carta manu Roneris Not. sub MCCLXXX. X. Kal. Septemb. Ind. VII.

Qualiter Vgolinus Canonicus Plebis de Decimo pro Episcopatu Florentino, intravit in corporalem possessionem, & tenutam domorum, & terrarum, que olim fuerunt Gherardi. Carta manu Bartholi Chiaramontini Not. sub MCCLXXXIV. die XXI. Iunii.

Qualiter Bonacursus filius olim Ciambrini donavit Goliasso nunptio Domini Petri Episcopi Florentini unum starorum terre, & habitarium suum positum in Castellare S. Marie ad Argianum. Carta manu Bonamichi Not. sub MCCIII. Non. Kal. Febr. Ind. VII.

Qualiter Lapus dictus Manzuolus filius emancippotus Ignacoli populi S. Simonis recognovit Domino Andree Episcopo Florentino quandam petiam terre posite in populo S. Marie ad Argianum loco dicto La via pertinere ad Episcopatum Florentinum, de qua terra dictus Lapus dare & solvere promisit dicto Episcopatui annuatim in perpetuum duos starios grani. Carta manu Iohannis Perfecti Not. sub MCCLXXXXI. Ind. IV. die XXVIII. mensis Augosti.

Qualitee Bonacursus Ciambrini donavit Galeosso Procuratori & nunptio Dom. Petri Episcopi Florentini unum stariorum terre & habitacium suum posita in Castelloee S. Marie ad Argianum. Carta manu Bonamichi Notar. sub MCCIII. Non. Kal. Febr. Ind. VIII.

Qualiter Vgolinus, & Peruzzius fratres filii olim Guardini, reamasiati fuerunt per Dominum Ardingum Episcopum Florentinum de poderi eorum, quod tenebant ab Episcopatu Florentino in feudum, de quo podere dare promiserunt dicto Episcopatui annuatim in perpetuum quatuor starios grani ad starium Florentinum. Carta manu Iacobi de Cereto Not. sub MCCXLII V. Idus Febr. Ind. prima.

Qualiter quedam sententia lata fuit ad petitionem Guittonis Senen. Procuratoris Domini Iohannis Episcopi Florentini in bonis Salimbruae vocati Becchi filii quondam & heredis & bonorum possessoris Caroccii filii Pazetti de Sancto Martino predicta occasione cuiusdam affictus detenti sedecim modiorum spelde, que affictu solvere tenebatur de duabus petiis terrarum ipsi Caroccio locatarum a Domino Ardingo olim Episcopo Florentino, quarum prima posita est in Curia Castri S. Martini predicti loco dicto Sub ripa, & alia posita est ad Prsam. Carta manu Farolfi Orlandini Not. sub MCCLXX. Ind. XIII. die II. April.

Qualiter Bencivenni, & Aldobrandinus coloni Domini Episcopi & Episcopatus Florentini negabant se fore colonos dicti Episcopatus, super qua negatione dati fuerunt testes, qui probaverunt, quod ipsi erant & esse debebant homines & coloni dicti Episcopatus. Carta manu Bernardini Not. cum subscriptione unius alterius Not. sub MCC. VI. Kal. Ian. Ind. X.

Qualiter Falconettus & Bontempus vocatus Paccius fratres filii Biliotti populi S. Martini

translatae fuerunt, & in Ecclesia Sanctae *Luciae* collocatae. Tandem, *Zancherio Franci* F. a Burgo Sancti Laurentii curante, sub *Honorio IV.* Florentiam migrarunt, & in Monasterium, quod *Sanctae Mariae ad Nives* dicebatur, in Via Sancti Galli, resederunt. Aliorum Ordinum Moniales deinde in eodem Monasterio constiterunt, & postremae tandem in Parthenonem S. *Luciae* receptae sunt, quum Sanctus *Antoninus*, deinde Archiepiscopus, Coenobio Sancti *Marci* praesideret. Monasterium *Sanctae Mariae ad Nives* a Canonicis Lateranensibus Abbatiae Faesulanae pro hospitio in praesens habetur, ut alias dictum est. Saeculo XIII. Parthenon Sororum de Poenitentia in eodem Burgo constructus fuit; licet principio extra Castrum situs esset. Sorores autem de Poenitentia vocabantur Feminae tertii Ordinis Sancti *Dominici*. Coenobium etiam Fratrum Franciscanorum in eodem Burgo nunc exstat.

XXIV.

tini ad Argianum, fecerunt finem & refutationem Domino Iohanni Episcopo Florentino de quadam domo posita in Castro Sancti Martini cum suis confinibus de tertis petiis terrarum positis loco dicto Campanale cum eorum confinibus, & generaliter de omnibus & singulis aliis terris & possessionibus ubicumque positis in Castro Curia & districtu S. Martini predicti, vel alibi ubicumque quas habere & tenere consueverunt ad eorum fictum ab Episcopatu Florentino. Carta manu Aldobrandini quondam Romei de Calenzano Not. sub MCCLVIII. Nonas Kal. Augusti Ind. prima.

Qualiter Ammannatus filius qu. Vgolini populi S. Martini ad Argianum, recognovit se esse fidelem Domini Iohannis Episcopi Florentini & Episcopatus, & eum volebat & tenebat pro suo Domino temporali & spirituali, qui Ammannatus promisit & convenit redire & morari super poderi quod habet & tenet ab Episcopatu Florentino posito in Curia S. Martini predicti. Et ex eo poderi solvere & prestare dicto Episcopatui annuis singulis in futurum servitia consueta. Carta manu dicti Aldobrandini Not. sub MCCLXVII. Indictione XI. de mense Mart.

Qualiter Bentivenni vocatus Sortus filius olim Bonamentis populi S. Martini ad Argianum, recognovit se esse hominem & colonum Domini Iohannis Episcopi Florentini & Episcopatus, & promisit redire & morari super quodam poderi, quod habet & tenet ab Episcopatu Florentino in populo S. Martini predicti, de quo promisit annuatim in perpetuum dare dicto Episcopatui servitia consueta. Carta manu Aldobrandini Not. sub millesimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus fecit suum procuratorem Chellum Corsi familiarem suum ad intrandum in possessionem quorumdam bonorum que tenebat Bentivenni Sorchi in dicto populo. Carta manu dicti Aldobrandini Not. sub MCCLXVIII. Ind. XII. die XXII. Novemb.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit pro se & vice & nomine dicti Episcopatus a Romeo & Falconello fratribus filiis olim Bilocti populi S. Martini ad Argianum duas petias terrarum positarum in dicto populo. Carta manu Guerriantis Alberti de Burgo Sancti Laurentii de Mucello Notar. ex Imbreviaturis Ser Benivenuti de Robbia canina Notar. sub MCCLIV. VII. Idus Mart. Ind. XIII.

Qualiter Vgolinus Clericus Canonicus Plebis de Decimo vice & nomine Episcopatus Florentini intravit in corporalem possessionem, & tenutam bonorum & possessionum olim Gherardi filii Bonafedis dicti loci, que bona posita sunt in populo S. Martini predicti. Carta manu Bartholi qu. Chiarmmonterii Not. sub MCCLXXXIV. die XXI. Ind. XII.

Qualiter Presbiter Baruffa Rector Ecclesie S. Martini Episcopi testis iuratus dicere veritatem in presentia Domini Francisci Episcopi Florentini de his que interrogatus fuerit dixit quod audivit a Domina Contessa matre eius iam sunt XXX. anni vel id circa quod Donatus pater eius tenebatur dare & dare consueverat annuatim Episcopatui Florentino viginti unum starium grani nomine ficti de poderi

Cccccccc quod

XXIV. Castrum Montaczi, quod non procul ab Ecclesia S. *Mariae* ad Vlmos adsurgebat, confirmatum fuit Episcopatui ab *Lothario III.* Imperatore. Ita dictum est, quasi *Mons Aczi*, ab *Aczo*, seu *Actho*, domino. Distat Florentia XIII. circiter M. P.

XXV. Castellare Sancti *Ioannis Maioris*, quod in Mucillo situm Florentia XVII. M. P. distat ad Septemtriones, in medio ferme Mucillo est, inter Rontam, & Burgum Sancti Laurentii. Occurrit in Regesto Episcopatus Castrum Novum Sancti *Ioannis*, quod puto ad hunc Sanctum *Ioannem* referri; quodque indicio est, aliud Castrum eo in loco ab Episcopo Florentino fuisse constructum, quum Castrum Vetus dirutum Castellare tantum evasisset.

XXVI. Villa Greczani cum censu Abbatiae S. *Petri* Musceti. Illa ad Comites *Guidones* etiam spectavit: & sita est in tu-

quod tenebat & possidebat olim dictus Donatus, & hodie tenet Lapus & Migloratus fratres sui. Et post dictum tempus dictus Lapus & Miglioratus solverant dictum fictum dicto Episcopatui. Carta manu Iacto Brandi de Astiano Not. sub MCCLXXXXVII. Ind. X. die XXI. mense Novembris.

Qualiter Bertus filius olim Bentiveanis vocatus Sortus, & Sobilia uxor eius, populi S. Martini de Argiano, promiserunt & convenerunt Domino Migliori olim Michaelis Custodi Episcopatus Florentie vacantis, dare & solvere eidem Domino Migliori pro dicto Episcopatu recipiente libras decemseptem & solidos duos florenorum hinc ad Kal. Augusti proximi futuri pro redemptione triginta octo stariorum grani. Quod granum confessi fuerunt & recognoverunt se sic dare debere & solvere dicto Episcopatui de possessionibus & terris eorum positis in dicto populo S. Martini. Carta manu Gratie Arighi Gratie de Florentia Notar. sub MCCLXXXIV. Ind. XIII. die XXIII. mense Ian.

Qualiter Donatus qu. Centis de Gtiaello populi Ecclesie S. Martini ad Argianum constitutus coram Domino Episcopo Florentino, recognovit & confessus fuit quod olim Centi pater suus tenebat & conducebat ad affictum perpetuum ab Episcopatu Florentino unam domunculam, & terras terras positas in populo S. Martini Episcopi pro anno ficta quatuor stariorum grani. Et sic promisit solvere dictus Donatus de dictis annis singulis in futurum, ut in Imbreviaturis dicti Ser Benedicti Magistri Martini Notar. continetur sub MCCCXI. Ind. . . . die IX. Octob.

Qualiter Sinditus Domini Antonii Episcopi Florentini & Episcopatus locavit in termino vigintinovem annorum Capuccio olim Neri populi S. Iacobi ultra Arnum unam petiam terre positam in populo S. Martini ad Argianum pro anno ficta quatuor stariorum grani. Manu dicti Not. sub dicto millesimo & Indictione, die XXII. Ianuar.

Qualiter Sinditus dicti Domini Episcopi locavit in termino viginti novem annorum Iacobo filio Riccati populi S. Donati ad Lucianum certas terras positas in dicto populo, que bona fuerant olim Nuccii Rossibini fidelis dicti Episcopatus pro anno ficta trium stariorum grani ad starium Florentinum. Carta manu dicti Not. sub MCCCXIII. Ind. XI. die XVI. Ian.

Qualiter Guido quondam Comitis de Vicedominis obtulit & donavit inter vivos Domino Francisco Episcopo Florentino & Episcopatui quandam petiam terre positam in populo S. Martini Episcopi loco dicto Moraodrili, ut in Imbreviaturis Ser Bindi Romei Notar. continetur sub MCCIC. Ind. XII. die IV. Mart.

Qualiter Presbiter Barossa Rector Ecclesie S. Martini Episcopi hapraudidit tenutam quorumdam bonorum & possessionum positorum in dicto populo, & in populo S. Marie de Argiano, & diversis locis. Manu dicti Notar. sub MCCCX. Ind. VIII. die XXIII. Octob.

Qualiter Santinus Vgolini de Sancto Martino Episcopi recognovit se tenere quandam petiam terre vineate dicti Episcopatus positam in dicto populo, de quo dare promisit & solvere annuatim dicto Episcopatui medietatem fructuum, ut in Imbreviaturis dicti Notarii conti-

tumulo sub Alpibus, non procul a Luco Mucilli, ad fluvium Boſſum; diſtatque Florentia XX. M. P. ad Septemtrionem. Eccleſia S. *Stephani* Greczani eſt iuris patronatus Noſocomii S. Mariae Novae; & in Plebatu S. *Ioannis Maioris* Mucilli exſtat. Muſcetum, a muſco ibi late naſcente dictum puto; Gretianum autem, ſeu Graecianum, quod fundus gentis *Gretiae*, ſeu *Graeciae* eſſet. *Greccii* nomen occurrit in familia *Vbaldiniorum*, & ab hoc nomine *Greccianus* fundus denominari potuit; & quidem in Regeſto Epiſcopatus, ut plurimum, *Greccianum* ſcribitur. Abbatia ſeu Monaſterium S. *Petri* in Muſceto, vel *Muſceta*, conditum fuit a B. *Ioanne Gualberti* Congregationis Vallumbroſanae inſtitutore; quare ad Monachos eiuſdem Congregationis pertinuit.

XXVII. Populi Plebatuum, S. *Mariae* Fanniae, & S. *Agathae*, & Monticuli ſeu Montechii. Vox *Monticulus* in Scriptoribus *Finium Regundorum* occurrit pro parvo monte. Fannia MM.

tinetur ſub dicto milleſimo, & Indictione, die XV. Novembris.

Qualiter Sangallionus, & Iacobus fratres filii qu. Altoſti Diotiguardi Iacobi de Sancto Martino Epiſcopi, recognoverunt ſe eſſe fideles Epiſcopatus Florentiae, & dare & ſolvere promiſerunt annuatim de quibuſdam eorum bonis dicto Epiſcopatui poſitis in dicto populo S. Martini ſtarios ſex grani ad ſtarium Florentinum, ut in Imbreviaturis dicti Notarii continetur ſub dicto Milleſimo, & Indictione, & die XIX. Novemb.

Qualiter Bonavere qu. Diotiguardi Iacobi de dicto Martino Epiſcopi recognovit & dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui ſtarios quinque grani, ut in Imbreviaturis dicti Notarii continetur ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Bellincinne qu. Diotiſalvi de Sancto Caſſiano fuit confeſſus, & recognovit quandam petiam terre poſitam in populo S. Martini Epiſcopi quam ipſe tenebat, pertinere ad Epiſcopatum, & eam renumptiavit, & reliquit dicto Epiſcopatui, ut in Imbreviaturis dicti Notarii continetur ſub dicto Milleſimo, & Indictione, die XII. Ianuar.

Qualiter Manoas Diotiguardi de Sancto Martino Epiſcopi recognovit & dare promiſit & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino nomine fictus perpetui de ſuis terris quinque ſtarios grani, ut in Imbreviaturis dicti Ser Bindi Not. continetur ſub MCCCX. Ind. VIII. die XX. Novemb.

Qualiter Dominus Andreas Epiſcopus Florentinus locavit in perpetuum Gentili dicto Tili qu. Lamberti Genci populi Sancti Appolinaris de Florentia certas terras poſſeſſiones & res dicti Epiſcopatus poſitas in populo S. Andree de Nuovole loco dicto Cercione, & in aliis locis pro annuo ficto XXII. ſtariorum grani, ut in Imbreviaturis Ser Gratie Arigi Not. continetur ſub MCCLXXXVII. Ind. prima, die XXVII. Febr.

Afficlus perpetui debiti Epiſcopatui Florentino ab inſraſcriptis S. Caſſiani.

Qualiter Vgolinus Fallegrugge qu. Corſi de populo Plebis Decimi debet annuatim perpetuo dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino tres ſtarios grani pro dimidio cuiuſdam domus cum reſedio, quam olim tenebat Muragone qu. Todaldi, & Giovannuccius filius qu. Chiari de Decimo, in feudum ab Epiſcopatu Florentino, & eſt poſita dicta domus ad Caſtellum in dicto populo.

Qualiter Giovannuzzus qu. Chiari de Decimo debebat annuatim perpetuo dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro dimidio domus ſupradicte, & in dicti reſedii de menſe Augusti ſtarios tres grani.

Nota quod dimidium predictum domus predicte tenet Dominus Vbertus de Cavalcantibus.

Qualiter Mazza qu. Bencivennis populi Plebis Decimi debet annuatim perpetuo dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino pro dimidio podere, quod olim fuit Domine Benedonne matris ſue filie olim Ioannis Migliuoli de populo Plebis Decimi tres mezzinas muſti de menſe Octubris, & omni ſupradicto anno in Natali Domini unum gallinam pinguem.

Qualiter Cenni filius qu. Cardinalis Bencivennis nepos ſupradicti Mazze tenetur & debet dare

MM. P. distat a Scarparia, in planitie sita, ad Meridiem, inter fluvios Balneonem & Luisonem. *Albizzo Rustici* F. saeculo XI. donavit *Rainerio* Episcopo omnia iura, quae habebat in Plebe Sanctae *Mariae* Fanniae. S. *Agatha* vero cum Vico cognomine Scarparia pariter distat MM. circiter passus ad Occidentem, in Via, quae Gallianum ducit. Multa etiam in Plebatu Fanniae posita donaverunt *Bernardo* Episcopo *Orlandinus Vbaldini* F. & *Orlandinus Novellus* eius filius.

XXVIII. Castrum & Arx Susinanae cum vectigalibus, quod erat situm in territorio S. *Ioannis* Misilci, in Mucillo. Id videtur Episcopatus obtinuisse a *Mainardo* filio *Petri Pagani de Paganis* a Susinana; sive is Castrum Susinanae tenebat ab Episcopo Florentino, cui fidelitatem iureiurando promittebat. Et quidem res & iura in loco Susinana donata fuerant Episcopo Florentino ab *Adonaldo*, *Tassimanno*, & *Atropaldo*, germanis fratribus, & filiis

dare & solvere Episcopatui Florentino pro alia dimidia parte dicti poderis qu. dicte Domine Bonadonne avie sue, quam ipse tenet, tres mezzinas musti de mense Octubris, & omni supradicto anno in Natali Domini unam gallinam pinguem.

Qualiter Migliorotus qu. Guidonis Verdit de populo Plebis Decimi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro quadam domo cum resedio & chiasura posita in dicto populo loco dicto a Castello, tres urceos musti de mense Octubris ad cectum urceum Florentinum.

Qualiter Dore qu. Tebaldi Boninsegne Maragonis de populo Plebis S. Cecilie ad Decimum tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi de mense Augusti apud Plebem Decimi staria tres grani.

Nota quod Giannozzus filius Domini Vberti de Cavalcantibus tenet dictum podere.

Qualiter Bellincione quondam Dietisalvi Bernardini dicti populi debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro poderi olim Giandini de Sancto Martino Episcopi, quod ipse tenet a dicto Episcopatui starios decem grani.

Qualiter Domina Bina de Valle Grevis filia qu. . . . que morabatur in populo Plebis Decimi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi in Natali Domini unum parum gallinarum pinguium.

Qualiter Lapus & Simon fratres filii qu. Thedeorigoli populi S. Petri de Subtus tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi de mense Augusti stariorum duos grani; & in Natali Domini unum par capponum pinguium.

De Populo S. Casciani Plebatus Decimi.

Qualiter Pottius Pieri de Crescinola, qui moratur Florentie iuxta Pontem Carrarie, tenet & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios quatuor grani.

Nota quod Aviatus Chieri faber tenet dictam terram que est posita prope hospitale Domine Mate loco dicto Magiola, & h ac solvit.

Qualiter Bonsignore, Averuccius, & Zanius filii qu. Vinte Bellincionis populi S. Cassiani tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi de mense Augusti starios duodecim grani.

Qualiter Guido Teccius & Bernarduccius fratres filii qu. Pasqucii dicti populi tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi starios duos grani, & pro poderi olim Borghesis filii qu. . . . fidelis dicti Episcopatus starios duos grani.

Qualiter Rabutnus filius qu. . . . . de S. Cassiano, tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios quatuor grani.

Qualiter Mese Calzolarius filius qu. Corsi, & Corsuccius filius qu. Lapi Corsi eius nepos de Sancto Cassiano tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi de mense Augusti duos staeios

filiis *Atripèrti*, *Adonaldi* autem nepotibus, saeculo X. sed postea a *Paganis* acquisita fuere. *Maghinardus* autem *Petri de Paganis* Faventinus fuit, & ab *Ordelaffiis* Foroliviensibus adoptatus, cuius filia *Andrea* nupsit *Octaviano Vbaldinio*. Quum autem *Maghinardus*, qui erat Faventiae, Fori Cornelii, & Fori Livii, dominus, alios filios non haberet, omnia bona sua *Andreae* filiae testamento reliquit; Susinanam, scilicet, Cepatam, Montem Boarium, Capannatiam, Crispinum, cum curtibus, & arcibus, eorum; atque ita haec in dominium *Vbaldiniorum* transiere. *Pagani* tamquam nobiles & potentes memorantur in Diplomate *Friderici I.* Imperatoris dato Monasterio Sanctae *Mariae* Crispini anno MCLX. una cum *Vbaldinis*, *Gulfis*, *Gottarigis*, Comitibus *Guidonibus*, & illis *De Pisce*. Certe Susinana ad *Vbaldinios*, saltem saeculo XIV. pertinuit. Non procul a Susinana erat Monasterium Sanctae *Mariae* Rivi Caesaris, Ordinis Congregationis

rios grani, & in Natali Domini unum par capponum pinguium.

Qualiter Tuccius, Iunta, Manellus, & Corsus fratres filii qu. Meliorati Bellagotti de populo S. Cassiani ad Decimum, qui morantur Agnole, tenentur & debeat dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro poderi olim dicti Bellagotti eorum avi, quod ipsi teneat, de mense Augusti starios sex grani.

Qualiter Guido Pasqucci, de Sancto Cassiano tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro poderi olim Domine Gemme uxoris olim Iuate Pavesis, quod tenet, starios duos grani; & pro poderi alterius Domine Gemme olim . . . . quod tenet starios duos grani; & pro poderi olim Dini vocati Camardi filii Benivenuti, quod ipse tenet, starios duos grani.

Qualiter Gianni, & Rossus fratres filii qu. Damiani de Sancto Cassiano tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi starios duos grani.

Qualiter Dandus, & Rosellus fratres filii dicti Iannis Damiani tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro podere olim Iacobi de Paldolis fidelis dicti Episcopatus quod ipse tenet starium unum grani.

Qualiter Puccius Bosi Pitchiapetti de Sancto Cassiano tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios quatuor grani.

Qualiter Baldus & Cennius fratres filii qu. Cortis Sinibaldi, & Ghiuccius filius Contis filii dicti Cortis eorum nepot, tenentur & debeat dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro quadam vinea quam ipsi teneat ab dicto Episcopatu in populo S. Cassiani loco dicto Colli starios quatuor grani.

De Popolo S. Marie ad Argianum districtus Decimi, & S. Cassiani.

Qualiter Vgolinus Grossus de Scolaribus de Argiano tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro tribus partibus poderis olim Vgolini Randelli starios sex. grani.

Qualiter Domina Sobilia uxor olim Randelli predicti tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro alia quarta parte poderis dicti Randelli viri sui quam ipsa tenet starios tres grani.

Qualiter Becchus del Poggio qui morabatur ad Sub Ripam tenebatur & debebat annuatim perpetuo dare & solvere Episcopatui Florentino pro suo poderi starios duodecim grani.

Nota quod Guccius, & Geri Sannelli filii quondam Vlivierii Bernardi de Vitedominis emerunt dictum podere, & hodie tenent heredes Rossi Bacchorelli de Florentia.

Qualiter Bonaiutus vocatus Giollarius filius qu. Amadoris del Colle de populo S. Marie ad Argianum tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino starios sex grani.

Qualiter Conte filius qu. Bartholi de dicto populo tenetur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro quadam petia terre

nis Vallis Vmbrosae. Sufiniana, quasi praedia gentis *Sufiniae*, dicta fuisse, arbitror.

XXIX. Castrum Loctiolae, non procul fuisse videtur a Castro Salecchinae, seu Salecchii. Est in Plebatu S. *Ioannis* Misilci; &, saeculo XIV. saltem, *Vbaldiniorum* erat. Loctiolae, quasi *Locti aulae*, ut videtur, dictae sunt; & hoc Castrum, una cum Castro Salecchii ultra Alpes, in beneficium ab Episcopatu tenuerunt *Drudolus*, & *Ioannes*, *De Pisce*, germani, & *Orlandini de Rimbertis* filii; qui ex gente *Vbaldinia* fuisse videantur.

XXX. Castrum Salecchinae, seu Salecchii, in Mucillo, non procul a Castro Loctiolae, in Plebatu S. *Ioannis* Misilci, situm erat. Saliculum, vulgo *Salecchio*, a Salicibus dictum existimo.

XXXI. Castrum Fraxinae in Mucillo, non procul a Castris Loctiolae, & Salecchii, exstabat. A Fraxinis, vel Fraxino, denominatum fuisse videtur. Sic Fraxinetum in Agro Arretino, & in ipso Mu-

terre dicti Episcopatus posite in d. populo quam tenet a d. Episcopatu starium unum grani.

Qualitre Vgolinus Ricenti de populo Sancti Petri De Sopra tenetur & debet solvere & dare annuatim perpetuo pro suo poderi Episcopatui Florentino unam Aminam grani.

De Populo S. Martini Episcopi disteictus Desimi & S. Cassiani.

Qualitre Gianni Dellavia filius qu. . . . . tenet & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo podere starios duodecim grani.

Nota quod Silvestrus de Rubeis Domitellus olim Dom. Antonii Episcopi Florentini tenet medietatem dicti poderis, & aliam medietatem tenet Dom. Lapa uxor olim Formice Corazarii.

Qualiter Bertus qu. Benivenuti del Sorcho de dicto populo tenetur & debet dare & solvere annuatim Episcopatui Florentino pro suo poderi staria triginta octo grani.

Nota quod Cennini del Medriole quondam Donati Tavernarius qui moratur Florentie in populo S. Petri Gattolini tenet modo dictum podere.

Qualiter Spigliatus Bernardi de Mucciano, qui moratur in Castro S. Martini Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro poderi olim Guidonis Peruzzi de S. Martino predicto fidelis dicti Episcopatus starios decem grani.

Qualiter Christianus & Rufpolus fratres filii qu. Donati de Citinella tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi starios tredecim grani.

Qualiter Christianus predictus tenetur & debet dare & solvere annuatim Episcopatui Florentino in perpetuum pro terris poderis olim Rufpoli, quas ipse tenet, starios sex grani.

Qualiter Gherarduccius filius qu. Canis Bramosi, & Dom. Lecitia dicta Tice de Sancto Martino Episcopi tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi posito in dicto populo starios undecim grani.

Qualiter Baldinoctus qu. Allegretti, Bonaguida eius frater & Ghettus qu. Benincase Allegretti eorum nepos tenetur & debent dare & solvere annuatim perpetuo dicto Episcopatui pro eorum poderi starios xxi. grani.

Nota quod Baldinoctus predictus vendidit partem suam dicti poderis heredibus Diotiguardi, & heredibus Alcocti Diotiguardi, & Bartholo & Moni fratribus & filiis Fallonecti Setaiuoli de populo S. Felicis, & Romeo Bellocti de dicto populo, Bonaguide Allegretti, & non respondent.

Qualiter Puccius & Gorus fratres filii qu. Brilliatonis Finieri de S. Martino Episcopi tenet & debent dare & solvere Episcopatui Florentino pro eorum poderi startos quinque & dimidium grani.

Qualiter Nuccius & Bartholinus fratres filii qu. Borcholi de populo S. Angeli ad Argianum tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro terris quas tenent de poderi olim Bellemontis Finieri starios duos & dimidium grani.

No-

Mucillo, & alibi. Fraxina, seu Fraxinum, ad *Vbaldinios* quoque pertinuit.

XXXII. Servitia & obsequia, quae praestare debent Nobiles *Vbaldini*, qui magnam Mucillani agri partem ditione tenebant. Nam *Vbaldinia* gens praepotens fuit, & per Mucillum & Aemiliam late dominabatur. Gentis initia deprehendere difficile, sed saeculo iam XII. floruisse videatur. Eorum Castra in Mucillo fuerunt, Mons Acianicus, Pila, Pulicantum, Oliveta, Risanterium, Pulicianum, Lucus, Pisce, Campus Planus, Rivus Cornaclarius, Castrum, Podium Altum, Friena, Santernum, Rapetium, Bibianum, Vallis, Capitetum, Petra Mala, Pellium, Coletta, Mons Coloreti, Burdinianum, Petra Mauri; uti constat ex Diplomate *Friderici II.* Imperatoris, quod libro praecedenti protulimus. Multa possederunt etiam in Castro & territorio S. *Crisci* Valliscavae, & in Pago Rabattae, & in Curia Marsana. Magnificum

Noto quod heredes Bartholini de Monte Vallo populi S. Angeli ad Argianum tenent certam partem dicti poderis, & bene respondent.

Qualiter Miglius qu. Bonchristiani Barasse de S. Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios XVIII. grani.

Nota quod de poderi Megli predicti tenet Bernardoccius Domini Iacobi de Rubeis unam chiusuram positam in appendentiis Castri Sancti Martini ex latere occidentis.

Qualiter Bonafece qu. Gherardi de Sancto Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatus Florentino pro suo poderi starios quindecim grani.

Qualiter Spigliatus Fantonis de S. Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios quatuordecim grani.

Qualiter Bonavaccius & Cole fratres filii qu. Lapi Mozzetti de populo S. Martini Episcopi tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi de mense Augusti starios. XXII. grani.

Qualiter Mazzuolus qu. Sieiboldi de S. Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi de mense Augusti starium duodecim grani.

Qualiter Vgolinus qu. Boneguide Sauanti de S. Mortini Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios decem grani.

Qualiter Migliovatus qu. Ioannis Bonaiunte de S. Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios sex grani.

Qualiter Gherardus Bonafedis della Casa de Sancto Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios decem grani.

Qualiter Altoclus, Mannus, & Bonavero fratres filii qu. Diotiguardi de Sancto Martino Episcopi tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo podere starios XX. grani.

Qualiter Matus Vgolini de Sancto Martino Episcopi legnaiolus, qui moratur Florentie in populo S. Felicis in Piazza, tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo podere starios viginti grani.

Qualiter Amadore vocatus Giollarius de Colle filius qu. . . . . . tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro suo poderi starios sex grani.

Qualiter Guido filius quond. Peruzzii, & Giordinus qu. Peruzzii Giordini de S. Martino Episcopi tenentur & debent dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro eorum poderi starios XX. grani.

Qualiter Miglioratus qu. Barosse de Sancto Martino Episcopi tenetur & debet dare & solvere annuatim perpetuo Episcopatui Florentino pro sua poderi starios XXI. grani.

Nota quod Episcopatus Florentinus tenet & possidet dictum podere.

Qualiter Miglioratus qu. Gherardi de S. Martino Episcopi tenet & debet dare & solvere

ſicum autem Praetorium habebant prope Scarpariam, in loco, qui Sancta Crux dicebatur, eo quod vetuſta Eccleſia titulo *Sanctae Crucis* ibi eſſet, in Plebatu S. *Mariae* Fanniae; in quo Plebatu *Vbaldinii* tenebant feuda, ſeu beneficia, ab Epiſcopatu Florentino. Domini etiam fuerunt Caſtri Galliani, Arcis Montis Gemmuli, Roccabrunae, Loctiolae, Viciani, Suſinanae, Vallis Agnelli, Sambucae, Caſtelli Pagani, Senni, Caſtaneoli, Cultariae, Saleculi, Caprilis, Filicionis. Vici, Villae Novae, Paludis, Farneti, & Molectiani, domini quidem erant *Vbaldinii*, ſed horum familia, quae Florentiam migravit, *Bettiniorum* dicta eſt. Et hic notandum, Maſcararum Praetorium Caſtello Villae Novae iam diruto proximum eſſe. Domini quoque erant *Vbaldinii* Fontisbonae, Montis Pauli, Tirli, Caſtelli Leonis, Montiniacae, Fraxini, Belmontis, Piniolae, Rivi Fredi, Florentiolae, Podii Latro-

trq-

re annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios ſex grani.

Qualiter Maccettus qu. Maczuoli de S. Martino Epiſcopi tenetur & debet dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios duodecim grani.

De Populo S. Stephani de Petriuolo districtus Decimi.

Qualiter Sulimannus qo. Ritii de Petriuolo tenetur & debet dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios ſex grani.

Qualiter Cione, & Diotiſalvi fratres filii qu. Salamonis de Cigliano tenentur & debent dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro eorum poderi ſtarios quatuor grani.

Qualiter Ser Brunettus Medicus filius qu. . . . . . & Brunus eius filius, tenentur & debent dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro eorum poderi ſtarios duos grani.

Qualiter Bonosettus Talonis de Petriuolo tenetur & debet dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarium unum & dimidium grani.

Qualiter Bellondinus Orlandini del Cigliano tenebatur annuatim perpetuo dare & ſolvere Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios duodecim grani.

Nota quod dictus Bellondinus renuntiavit dictum podere in manibus Epiſcopi Florentini, & dictus Dominus Epiſcopus affictavit dictum po-

podere Vgoni Nicchole, & Matino qu. Iacobi de Petriuolo.

Qualiter Venutus, Pandolfus, & Mercatus fratres filii qu. Bilietti de Cigliano tenentur & debent dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro eorum poderi ſtarios viginti octo grani.

Qualiter Renuccius del Cigliano filius qu. . . . . . tenetur & debet dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios duodecim grani.

Qualiter Martinus Buontempi de Sugana de dicto populo tenetur & debet dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarium unum grani.

Qualiter Benincaſa Bugatti de Petriuolo tenetur & debet dare & ſolvere annuatim perpetuo Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios ſex grani.

Qualiter Amatus Forenſis Buoiannis del Cardolo del Cigliano dicti populi tenetur & debet dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios decemocto grani.

Nota quod Dominus Anthonius liberavit dictum podere deſcendentibus dicti Amati.

De Populo S. Bartholi de Faltugnano districtus S. Caſſiani.

Qualiter Vogliente de Faltogniano filius qu. . . . . tenebatur & debebat dare & ſolvere annuatim Epiſcopatui Florentino pro ſuo poderi ſtarios ſex grani.

Nota quod heredes Natuccii deſcendentes ex dicto Vogliente tenent hodie dictum podere.

Qua-

tronis, vulgo *Poggio Ladro*; Vallis Maioris, Montis Bene, Mantinii, Pedis Montis, Claresoli, Campi Buraccii, Bibianae, Marchae, Casaliae, Lamulae, Caseinarum, Vallis Boscosae, Mansi, Fossengi, Insulae, Montis Finis, Carpini; aliorumque Castrorum & Vicorum, quos recensere supersedeo, quia alibi, quam in Mucillo, & locis confinibus, siti sunt. Namque *Vbaldinii* a Fonte Boni ad Castellum Capreni, quod ultra Bononiam MM. P. est, & in AEmilia, dominabantur; & Mucilli Castella fere omnia diversis temporibus, & diverso iure, tenuerunt. Gens autem *Vbaldinia* in multas familias dispertita fuit, quarum quaelibet a Castro, quod incolebat, vel obtinebat, denominabatur. Illae igitur familiae sunt;

A

Qualiter Nellus qu. Rinucii de Colle populi S. Margerite de Casarocta tenetur & debet dare & solvere annuatim Episcopatui Florentino nomine pensionis pro suo podere quod ipse tenet a dicto Episcopatu in die Beati Stefani unum caponem.

Quartadecima Pars est de Petriuolo.

Qualiter Vbaldinus Saracini de Rovezano vendidit Episcopatui Florentino sua terras & colonos quos habebat in Petriuolo, & Plebata Decimi, & Giogoli. Carta manu Actoris Not. sub MCLXXX. Kal. Ianuar. Ind. XIV.

Qualiter reperitur quoddam instrumentum continens servitia que debentur Episcopatui Florentino in Petriuolo, & eius Carta per homines ipsius loci. Carta manu Bonacti Notarii sub MCCXX. IV. Nonas Mart. Ind. IX.

Qualiter Rogerius, & Iacobus fratres filii qu. Vguctionis Iamdonati vendiderunt Episcopatui Florentino quosdam colonos & homines cum eorum heredibus positis . . . . . Carta manu Ser Amati Not. sub MCCVII. pridie Kal. Ian.

Qualiter Rinuccinus Iudex filius Vgonis Rubei vendidit Episcopatui Florentino quosdam terras positas in Curia Decimi, Petrioli, & S. Martini ad Argianam. Carta manu Restauri Not. sub MCCXXII. Ind. X. Non. Kal. mensis Maii.

Item reperitur quoddam aliud carta continens certa servitia Episcopatus in Petriuolo.

Qualiter Lottoringus, & Bonatius Pieri Carbolini, & Porrus filius Porei, dederunt Episcopatui Florentino omnes sasas, terras, vineas, & colonos, quos habebant in Petriuolo, Decimo, & Giogoli, & S. Mario in Piatta. Carta manu Ser Truffi Not. sub MCLXXI. Ind. V. XVII. Kal. Febr.

Qualiter Comune Florentie condepnavit homines de Petriuolo quia non obediverunt Potestati electo per Episcopum Florentinum in dicto loco de Petriuolo. Carta manu Ser Alberti Calandrini Not. sub MCCXLIV. Ind. II.

Qualiter Vsnana filia Miniati, & uxor Tebaldi Ranerii optulit Episcopatui Florentino iura sibi pertinentia in Castro Petriuoli. Carta manu Rodulfi Notar. sub MLXXVI. III. Kal. Maii Ind. XIV.

Qualiter Sigberius Actonis Mornadi, & uxor eius, & Aldobrandinus, & Octavianus filii Gostoni vendiderunt dicto Episcopatui terras, vineas, possessiones, & redditus, quas habebant . . . . . Carta manu Galitii Not. sub MCLIX. XII. Kal. Iunii Ind. VII.

Qualiter Spiglintus Arighi de Petriuolo promisit Presbitero Donato Rectori Ecclesie S. Stefani de Petriuolo recipienti pro Episcopatu Florentino dare & solvere omnem fictum detentum hucusque, & sic annis singulis in perpetuum solvere in futurum promisit illum affictum, quem solvere tenetur & debet. Carta manu Scotti Not. sub MCCLXV. XII. Kal. Septemb. Ind. VIII.

Qualiter Arigus qu. Rinuccii de Petriuolo in sua ultima voluntate promisit dare omnem fictum hucusque detentum, & futurum solvere Presbitero Donato Rectori Ecclesie de Petriuolo recipienti pro Domino Episcopo Florentino & Episcopatu. Carta manu Visconti Not. sub MCCLXVI. Ind. IX. IV. Kal. Maii.

Qualiter ad petitionem Baglionis Siadethi Episcopi Florentini data fuit possessio sibi pro Episcopatu recipienti in bonis Benintendi Renerii de Cigliano coloni Episcopatus predicti ex eo quod non prestabat debita servitia & fidelitates dicto Episcopatui in persona & rebus, ut tenebatur.

Eeeeeeeee *Item*

A Cultaria
A Pila
A Monte Acianico
A Senno
A Galliano
A Spuniolis
A Querceto
A La Tora
A Sufinana
A Caſtello
A Filicione
A Piniolis
Ab Aſcianello
A Ripa
A Piſce

} *Vbaldinii*.

A Villanova
A Farneto
A Vico
A Molectiano
A Palude

} *Vbaldinii*, qui & *Bettinii*.

A Barbarino . *Vbaldinii*, qui & *Captanii*.

A Carda
A Palatiolo
A Carinca
Ab Apecchio, ſeu Apiculo
A Mercatello

} *Vbaldinii* extra Mucillum.

Haec

Item qualiter predicto Baglioni Sindico dicti Domini Epiſcopi data fuit poſſeſſio & tenuta in bonis Palmerii filii Rodolfini, & in bonis Ricoveri Guezetti, que bona poſita ſunt in Petriuolo & Gigole ex eo quod non preſtabant dicto Epiſcopatui debita ſervitia & fidelitatem ut tenebantur. Carta manu Iſimbardi Not. ſub MCCXVII. Ind. XI. die IX. Martii.

Qualiter Dominus Lotterius de Vicedominis Poteſtas Comunis Montis Acutoli, & S. Columbani, electus per Epiſcopatum Florentinum, iuravit officium Poteſtarie ipſius; cui Poteſtati homines dictorum Communium iuraverunt ipſius obedire mandatis. Carta manu Bartholi Chiaramonterii Not. ſub MCCLX. Ind. XV. die II. Febr.

Item qualiter dictus Dominus Lotterius iuravit ſimiliter officium Poteſtarie Comunis de Petriuolo. Carta manu dicti Notarii ſub MCCXXI. Ind. XV. die II. Febr.

Qualiter Dominus Andreas Epiſcopus Florentinus locavit ad affictum Domino Iamdonato, & Domino Tano, olim Domini Guerrerii de Iamdonatis, podere, terras, domos, & poſſeſſiones que olim fuerant Negri Diotiguardi de . . . Carta manu Guiglielmi de Caſtro Florentino Not. ex Imbreviaturis Iohannis Perfecti Notar. ſub MCCLXXXXII. Ind. V. die XV. Iunii.

Qualiter Gherardus qu.. Compagni populi S. Trinitatis de Florentia promiſit ſub certa conditione Domino Andree Epiſcopo Florentino dare ſtariora grani ſex nomine fictus terrarum, domorum, & poſſeſſionum poſitarum in populo S. Martini ad Argienam. Carta manu dicti Guiglielmi Not. ex dictis Imbreviaturis ſub dicto Milleſimo, Ind. XI. die XXI. Ian.

Qualiter Guccius Uliverii Bernardi de Vicedominis vendidit Domino Andree Epiſcopo Florentino omnia iura que habebat contra Do-

Qua- mi-

Haec de *Vbaldiniis* dicenda visa sunt, quum tot Castra possederint, quae ad Episcopatum Florentinum pertinuere; quaeque a nobis recenseantur; ut semel dicta in progressu operis repetere necesse non sit.

XXXIII. Castrum Lomenae in Plebatu S. *Agathae* Mucilli. Lomena in tumulo ad radices Montis Calvi sita est. Lomena fortassis, quasi *Loca amoena*, dicta est.

XXXIV. Populus S. *Mariae* Soli in Plebatu S. *Ioannis* in Praetorio, vulgo *Petroio*. Illa sita est inter Coenobium Nemoris, vulgo *Bosco*, Minoritarum; & Gallianum. Solum, nomen generale, speciale factum.

XXXV. Castrum Montis Iovii, cum palatio, & Ecclesia S. *Andreae*, in Plebatu S. *Felicitatis* Faltonae, quae Ecclesia Paroeciam olim habuit, & iuris patronatus Episcopatus fuit. Hic Mons Mucillum ab Acone dividit, & Castrum confirmatum fuit Episcopatui ab

minam Sobiliam uxorem olim Orlandini Saracini. Carta manu dicti Guglielmi ex dictis Imbreviaturis sub MCCLXXXIX. Ind. III. die XVII. Novemb.

Qualiter Diotisalvi, & Cione fratres filii olim Salamonis de Lagliano populi S. Stefani de Petriuolo Plebatus Decimi constituti coram Domino Andrea Episcopo Florentino confessi fuerunt & recognoverunt quod dictus Salamone & eius antecessores hactenus dederunt & solverunt dicto Episcopatui pro ficto perpetuo tres starios grani, & sic solvere promiserunt ipsi solvere dicto Episcopatui annis singulis in futurum. Carta manu dicti Guglielmi Not. ex dictis Imbreviaturis sub MCCLXXXXI. Ind. V. die XIII. mense Febr.

Qualiter Ser Bindus de Calenzano Notarius Camere Episcopatus Florentini reamusiavit Bertum Bentivennis del Sorbo populi S. Martini Episcopi de podere cum domo positis in Parocchia dicte Ecclesie S. Martini loco dicto Le Coltora; qui Bertus promisit dicto Ser Bindo recipienti pro dicto Episcopatu dare & solvere annis singulis in futurum triginta octo staria grani de dicta domo & podere. Carta manu Ser Iante Brindi de Asciano Notar. ex Imbreviaturis Ser Francisci de Barberino Not. sub MCCIC. Ind. XII. die IV. Octub.

Qualiter Dinus vocatus Canordos olim Benivennis populi S. Cassiani de Decimo recognovit Domino Andree Episcopo Florentino se dare & solvere debere annuatim Episcopatui Florentino duos starios grani in perpetuum de quadam petia terre posite a Cresciola. Carta manu Guiglielmi de Castro Florentino Notar. ex Imbreviaturis Iohannis Perfecti sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die X. Ian.

Qualiter Rossus, & Iunni fratres filii olim Damiani populi S. Cresci constituti in presentia Domini Lotterii, olim Domini Rinuccii de Viscardinentis Iudices & Procuratores Dom. Andree Episcopi Florentini recognoverunt & confessi fuerunt quod ipsi & eorum patres & antecessores eorum soliti sunt prestare hactenus Episcopatui Florentino starios duos grani. Et sic promiserunt solvere perpetuo annis singulis in futurum. Carta manu dicti Guiglielmi Not. ex dictis Imbreviaturis sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die X. Ianuar.

Qualiter Presbiter Gherardus Bartholotti, & Bartholottus Sinibaldi eius nepos, & Tramundata mater ipsius Bartholotti vendiderant Ingemmato Vgonis, & Aliotto Abbatis recipientibus pro Domino Iulio Episcopo Florentino & Episcopatu partem eis contingentem in Castro & Curia Petriuoli, & omnes domos, terras, & possessiones, & colonos ubicumque positas in dicto Castro Petriuoli, & Curia & Plebatu S. Crescie de Decimo, & in Plebatu S. Iohannis in Sana, & in Plebatu S. Alexandri de Giogolis. Carta manu Rossi Not. sub MCLXXIV. Ind. VII die XII. Ian.

Qualiter Iohannes vocatus Isaito Rodulfi, & Berga eius uxor, vendiderant Ormannino Rodolfi omne ius eis pertinens in duabus petiis terrarum positis in territorio S. Stefani de Petriuolo. Carta manu Petri Not. sub sob MCXLVIII. Nonas April. Ind. XI.

Qualiter quedam questio vertebatur inter homines S. Andree in Percussina ecclesiae reforma-

ab *Lothario III.* Imperatore. Mons Iovii, ab *Iovio* Domino, denominatus fuisse videatur. Ceterum in antiquis libris & chartis *Mons Iovis* constanter legitur, ut Mons Faesulis &c. Saeculo tamen XIV. iam ad Commune Florentinorum pertinebat. In Monte Iovii erat Planum Monacile.

XXXVI. Villa Culcelli, est inter Pulicantum & Pilam, in Mucillo, & in Paroecia S. *Donati* Pulicanti, Plebatus S. *Felicitatis* Faltonae, Culcellum, quasi *Cultum Celli*, dictum existimo; nam *Celli* nomen viri proprium apud Mucellanos occurrit.

XXXVII. Villa Pupiliani, quae in Valle Faltonae fluminis est. Pupilianum autem, *Pupiliae* gentis fundus.

XXXVIII. Villa Pilae non procul a Monte Caroso, ad sinistram fluvii Faltonae, Florentia XII. M. P. circiter distat ad Septemtriones, & sub ditione *Vbaldiniorum* fuit. Est autem in Plebatu S. *Felicitatis* Faltonae, & Castrum olim exstitit.

XXXIX.

mationis dicte Ecclesie, quam reformationem certi populares commiserant in Dominum Ardingum Episcopum Florentinum. Carta manu Benvenuti Not. sub MCCXXXIX. XVI. Kal. Septemb. Ind. XII.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus excomunicavit certam partem Parochianorum Ecclesie S. Andree in Pertussina propter eorum contumationem. Et precepit aliis sub pena excomunicationis, quod non procederent ad reformationem dicte Ecclesie, eo quod in suas manus remiserant reformationem eiusdem: ac etiam precipiendo mandavit Plebano Plebis de Decimo sub excomunicationis pena, ut non confirmaret aliquem in dicta Ecclesia electum; & hominibus dicti populi, ut non consentirent dicte electioni sub dicta pena. Carta manu Benvenuti Not. sub MCCXXXIX. XVI. Kal. Sept. Ind. XII.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus elegit Presbiterum Beetam Canonicum Ecclesie Sancti Iacobi Cappellanum suum in Rectorem Ecclesie Sancti Andree in Percussina. Carta manu Iacobi Not. sub Millesimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Forese, & Ranerius fratres filii qu. Aliotti Parrocchiani Ecclesie S. Andree in Percussina Procuratores hominum dicti populi, remiserunt electionem dicte Ecclesie in manus Domini Ardinghi Episcopi supradicti. Carta manu Iacobi Not. sub dicto Millesimo, tertio Idus Augusti, Ind. XII.

Qualiter Ranerius nuptius Comunis Florentie de mandato Domini Castellani Potestatis Civitatis Florentie, & Domini Alberti Assessoris dicti Potestatis dedit tenutam, & possessionem Ecclesie S. Andree in Percussina Presbitero Bertolotto. Carta manu Ser Sanzanome Spinelli Not. sub dicto Millesimo, Ind. XIII. VII. Idus Febr.

Qualiter Guarinus, & Mazzochinus olim Peringoli, & Lamandina uxor dicti Garrni vendiderunt Domino Petro Episcopo Florentino omnes domos, & possessiones, & terras eisdem pertinentes in Castro de Petriuolo infra Plebem Decimi. Carta manu Beritsi Notar. sub MCLXXXXIV. IV. Nonas Ianuar. Ind. XIII.

Qualiter Vgo, & Iohannes fratres filii Berardusii, & Mingarda uxor eius, vendiderunt Domino Iolio Episcopo Florentino certas terras & possessiones positas loco dicto Faltugnano. Carta manu Iohannis Not. sub MCLXII. IV. Kal. April. Ind. X.

Qualiter Ser Manaus Rector Ecclesie Sancti Cerbonis Fesulane Diocesis Procurator Domini Anthonii Episcopi Florentini locavit ad affictum Ghinuccio quondam Azzini populi Sancti Cassiani ad Decimum certas domos & possessiones positas in populo S. Stephani de Petriuolo de quibus dare promisit pro omne ficto de mense Augusti dicto Episcopatui quinque modios grani. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Not. sub MCCCX. Ind. VIII. die XXIV. Iunii.

Qualiter Angiolerius filius olim Peringoli promisit Vberto de Vicedominis recipienti pro Episcopatu Florentino non vendere, & non cambiare terras, & possessiones quas tenet, & possidet a dicto Episcopatu positas in Castro, Curia, & districtu de Petriuolo. Carta manu Alio-

XXXIX. Villa Montis Caroſi, quae parum diſtat ab Aſceterio S. *Barptolemaei* Boni Solatii.

XXXX. Villa Sanctae Felicitatis, & totius Vallis Faltonae. Faltona autem flumen eſt, in cuius anguſta valle poſita haec Villa eſt, duobus M. P. a Burgo Sancti Laurentii diſtans, ad Meridiem, & ad ſiniſtram fluminis ripam.

XXXXI. Caſtrum Carzae, quod a praeterfluente flumine nomen accepit, & Florentia XI. M. P. circiter ad Septemtrionem diſtabat, non procul a Monaſterio Boni Solatii.

XXXXII. Caſtrum Montis Aſinarii, quod Florentia X. M. P. circiter ad Septemtriones diſtabat. Nunc Aſceterium ibi eſt Eremitarum Ordinis Servorum Beatae *Mariae* Virginis; quum locus iis ab *Ardingo* Epiſcopo donatus fuiſſet.

XXXXIII. Silva & iura in Curia & Terra Biviliani in Plebatu Sanctae *Felicitatis* Vallis Faltonae. Bivilianum in me-

Al'octi Not. ſub MCLXXX. Idus Novemb. Ind. XIV.

Qualiter Righettus Aldibrandi populi Sancte Marie in Campo Nuptius Comunis Florentie miſit in corporalem tenutam & poſſeſſionem Michelem filium Curſi Sindicum D. Iohannis Epiſcopi Florentini in ſuſraſcriptis terris. In primis in unum petium terre & vinee poſite in populo S. Stephani de Petriuolo, & in tertis aliis terris poſitis in dicto populo. Carta manu Diotaiuti Notar. ſub MCCLXXI. Indict. XV. die XXVIII. Ian.

Qualiter Gottiſredus Domini Roſſi Della Toſa iuravit bene & fideliter facere officium Poteſtarie ad que erat electus per Epiſcopum Florentinum in S. Martino Epiſcopi, Petriuolo, aliis terris, ut in Imbreviaturis Ser Miniatis Not. continetur ſub MCCCII. Ind. XV. die XV. Iunii.

Quintadecima Pars eſt de Giogole, Pozzolatico, & Montebuono.

Qualitee Aſſeſſor Poteſtatis Florentie condepnavit Iacobum Bonacurſi de Montanino ad bandam & ſolvendam annuatim porpetuo Epiſcopatui Florentino quartum partem unius fraſinghi ſive caſtrati, & quartum partem duorum urceorum vini, & duorum ſoldorum, & quedam alia ſervitia. Carta manu Gratie Dellavina Curie Mediolani ſub MCCLV. de menſe Iunii, ſumta ex actis Comunis Florentie. Et alia Inſtrumenta de ſimili cauſa.

Qualiter Epiſcopus Florentinus conceſſit ad meliorandum Iohanni filio Pieri unum petium terre & vinee poſite in Inſula Montis Buoni pro annua penſione decemocto denariorum Lucenſium. Carta manu Iohannis Not. ſub MCLXI. pridie Idus Iulii.

Qualiter Ildibrandinus filius qu. Ardiſsionis vendidit Epiſcopatui Florentino unum petium terre, & medietatem alterius petie poſite in campo loco dicto Villa Opathinga. Carta manu Galitii Notae. ſub MCLVI. menſe Octubris.

Qualiter Berlinghecius, & Lotteringus fratees filii olim Iacobi del Roſſo, & Benciveuni vocatus Sgualza fecerunt finem cuidam eecipienti pro Epiſcopatu Florentino de quodam poderi & terris poſitis in Villa de Montanini, quod poderi fuit Buoni de Signa. Carta manu Iacobi Notar. ſub MCCXXIV. VIII. Idus Auguſti.

Qualiter Ranerius qu. Ranerii de Monte Buono remiſit ſe in manus Epiſcopi Florentini, & iuravit quod Caſtrum Montis Buoni cum toto Podio eſt Epiſcopatus Florentie, & quod non tollet neque contendet, neque faciet aliud, quod preiudicet Epiſcopatui in dicto Caſtro. Carta manu Lamberti Not. ſub MLXXXXII. X. Kal. Septemb.

Qualitee Orlandinus filius qu. Vbaldini, & Orlandinus Novellus eius filius, promiſerunt Epiſcopo & Epiſcopatui Florentino non vendere, nec ullo modo alienare terram & ſilvam quam ipſi habent & tenent nomine feudi ab Epiſcopatu Florentino, que poſita eſt in Curia Montis Buoni loco dicto Treggiaria. Carta manu Guerii Not. ſub MCLXXXIII. VI. Kal. Iulii.

 Qua-

medio clivo Montis Asinarii ad Occidentem situm est.

XXXXIV. Castellare Valliae cum podio, & valle Montis Alti, & Carminiani. Distat Florentia X. M. P. ad Septemtriones, & Vicus adhuc permanet in Via, quae Bononiam tendit, inter Aviculatorium, & S. Petrum ad Sevem.

XXXXV. Homines Villae Plebis S. *Ioannis* in Petrorio, seu Praetorio, quae Plebs sita est in tumulo non procul a Castro Barbarini, qua Meridiem spectat. Huius Plebis iuspatronatus a trecentis annis ad Principes *Mediceos* pertinuit; sed *Cosmas II.* Magnus Dux illud cessit familiae *Portinariae* Florentinae, cum pacto, ut extincta familia *Portinaria*, ad Principes *Mediceos* reverteretur. Saeculo XIII. Plebanus S. *Ioannis* in Petrorio *Rodulphus* solvebat quotannis Episcopatui pensionem octo solidorum.

XXXXVI. Homines Villae Plebis S. *Petri* in Seve, quae Ple-

Qualiter Bruncctus filius quond. Gherardi vendiate Episcopo & Episcopatui Florentino omnes casas, possessiones, & terrae, servos & ancillas quas habet. & tenet per se vel per alium in feudum vel ad livellarium, seu alio quoque modo, positas in Plebata S. Alexandri de Giogolis, & alibi ubicumque. Carta manu Petri Not. sub MCXXX. XII. Kal. Mart.

Qualiter Episcopus Florentinus fuit confessus se habuisse & recepisse a Bontio Orlandini libras tres pro remanfiamento unius petii terre posite loco dicto Colle Ramoli. quam terram idem Bontias emit a Plebe Giogoli, de qua d-cta Plebes dabat Episcopatui Florentino nomine census denar. quatuor. Carta manu Iohannis Galitii Notar. sub MCCVI. VI. Kal. Iunii.

Qualiter Episcopus Florentinus concessit ad livellorium Bono Vivoli de Montanina, & eius filiis legiptimis omnes terras & possessiones quas habet & tenet ab Episcopatu Florentino positas in Montanina, & ubi ubicumque. Carta manu Petri Not. sub MCXXXIX. Idus Iunii.

Sextadecima Pars est de Padule, & Varlongo.

Qualiter Episcopus Florentinus emit a Masso Dominus Ruggerius de Minorbettis quoddam podere positum in Padule. Carta manu Aldobrandini Renuri de Calenzano Not. sub MCCC. Ind. XIII. die VI. mense Ian.

Qualiter dictus Masus confessus fuit se habuisse & recepisse a dicto Domino Episcopo & Episcopatu pretium dicti poderis. Carta manu Benedicti magistri Martini Not. ex Imbreviaturis Ser Francisci Not.

Qualiter reperitur in dicto Episcopatu testamentum dicti Masi scriptum manu Ser Bonacose Compagni Not. sub MCCCVIII. die VI. Novemb.

Qualiter ad petitionem Sindaci Episcopatus Florentie perceptum fuit Domine Nenti uxor Falcuccii, & Brano & Arigo fratribus filiis Gualterotti, quod evacuerent & disgombrerent quedam bona, que fuerant Cari filii Verris debitoris dicti Episcopatus. Carta Cantini Magistri Bonaventure Not. sumpta ex actis Comunis Florentie sub MCCCVII. Ind. V. die XIV. Mart.

Qualiter per Curiam Florentie data fuit tenuta Episcopatui Florentie in bonis Cambii Bitelli de Vico Forlivesi, Mersoppini, Martini Foresis, & Cari Staldi de Erris, & in bonis quorumdam aliorum debitorum Episcopatus predicti, in quibus bonis Sindicus Episcopatus Florentie missus fuit in tenutam & corporalem possessionem pro dicto Episcopatu. Carta manu Cassii Guidonis Notarii ex actis Communis Florentie.

Qualiter per Curiam Florentie data & promptuata fuit tenuta in bonis Cari Verris debitoris dicti Episcopatus, in quibus bonis Sindicus Episcopatus predicti missus fuit in tenutam & corporalem possessionem pro Episcopatu per Numptium Comunis Florentie, Cantini Magistri Bonaventure Iudicis Not. ex actis Comunis Florentie sumpta.

Qualiter reperiuntur quedam Instrumenta emptionum factarum a Riccho de Varlongo de quodam podere posito in Varlongo, & quedam In-

Plebes Florentia diſtat XVI. M. P. ad Septemtriones, iuxta Viam, quae Bononiam tendit. Hic Pons ſuper flumen Sevem conſtructus eſt, & ad Pontem Vicus non ſpernendus exſiſtit, ubi ſecunda Manſio Bononiam proficiſcentibus. Prope Carza fluvius in Sevem influit, quum non procul a Pratolino & Maciolis oriatur.

XXXXVII. Homines Villae S. *Iuſti* in Fortuni, quae e regione Arcis S. *Martini* exſtat, ad ſiniſtram Sevis ripam, & Florentia XV. M. P. circiter diſtat ad Septemtriones. In Plebatu eſt S. *Petri* ad Sevem. Fortuni forte dicitur, quaſi praedium *Fortunii*, nominis viri; vel forte, quod ibi *Fortunae* fanum exſtiterit.

XXXXVIII. Servitia & obſequia, quae debent Nobiles *Barbarini* in Mucillo, maxime ratione Vici ipſius *Barbarini*. Barbarinum Vicus eſt Florentia diſtans XVII. M. P. ad Septemtriones

Inſtrumenta dotis Domine Scotte ſororis ſue. Scripta manu plurium Notariorum.

Item reperiuntur quedam acta Communis de cauſa & queſtione, quam habuit Episcopatus Florentie cum Riccho filio . . . . . de Varlungo, & Domina Scotta ſorore ſua predicta, & cum quibuſdam aliis concendentibus cum Episcopatu predicto ſuper defenſione dicti poderis de Varlungo, in quo poderi Episcopatus predictus meruit tenutam & corporalem poſſeſſionem. Carta manu plurium Notariorum.

Qualiter Panocchia filius olim Cardi Foreſis de Cigliana Plebatus Decimi dedit & reſtituit Episcopatui Florentino quandam domum ſive molinellum cum quibuſdam petiis terrarum poſitarum in dicto Plebatu Decimi occaſione occupationis certarum terrarum dicti Episcopatus, de quibus dictus Panocchia recepit finem a dicto Domino Episcopo, ut in Imbreviaturis Ser Bindi Romei de Calenzano continetur ſub MCCCXV. Ind. XIII. die XXV. Iunii.

Septimadecima Pars eſt de Sexto.

Qualiter Dominus Ambroſius Episcopus Florentinus locavit livellario nomine in perpetuum Iohanni quondam Cenoie duas petias terrarum poſitas in dicto loco de Sexto pro annuo ficto duodecim ſolidorum Lucen. Carta manu . . . Notar. ſub MCLV. VIII. Kal. Mart. Ind. IV.

Qualiter Dominus Iulius Episcopus Florentinus locavit iure livellario Aquilaccio de Balimacho filio Rinuccini, & Iohanni eius filio unum petium terre poſite loco dicto Bisboli, de quo dare promiſerunt dicto Episcopatui annuatim in perpetuum dicto Episcopatus denarios tres. Carta manu Iohannis Galitis Not. ſub MCLXI. pridie Idus Mart. Ind. X.

Qualiter quedam ſententia lata fuit contra Marium de Varo de quodam petio terre poſite in dicto loco. Carta manu Thomaſii Chiaravinrenſis Not. ſub MCCXXXIV. die X. menſis Auguſt. Ind. VI.

Qualiter Dominus Bernardus Episcopus Florentinus conceſſit in perpetuum Alamanno Albertini, Petro Porcelli duas petias terrarum poſitas loco dicto Roncho, de quibus dare & ſolvere promiſit dicto Episcopatui annis ſingulis in futurum nomine fictus in feſto S. Iohannis ſex denarios. Carta manu Bonaiuti Bernardi Not. ſub MCLXXXIII. menſe Iulii, Indictione prima.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit a Benvenuto Caſdie unam petiam terre poſite in Sexto cum domo ſuper ea. Carta manu Iohannis Galitii Not. ſub MCCXII. Ind. I. III. Nonas Martii.

Qualiter Dominus Ambroſius Episcopus Florentinus conceſſit in perpetuum Iohanni & Roſſichello unum petium terre poſite in dicto loco de Sexto, de qua terra dare promiſerunt dicto Episcopatui nomine fictus in domodu Nativitatis Domini annis ſingulis in futurum quinque denarios Lucenſes. Carta manu Nardi Not. ſub MCLV. IV. Non. Novemb. Ind. IV.

Qualiter Dominus Petrus Episcopus Florentinus conceſſit in perpetuum Guiglielmo, & Federico fratribus filiis olim Cacciati certas domos & terras de quibus dare & ſolvere pro-

nes, per quem transit Via, quae per Vallem Marinae fluminis a Prato Bononiam versus ducit, & in Plebe S. *Gavini* situs est. Nobiles *Barbarini* erant, qui in praesens Florentiae manent, & *Captani* a Combiata vocantur, dignitatis nomine ad gentis adgnomen significandum translato. Hi *Captani* a Combiata sub saeculi IX. exitum Coenobium S. *Michaelis* Archangeli Passiniani condiderunt, *Zenobius*, scilicet, Episcopus Faesulanus, & *Sichelmus*, germani fratres, & filii *Benedicti*. Illud autem Coenobium est in Dioecesi Faesulana, in Plebatu S. *Petri* Syllani. Passinianum, fundus gentis *Pasiniae*; Syllanum, gentis Syllae. In Combiata erat Xenodochium SS. *Nazarii* & *Celsi*; quod *Captani* illi Monasterio Passiniani saeculo XII. vendiderunt. Combiata autem Castrum fuit conterminum Valli Marinae, nam ad caput fluminis surgebat; & Mucillo; nec multum a Castro Barbarini distabat, in Plebatu S. *Severi* Castri Ligarii exsistens, No-

promiserunt dicto Episcopatui nomine fictus annuatim in perpetuum denarios sex, & unam operam falcis sive coreggiati, & medietatem unius opere bobum, & datium & accattum. Carta manu Iacobi Notar. ex Imbreviaturis Ser Rustici patris sub MCCI. X. Kal. Febr. Ind. V.

Qualiter Dominus Ambrosius Episcopus Florentinus concessit in perpetuum Nigro olim Iamtuli Steichelli omnes terras & possessiones ubicumque positas in Plebatu de Sexto, & colonie quas olim tenebat & possidebat Brunellus filius Brunelli Ciceguule, de quibus dare & solvere promisit dicto Episcopatui nomine fictus annuatim in perpetuum sex danarios Lucenses. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCLVI. V. Idus Iunii Ind. IV.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus emit a Gherardo Viviotii plures petios terrarum positas in dicto loco de Sexto. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCCX. III. Nonas April. Ind. XIII.

Qualiter reperiuntur carta Acto occasione cuiusdam quaestionis vertentis inter Stephanum Sindicum Domini Iohannis Episcopi Florentini ex una parte, & Dominam Gasdiam uxorem olim Ardinghi, & Boccium filium Beneciveunis Renucioli, & Lopum Benvenuti de populo S. Marie ad Quarretum, de quadam domo, culcri, & terris positis ad Querceto, super quibus bonis sententia lata fuit in favorem Episcopatus. Carta manu Benciveniisti Ghiberti Notar. sub MCCLXIII. Indict. VI. die XVI. Mart.

Qualiter Episcopus Florentinus concessit in perpetuum Leoni qu. Petroni, & Martino qu. Beniutasa certas terras & possessiones positas ad Quinto, de quibus dare promisit annis singulis in futurum & in perpetuum soldos duos argenti dicto Episcopatui. Carta manu Petri & Alberti Not. sub Nonigesimo octuagesimo nono, Nonas Maii, Ind. II.

Qualiter Aldobrandinus filius Guidonis renumptiavit & finivit Domino Iohanni Episcopo Florentino certas petias terrarum positas a Sexto. Carta manu Arighi Not. sub MCCXI. VI. Kal. Octub. Ind. XV.

Qualiter Ugolinus Galini de Sexto promisit annuatim Domino Iohanni Episcopo Florentino dare & solvere sextam partem unius congii vini, & quatuor denarios pro porcho, & sextam partem novem denariorum pro fressigno, & sextam partem duorum operum bobum, & duorum operum manualium tempore vindemie. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCCVII. pridie Idus Febr.

Qualiter Bauderius Della Tosa vendidit Episcopo Bernardo omnes terras & possessiones, homines, colonos & fideles quos habebat in Plebatu Sexti & Septimelli, Montis Acuti & Montis Tontolisi. Lucianesi & Colonoto, quas ipse emerat a Renaldino filio Renaldi, & Balsotto eius viro. Carta manu Bernardi Not. sub MCLXXXIII. die V. Iulii, Indictione prima.

Qualiter Viscunte Cerreterii emit pro Episcopatu Florentino duos petios terrarum positas ad Sextum a Checcaguuolo quondam Alberetti. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCCVIII. die VII. Octubris Ind. XII.

Qua-

Nobiles igitur a *Barbarino* erant iidem, ac *Captani* a Combiata, & fundos in beneficium ab Episcopatu obtinuerant etiam in Tregiaria, in territorio scilicet Montis Boni; & saltem saeculo XIII. Episcopatui se obnoxios professi sunt, iuramento fidei Episcopo praestito a *Lotterio Philippi* F. a Barbarino, pro se, & aliis Nobilibus Viris suae gentis. Saeculo XII. florebat *Orlandus Novellus* a Barbarino; & *Turpinus*, & *Vgo*, filii *Vberti Alpisciani*; & *Octavianus* & *Accarisius* filii *Antinori*; omnes a Combiata. Castrum Combiatae a Florentinis acquisitum fuit sub saeculi praedicti initium; nam eius Captani illis infesti erant. Combiatam autem dictam existimo, quasi *Commeatam*, a commeatu, hoc est, transitu; quod hac ex Valle Marinae transitus esset in Mucillum; hoc est, ubi nuncupatur locus, *Ad Crucem Combiatae*, vulgo *Le Croci*. *Eugen. Gamurrinius* eos *Vbaldiniae* gentis familiam esse, innuit, ubi de hac gente agit. Nec de hoc dubitandum videtur, nam

Qualiter Ormannoctus olim Guisperdelli de Querceto vice & nomine Domini Ardinghi Episcopi & Episcopatus intravit in tenutam & corporalem possessionem unius molendini, & plurium petiarum terrarum & possessionum positarum ... Carta manu Donati Not. sub MCCXXXII. VI. Kal. Decemb. Ind. VI.

Qualiter Dominus Bernardus Episcopus Florentinus concessit in perpetuum Bentucose Giannis Villani unam petiam terre posite loco dicto Rivolta pro annuo ficto duorum denariorum. Carta manu Litti Not. ex Imbreviaturis Lottoringhi patris sui Not. sub MCLXXXV. XVIII. August. Ind. III.

Qualiter Suchus olim Pelagalli vendidit Domino Iohanni Episcopo Florentino omne ius quod habebat in Parocchia S. Donati de Lonciano, & omnes homines & colonos eius, videlicet Ricoverum Incontri presentem & consentientem, & ceteros alios. Carta manu Ser Arighi Not. sub MCCVII. Idus Septemb. Ind. X.

Qualiter Dominus Zanobius Episcopus Florentinus concessit in perpetuum Beltramo Rigoli Pazoni Brischi unam petiam terre cum vinea positam ad Sextum pro annuo ficto quatuor denariorum Lucensium, sub MCLXI. V. Idus Dec. Ind. X.

Qualiter Dominus Ambrosius Episcopus Florentinus concessit in perpetuum Zofferino quond. Martini unam petiam terre posite ad Sextum pro annua pensione quatuor denarior. Lucensium. Carta manu Tholomei Notar. sub MCLV. die VIII. Mart. Ind. IV.

Qualiter Mercatus olim Veritatis de Calenzano iuravit hobedire mandatis Domini Iohannis Episcopi Florentini. Carta manu Amadoris Not. sub MCCXIX. die VIII. Iun. Ind. VIII.

Qualiter Dominus Ambrosius Episcopus Florentinus concessit in perpetuum Iannello quondam Guiglielmoli unam petiam terre posite subtus Castellum de Sexto pro annua pensione duorum denariorum Lucensium. Carta manu .... sub MCLVI. III. Idus Maii Ind. IV.

Qualiter Dominus Ianni Leonis refutavit & renuptiavit Episcopatui Florentino unam petiam terre cum vinea & habituro positam in Popolo S. Stephani in Pane loco dicto Tralarcora. Carta manu Guerriantis Alberti Not. ex Imbreviaturis Ser Bencivenni de Rabiaconina Not. sub MCCLVI. X. Kal. August. Ind. XIV.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus fecit suum Sindicum & Procuratorem Bernardum Viviani de Vicedominis ad intrandum in tenutam & possessionem cuiusdam domus & terre ... posite Tralorcore, qui Procurator pro dicto Episcopo & Episcopatu intravit tenutam dictorum bonorum. Carta manu dicti bonorum. Carta manu dicti Guerriantis Not. ex dictis Imbreviaturis sub MCCLII. pridie Kal. Mart. Ind. XI.

Qualiter Diotaiuti Spedalingus de Calenzano, & Dominus Hermellina Fortisbrattii, renuptiaverunt Domino Iohanni Episcopo Florentino omnes terras & possessiones, res & iura, que olim fuerunt dicti Fortisbraccii patris sui, quos habebat in Curia & districtu Plebis de Sexto. Carta manu dicti Guerriantis Notar. ex dictis Imbreviaturis sub MCCLVI. pridie Kal. August. Ind. XIV.

 Qua-

nam ex Charta saeculo XII. scripta eos concurrisse constat una cum *Paganello*, *Guido*, & *Vbaldo*, *Vbaldini* F. & *Tedrico* & *Guineldo Ranerii Catenaci* filiis a Figlina, & Plano Alberti; *Andovino Cioccoli Guidi* F. *Guido*, & *Malvicino Fuligni* filiis; & *Bartalo*, & *Guineldo*, *Guineldi* filiis, a Latera; & *Fuligno*, & *Rinuccino*, *Archiepiscopi* filiis, a Reccano; & *Malvicino Iacopi* F. a Goningo; ad venditionem praedicti Xenodochii Combiatae; & Xenodochii Ruffinae in Curia Plani Alberti, & Plebatu Caprilis; & Canonicae & Ecclesiae Sanctae *Mariae* Vicesimi, in territorio Barbarini sitae; aliorumque locorum; Monasterio Passiniani praedicto factam. Barbarinum a Silva barbarica, promiscui generis scilicet plantarum, ibi exsistente, dictum videtur.

IL. Castrum Montis Buiani cum palatio, quod Episcopatui confirmatum fuit ab *Lotario III.* Imperatore. Hoc in praesens eversum est; & situs, in quo erat, a *Nelliis* optimatibus Florentinis,

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus recepit iuramentum a Gratiano de Sexto olim Cambii eo modo & forma fidelitatis qua iuravit frater eius. Carta manu dicti Guerrantis Notar. sub MCCLII. IV. Idus Mart. Ind. XI.

Qualiter dictus Dominus Iohannes Episcopus Florentinus fecit suum & dicti Episcopatus Procuratorem Albertum ad intrandum in tenutam & corporalem possessionem quarumdam terrarum & possessionum . . . . positarum in populo Plebis predicte. Qui Albertus Procurator predictus intravit in tenutam & corporalem possessionem dictarum terrarum. Carta manu Guerrantis predicti Not. sub MCCLIII. V. Kal. Iunii Ind. XI.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus supradictus excomunicavit & anatematizavit omnes homines de Sexto, & ipsius Plebatus, qui inquietabant & molestabant ipsum Episcopum & Episcopatum de iuribus pertinentibus eidem in dicto Plebatu de Sexto. Carta manu Bonacti Not. sub MCCLXXI. Ind. XV. die XXVII. Ian.

Qualiter multi homines Populi S. Martini Communis de Sexto iuraverunt Domino Morsoppo eorum Potestati hobedire. Carta manu Bartholi Iacobi de Sexto Not. sub MCCLXXI. Ind. XV. die XVII. Ian.

Item in quodam Rotulo cum dicto Instrumento est aliud Instrumentum continens in se qualiter Morsoppus quondam Morsoppi Della Tosa iuravit Potestariam Communis & populi S. Martini de Sexto electus per Episcopatum Florentinum. Carta manu Bartholi Iacobi Not. sub Millesimo, Indictione predictis, die X. Ian.

Item cum dictis Instrumentis est aliud Instrumentum continens qualiter omnes homines dicti populi a quindecim annis supra & a septuaginta infra iuraverunt obedire mandatis dicti Morsoppi eorum Potestatis. Carta manu dicti Notarii sub Millesimo, Indictione, & die predictis.

Item qualiter Ventura filius Gualandi de Sexto iuravit ad sancta Dei Evangelia obedire & observare mandata Domini Iohannis Episcopi Florentini. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCCXV. Kal. Iunii Ind. X.

Qualiter quedam sententia lata fuit per Dominum Martinum Iudicem Domini Graffelli Potestatis Civitatis Florentie in favorem Viscontis Sindici Episcopatus predicti super undecim petiis terrarum positarum super . . . . . . quas terras possidebat Trebaldus filius . . . . . Carta manu Bartholi Arighi, & Martini Ricazani Not. sub MCCVIII. Idus Septemb. Ind. XI.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus locavit in termino viginti quinque annorum Domino Treboldo olim Plebano Plebis S. Martini de Sexto plures petias terrarum, & plura casolaria Episcopatus Florentie positarum in Castellari & Curia de Sexto, & eius ripis, de quibus omnibus dare promiserunt dicto Episcopatui annuatim nomine fictus novem modios boni & puri grani. Gratte Arighi Gratie Not. sub MCCLIX. V. Kal. Octob. Ind. II.

Qualiter quidam testes producti fuerunt in questione vertente inter homines de Sexto & Episcopatum predictum, qui testes probaverunt Castellare de Sexto & homines dicti Castri fore Epi-

nis, inde provenientibus, possidetur. Mucillani agri pars est, & XVI. M. P. Florentia ad Occidentem distat. Castrum Montis Buiani a *Filiis Guineldi*, seu ab ipso *Guineldo*, ad Episcopatum, iure venditionis, seu donationis, seu quolibet alio iure, devenisse videtur. Nam *Filii Guineldi* anno MCXXX. litem Episcopatui intentarunt super Castro Montis Buiani; in qua tamen succubuerunt.

L. Villa Piemontis, hoc est Pedis Montis, ad Montem Buianum in Mucillo, M. D. P. a Monte Buiano distat. Ad radices Montis Calvanae sita est, & ideo Pes Montis adpellatur.

LI. Villa Citorniani ad Montem Buianum, quae M. P. ab Monte Buiano ad Meridiem distat. Ecclesia S. *Martini* ad Citornianum Paroeciam olim habuit, sed modo diruta est; sicut dirutum est & Castellum Citorniani. Est in Paroecia & Plebatu San-

Episcopatus Florentie. Carta manu Bonitii Not. sub MCCXX. XV. Kal. Decemb. Ind. IX.

Qualiter Dominus Iulius Episcopus Florentinus livellario nomine concessit Rinaldo filio Angiolelli unam petiam terre posite in Valle Ropali, de qua dictus Renaldus dare promisit annuatim nomine fictus perpetui in edomada Nativitatis Domini duos denarios bonos & expendibiles.

Item in eodem Instrumento continetur, qualiter Dominus Iulius Episcopus supradictus concessit ad livellarium Arighetto filio Aldobrandini pro se & fratre suo recipienti omne ius quod dictus Episcopus & Episcopatus habet in quinque petiis terrarum positarum in Villa de Casale, de quibus dare promisit annuatim dicto Episcopatui nomine fictus perpetui in edomada Nativitatis Domini denarios sex expendibiles. Carta manu Danielis Grossissimi Not. sub MCLXXXI. XV. Kal. April. Ind. XV.

+ *Qualiter Arighettus olim Iannis Doramale constitutus in presentia Domini Ardinghi Episcopi Florentini fuit confessus quod ipse tamquam homo fidelis & colonus fuit & Episcopatus hactenus habuit & tenuit pro dicto Episcopatu medietatem unius molendini pro indiviso positi ad Iscetum sive Quercetum, & sic perpetuum tenere in futurum ad utilitatem dicti Episcopatus. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXXV. XVI. Kal. Maii Ind. VIII.*

- *Qualiter Dominus Petrus Episcopus Florentinus concessit ad livellarium Martino filio Barontii, medietatem decem petiarum terrarum, & Gherardino filio Viviani recipienti pro se, & Guiduccio fratre suo, aliam medietatem, que terre sunt posite . . . & promiserunt dare de dictis terris annuatim nomine fictus perpetui dicto Episcopatui in Nativitate Domini vel eius octava denarios duodecim inter lucensem & aretinum. Carta manu Iohannis Not. sub MCLXXXXVII. pridie Kal. Febr. Ind. I.*

Qualiter Benzi Vghetti della Terra vendidit Ranerio Ormanni recipienti & ementi pro Episcopatu Florentino unam petiam terre posita a Limite. Carta manu Iohannis Galitti & Bonafedis Not. sub MCCIII. VI. Kal. Maii Ind. VI.

Qualiter Visconte Sindicus Episcopatus Florentini conquestus fuit coram Consulibus Civitatis Florentie de quibusdam hominibus de Querceto, qui se negabant esse fideles dicti Episcopatus, contra quos sententia lata fuit per dictos Consules in favorem dicti Episcopatus. Carta manu Rustici Bongiannelli Not. sub MCCIX. X. Kal. Ian. Ind. XIII.

- *Qualiter Dominus Azo Episcopus Florentinus concessit ad livellarium in perpetuum Giannellino tres petias terrarum positarum ad Sexto, de quibus dare promisit dicto Episcopatui annuatim nomine fictus perpetui in edomada Nativitatis Domini inter sensum & ebras octo denarios Lucens. Carta manu . . . . sub MCIL. Non. Kal. August. Ind. XIV.*

- *Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus concessit ad livellarium Iohanni Petri duas petias terrarum positarum a Trevalle, de quibus dare promisit dicto Episcopatui annuatim perpetuo nomine fictus tres denarios Lucenses. Carta manu . . . . . sub MCXXIV. Kal. Mart. Ind. II.*

Qua-

Sanctae *Reparatae* ad Pedem Montis, cui Ecclesia haec adnexa fuit.

LII. Castrum Montis Gusonis in Mucillo, quod aliquando ad Comites *Guidones* pertinuit. Mons Gusonis, a *Gusone* domino. Aliud Castrum cognomine in Valle Pesae erat, nunc *Acciarioliorum* Praetorium.

LIII. Castellum Gelati in Mucillo; ita forte dictum a conditore, seu possessore.

LIV. Castrum Rentiani in Mucillo. Rentianum, gentis *Rentiae* fundus. Haec tria Castra vendita fuerunt *Ioanni Veliterno*, Episcopo Florentino, ab *Rota Brunecti* F. a Monte Iovii, a quo familia Florentina *Rotia* descendit.

LV. Castellaris & Silvae Montis Asinani pars octava, quae donata fuit Episcopatui a Domino *Iuliano* a Biviliano. Hoc Castellare situm fuisse videtur in Plebatu Faltonae, & Curia Bivi-

— Qualiter Dominus Ambrosius Episcopus Florentinus concessit ad livellarium Homodeo & Pagano fratribus filiis olim Peringoli duas petias terrarum positarum ad Sextum, de quibus solvere promiserunt dicto Episcopatui in perpetuum annuatim sex denarios Lucenses nomine census. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCLVI. die XIII. Maii Ind. IV.

Qualiter Dominus Odaldus Iudex, & Ormannorius Guisparaelli de Querceto Sindici Domini Ardinghi Episcopi Florentini & Episcopatus intraverunt tenutam & corporalem possessionem plurium petiarum terrarum positarum a Sexto. Carta manu Donati Notar. sub MCCXXXV. VII. Idus Iunii Ind. VIII.

— Qualiter Dominus Petrus Episcopus Florentinus habuit tenutam a Consulibus Curie Communis Florentie in quibusdam terris positis loco dicto la Selva. Carta manu Federighi & Philippi Notar. sub MCLXXXXVI. die X. Iulii Ind. XIV.

Qualiter quidam testes examinati fuerunt per Dominum Lotterium Correteris de voluntate Domini Iohannis Episcopi Florentini super facto Camparie de Sexto & Quinto. Carta manu Rainerii Notar. sub MCCXXXXVII. Idus Iulii Ind. XII.

Qualiter Dominus Orlandus Sindicus & Procurator Domini Iohannis Episcopi Florentini locavit unum podere cum casa & terris positis in Querceto a Megliori olim Bencivennis pro illo affictu quem dixerit Bencivenni Notar. Carta manu Strebaldi Alberti Notar. sub MCCLXIV. Ind. VIII. die XII. Iun.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus locavit Ardingho olim Orlandini de Querceto quasdam petias terrarum que fuerunt de poderi olim Signorelli & Cambii de Querceto pro annuo ficto trium stariorum grani. Carta manu Iacobi de Cerreto Not. sub MCCXXXIII. IV. Kal. Octob. Ind. VII.

Qualiter Ugolinus filius Ianuis Pollini de Piazzademonte promisit dare annuatim perpetuo Domino Petro Episcopo Florentino & Episcopatui nomine accomandigie persone & rerum suarum unum par capponum. Carta manu Galitii Not. sub MCCIII. X. Kal. Aug. Ind. VI.

— Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus concessit ad livellarium Peco de Granucho fratribus filiis quondam Rimberti unam petiam terre posite loco dicto Truncholi, de quo dare promisit annuatim nomine fictus perpetui dicto Episcopatui unum denarium Lucensem argenti. Carta manu Iohannis Not. sub MCXXXVIII. pridie kal. Mart. Ind. II.

— Qualiter Dominus Gottifredus Episcopus Florentinus locavit ad livellarium Angelo de Burgo unam petium terre posite a Sexto, de quo promisit dare annuatim perpetuo Episcopatui nomine fictus perpetui duodecim denarios Lucenses argenteos bonos & expendibiles inter censum & obbias in festo S. Iohannis. Carta manu Ghiberti Not. sub MCXXXII. VI. Idus Aug. Ind. IX.

— Qualiter Dominus Ambrosius Episcopus Florentinus concessit ad livellarium Burgo filio Angeli de Burgo omnes terras possessiones & silvas quas dictus Burgus habebat & tenebat a dicto Episcopatu, & tertiam partem de terris

viliani. An non legendum videatur *Montis Asinarii Pars octava?* Ita est; & ita legunt *Vinc. Borghinius*, & *Mich. Arch. Ianius*.

LVI. Castrum Bonisolatii, cuius medietatem, sicut turris, curiae, & possessionum eius, vendiderunt *Rainerio* Episcopo Florentino *Theodoricus*, & *Bernardus*, fratres filii *Heriberti*; sicuti *Rodulfus Buosi* F. obtulit & donavit *Iulio* Episcopo casas omnes, terras, & possessiones, quas habebat in eodem Castro; quod Castrum idem forte est ac Castrum Carzae, de quo superius egimus. In Bono Solatio Asceterium est Monachorum Cistercensium pervetustum: nunc autem illud habent Monachi eiusdem Ordinis, sed Congregationis Sanctae *Mariae* Trappae, ibi, *Cosma III.* Magno Duce instante, conlocati. Distat Florentia XI. M. P. ad Septemtriones.

LVII. Castellum Ampinanae in Mucillo donatum fuit *Attoni* Episcopo, & Episcopatui, ab *Vgone Ranerii* F. Situm est in Ple-

terris Paganelli de Portari positis a Sexto, de quibus dare promisit dicto Episcopatui annis singulis in perpetuum nomine fictus tres soldos Lucenses bonos expendibiles. Carta manu Iohannis Galitii Not. sub MCLVI. XI. Kal. Octob. Ind. IV.

Qualiter Dominus Ardinghus Episcopus Florentinus persistens apud molendinum positum ad Quercetum in qua, quod dicitur Fiume Magno, iussit & fecit ingredi & accipi ab Ormannetto Gusperdelli tenutam & corporalem possessionem dicti molendini, Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXXII. VIII. Idus Novemb. Indictione VI.

Qualiter Dominus Aliottus filius quondam Domini Oradi concessit ad affictum Rigalotto filio qu. Petri de Monte & fratribus suis omnes terras & possessiones, que olim fuerunt Gratucsii & Orlandini, ubicumque positas in dicto Instrumento contentas, quas terras & possessiones Vgolinus filius quondam dicti Domini Aliotti vendidit Domino Iohanni Episcopo Florentino. Carta manu Aldobrandini qu. Romei de Coleuzano Notar. sub MCCLVII. X. Kal. Martii Ind. I. Require in Sacchq Molezani.

Octavadecima Pars est de Campi.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus una cum Presbitero Zacherio, & quibusdam aliis populi Plebis S. Stephani de Campi communiter & concorditer providerunt cum Domino Raynerio Plebano eiusdem Plebis debita, quibus dicta Plebes erat obligata, & etiam providerunt redditus & proventus eiusdem Plebis. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXXVII. IV Nonas Octub. Ind. XI.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus reamasciavit Consilium filium Ricci del Fornello recipienti pro se, & Bonamicho, & Bonaventura fratribus & filiis Aldobrandini de Campi, de quodam poderi terrarum, & possessionum que olim fuerunt Guidonis Cispi, quod podere positum est a Fornello. Carta manu Restauri Notarii sub MCCXVI. XII. Kal. Octub. Ind. XV.

Qualiter Viiverius filius Ianniscoli Lapoli donavit Domino Petro Episcopo Florentino unam petium terre posite in Campi. Carta manu Restauri Not. sub MCLXXXXV. III. Idus Martii Ind. IV.

Qualiter Dominus Iolius Episcopus Florentinus conquestus fuit coram Consulibus Civitatis Florentie residentibus in Ecclesia S. Michaelis de filiis Morentoni de Campi, & de quibusdam aliis, iniurantes & occupantes Ecclesiam S. Iohannis, de quibus capti fuerunt aliqui ad instantiam dicti Episcopi & Episcopatus, & ducti ad carceres de licentia & mandato dictorum Consulum. Carta manu Iacobi Not. cum unius alterius Notarii subscriptione.

Qualiter Episcopus Ildibrandinus Florentinus locavit & contulit Vgoni vocato Bello certas casas & masseritias positas in Campi prope Plebem S. Stephani pro annua prestatione & censu duodecim denariorum argenti. Carta manu Leonis & Benedicti Notar. sub MXI. XI. Kal. Iulii Ind. IX.

Qualiter Episcopus Podo concessit ad livellarium Vgoni predicto quandam petiam terre po-

Plebatu Sancti *Martini* Corellae, a qua Ecclesia distat MMD. P. Meridiem versus. Ecclesia Ampinanae S. *Michaeli* Archangelo sacra est. Hoc Castellum ad *Guidones* Comites etiam pertinuit, cuius vestigia in clivo Apennini adhuc supersunt.

LVIII. Castrum Montis Acuti in Plebatu S. *Martini* ad Viminicium, seu Scopetum, cuius medietatem *Ildebrandus* Episcopus Florentinus donavit Monasterio S. *Mineatis* in Monte Regis; quam donationem *Lambertus* & *Atto* Episcopi successores confirmaverunt. Apud me exstat ectypon Sigilli, quod circumscriptum habet: S. IHOTIS PLEBANI SCI MARTIN IN VIMINICIO. In eo S. *Martinus* equo vectus pallii partem inopi largiens.

LIX. Castrum Novum Sancti *Ioannis*; forte Sancti *Ioannis* in Praetorio, seu Petrorio.

LX. Castrum Galigae, quod ad Comites *Guidones* spectabat; & illud *Ioannes* Episcopus Florentinus ab *Aldibrando Gherardi* F.

posite in Campi ad faciendum & construendum soper dicto terra casum, de qua promisit annuatim solvere dicto Episcopatui in festo Sancti Iohannis. Carta manu . . . . anno Regni Octonis.

Decimanona Pars est de Capalle.

Qualiter Melanus quondam Grulli vendidit Ranerio recipienti pro Domino Iohanne Episcopo Florentino & Episcopato unam petiam terre posite ad Capalle loco dicto Ceregio. Carta manu Bernardi Not. sub MCCVII. III. Idus Septemb. Ind. XI.

Item qualiter Benintendi Arlotti vendidit dicto Ranerio recipienti pro dicto Episcopato unam petium terre posite in dicto loco. Carta manu dicti Notarii sub Millesimo, Indictione, & die predictis.

Item qualiter Vgolinus Code vendidit dicto Ranerio ementi & recipienti ut supra unam petiom terre posite in dicto loco. Carta manu dicti Notarii sub Millesimo, Indictione, & die predictis.

Item qualiter Ianta Guiglielmini vendidit Visconti recipienti pro dicto Episcopato unam petiom terre posite in dicto loco. Carta manu dicti Notarii sub MCCXXV. XVI. Kal. Iunii Ind. III.

Qualiter Gherardus olim Aldobrandini de Capolle vendidit Parenti recipienti pro Domino Ardingo Episcopo Florentino & Episcopato unam petiam terre posite ad Capalle loco dictu Renaio. Carta manu Bertelli Guerrerii Not. sub MCCXXXXIV. Ind. III. VII. Idus Septemb.

Qualiter quidam homines de Capalle solverunt Comuni Florentie certa datia & acatta, & iuraverunt semper salvare & salva tenere iura dicti Episcopatus, non obstante dicta solutione dicto Comuni facta.

Item qualiter Episcopus Florentinus Ardingus excommunicavit quosdam homines de Capalle ut periuros, & sunt multa Instrumenta insimul in quodam Rotulo.

Qualiter Ormannectus Sindicus Domini Ardinghi Episcopi Florentini emit a Martinello Signorelli de Capolle unum petium terre posite in Capallo loco dicto Ribosfolo. Carta manu Bandini de Capallo Notar. sub MCCXXXIII. Idus Iulii Ind. VI.

Qualiter Comune de Capalle constituit Sindicum ad causandum cum Episcopato Florentino. Carta manu Bandini de Capollo Notarii antedicti sub MCCXXIX. III. Kal. Febeuarii Ind. XIII.

Item reperitur cum dicto Instrumento quedam ratificatio facta per homines de Capalle de his que gesta erant per dictum eorum Sindicum. Carta manu dicti Bandini sub dicto Millesimo.

Qualiter Fulignus Bonristori vendidit Nitcholo recipienti & ementi pro Domino Iohanne Episcopo Florentino & Episcopato predicto unam partem pro indiviso de viginti quatuor partibus unius molendini posici in Curia de Capalle loco dicto Pontone. Carta manu dicti Bandini Not. sub MCCXV. III. Kal. Maii Indictione XIII.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus precepit quibusdam hominibus de Capal-

F. *Adimario*, cui Comites vendiderant, emit. Hoc Castrum non procul a Monte Rotundo situm erat, in Plebatu S. *Andreae* Docciae.

LXI. Castrum Cerliani situm erat ad radices Apennini in Mucillo, Scarparia distans MM. P. ad Boream, inter fluvios Rovanicum, & Visonem; in Plebatu S. *Mariae* Fanniae.

Castra & Villae, quas hactenus recensuimus, in Mucillo seu Valle Sevis sitae sunt omnes.

LXII. Castrum Cersinae, vel Cersini, vel Cercinae, quod Florentia IV. M. D. P. circiter distabat; & nunc dirutum possidetur a Marchione *A Castellione*, Florentino optimate, uti in praesens cognominatur. Castellio autem non procul inde erat. Hoc Castrum renunciaverunt *Rainerio* Episcopo & Episcopatui Florentino nobiles Viri *Rolandus Tederighi* F. & *Arloctus Sichelmi* F. Concesserat etiam quaedam iura *Guidalbrandus* Ca-

palle, ut ei solverent triginta libras occasione . . . Carta manu Benveneti Not. sub MCCXL. IV. Non. April. Ind. XIII.

Qualiter homines quidam de Capalle congregati simul dederunt licentiam Puccio Gregorii laboratori Episcopatus laborandi quandam vineam positam in districtu de Capalle loco dicto . . . Carta manu Nicholai qu. Cursi Notarii sub MCCLXXXV. die III. mensis Maii Ind. XIV.

Qualiter Opitinus de Capolle Nomptius de mandato Domini Bindi del Baschiera Potestatis Capalle pro Domino Episcopo Florentino misit in tenutam & corporalem possessionem Mosiberinum Sinditum dicti Episcopatus in quandam petiam terre positam in territorio de Capalle loco dicto Nelborro, & in quibusdam aliis terris. Carta manu Rugeronis Not. sub MCCLXIX. Ind. XII. die IX. Kal. Ionii.

Qualiter Iohannes Galitii vendidit Domino Iohanni Episcopo Florentino duas petias terrarum cum molendino, gora, & aqueductu, super una dictarum petiarum terre posite, que terre & molendinum posite sunt ad Capalle. Carta manu Gherardi Not. sub MCCVIII. V. Kal. Mart. Ind. XII.

Qualiter Aßoldus olim Arigocci de Capolle vendidit Domino Iohanni unum petiam terre cum molendino, aqueductu. Carta manu Renaldi Not. sub MCCIV. III. Idus Ianuar. Ind. VIII.

Qualiter Dom. Riccha uxor Franchoccii & filia Ostigiani qu. Manetti de Capalle, & D. Margherita vocata Ghita filia dicti Ostigiani, vendiderunt Cheli qu. Cursi de Plebe Veteri qui moratur Florentie, unam petiam terre posite in Capalle loco dicto Fasgiolari. Carta manu Bruni Not. sub MCCLXXXV. die IX. Kal. Septemb. Ind. XIII.

Qualiter Amicus filius olim Sanzanome & Sanzanome eius filius, insimul vendiderunt Boldroni olim Rinuccini Boldronis unam petiam terre & domnicati cum domo super ea posita a Capalle. Carta manu Bonisengne Consigli Octonis sub MCCXXV. XII. Kal. Novemb. Ind. XIV.

Item qualiter Vbertinus filius Ciuffagni de Capalle vendidit Domino Guelfreduccio filio quondam Domini Bernardini de Samorta recipienti pro Boncho filio qu. Boldronis de Brunellesthis de Florentia starora quinque ad cordam ad mensuram Pratensem. Carta manu Bruni Zuffagni Not. sub MCCLXXIII. Ind. II. V. Kal. Mart.

Qualiter Domina Lactaringa vidua uxor olim Boldronis, & filia olim Siminecti de Florentia fecit testamentum seu codicillum. Carta manu Bruni Notar. sub MCCLXXII. Ind. I. Non. Kal.

Qualiter vacante Plebe Sancti Stephani de Campi, quidam Canonici, & Presbiteri dicti Plebatus dederunt licentiam Rectori Ecclesie S. Marie de Campi eligendi Plebanum in dicta Plebe. Carta manu Petri olim Petri Salberoni de Campi Not. sub MCCLXX. Ind. XIII. XI. Kal. Octob.

Item qualiter Vbertus qu. Alferii de Foro Veteri, cessit Duccio filio suo actionem adversus Blanchum qu. Boldronis de Brunelleschis, & contra Dominam Lottaringam matrem suam de libris triginta septem florenorum parvorum. Car-

Carisendi F. sub *Berengario* Imperatore. Sed *Zenobius* quoque, & *Saracenus*, donaverunt Episcopo Florentino *Gerardo* partem se contingentem Castelli Cersinae. Nescio an hi, filii *Rodulfi*, *Sifridi* F. fuerint: nam per haec tempora *Rodulfus* emit Castellum Cersini a *Teuzone* cognomento *Rustico*, *Ioannis* filio. Sed & *Orlandus Micchelonis* F. & quidam alii, obtulerunt *Rainerio* Episcopo quartam partem omnium, quae habebant in Castro Cersinae; & eidem *Adalagitta Bernardi* F. donavit partem Burgi, quam habebat in eodem Castro. Est qui putet, viros illos, qui *Cersinum* Episcopo donaverunt, fuisse eos, qui *A Castellione* cognominabantur; eorumque deinde & Episcoporum consensu, *Filiis Tieri* in beneficium concessum fuisse; qui *Filii Tieri* tandem *A Castellione* & ipsi sibi adgnomen adsciverunt.

LXIII. Castellare Sexti, quod Florentia VI. M. P. ad Occidentem distabat, nunc eversum est, & Pagus magis, quam Vicus dici

Carta manu Ser Benis Renaldi de Vallia Not. sub MCCLXVII. die ultima mensis Maii Ind. X.

Qualiter Banchus Boldronis de Brunelleschis, & Domina Lectoringa mater eius fuerunt confessi & contenti se mutuo habuisse & recepisse a Ciato olim Vberti Alferii mutuante predicto Vberto patre suo . . . . . Carta manu dicti Notarii.

Qualiter Blanchus olim Boldronis de Brunelleschis fuit confessus se mutuo habuisse a Gaglio qu. Bernardini populi S. Laurentii Florentie libras decem & septem & soldos quinque. Carta manu Gentilis de Latere Not. sub MCCLXXIII. Ind. I. die XVIII. Octub.

Nota quod omnia predicta Instrumenta sunt simul involuta & signata.

Qualiter Pierus de Capalle filius quondam Buonbrigantis vendidit Domino Iohanni Episcopo Florentino recipienti pro Episcopatu unum petiolum terre posite in Corte de Capalle. Carta manu Guerriantis Alberti de Burgo ad Sanctum Laurentium de Mucillo Not. ex Imbreviaturis Ser Bencivenis de Robiacanina Not. sub MCCLIV. Ind. XII. Idus August.

Qualiter Presbiter Buonus Rustichinus, & Guidalottus fratres & filii olim Peruzzi Serapini, & Avaldia uxor dicti Rustichini, & Buona uxor dicti Guidalotti, vendiderunt Dom. Petro Episcopo Florentino quartam partem cuiusdem molendini & piscarie pro indiviso posite . . . & si plus eis pertinet de dicto molendino & piscaria. Quod molendinum est hedificatum in alveo dicti Episcopatus ad Capalle ante portam eiusdem Castri de foris, quasi iuxta ipsum Castrum, in quo molendino sunt tria palmenta ad molendum. Carta manu Bernardi Notar. sub MCCI. Ind. IV. IV. Non. Iulii.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus reinvestivit Astorem filium olim Arrighi de quadam resedio de poderi posito ad Capalle, quod podere olim tenebat Belchiarius quondam Pratoli fidelis & colonus Episcopatus Florentini, de quo poderi idem Arrighus promisit eum tenere & illa servitia prestare dicto Episcopatui, que idem Belchiarius prestabat. Carta manu Bonatti Not. sub MCCXVIII. Idus Dec. Ind. VII.

Qualiter Filiibellus quondam Ambrosii de Capalle vendidit Cheli filio qu. Cursi de Plebe Veteri ementi & recipienti pro Episcopatu Florentino certas petias terrarum positarum ad Capalle, cui venditioni Domina . . . . uxor dicti Filiibelli consensit. Carta manu Brani Ciaffigni Not. sub MCCLXXIX. Ind. VIII. XV. Kal. Ianuar.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus locavit in proprium affictum Vsgellecto Rectori Ecclesie S. Quirici de Capalle recipienti pro se & suis successoribus certas petias terrarum positarum in districtu Capalle, de quibus . . . . Carta manu Corsecchi Bonaiuti Notar. sub MCCLXVI. Ind. IX. IV. Nonas Mart.

Qualiter Bonaiunta qu. Manfredi de Capalle, & Belcolore uxor eius vendiderunt Bonacto Iuditi filio qu. Bonaguide recipienti pro Domino Ardingho Episcopo Florentino & Episcopatu quondam petium terre posite in districtu Capalle loco dicto Pantano. Carta manu Bon-

dici meretur. Castellare Sexti, quomodo in dominium Episcopatus Florentini pervenerit, non statim liquet; sed saeculo XII. iam Episcopum Florentinum fundos, & arva, & iura, quaedam in Pago Sexti habuisse, constat. Itaque reperio, *Bardzrium De la Tosa* vendidisse *Bernardo* Episcopo omnes terras, & possessiones, & homines, colonos, & fideles, quos habebat in Plebatu Sexti, Septimelli, Montis Acuti, & Montis Tontolisii, Lucianesi, & Colonata; quos ipse emerat a *Renaldina Renaldi* F. & *Baliocto* eius viro; & id contigisse saeculo XII. Item *Benzi Vghetti De la Tura* sub initium saeculi XIII. vendidit Episcopatui agrum positum ad Limitem. *Ioannes* autem *Veliternus*, Episcopus Florentinus, emit agrum cum domo, situm in Sexto, a *Bencivenne Casdiae* F. & alios agros a *Gherardo Vliverii* F. Item *Saccus Pelagalli* F. vendidit eidem Episcopo ius, quod habebat in Paroecia S. *Donati* de Lonciano, & omnes homines & colonos eius. Idem Episco-

Bandini Not. de Capalle sub MCCXXV. XV. Kal. Septemb. Ind. VIII.

Qualiter Balione petiit & precepit vice & nomine Domini Episcopi & Episcopatus Florentini Accori filio olim Arighi ut stet & moretur pro fideli & colono in quodam sesedio dicti Episcopatus posito in Castro de Capalle, & quod prestet dicto Episcopatui servitia usitata, & emat equm & teneat ad voluntatem Domini Episcopi & Episcopatus Florentini, & det & prestet eumdem equm Domino Episcopo quotiescumque eum requisierit & voluerit.

Qualiter Boldrone filius qu. Rioncii Boldronis fuit confessus se habuisse & recepisse in dotem ab Orlandino & Pegolecto fratribus filiis qu. Vgonis Siminecti pro Lecteringa eorum sorore dantibus & solventibus libras centum decem florenorum parvorum. Carta manu Guasconis Not. sub MCCXVII. XII. Kal. Novemb. Ind. VI.

Qualiter homines Comunis de Capalle constituerunt eorum Sindicos & Curatores Gherardum Benovacci, Pandolphinum Iacobi, & quosdam alios, in quibusdam causis, quas habebant cum Domino Episcopo & Episcopatu Florentie. Carta manu Vberti filii qu. Guerrerii Notar. sub MCCLXXXVI. Ind. XV. die XIII. mensis April.

Qualiter Vgo vocatus Guccius filius qu. Boldronis de Brunellescbis vendidit iure proprio & in perpetuum Boldroni fratri suo & filio qu. dicti Boldronis tertiam partem pro indiviso unius petie terre posite ad Capalle, & sextam partem quarumdam domorum, & duodecimam partem turris ibidem posite. Carta manu Brunecti Bonacorsi Not. sub MCCLXIX. Ind. XII. die VIII. Decemb.

Qualiter Numptius Comunis de Capalle de mandato Domini Bindi del Baschiera Potestatis dicti Comunis pro Episcopatu Florentie induxit . . . . . . Sindicum Domini Episcopi & Episcopatus in tenutam & corporalem possessionem quarumdam petiarum terrarum positarum ad Capalle. Carta manu Vguccionis Ruggeronis Not. sub MCCLXIX. Ind. XII. die V. mensis Maii.

Qualiter quidam Consules de Capalle deputati ad reinveniendum avere, & iura dicti Comunis condepnaverunt quosdam ad restituendam certam pecunie quantitatem. Carta manu Ser Bonacti Not. sub MCCXXXIII. pridie Idus Novemb. Ind. VIII.

Qualiter Commune Florentie de mandato Domini Episcopi ordinaverunt quod facerent mandata dicti Episcopi. Carta manu Orlandi Burgundionis Not. sub MCCXXXII. III. Nonas Novemb. Ind. VI.

Qualiter Sobilia filia Diotaiuti Merlini, & uxor qu. Guicciardi Ruggerii, concessit Casdie uxori olim Benacordi medietatem dotis quinquaginta librarum quas olim dictus Guicciardus vir suus recepit in dotem dicte Domine Sobilie eius uxoris. Carta manu Vbertelli qu. Guerrerii Notar. sub MCCXXXVI. Ind. IX. IX. Kal. Iunii.

Qualiter Priores Artium Civitatis Florentie alegerunt Gaddum de Falconeriis Potestatem Comunis Castri de Capalle pro sex mensibus cum salario XXV. librarum, reservato semper Domino Episcopo & Episcopatui Florentie omni

Iiiiiiiii

ſcopus produxit teſtes, qui probaverunt Caſtellare Sexti, & homines dicti Caſtri, eſſe Epiſcopi & Epiſcopatus Florentini. Quapropter Epiſcopus cligebat & conſtituebat Praetorem ſeu Poteſtatem in Communi & Populo S. *Martini* Sexti; & *Ioannes Veliternus* excommunicavit & anatematizavit omnes homines Sexti & ipſius Plebatus, quia iniuriabantur & moleſtabant ipſum Epiſcopum & Epiſcopatum de iuribus ad eumdem in Plebatu Sexti pertinentibus.

LXIV. Villa Vallis Marinae, Florentia diſtat IX. M. P. ad Occaſum. Marina flumen eſt ex Mucillo ſcatens prope Combiatam, quod in Viſentionem influit. Hic fluvius, ita dictus videtur, quaſi *Mare*; nam cum apud Ebraeos, tum apud Latinos, & Graecos, & Scriptores Latinos medii aevi, & Tuſcanos, *Mare* pro qualibet aquarum collectione, etſi exigua, uſurpatur. Inter noſtros Poetas *Bellincionius* ait: *La ſua caſa è un mar quando vi piove*. De Ebraeis

omni iure quod haberent in dicto Caſtro de Capalle. Carta manu Ser Tancredi Bencivennis Not. ſub MCCLXXXXIII. Ind. VII. die XIV. Septemb.

Qualiter Epiſcopus Florentinus habet in molendino de Vlivis tertiam partem unius molendini & eius redditus. Carta manu Paganelli olim Manetti Not. ſub MCCXXXIX. IV. Idus Iulii Ind. XII.

Qualiter Poteſtas Florentie condepnavit Comune & homines Plebatus de Campi in libris XXV. florenorum parvorum dandis & ſolvendis Epiſcopo Florentino & Epiſcopatui pro ſatiſfactione & incendio datis noctis tempore in dicto molendino dicti Epiſcopatus poſito ad Capalle ſub MCCLXIV. Indict. VIII. die XI. Mart.

Qualiter Vguccione Peri, & Migliorellus vendiderunt Domino Marſoppo filio qu. Ruſtichelli recipienti & ementi pro Epiſcopatu Florentino quamdam domum cum reſedio poſitam in Caſtro Capalle. Carta manu Ceſori Notae. ſub MCCXLII. Idus Mart. Ind. I.

Qualiter Magiſter Lippus quon. Iohannis Caccialoſte populi Plebis S. Stephani de Campi, & Chele eius filius, promiſerunt facere unam piſcariam cuiuſdam molendini Epiſcopatus Florentini poſiti in territorio de Capalle de lapidibus vivis & calce. Carta manu Ser Bindi Romei de Calenzano Not. ſub MCCLXXXXVIII. Ind. XI. die XX. Maii.

Qualiter Sindicus Epiſcopatus Florentini fecit ſequeſtrari omnes fructus terrarum Eccleſie de Capalle, & precipi Priori dicte Eccleſie quod veniret ad defenſionem ipſorum fructuum. Carta manu Bonaiuti Orlandini de Monte Notarii ſumpta ex actis Comunis Florentie ſub MCCLXXXXIV. de menſe Iulii & Septemb.

Qualiter Iudex ſecularis preſumpſerat fructus Eccleſie de Capalle dondos eſſe Epiſcopo & Epiſcopatui Florentino. Carta manu Iohannis Tani de Cuona Notarii ſumpta ex actis Comunis Florentie ſub MCCLXXXXIV. de menſe Iulii & Octub.

Qualiter reperiuntur quedam pacta & conventiones facte inter Epiſcopum & Epiſcopatum Florentinum ex una parte, & Comune & homines de Capalle ex altera, ut conſtat pluribus publicis Inſtrumentis ſcriptis manu Ser Bindi de Calenzano Not. ex actis Miniatis Iacobi de Sancto Miniate Not. ſub MCCLXXXXV.

Qualiter reperiuntur quedam exempla plurium publicorum Inſtrumentorum tractantium de electione Prioris Eccleſie de Capalle facta per homines dicti Comunis.

Qualiter Actorri olim Aringhi de Capalle recognovit ſe eſſe fidelem Epiſcopi & Epiſcopatus Florentini, & promiſit hobedire Poteſtati electo & eligendo per Epiſcopum & Epiſcopatum Florentinum in dicto Comuni de Capalle, & alia ſervitia. Carta manu Ser Benciveonis de Capalle Notar. ex Imbreviaturis Ser Riſaliti olim Beoincaſe de Capalle Not. ſub MCCXXXV. VII. Kal. April. Ind. VIII.

Qualiter homines de Capalle fecerant Sindicum & Procuratorem ad obediendum mandatis Domini Epiſcopi & Epiſcopatus. Carta manu Ghirardi olim Iacobi Panictii de Florentia Notarii ſub dicto Milleſimo, Ind. IX. die X. Ianuar.

Qua-

Ebraeis quidem ipſae Sacrae Litterae teſtantur : *Et congregationes aquarum adpellavit Maria* . Sic *Mare Geneſareth* , & *Mare Mortuum*, dicuntur Lacus ſeu Paludes Palaeſtinae. Quare in Evangelio *Mare Geneſareth*, modo θάλασσα, modo λίμνη, nuncupatur. Quin apud Graecos Bibliorum Interpretes θάλασσα pro Aquaeductu, ſeu Foſſa Aquaeductus, adhibetur. In Templo *Salomonis*, vas capaciſſimum, *Mare* adpellatum fuit. *Nicander* fluvium, Pontum, ſeu *Mare*, dixit:

Τὴν ἀπὸ Θρηϊκίου νόμεες πόταμοῖο φέρουσιν
Οὓν Πόντον καλέουσιν .

Virgilius quoque *Mare* pro fluvio adhibuit, & pelagum ei tribuit :

Vnde per ora novem vaſto cum murmure montis
It Mare proruptum, & pelago premit arva ſonanti ;

ſi

Qualiter Sindicus Epiſcopatus Florentini fecit ſequeſtrari fructus Eccleſie de Capalle. Carta manu Teſte Iohannis Notarii ſumpta ex actis Comunis Florentie ſub MCCLXXXXII. Ind. V. die XIV. menſis Iunii.

Qualiter ad petitionem Epiſcopi Florentini, & Domini Gherardi Prioris Eccleſie de Capalle ſequeſtrati fuerunt fructus dicte Eccleſie. Carta manu Cambii Baldinacti Notarii de Colonata ſub MCCLXXXXIII. menſe Iunii ſumpta ex actis Comunis Florentie.

Qualiter Ghinus qu. Iohannis de Capalle vendidit eidem ementi & recipienti pro Epiſcopatu Florentino unam petiam terre poſite in Capite piſtarie de Capalle. Carta manu Iohannis Perfecti de Podio Bonitii Notar. ſub MCCLXXXXIV. die XXVI. Maii.

Qualiter reperiuntur viginti tria Inſtrumenta ſupra iuriſdictione Caſtri de Capalle ſimul ſuta & involuta in quodam Rotulo.

Qualiter quedam ſententia declarationis privationis lata & pronuntiata fuit per Fratrem Grimaldum Inquiſitorem heretice pravitatis contra Dominum Gherardinum de Nerlis Priorem Eccleſie de Capalle. Carta manu Iohannis Bongie Not. ſub MCCCXV. Ind. XIII. die IX. Iulii.

Qualiter Inſtrumenta locationis affictus per dictum Dominum Gherardum de bonis dicte Eccleſie caſſa fuerunt per quandam ſententiam latam per dictum Fratrem Grimaldum Inquiſitorem. Carta manu Iohannis Guidonis Notarii ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter habemus venditionem factam Gherardo Ildibrandi de Caſtro, & fidelibus de Caſtello Bonitii, & aliis iuribus ſub MCCXXVIII. XI. Kal. April.

Qualiter Domina Ricca vidua uxor olim Guidonis Bonaiunte de Capalle vendidit Gherardo Notario ementi & recipienti pro Domino Anthonio Epiſcopo Florentino & Epiſcopatu quandam petiam terre ſode & inſule poſite in populo S. Martini de Gonfienti loco dicto a Gattice. Carta manu Gherardi olim Iacobi Not. ſub MCCCXIX. Ind. III. die VI. Febr.

Infraſcripte ſunt quedam Carte imbreviate per Ser Miniatem Ser Iacobi de Sancto Miniate Not.

Qualiter Cenni, Pandolfus, & Mellius, Sindici hominum de Capalle iuraverunt obedire mandatis Domini Franciſci Epiſcopi Florentini, ut in dictis imbreviaturis Ser Miniatis Notarii continetur ſub MCCLXXXXV. Indict. IX. die XX. Ianuar.

Qualiter Dominus Franciſcus Epiſcopus Florentinus de voluntate Sindicorum hominum de Capalle elegit ſapientes viros Dominum Octavianum de Rigaleccis, & Dominum Griſum de Caſtro Veteri iuriſperitos ad ordinandum & deliberandum facta de Capalle, ut in imbreviaturis dicti Not. continetur ſub MCCLXXXXVI. Ind. IX. die XXIII. Auguſt.

Qualiter Dominus Octavianus, & Dominus Griſus predicti, ordinaverunt & conſilium reddiderunt in favorem Epiſcopatus viſis iuribus partium predictarum, ut in dictis imbreviaturis continetur ſub dicto Milleſimo, Ind. X. die XXIII. Novembris, & dictus Dominus Epiſcopus fecit eos citari ad audiendam ſententiam, & cauſam pronumptiavit.

Qua

-fi *Hadrian. Turnebo* credimus. In Monumento Ancyrano: *Rivos aquarum compluribus locis vetustate labentes refeci, & aquam, quae Maria adpellatur, duplicavi &c. Isidorus Lib. XIII. Orig. Cap.* 14. *Mare est aquarum generalis collectio: omnis enim congregatio aquarum, abusive Maria nuncupatur.* Hinc Septem Maria tractus Italiae inter Ostia Padi fluvii, sic ab iis dictus, *Plinio*, *Herodiano*, *Mela*, & aliis, testibus. Hinc apud Germanos, Flandros, & Anglos, *Moer* & *Mor*, pro palude aut lacu usurpatur. *Mare-Scotiae* adpellatur amnis seu fluvius, cui nomen est *Fortha*. Hinc *Marisci*, hoc est *Paludes*, *Maresia* eadem notione, & *Mareschei*, ut apud *Cangium* videre est. Inde apud Gallos *Marais*, apud nos Italos *Maresi* & *Marosi*, eodem intellectu. *Mara* eodem significatu est pariter apud medii aevii Scriptores. Eodem sensu *Marinam* fluvium dictum fuisse, opinor, ob aquas late stagnantes; & *Marinellam* alium minorem fluvium. Nec alia notione vo-

Qualiter Dominus Franciscus Episcopus supradictus elegit dictum Lambertum Plebanum de Quarazana in Potestatem & Rectorem dicte terre, & hominum de Capalle.

Qualiter dictus Dominus Episcopus absolvit Sindicos & homines de Capalle a penis & condepnationibus factis contra eos per dictum Dominum Episcopum, ut in imbreviaturis dicti Notarii continetur dicta die.

Qualiter Sindici de Capalle approbaverunt pronumptiationem factam per dictum Dominum Episcopum & omnia per eum facta contra eos sub dicto Millesimo, & Indictione, die quarto Decembris.

Qualiter Dominus Franciscus Episcopus Florentinus commisit Domino Stephano Canonico Florentino quatenus inducat in possessionem Ecclesie de Capalle, & eius bonorum Dominum Gherardum de Nerlis Rectorem dicte Ecclesie, qui Dominus Stephanus induxit eumdem, & etiam fecit monitionem contra impedientes dictum Gherardum predictum in possessione predicta. Qui Dominus Gherardus fecit solepne inventarium de bonis pertinentibus ad dictam Ecclesiam, ut in imbreviaturis dicti Notarii continetur sub diversis diebus.

Vigesima Pars est de Monte Buiano.

Qualiter homines de Monte Buiano recognoverunt se esse fideles & colonos Episcopatus Florentie, & affictati sunt quilibet pro certo afficto solvendo annuatim perpetuo dicto Episcopatui. Carta manu Ser Iohannis Albertini Not. sub MCCXIII. Ind. IV. V. Kal. Septemb.

Qualiter homines de Monte Buiano, & de Vallia, & quidam alii, recognoverunt se esse homines & colonos Episcopatus Florentini. Carta manu Drudoli Notarii sub MCCXIII. diversis diebus.

Qualiter reperitur quoddam Memoriale omnium affictorum qui debentur annuatim Episcopatui Florentino ab singulis hominibus & personis de Monte Buiano. Carta manu Cerignani Not.

Qualiter Presbiter Paganus Canonicus de Pimonte pro terris quas olim tenuit Argumentus dicti loci, promisit dare & solvere Episcopatui Florentino pro ficto dictorum terrarum, quas hodie tenet dictus Presbiter Paganus, tres starios grani ad Starium Florentinum. Carta manu Benedicti Magistri Martini Not. ex imbreviaturis Iohannis Spade Notarii sub MCCLXXXX. VIII. Iunii.

Qualiter Salvuccius Bonafedis de Piemonte recognovit se dare debere, & solvere promisit annuatim Episcopatui Florentino nomine fictus & fidelitatis perpetue starios quatuor grani. Carta manu dicti Benedicti Notar. ex dictis imbreviaturis sub Millesimo, & Indictione, & die predictis die XXI. Iunii.

Qualiter Iohannes Bonafedis vocatus Vatcha de Monte Buiano recognovit & dare & solvere promisit annuatim Episcopatui Florentino nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & possessionibus quas habet duos starios grani. Carta manu dicti Benedicti Notar. ex dictis imbreviaturis sub Anno, Indictione, & die predictis.

Qualiter Bindus Nuti Bonafedis de Pemon-

vocatas puto *Mariniolas*, vulgo *Marignolle*, Pagum inter Grevem flumen, & Vingonem torrentem, exſtantem. Sic in Tuſcia Pelagus Opidum eſt XIV. circiter M. P. ad Orientem Florentia diſtans, quod ita vocari non potuit, niſi ob aquas eo confluentes & lacum ſeu ſtagnum in modum pelagi efficientes: in ima enim valle iacet. Et hac ſignificatione *Pelagus* a Tuſcanis uſurpatur. *Marina* igitur diminutivum a *Mara* eſto; *Marinella*, & *Mariniolae*, a *Marina*. Nos enim diminutiva feminina adiectione τοῦ *ina* ſaepe deformamus, ut ex Villa, *Villina*; ex Petra, *Petrina*; ex Caſa, *Caſina*; ex Candela, *Candelina* &c. Ex Marina autem factum eſt *Marinella*, aliud diminutivum; nam incrementum in *ella* illud efficit, ut ex Petra, *Petrella*; ex Feneſtra, *Fineſtrella*; ex Faco, *Facella* &c. Diminutivum pariter oritur ex deſinentia in *olae*, ut ex Coloniae, *Coloniolae*, vulgo *Colognole*; ex Filiae, *Filiolae*; ex Cervariae, *Cervariolae*; ex Quercu, *Querciolae*,

mente retognovit, dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſtopatui nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet quatuor ſtarios grani. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis ſub annis Domini, Indictione, & die predictis.

Qualiter Caſtiglione Bonafedis retognovit, & dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus, & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet & tenet quatuor ſtarios grani. Carta dicti Benedicti Notar. ex dictis imbreviaturis ſub dicto Milleſimo, Indictione, & die.

Qualiter Latius Manetti de Pomonte retognovit, & dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet & tenet tres ſtarios grani. Carta manu dicti Notar. ex dictis imbreviaturis ſub dicto Milleſimo, Indictione, & die.

Qualiter Migliorellus Pieri retognovit, & dare, & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſtopatui nomine fictus, & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet & tenet tres ſtarios grani. Carta manu dicti Benedicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub anno, Indictione, & die predictis.

Qualiter Bertus Riſaliti de Pomonte retognovit, & dare, & ſolvere promiſit annuatim Epiſcopatui Florentino nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet & tenet & poſſidet ſtarios tredecim grani. Carta manu Benedicti Magiſtri Martini Not. ex imbreviaturis Iohannis Spade Not. ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Raeuttius Pieri retognovit & dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus ſuis tres ſtarios grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Anno, Indictione, & die predictis.

Qualiter Fede Ventura retognovit & dare & ſolvere promiſit nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet & poſſidet ſtarios quinque grani. Carta manu dicti Notar. ex dictis imbreviaturis ſub Anno, Indictione, & die predictis.

Qualiter Cirsolus Iohannini de Pomonte retognovit & dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet & poſſidet ſtarios duos grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Veglia Riſaliti de Pomonte retognovit & dare & ſolvere promiſit annuatim dicto Epiſcopatui nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas tenet & poſſidet ſtarios duos grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub dicto Milleſimo, Indictione, & die.

Qualiter Ciatus Argomenti de Pismonte retognovit & dare & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas tenet & poſſidet ſtarios ſeptem grani. Carta manu dicti Notar. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, & die predictis.

Qualiter Pagnus Buonfiglioli retognovit & dare & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui no-

Kkkkkkkk

ciolae &c. In Valle Marinae, praeter alia loca, eſt etiam Vicus Georgii, & Carraria Buia.

LXV. Villa Paludis, ſeu Padulis, in Plebatu Sexti, Florentia diſtat VI. M. P. ad Occaſum, in qua eſt Eccleſia S. *Mariae*. In Regeſto Epiſcopatus vocatur *Padule de Sexto*, ad diſtinctionem aliorum locorum, qui *Paludes* adpellantur.

LXVI. Populus Gratiani ſeu Mancrini non procul a Palude fuiſſe videatur. Manerinum diminutivum a *Mancrium*, quod idem eſt, ac Manſio, Manſa, Maſſa &c. Gratianum, quaſi fundus gentis *Gratiae*. *Gratianus Cambii* F. ab Sexto occurrit in Regeſto Epiſcopatus; & vivebat medio ſaeculo XIII. Num ipſe aut alius cognominis loco ſuum nomen indiderit?

LXVII. Caſtrum Capallae cum palatio, quod Florentia ad Occidentem VI. M. D. P. diſtat, ſupra Campos, in dextra ripa Viſentionis fluvii, Pratum Oppidum verſus. Capallae dictum vide-

nomine fictos & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet ſtarium medium grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Pogonuccius Gherardini de Pomonte recognovit & dare & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas tenet ſeptem ſtarios grani. Carta manu dicti Notar. ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Luccius & fratres filii Buondelmontis recognoverant & dare & ſolvere promiſerunt dicto Epiſcopatui annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus eorum ſtarios decem grani. Carta manu dicti Notar. ex dictis imbreviaturis ſub dicto Milleſimo, Indictione, & die.

Qualiter Boninſegna Bergolini de Monte Buiano recognovit & ſolvere promiſit dicto Epiſcopatui annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue pro terris & poſſeſſionibus quas habet ſtarios quindecim grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Mucchus Vannis Pogliani recognovit & dare & ſolvere promiſit Epiſcopatui Florentino annuatim nomine fidelitatis & fictus perpetui ſtarios grani quatuor. Carta manu dicti Notar. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Fede Lambertini de Pomonte recognovit & dare & ſolvere promiſit Epiſcopatui annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue tres ſtarios grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Martinus Lombardi de Pomonte recognovit & dare & ſolvere promiſit Epiſcopatui antedicto annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue ſtarios tres grani. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Ceriolus Iohannini de Pomonte recognovit & dare & ſolvere promiſit Epiſcopatui antedicto annuatim nomine fictus & fidelitatis perpetue tres quartos grani de terris & poſſeſſionibus quas habet. Carta manu dicti Not. ex dictis imbreviaturis ſub Milleſimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Epiſcopus Florentinus habuit ſententiam de Caſtro Montis Buiani contra filios Guineldi in MCXXX. Kal. Iulii Indictione VIII. Carta manu Bonizonis & Reggerii Notariorum, cuius originale exemplum publicatum per plures Notarios eſt cum ipſo originali ligatum.

Qualiter Plebanus de Pomonte vendidit Epiſcopatui Florentino unam petiam terre poſite iuxta Caſtrum Montis Buiani ſub MCCXXI. XIII. Kal. Febr. Ind. X. fecit preſens Inſtrumentum Ser Bonus Not.

Qualiter Paganuccius de Citroniano promiſit pro ſe & fratribus ſuis annuatim dicto Epiſcopatui Florentino pro quibuſdam terris per eos emptis a Nerdo Buoni duodecim ſtarios grani ad ſtarium Florentinum. Carta manu Ser Guiglielmi Not. ex imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti Not. ſub MCCLXXXXII. Ind. V. die X. Iunii.

Qualiter Epiſcopus Florentinus recompenſavit

detur, quasi *Campus Pallae*; *Palla* autem nomen est a gente *Strocthia* usurpatum, quae gens ibi latifundia possidet; sed nescio an ab antiquis temporibus. Ceterum *Palla* commune nomen hominibus medii aevi fuit. Capallae est in Plebatu S. *Stephani* Camporum, seu Campi; & hoc Castrum numeratur inter Castra Vallis Visentionis in Comitatu Florentino tamquam ad Imperium Romanum pertinens, cuiusmodi Castra Libro praecedenti ex *Petro Lambecio* recensuimus. Episcopus Florentinus Praetorem Capallae constituebat. Quomodo autem ad eum Casttum Capallae pervenerit, mihi hactenus ignotum est; deprehendo tamen ex Regesto Episcopatus, multa, quae in eo Castro, vel eius territorio, sita erant, vendita Episcopis fuisse.

LXVIII. Castrum Campi, vel Camporum, ubi nunc est Opidum Florentia VI. M. P. ad Occidentem distans, quod Visentio flumen praeterlabitur. Hoc quoque tamquam ad Imperium spectans in *Lam-*

vit in termino teiam annorum Coppis Renaldi recipienti pro Domina Beeta uxore sua pro una dimidia Gilia Matti recipienti pro uxare eius, pro alia dimidia podere olim Iannis pro anno fictu. octo Barios grani. Carta manu Guerriantis Notar. ex imbreviaturis Benciveunti Notar. de Rabin Caniou sub MCCLVII. XII. Kal. Iulii Ind. XV.

Qualitee hominee de Monte Buiano iuraveeunt precepta Domini Marsuppi Potestatis electi per Episcopum Florentinum. Carta manu Argomenti Notar. sub MCCLV. Idus Februar. Ind. XV.

Qualiter Dominus Peteonus de Burgo renunptiavit Episcopatui Florentina feudum qood tenebat ab Episcopatu Fiurentino in Monte Buiona. Carta manu Guerriantis Not. ex imbreviaturis Benvenuti Not. sub MCCXLI. IV. Kal. Septemb. Ind. XIV.

Qualiter Dominus Vbeetinus Plebanus Plebis S. Reparate de Piemonte Florentine Diecesis de consensu & voluntate Presbiterorum Pagni & aliorum Canonicorum dicte Plebis recognovit & confessus fuit in presentia Domini Francisci Episcopi Florentini dictam Plebem pertinere ad Episcopum & Episcopatum Florentinum pleno iure. Carta manu Iunte Beindi de Asciano Not. sub MCCIC. Ind. XII. die XXIV. Maii.

Qualiter Guittone quondam Rustichelli vendidit Cencia quondam Alexini de Monte Buiano unam petiam terre posite in territoria de Ozzana loco dicto Colle. Carta manu Bugensis Not. sub MCCXXII. Kal. Febr. Ind. XI.

Qualiter Bindus Nati, & Ser Iohannes Ormanetti Not. & multi alii de . . . . iuraverunt fidelitatem Episcopo Florentino. Carta manu Iunte Not. sub MCCIC. Ind. XII. die XXIV. mense Maii.

Qualiter homines de Monte Baiano recognaverunt Dominum Ardingum Episcopum Florentinum esse & fuisse eorum dominum & pateonum, qui prefatus Dominus Ardingus eedegit cum quibusdam ex dictis hominibus antiqua servitia in decem staris grani annuatim solvendis dicto Episcopatui per eosdem. Carta manu Corsebbi Bunasuti Notar. sub MCCXXXI. V. Kal. Ind. IV.

Qualiter Dominus Petroccinus Domini Bonacursi renumptiavit Domino Ardingo Episcopo Florentino omni feudo & iure, quod ipse vel pater suus sive antecessores sui habuerunt in Castro & districtu Montis Boiani. Qui Dominus Peteuccius iuravit fidelitatem dicto Domino Episcopo, & dare promisit annuatim perpetuo nomine fidelitatis dicto Episcopatui starios duodecim speldę. Carta manu Aldobrandini Not. ex alterius imbreviaturis sub MCCXLI. V. Kal. Septemb. Ind. XIV.

Qualitee homines & fideles Castri Montis Buiani fecerunt quosdam Sindicos ad comparendum coram Domino Episcopo Florentino, & ab eo p tendum, ut sidem placeret eligere Potestatem & Rectorem ipsorum. Carta manu Argomenti Not. sob MCCLII. VI. Non. Martii Ind. XI.

Qualitee Dominus Iohannes Episcopus Florentinus locavit in perpetuum Ormanetto quond. Benricordati de Bovecchio omnes possessiones & terras que olim fuerunt Bartholini olim Gheraedini Cattiati de Pimonte hominis & coloni dicti

Lambecii Catalogo conscribitur. Campus hic, seu Campi, memoratur in Charta *Caroli Magni* Regis Francorum & Langobardorum, a quo donatur Monasterio S. *Silvestri* Nonantulano. Episcopatus tamen Florentinus iam saeculo X. multa in Campis possidebat.

LXIX. Villa Coelii Aulae in Valle Pesae, cuius Plebes est titulo Sanctae *Mariae* insignis. Mentio Plebis Sanctae *Mariae* Coelii Aulae occurrit in Diplomate *Lotharii* Comitis Burgi Novi Ficicli anno MV. exarato. *Coelii Aula* autem scribendum existimo, & corrupta esse nomina *Caeliaulae*, *Ciliccíaulae*, & huiusmodi alia; ita autem dicta fuerit, quod *Coelii* alicuius domus, & villa, esset.

LXX. Villa Montis Rappoli seu Rapuli in Valle Elsae, Plebes est nomine S. *Ioannis Baptistae* illustris. In Diplomatibus Imperatorum *Friderici I.* & *Henrici VI.* Mons Rapuli recensetur inter Ca-

Qualiter Vannes quondam Cancelli Cortellini Bongiannis de Vaglia fuit confessus & recognovit se esse fidelem Episcopatus Florentini, & dare promisit & solvere annuatim Episcopatui Florentino nomine fictus perpetui de suis bonis undecim stariot & unum tertium alterius starii grani ad starium Florentinum, & ipsum ponere in granario dicti Episcopatus, & omni quarto anno duas partes unius capponis & duos denarios, ut in dictis imbreviaturis continetur sub Millesimo & Indictione predictis die XXX. Octobris.

Qualiter Puccius Tannarius quondam Orlandini de Vaglia, qui moratur Florentie in populo . . . . . recognovit se tenere tertiam partem poderis & terrarum olim Ionnis della Gargaglia de Vaglia fidelis Episcopatus Florentini, de quibus dare promisit & solvere annuatim dicto Episcopatui nomine fictus perpetui starios duos grani, ut in dictis imbreviaturis continetur sub MCCCIII. Indictione prima die VIII. Septemb.

Vigesimatertia Pars est de Burgo ad Sanctum Laurentium de Mucello.

Qualiter Renerius Iudex, & certi alii de Burgo ad Sanctum Laurentium de Mucello dicentes & asserentes duas partes hominum dicti Burghi cohadunati ad sonum campane in Ecclesia dicti Burghi fecerunt eorum & dicti populi Sindecum ad comparendum coram Domino Episcopo & Episcopatu. Carta manu Ser Octaviani Ghiselli Not.

Qualiter Admarius . . . . . & certi alii dederunt & concesserunt Domino Gottifredo Episcopo Florentino recipienti pro se & dicto Episcopato unam casam positam in Castello Vecchio de Griciano. Carta manu Pandolphi Not. sub MCXVII. Kal. Ian. Ind. XI.

Qualiter Rimboldus Episcopus Florentinus concessit aliquas terras & possessiones quibusdam pro certis affictibus dicto Episcopatui solvendis. Carta manu plurium Notariorum in

Oooooooo ooo

Castrum Marturi dicebatur, quod prope situm erat: *Marturi* autem nomen a profluente flumine sibi vindicabat, cui forte a viro aliquo, qui *Martyrius*, seu *Marturius*, vocabatur, inditum est. Sic in Dioecesi Faesulana Mons Martyrii est, a domino, *Martyrio* nomine; quamvis a Martyribus quibusdam ibi sepultis nuncupatus non nemini, sed perperam, visus sit. Castrum autem Podii Bonitii coeptum est aedificari anno MCLVI. in Podio, quod *Bonitii* dicebatur. Prope etiam Arx condita fuit ab *Henrico VII.* Imperatore, quam *Montem Imperialem* dici voluit. In Podio Bonitii erat Burgum Vetus, pro quo Commune & Praetor Podii Bonitii annuum censum Episcopatui solvebant; sicut alium censum pro toto Castro. Podium Bonitii, postquam Collensis Episcopatus institutus fuit, a Dioecesi Florentina avulsum est, & Collensi additum: ita autem dictum videtur a *Bonitio* domino & possessore. Haud aliter Castellum Bonitii, vulgo *Castelbonsi*, in Plebatu Sanctae

uno Instrumento contentorum sub MIII. Indictione II.

Qualiter quidam homines de Montotti de Mugello vendiderunt Domino Vgolino unam turrim cum casolarto & platea. Carta manu Ser Gattomani Not. sub MCCXXXIX. Kal. Iunii. Ind. XII.

Qualiter Dominus Ragnerius Episcopus Florentinus concessit Isnardo . . . . . . certas terras & possessiones de quibus solvere promisit certum affictum. Carta manu Gherardi Notae, sub MLXXXIV. XVII. Kal. Decemb.

Qualiter Dominus Farulfus liberavit quosdam suos fideles de Visfignano a fidelitate quam tenebant. Carta manu Alberti Not. ex imbreviaturis Gallerani Not. sub MCCXVIII. III. Idus Febr. Ind. VII.

Qualiter Episcopus Florentinus misit quemdam in Capiton. Burghi Sancti Laurentii de Mucello. Carta manu Bruni Bonsii Not. sub MCCXXV. VI. Kal. Febr. Ind. XIV.

Qualiter Paganus filius quondam Inghilmari & uxor eius vendiderunt & concesserunt Capitaneo filio olim Fulgerini unam petiam terre posite Ali Morelli. Carta manu Petri Notar. sub MCCVIII. XII. Kal. Mart. Ind. XII.

Qualiter Guernerius olim Pieri donavit omnes terras & possessiones quas habebat in Curia Burghi Sancti Laurentii loco dicto Collina Cerreterio filio Presbiteri de Collino salvis omnibus servitiis Episcopatus Florentini. Carta manu Rodolphi Not. sub MCVI. XIII. Kal. April. Ind. XV.

Qualiter Presbiter Bandinus Canonicus Plebis Sancti Laurentii de Burgo donavit inter vivos Domine Bendisendi Abatisse Monasterii Sancti. . . . . . . quod est prope Burgum Sancti Laurentii predictum debitum & nomen debiti librarum quatraginta. Carta manu Dottii Not. sub MCCXLV. Ind. IV. II. Kal. April.

Qualiter Gualterius & Tignosus filii Geraldi de Burgo Sancti Laurentii finierunt & refutaverunt Domino Iohanni Episcopo Florentino unam petiam terre loco dicto Ronco. Carta manu Restauri Notar. sub MCCXX. VI. Kal. Decemb. Ind. IX.

Qualiter quedam questio vertebatur inter Chelem filium Corsi Sindicum Episcopi & Episcopatus Florentini pro ipso Episcopatu ex una parte, & Dominum Iacobum Sindicum universitatis hominum Burghi ad Sanctum Laurentium ex altera. Carta manu Ranerii Maffei de Querceto Not. sub MCCLXXI. Indictione XV. die VIII. April.

Qualiter Giraldus filius Baldoncini de Burgo ad Sanctum Laurentium iuravit & promisit Domino Ardingo Episcopo Florentino suis hobedire mandatis & petiit veniam excommunicationis sibi facte per dictum Episcopum. Carta manu Guidocti Manni Domini Federigi Notar. sub MCCXX. XII. Kal. Decemb. Indictione VI.

Qualiter Germatus filius Grambetre, & Naldinus Brandi Rimbonis de Ildibrandis de Colle vendiderunt & concesserunt Magistro Rodolpho filio Signorelli del Poggiale recipienti vice & nomine Domini Petri Episcopi Florentini quondam eorum positum in Curia Burghi predicti. Carta manu Vgonis Notarii sub MCLXXXXIV. pridie Idus Mart. Ind. XIII.

Qua-

ctae *Caeciliae* Decimi, & Valle Grevis, situm, a *Bonitio* domino, vel conditore, adpellatum fuit. Duae celebres controversiae de Podio Bonitii olim agitatae fuere; una Florentinorum contra Senenses; Episcopi Senensis altera, contra Episcopum Florentinum. Et quod ad primam attinet, graves contentiones de Castro Marturi, & Podio Bonitii, ortae sunt, medio ferme saeculo XII. quum tam Senenses, quam Florentini, vindicare illa sibi vellent, ita ut illius Castri sequester Episcopus Volaterranus factus sit, donec res inter eos componerentur. Cum autem Florentini & Senenses pacem inter se composuissent, Plebem S. *Agnetis* cum populo, inter alia, Senensibus cesserunt; & *Alexander III.* Pont. Max. eam concordiam ratam habuit, & fines ditionis Senensis circumscripsit, iisque Plebem illam adiudicavit, Episcopo Florentino, & Episcopo Senensi, consentientibus. Sed aliis dissidiis inter utramque Civitatem exortis, tamdem sub initium saeculi XIII. ab Arbitris electis aliter fines

Qualiter Guernieri quondam Petri de Miraodis vendidit Ceemontesi quondam Gerulli omnes possessiones, casas, & terras cum omnibus servitiis Episcopatui debitis pro pretio librarum XVIII. Carta manu Marini Not. sub MCCIC. VII. Idus Decemb. Ind. III.

Qualiter Simon Corbitis Sindicus, & Procurator Domini Ardinghi Episcopi Florentini & Episcopatus induxit quosdam testes contra Amoretlum filium Boldranis, & etiam contra universitatem omnium & singulorum hominum Burghi ad Sanctum Laurentium de Mutello tempore Domini Octonis de Mondello Potestatis Florentie.

Qualiter Tellus Gherardi de Faltona Curiq Burghi Sancti Laurentii de Mucello recognovit & confessus fuit officius per eum detentos temporibus retroactis ·S· stariot f x spelte ad starium Decimale, & unum gallinum annuatim solvendos dicto Episcopatui, & sic promisit solvere annis singulis in futurum. Carta manu Ser Benedicti Magistri Martini Not. ex imbreviaturis Ser Iohannis Lapi Spade Not. sub MCCLXXXXVII. Ind. X. die XI.. Iulii.

Qualiter ordinatum & firmatum fuit per Dominum Vbaldinum della Pila Potestatem Burgi Sancti Laurentii de Mutello electum per Episcopum Florentinum cum consensu & voluntate hominum Burghi predicti congregatorum ad sonum campane, quod nulla turris vel domus vel aliud hedificium fiat in dicto Burgo ultra altitudinem XV. brachiorum. Carta manu Guictomanni Federici Not. sub MCCXXXIX. XIII. Kal. Ianuar. Ind. XIII.

Qualiter dictus Dominus Vbaldinus elegit Gherardum Consulem dicti Burghi in Offitialem dictorum Statutorum executioni mandandorum, & hoc de voluntate & presepto dicti Domini Episcopi & hominum dicti Burghi. Carta manu Palmerii Federicis Not. sub MCCXXXVIII. Ind. XII. Non. Ian.

Qualiter Giannes Rote de Vigiano, & Franchus eius filius pro se & fratribus constituti in presentia Domini Andree Episcopi Florentini dixerunt se nichil habere vel tenere de bonis, & rebus quas olim tenuit lanni del Cosciа fidelis Episcopatus Florentini. Carte manu Guiglielmi de Castra Florentino Notar. ex imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti Notar. sub MCCLXXXIX. Ind. III. die XVI. Novemb.

Qualiter Ranuccius filius emancipatus Chiaramontesi vendidit Guidoni filio olim Cambii ementi & recipienti vice & nomine Monasterii Sororum de Burgo positi prope flumen Galli dedicati ad honorem Dei unum petium terre posite prope dictum Monasterium. Carta manu Dosgii quondam Octavii Not. sub MCCXLII. XIII. Kal. Maii Ind. IV.

Qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus donavit inter vivos fratri Laurentio recipienti pro Monasterio & Sororibus Penitentie de Burgo Sancti Laurentii de Mucello medietatem pro indiviso unius petie terre posite iuxta Rivum pro vinea hedificanda. Carta manu Benvenuti Notar. sub MCCXLV. XIV. Kal. Augusti Ind. tertia.

Qualiter Dominus Ardinghus Episcopus supradictus vendidit dicto fratri Laurentio recipienti pro dicto Monasterio medietatem pro indiviso unius petie terre posite iuxta dictum Ri-

fines utriusque ditionis determinati sunt, & Podium Bonitii cum utraque Plebe S. *Mariae* scilicet, & S. *Agnetis*, Florentinis cessit. Nam in huius Arbitrii Instrumento definitur, *quod Plebes & Pleberium S. Agnetis usque ad Curtem de Podio Bonitii, & Pleberium de Liliano &c.* sint intra fines Comitatus Florentini. Definitur etiam ut sequitur: *Item Ecclesiam de novo aedificatam in Castro Podii Bonitii pro Ecclesia S. Agnetis, & Priore de Talcione, & Canonica Senensi, faciant esse & iurari pro Plebe S. Mariae de Podio Bonitii, & pro Episcopatu Florentino, & sub ea, sicut aliae Ecclesiae, quae sunt in Podio Bonitii de Florentino Episcopatu, moretur sub dicta Plebe S. Mariae, & de cetero non aedificetur nec aedificare faciant aliquam Ecclesiam in Podio Bonitii pro se aut pro Plebe Sanctae Agnetis, & Priore de Talcione, aut pro aliqua Ecclesia Senensis Episcopatus, aut pro ipso Episcopatu, nec aedificetur aliquo modo pro eis &c. Item fontes constructos in Ecclesia, quae est aedificata in Podio*

Rivum. Carta manu Benvenuti Notarii sub MCCXLV. XIV. Kal. August. Ind. III.

Qualiter Bernardus Grilli numptius Communis Florentie de mandato Domini Beatencase Falchi Iudicis Curie Sextus Porte Domus misit in tenutam & corporalem possessionem Mascherinum Rustichelli Conversum Episcopatus Florentini pro Domino Iohanne Episcopo Florentino & Episcopatu, in quoddam palatium & domum dicti Episcopatus posita in Burgo Sancti Laurentii de Mucello. Carta manu Gherardutis Alberti Not. sub MCCLXVIII. die XIII. mensis Mart. Ind. XII.

Qualiter Minus filius Bruni nunptius Domini Marsoppini Aczi della Tosa Potestatis Burghi Sancti Laurentii misit in tenutam & corporalem possessionem Mascherinum Sindicum predictum pro Episcopatu recipientem in omnibus bonis, terris, & possessionibus Ghinoccii Domine Orate de Burgo Sancti Laurentii de Mucello. Carta manu Guidonis Diotisalvi Notar. sub MCCLXIX. die II. Iulii.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus elegit Rinuccium filium Uberti Dianesi in Dominum Potestatem & Rectorem Burghi S. Laurentii de Mugello. Carta manu Raneri Not. sub MCCXXII. XI. Kal. Martii Ind. XI.

Qualiter Galandinus filius quondam Guidalocti finivit & refutavit Ugetto Notario Procuratori, & Castaldioni Domini Petri Episcopi Florentini, videlicet, quartam partem hominum & colonorum & terrarum & possessionum dicto Gualdino competentiam. Carta manu Marini Sacri Palatii Notarii sub MCCI. II. Kalendas Octub. Ind. V.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus, & Baglione eius Sindicus, voluerunt & petierunt publicari quosdam testes per eos inductos coram Domino Ugone del Grecto Potestate Florentie super questione vertenti inter dictum Dominum Episcopum, & universitatem hominum Castri & Curie de Lomena, & contra Presbiterum Martinum Rectorem Ecclesie Sancti Michaelis de Lomena. Carta manu Michaelis Notar. sub MCCXX. XV. Kal. Septemb.

Item tam dicto Instrumento est aliud Instrumentum in quodam Rotulo in quo continetur qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus, & Baglione predictus eius Sindicus, conquesti fuerunt coram Domino Ugone del Grecto Potestate Florentie de Diotisalvi & Righetto Rectoribus Castri & Curie de Lomeno, a quibus dictus Dominus Episcopus & dictus eius Sindicus petiverunt ut dent & solvant dicto Episcopatui debita & usitata servitia annuatim, ut tenentur & debent, & quod recognuscant a dicto Episcopo & Episcopatu res usus possessiones & bona eorum & dicti Castri & Curie; qui Righettus & Dietaiuti Rectores Castri & Curie predicte requisiti per nuntium Communis Florentie ut venirent ad se defendendum, & nullus venit; ideo data fuit licentia eidem Baglioni Sindico dicti Episcopatus, ut de omnibus terris & possessionibus omnium & singulorum hominum predictorum. Carta manu Ranerii Notarii sumpta ex actis Camere Communis Florentie sub MCCXX. III. Novemb. Ind. IX.

Item in dicto Rotulo est aliud Instrumentum continens qualiter comune & universitas hominum de Lomena fecerunt Sindicum coram Gianuem de Ra-

dio Bonitii pro Ecclesia S. Agnetis pro Episcopatu Senensi, penitus destruant vel destrui faciant Senenses, & ulterius nullo modo reedificetur, vel reedificari faciant seu permittant, nec in predicta Ecclesia Baptismum faciant vel fieri faciant, seu permittant alicui hominum, vel alicui istorum facere volenti de facto & de iure prohibeant &c. Vt melius autem haec intelligantur, sciendum est, Priorem Ecclesiae S. *Stephani* de Talcione subposuisse Plebano S. *Mariae* & Episcopatui Florentino suam Ecclesiam hoc eodem anno; adeoque Ecclesia Talcionis pleno iure ad Episcopum Florentinum transivit; quae quidem subiectio in iisdem pactis & conventis, confirmata est, ut vidimus. Insuper Episcopus Senensis diu repugnavit Episcopo Florentino circa Plebem Marturensem, quae altera controversia est, unde illa sunt in Instrumento, quae Episcopo Senensi omnem iurisdictionem abrogant. Nam *Hadrianus IV.* Papa cum Plebem S. *Mariae* Castri Marturi sub sua pro-

Roveggio in dicta cause. Carta manu Guidocti Not. sub MCCXXII. III. Non. Maii.

Item in dicto Rotulo est qualiter ad petitionem dicti Boglionis Sindeci Bruintendi nomptius Communis Florentie, requisivit Commune & homines de Lomena, ut intra terminum eis assignatum comparere deberent coram Domino Potestate. Carta manu Guinizinghi Not. sub MCCXXIV.

Item in dicto Rotulo continetur qualiter Albertus filius Lamberti de Campora de Curte de Lomena protestatus fuit & dixit, quod non vult nec intendit aliquod pallatium facere vel fieri facere nec litem contestare contra Dominum Iohannem Episcopum Florentinum, Carta manu Duni Not.

Item in dicto Rotulo est similiter sicut Dietaiuti de Ricavo de Lomena similiter dixit quod non faciet nec fieri faciet aliquod pallatium nec aliquam litem contestare. Carta manu dicti Duni Not. sub Millesimo, Indictione, & die predictis.

Item in dicto Rotulo continetur qualiter multi homines de Lomena iuraverunt Domino Iulio Episcopo Florentino semper salvare & manutenere iura que dictus Episcopus habet in Castro & Curia de Lomena, & quod nullo tempore minuent eius iura. Carta manu Iohannis Not. sub MCLIX. Nonas Iulii Indictione VII.

Item in dicto Rotulo continetur qualiter Castellanus Guiducii de Lomena dixit & confessus fuit, se esse hominem & colonum dicti Episcopi & Episcopatus. Carta manu Restauri Not. sub MCCXX. VII. Kal. Iun. Ind. VIII.

Item in dicto Rotulo continetur qualiter dictus Castellanus recognovit & confessus fuit, se esse hominem fidelem & colonum dicti Episcopi & Episcopatus. Carta manu Rinuccii Not. sub MCCXXII. pridie Kal. Augusti Ind. XI.

Qualiter Palmerius filius olim Latini, & Vghettus Notaris Sindeci Burgi Sancti Laurentii predicti excommunicati a Domino Iohanne Episcopo Florentino iuraverunt obedire preceptis dicti Domini Episcopi. Carta manu Martini Not. sub MCCVI. XV. Kal. Febr. Ind. X.

Qualiter Orlandus filius Tancredi emancippavit Rossicbellum filium suum in aliquibus terris & possessionibus cum omnibus servitiis & colonatie de dictis terris Episcopatui debitis. Carta manu Brotcii Not. sub MCCX. VIII. Kal. April. Ind. XIII.

Qualiter Ferrotacutus filius olim Turbii & eius uxor dederunt & renunptiaverunt Episcopatui Florentino omne ius & dominium quod habebant in Plebatu Sancti Laurentii de Mogello. Carta manu Buni Not. sub MCLXXXIII. Kal. Septemb. Ind. prima.

Qualiter Ricevtus nomptius Episcopi Florentini dedit Inghilberto filio Monachi sex petios terrarum, ut ex eis redderet annuatim Episcopatui Florentino starios quinque grani. Carta manu Trotcii quon. Rodolfi Notarii sub MCCXVIII. IV. Non. April. Ind. VI.

Qualiter Ildibrandinus filii Ranerii & multi alii dixerunt & confessi fuerunt quod non possunt vendere nec habent iurisditionem vendendi partem eis contingentem in Castello de Vispignano. Carta manu Iacobi Odorighi Notar. & aliorum Notariorum sub ML.

Item

Ppppppppp Qua-

protectione susceperisset, eam confirmavit anno insequenti Episcopatui Florentino cum omni iure suo Parochiali & Ecclesiis Castri illius, revocans concessionem, quam fecerat Episcopatui Senensi in Monte Bonitii in praeiudicium Episcopatus Florentini; concesserat enim *Rainerio* Episcopo Senensi, ut Ecclesiam in Podio Bonitii construeret, quam puto esse illam, qua de agitur in praedicto Instrumento. Nihilominus *Alexander III.* ut vidimus, Plebem S. *Agnetis* Comitatui Senensi adscripsit; & Ecclesiam, quam in Monte Bonitii *Rainerius* Senensis Episcopus construxerat, *Gunterano* Episcopo successori confirmavit. *Lucius* deinde *III.* confirmavit iterum Episcopis Florentinis eamdem Plebem, & irritavit quicquid Senensis Episcopus obtinuerat a Sede Apostolica in Episcopatus Florentini detrimentum. *Innocentius* denique *III.* intellectis iuribus in causa vertenti inter Episcopum Florentinum & Episcopum Senensem de hac Ple-

Qualiter stantiatum & ordinatum fuit in consilio Priorum Artium Civitatis Florentie, quod homines de Burgo Sancti Laurentii solvant & prestent Episcopatui Florentino datia & affictus que solvere tenentur & debent dicto Episcopatui. Carta manu Guglielmi de Veraiuno Not. sub MCCXXXVI. Ind. VIII. die Martis exeunte Augusti.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus locavit & investivit Andolum filium qu. Gherardi da la Collina Curie Burghi Sancti Laurentii de quadam petia terre vineate posite in dicto loco, de qua dictus Andolus in perpetuum dare & solvere promisit annuatim Episcopatui Florentino quatuor starios grani. Carta No. pb.

Qualiter Ranerius filius Aldobrandi & uxor sua dederunt & tradiderunt Domino Gherardo Episcopo Florentino medietatem cuiusdam turris & rerum earum positarum in populo & Curia Plebis Sancti Laurentii de Mugello. Carta manu Petri Not. cum plurimorum aliorum Notariorum subscriptione sub MXLVIII.

Item cum dicto Instrumento est aliud Instrumentum continens in se qualiter Brandus filius Aldobrandi & uxor eius dederunt & tradiderunt Domino Episcopo Florentino res predictas. Carta manu Ranaldi Notar. cum plurium aliorum Notariorum subscriptione sub dicto Millesimo.

Qualiter Iohannes filius Gottifredi donavit Episcopo & Episcopatui Florentino partem sibi contingentem Castelli & bonorum sibi spectantium in districtu dicti Castri. Carta manu Iohannis Not. sub MLXXX. mense Octub.

Qua-

Qualiter Episcopus Florentinus scripsit hominibus Borghi, & eisdem precepit ut eidem facerent covrentiam, qui habito diligenti consilio & tractatu inter eos deliberaverunt dicto Domino Episcopo & eius litteris hobedire. Carta manu Palmerii Federici Not. sub MCCXXXIX. XVIII. Kal. Iulii Ind. XII.

Item in dicto Instrumento continetur qualiter Francischinus camptius Communis Borghi S. Laurentii predicti de mandato Domini Ubaldini Potestatis dicti Borghi, quod nullus de dicta Terra debeat murare vel murari facere sine licentia Episcopi Florentini. Carta manu dicti Notarii sub dicto Millesimo.

Qualiter Rusticbellus & Biliottus filii Guiglielmi promisit dare annuatim Domino Iohanni Episcopo Florentino pro Domino Crapo quondam . . . infrascripta servitia, videlicet tertiam partem quatuor stariorum Anone, & tertiam partem viginti quatuor ovorum, & tertiam partem viginti quatuor panum, & duodecim denarios pro quatuor servitiis, & unum pascadum. Carta manu Geronimi Not. sub MCCX. Idus Mart. Ind. XIV.

Qualiter Drudolus filius Ramondi de Burgo Sancti Laurentii, & quidam alii testes producti in questione vertenti inter Episcopum & Episcopatum Florentinum ex una parte, & homines Burghi predicti ex altera, qui iuraverunt super his que interrogati fuerint, ferre testimonium veritatis. Carta manu Raneric Not. sub MCCXXIII. XVI. Febr. Ind. XII.

Item cum dicto Instrumento est aliud Instrumentum continens qualiter Ughettus Notarius filius olim Petri Gherardi de Burgo predicto suo iuramento dixit, quod vidit Episcopos la-

Plebe & Ecclesia, in favorem Episcopi Florentini sententiam tulit, & Episcopus Senensis ei acquievisse videtur, nec ultra litem Episcopo Florentino de hac Plebe movisse. Quamquam vero Episcopus & Populus Florentinus haec obtinuerant, Podium Bonitii tamen Florentinis subiectum non permansit, sed toto fere saeculo XIII. sui iuris fuit & liberum; & foedera cum aliis Tuscis Civitatibus & Populis inivit, & in factiones divisum Guelfos Gibellinosque continebat; quare Sigillum adhuc exstat ita circumscriptum: SIGILLVM. PARTIS. GVELFORVM. DE PODIO. BONIZI. licet Florentini medio circiter illo saeculo eius moenia dituissent; atque refecta, tresdecim post annos, solo aequassent. Sed tamdem penultimo eiusdem saeculi anno Florentinis sponte se dedidit.

LXXVI. Villa Cinciani in Curia Podii Bonitii, sed in Plebatu Sancti *Appiani* Vallis Elsae. Curtem Cinciani donavit *Gotti-*

Iuliam & alios Episcopos Florentinos possidere dominari, & tenere Burgum, Castrum, & Curtem dicti Burghi pro Episcopatu Florentino. Carta manu Iacobi Notarii cum plurium aliorum Notariorum subscriptione sub dicto Millesimo & Indictione.

Qualiter Bellorus de Burgo Sancti Laurentii filius . . . . . . & plures alii iuraverunt corporaliter tacto libro mandatis Domini Episcopi Florentini totaliter hobedire. Carta manu Restauri Not. sub MCCXIII. XII. Kal. Sept. Ind. prima.

Qualiter Gualdinus olim Gualdiscti finivit & concessit Ugbetto Notario Castaldioni Domini Petri Episcopi Florentini pro Episcopatu recipienti omnes terras casas homines & colonos quos & quas habet & possidet in Polsanto & Portigliano & in Castro & Curia de Pila & alibi. Carta manu Marini Notar. ex imbreviaturis Bonafedis Not. sub MCCII. X. Kal. Octob. Ind. V.

Qualiter homines Burghi Sancti Laurentii predicti fecerunt eorum & dicti Communis Borghi Sindicum Raineriam & alios. Carta manu Palmerii Not. sub MCCXXXIX. IV. Kal. Ian. Ind. XII.

Qualiter quidem homines Burghi Sancti Laurentii predicti habentes turrim & domum in dicto Burgo iuraverunt observare Statuta dicti Episcopi & Episcopatus Florentini, & eiusdem obedire mandatis. Item promiserunt ita facere & iurare quod eorum consortes similiter observabunt & eius mandatis obedient & hoc sub certa pena. Carta manu Iacobi Not. sub dicto Millesimo XV. Kal. Decemb. Ind. XIII.

Item cum dicto Instrumento in quodam Rotulo est aliud Instrumentum continens qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus condepnavit Rusticum Gherardi fidelem suum & dicti Episcopatus in libris quadraginta, quia non obedivit mandatis eius, & quia commisit excessus contra familiares suos. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXXIX. X. Kal. Iulii Indictione III.

Qualiter Iohannes Mortbigianus numptius Communis Florentie precepit hominibus Burghi S. Laurentii quod hobedirent mandatis Domini Marsoppi eorum Potestatis electi per Episcopum Florentinum. Carta manu Bonsianctis Benedicti de Lapo Not. sub MCCXXV.

Qualiter quidam Consoles electi in dicto Burgo per homines ipsius Burghi absque licentia & mandato Domini Episcopi Florentini iuraverunt post dictam electionem hobedire mandatis Domini Episcopi & Episcopatus Florentini. Carta Benis de Monte Ficalli Notar. sub MCCXXII. Non. Decemb. Ind. X.

Qualiter Guido quondam Ildibrandini electus a Domino Ardingo Episcopo Florentino in Dominum & Potestatem Burghi ad Sanctum Laurentium de Mucello fecit congregare homines & Consiliarios dicti Burghi volentes iurare constitutiones dicti Communis secundum pacta & ordinamenta facta inter Commune dicti Burghi ex una parte, & Dominum Ardingum Episcopum & Episcopatum Florentinum ex altera: & homines non admiserunt iuramenta dicti Domini Potestatis. Carta manu Ser Iacobi Notarii sub MCCXXXI. XIII. Kalendas Februarii Indictione V.

Qua-

tifredo Episcopo *Zabollina Ioannis Bottaccii* filia uxor vidua *Rodulfini Bernardi* a Catiniano, quum sacrum velamen suscepisset, ut superius diximus. Cinciauum autem, quasi gentis *Cinciae* fundus, dictum est.

LXXVII. Populus & Plebatus S. *Petri* in Buxula in Valle Pesae, alias in Pyxide dictus, vulgo *Bossole*. *Gerardus* Episcopus Florentinus, qui postea *Nicolaus II.* Papa fuit, concessit in beneficium *Manfredo Gherardi* F. quartam partem Castelli S. *Petri* in Buxula. Domos autem, agros, & fideles, donavit in hoc Plebatu Episcopo Florentino *Grimaldus* Abbas Monasterii S. *Antonii*, quod Monasterium erat in eodem Plebatu, loco dicto Bonazza; quod ad Monachos Vallumbrosanos forte pertinuit, & forte est illud, quod in Bullis Pontificum Maximorum Congregationi Vallumbrosanae concessis *Monasterium de Turri* vocatur. Castrum enim & Pagus Turris in Valle Pesae fuit. Huius autem Monasterii Ecclesia Paroeciam ha-

Qualiter homines & Commune Borghi Sancti Laurentii predicti fecerunt quasdam Sindicos ad comparendum coram Domino Iohanne Episcopo Florentino, & ad dicendum & petendum eidem Domino Episcopo quod ipsi volunt illum in eorum Dominum & Potestatem & dicti Communis, que dictus Dominus Episcopus eisdem dare voluerit & sibi dare placuerit. Carta manu Bencivenuti Ristori de Rabatta Not. sub MCCLX. XIII. Kal. Ian. Ind. V.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus elegit Potestatem in dicto Communi de Borgo. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXV. Idus Novemb. Ind. XIV.

Qualiter Commune & homines Burghi Sancti Laurentii predicti contradixerunt Marsappo Ruffitibelli electo in eorum Dominum & Potestatem a Domino Iohanne Episcopo Florentino dicentes se eum nolle in Dominum vel Rectorem, & fecerunt Sindicum ad defendendum se a dicto Domino Episcopo & Episcopatui. Carta manu Palmerii Federici Not. sub dicto Millesimo IV. Idus Ian. Ind. XIV.

Qualiter Dominus Oddo Potestas Florentie delegavit litem que movebatur ab hominibus Burghi Sancti Laurentii de Mugello in . . . . . . de electione facta per Dominum Iohannem Episcopum Florentinum de Renuccio electo in Potestatem & Dominum hominum dicti Burghi. Carta manu Iohannis de Remulo Notarii sub MCCXXII. X. Kal. Ian. Ind. XI.

Qualiter Piglialarme nuntius Domini Gottifredi della Tosa Vicarii in partibus de Mugello ad petitionem Ser Bindi Procuratoris & Sindici Domini Episcopi & Episcopatus Florentini precepit Venuto Naggii & aliis. Carta manu Nimicorsi Bonamichi Not. sub MCCCXIII. Ind. XI. die XIV. Septemb.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus elegit Dominum Gherardum Aliotti in Potestatem & Rectorem hominum Burghi Sancti Laurentii de Mucello. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXVI. pridie Idus Octub. Ind. XV.

Qualiter reperiuntur quedam pacta & promissiones inter Dominum Episcopum & Episcopatum Florentinum ex una parte, & Vbertinum filium Alamanni de Rabatta, & certi alii de Burgo Sancti Laurentii de Mucello ex altera, que partes communiter & concorditer ordinaverunt, quod dictus Dominus Episcopus & eius successores pro Episcopatu semper de quatuor annis uno possit & ei liceat eligere & dare & ponere Potestatem in dicto Communi de Burgo; & etiam reperiuntur quedam alia pacta in dicto Instrumento. Carta manu Gratie Arighi Gratie Not. cum plurium Notariorum subscriptione sub MCCXXVII. XI. Kal. Decemb. Ind. XI.

Item qualiter Dominus Andreas Episcopus Florentinus fuit confessus se habuisse a Ghino quondam Palmerii de Burgo Sancti Laurentii dante & solvente pro hominibus dicti Burghi libras centum sexaginta florenorum parvorum pro certia parte bannorum penarum & condempnationum hominum & personarum dicti Burghi. Carta manu dicti Notarii sub MCCLXXXVIII. Ind. I. die XIII. Maii.

Item in dicto Rotulo continetur qualiter Doghinus Lapi Camerarius Communis Burghi Sancti Laurentii dedit & solvit Chiaro Renerii de Casa Vecchia Sindico & Fectori Domini Andree Epi-

habebat, ſicut habet Eccleſia Sancti *Nicolai* ad Turrim, quae pariter ad Monaſterium Vallumbroſanum Sanctae *Trinitatis* Florentiae pertinet, ſed eſt in Plebatu S. *Vincentii* ad Turrim. Alia ab aliis donata fuerunt, alia Epiſcopus emit. Sed quomodo quaedam conſtent, alii viderint, quum compertum habeamus, *Attonem* Epiſcopum, *Gerardo* utique antiquiorem, integrum Caſtellum, & Curtem, & Plebem, Sancti *Petri* in Buxula conceſſiſſe Canonicae & Domui Sancti *Ioannis*, cuius tunc erat Praepoſitus *Rodelandus*. Populus Sancti *Petri* in Buxula promiſit & iuravit *Ioanni Veliterno*, Epiſcopo Florentino, ſe aedificaturum Caſtrum ſuper podium, ubi eſt poſita Eccleſia S. *Ioannis* Sancti *Petri* in Buxula. Quin *Curradus* Tuſciae Marchio donavit laudato Epiſcopo *Gottifredo* Albergariam ſuam, quam habebat in terra S. *Ioannis*, (Eccleſiae Cathedralis ſcilicet) infra totam Plebem S. *Petri* in Buxula, & Sancti *Stephani* Cam-

Epiſcopi Florentini ſoldorum quadraginta florenorum parvorum pro tertia parte condepnationum factarum in dicto Burgo ad certum tempus. Carta manu Ser Guiglielmi de Caſtro Florentino Not. ex imbreviatoris Iohannis olim Perfecti Not. ſub MCCLXXXIX. Ind. prima, die III. menſe Maii.

Qualiter reperiuntur quedam pacta & conventiones facte de communi concordia inter Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum ex una parte, & Vbertinum Alamanni, & certos alios homines de Burgo Sancti Laurentii ex parte alia, que pacta talia ſunt, videlicet, quod dictus Dominus Epiſcopus poſſit, & ſibi & ſuis ſucceſſoribus liceat, eligere in dicto Burgo de quatuor annis uno Poteſtatem & Dominum cum quibuſdam pactis. Carta manu Gallerani Not. ſub MCCXXVII. XI. Kal. Decemb. Ind. prima.

Qualiter Marinus Iudex & plures alii Rectores Burgi Sancti Laurentii de Mucello iuraverunt recolligere & adiuvare recolligi datium & impoſitionem annuatim Domini Epiſcopi & Epiſcopatus Florentini, ſub MCCXIII. IV. Kal. Iulii Ind. prima.

Qualiter Guido . . . . . iuravit ut ſupra bona fide recolligere datia Epiſcopi Florentini. Carta manu Spedalerii Notar. ſub MCCXXXI. Ind. V. die XIV. Febr.

Qualiter quedam littere miſſe fuerunt per Epiſcopum Florentinum hominibus de Burgo predicto in quibus continebatur quod homines dicti Burghi deberent eligere in eorum & dicti Burghi Conſules & Rectores Ghezzium & Rectucium. Carta manu Forèſii Not. ſub MCCXXI. XIV. Ian. Ind. X.

Qualiter Sindicus Burghi Sancti Laurentii de Mugello ſolvit Domino Epiſcopo Florentino partem ſibi contingentem in dicto Burgo penarum & condempnationum. Non eſt nomen alicuius Notarii, nec ſunt anni Domini.

Qualiter quedam conventiones promiſſiones & pacta reperiuntur facta & edita pro bono pacis & concordie inter Dominum Iohannem Epiſcopum Florentinum & Epiſcopatum ex una parte, & Vbertinum de Rubacto & certos alios homines de Burgo ad Sanctum Laurentium de Mucello ex altera, in quibus inter cetera continetur quod dictus Dominus Epiſcopus ſuique ſucceſſores poſſint eligere & ponere Poteſtatem in dicto Burgo de quatuor annis uno: & reperiuntur etiam ibi quedam alia pacta non publica.

Qualiter ſtatutum & ordinatum fuit per Priores Artium & Vexilliferum Iuſtitie Civitatis Florentie, quod nullus de aliquo domo vel progenie poſſit eſſe Dominus vel Poteſtas alicuius Caſtri diſtrictus & Comitatus Florentie infra annum niſi ſemel. Carta manu Iohannis Ser Gherardi Not. de Glatceto Not. ſub MCCCVI.

Qualiter Fabrus Martinelli de Elſa donavit Pagano Hoſpitalario Hoſpitalis Sancti Laurentii de Burgo quaſdam terras & res poſitas in Curia dicti Burghi. Carta manu Deſii Octavantis Not. ſub MCCLXXIII. VI. Idus Septemb. Ind. VII.

Qualiter in dicto Rotulo reperitur in quodam alio Inſtrumento quod Accorſolus olim Caluſti pro remedio anime ſue optulit & donavit Domino Iohanni Epiſcopo Florentino & Epiſcopatui quedam bona poſita in Curia dicti Burgi.

Qqqqqqqqq

Campi Paulli, & S. *Caeciliae* Decimi. *Zabollina* autem superius laudata largita est eidem Episcopo quicquid habebat in Castro & Curte Aquilonis, & in Castro Pugnae, quae Castra sunt in hoc Plebatu; in quo erat etiam Ecclesia S. *Maioli* Curtis Fridae, quam *Ildebrandus* Episcopus aedificavit & consecravit, ac deinde Monasterio S. *Mineatis* in Monte dono dedit. Cur autem Pyxidis, seu Buxulae, nomen huic Castro & Populo inhaeserit, haud facile est divinare. Num a Buxis ibi nascentibus nomen meruit? Num in eo loco pecuniae publicae adservabantur, & fiscus publicus erat, qui a medii aevi hominibus Pyxis dicebatur?

LXXVIII. Castrum Fabricae cum palatio in Valle Pesae & in Plebatu S. *Stephani* Campi Paulli. Huius Castri Praetorem eligebat Episcopus. Castrum autem Fabricae, & alia bona, quae Episcopatus in eius territorio habebat, emta partim, partim donata, fuerunt.

Or-

gi. Carta manu Restauri Iudicis & Not. sub MCCVII. XII. Kal. Novemb.

Item in dicto Rotulo reperitur in quodam alio Instrumento qualiter Accursus predictus optulit & donavit Domino Iohanni Episcopo Florentino & Episcopatui quamdam petiam terre positam iuxta Burgum Sancti Laurentii predicti. Carta manu dicti Restauri Not.

Item in dicto Rotulo reperitur in quodam alio Instrumento qualiter Lapaccius filius olim Follerini vendidit Accursulo Spedalingo dicti Hospitalis Sancti Laurentii certas terras positas in Curia dicti Burgi. Carta manu Vgonis Notarii.

Item reperitur in dicto Rotulo in quodam alio Instrumento qualiter Saffus filius Trini & Maria uxor eius vendiderunt Pagano Spedalingho dicti Hospitalis pro dicto Hospitali recipienti quandam petium terre posite iuxta Burgum Sancti Laurentii predicti. Carta manu Vgonis Not. sub MCCXIV. VI. Idus Decemb. Indict. IV.

Qualiter reperitur, quandam litem & questionem fuisse inter Migliorem filium Caruli ex una parte, & Paganum Hospitalarium dicti Hospitalis ex altera, occasione duarum petiarum terrarum & aliorum iurium que dictus Migliore habebat contra dictum Paganum. Carta manu Bolgari Not. sub MCCXVII. XIV. Kal. Sept. Ind. VI.

Item cum Instrumento in quodam Rotulo est quoddam aliud Instrumentum continens in se qualiter Bonamenta, Rustichellus, & Gherardus fratres & filii quondam Ponzetti, & Domina Argentina mater eorum, vendiderunt Accursu quondam Caluffi predicti unam petiam terre positam in Curia dicti Burgi loco dicto Pratolino. Carta manu Amoretti Not. sub MCCIX. XVII. Kal. August. Ind. XII.

Item reperitur in dicto Rotulo quoddam aliud Instrumentum continens in se qualiter Albertinus filius quondam Ponzetti de Florentia populi Sancte Marie Vgonis, vendidit Pagano Hospitalario filio olim Inghilmarii recipienti pro Hospitali Sancti Laurentii predicti quasdam petias terrarum positas iuxta Burgum predictum. Carta manu Stuldi Not. sub MCCXXVIII. IV. Idus Septemb. Ind. prima.

Item reperitur in dicto Rotulo quoddam aliud Instrumentum continens in se qualiter Talingus quondam Cosende vendidit Accursulo quondam Caluffi predicto pro dicto Hospitali recipienti unam petiam terre posite iuxta Burgum predictum. Carta manu Marini Not. sub MCCVII. IV. Kal. Sept. Ind. X.

Item reperitur in dicto Rotulo quoddam aliud Instrumentum continens in se qualiter Paganus olim Inghilmaris pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit Accursulo recipienti pro dicto Hospitali unum staiorum terre pro diviso unius petie terre posite in Curia Burghi predicti. Carta manu dicti Marini Not. sub dicto Millesimo, Ind. VII. IV. Kal. Septemb.

Item in dicto Rotulo continetur in quodam alio Instrumento qualiter Terlosus quondam Busoli & Beeta eius uxor vendiderunt Inghilmari quandam petias terrarum positarum in Curia dicti Burgi loco dicto a Remurelli. Carta manu Gherardi Not. sub MCLX. VIII. Kal. Decemb. Ind. XIII.

Qua-

Orlandus enim a *Barbarino*, *Riccius* Rector Ecclesiae S. *Andreae* Fabricae, *Braccius Pieri* F. a Fabrica, *Christianus* a Fabrica, aliique, vendiderunt; *Vguiccio* vero Comes filius *Aldobrandini* Comitis donavit iura ad se pertinentia in Castro Fabricae, & alias possessiones & Castra posita in Fabrica; sicuti *Chiarus Bonelli* a Fabrica, & *Boninsegna* a S. *Petro* in Pyxide, aliique largiti sunt. Alia tamen iura posita in Castro Fabricae emit *Gottifredus* Episcopus. *Vguiccionem* illum Comitem, qui alias *Vguiccio* simpliciter vocatur, quemadmodum eius pater *Aldobrandinus*; puto esse de familia *Gherardiniorum*. *Vguiccio* ille vivebat sub exitum saeculi XI. eiusque nepos potuit esse alius *Vguiccio*, cuius frater esset *Cece*, ex quo natus est *Baldovinectus*; ex *Vguiccione* autem orti sunt *Pegoloctus*, *Cece*, & *Philippus*; qui omnes circa dimidium saeculi XIII. fidelitatem Episcopo Florentino iuraverunt; quemadmodum post aliquot annos fecerunt *Bernardinus* praedicti

Qualiter Dominus Parente Plebanus Plebis Sancti Laurentii de Mucello de mandato Domini Iohannis Episcopi Florentini excommunicavit omnes Consiliarios & Officiales dicti Borghi. Carta manu Guidi Baroncini Notar. sub MCCLXXII. Ind. XV. die XXV. mensis Mart.

Qualiter quidam homines de Mugello & aliorum ibidem locorum iuraverunt & promiserunt fidelitatem & obedientiam Domino Episcopo & Episcopatui Florentino. Carta manu Aldobrandini quondam Romei de Calenzano Not. sub MCCLI. IV. Kal. Febr. Ind. X.

Qualiter Boninsegna filius olim Orlandi de Tignano donavit Domino Iohanni Episcopo Florentino & Episcopatui unam petiam terre posite in Curia Vespignani loco dicto Mazognano. Carta manu Iohannis Galitii Not. cum autenticatione subscriptione Notarii sub MCCXI. pridie Kal. Febr. Ind. XV.

Qualiter quidam homines de Grezano & de Colcellis recognoverunt se esse fideles Domini Francisci Episcopi Florentini & Episcopatus. Carta manu Iunte filii Brandi de Ascianο Notar. sub MCCIX. Ind. XII. die XIV. Ianii.

Qualiter Bertus filius quondam Azzi de Vico recognovit se esse fidelem & colonum Domini Francisci Episcopi Florentini & Episcopatus, & quod medietatem podevit olim patris sui tenet & possidet pro Episcopatu Florentino. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Not. sub MCCLXXXXVII. Ind. VII. die V. Maii.

Qualiter multi homines de Burgo Sancti Laurentii de Mucello & eius districtus iuraverunt fidelitatem Domino Iohanni Episcopo Florentino & Episcopatui, & promiserunt ipsius obedire mandatis, & confessi fuerunt se pro dicto Episcopo & Episcopatu tenere omnia eorum bona. Carta manu Aldobrandini Romei de Calenzano Notar. ex imbreviaturis Ser Bracivennis de Rabia Canina Not. sub MCCLI. XIV. Kal. Febr. Ind. X.

Qualiter Inghilbertus filius Monaci, & Tebaldus Clarmontis, & multi alii de Burgo Sancti Laurentii de Mucello recognoverunt & confessi fuerunt se fore fideles Domini Iohannis Episcopi Florentini & Episcopatus. Carta manu dicti Notar. ex dictis imbreviaturis sub Millesimo, Indictione, & die predictis.

Qualiter Dominus Iulius Episcopus Florentinus concessit in feudum Mitrachino & Guidoni fratribus filiis Malachii unam casam cum terra positam in Curia Burghi Sancti Laurentii predicti, de quibus casa & terra dare & solvere promiserunt dicto Episcopatui annuatim in perpetuum in edomada Nativitatis Domini denarios octo de Luca bonos & expendibiles. Carta manu Bernardi Notar. sub MCLXI. pridie Nonas April. Ind. prima.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus reinvestivit Boncium filium olim Meliorelli de certis terris positis in Curia dicti Burghi, qui Boncius fuit confessus se tenere dictas terras pro dicto Domino Episcopo & Episcopatu, & de ipsis dare & solvere promisit servitia afitata dicto Episcopatui annis singulis in futurum. Carta manu Iacobi Notar. sub MCCXXIII. V. Kal. Ianuar. Ind. XII.

Qua-

cti *Baldovinecti* filius, & *Philippus* praedicti *Cecis* filius, & *Philippus* praedicti *Pegolini* pariter filius, qui omnes *de domo filiorum Gherardini* dicuntur in Regesto Episcopatus. Insuper Nobiles Viri adpellantur; indicanturque alii Viri Nobiles, qui *fideles* essent Episcopi: expresse autem nominantur *Cardinalis Iacobi* F. *Tornaquinci*; & *Neri Cainus Philippi* F. *de Scolaribus*; & *Ioannes* de Rufiano *de Scolaribus*, qui morabatur in Castro Fabricae. Controversiam autem habuit *Ioannes Veliternus*, Episcopus Florentinus, cum *Sinibaldo*, *Gentili*, *Bernardo*, & *Rainerio*, filiis *Scolarii* a Monte Boni, occasione fidelium quorumdam huius Pagi. Fabrica Castrum hoc adpellatum est fortassis ex eo, quod ibi officina fabrorum esset: & Romani etiam Fabricas armorum publicas per singulas Provincias habebant. Alius locus Fabrica nuncupatus in Mucillo est, & in Plebatu S. *Crisci* Vallis Cavae. Fabricae quoque nomen dederunt loco cuidam in Caferoniana, qui ad Plebem San-

Qualiter Vgolinus numptius & procurator Domini Ardinghi Episcopi Florentini & Episcopatus locavit pro dicto Episcopatu ad affictum perpetuum Brunetto filio Sanguigni, & Benvenuto, & Beniacose fratribus filiis Vicini undecim petias terrarum positarum loco dicto Allo Selva, de quibus dare & solvere promiserunt dicto Episcopatui in perpetuum annuatim starios decem septem grani, & tres modios spelde & unum starium ad starium Decimale. Carta manu Trasgis quondam Ridolfi de Ripa Not. sub MCCXXXIII. Idus Decemb. Ind. VII.

Qualiter Pegoloctus filius olim Righetti promisit Ranerio olim Ormanni recipienti vice & nomine Domini Episcopi Florentini & Episcopatus stare & obedire ipsius mandatis. Carta manu Ranerii Notar. sub MCCXI. pridie Kal. Octob. Ind. XV.

Qualiter Locterius filius Inconetri finivit & renumptiavit Domino Iohanni Episcopo Florentino & Episcopatui omne ius feudi quod habebat & eidem pertinebat in quodam petio terre posite in Cafaggio apud Burgum Sancti Laurentii predicti. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXXIII. XIV. Kal. Ianuar. Ind. XII.

Qualiter quedam sententia lata fuit per Renuccium Visurium Serenissimi Regis Imperatoris Iudicem & Nuncium pro Communi Florentie in Ecclesia S. Michaelis ad causas terminandas cognitorem litis & controversie vertentis inter Dominum Iohannem Episcopum Florentinum & Episcopatum ex una parte, & Siminectum filium quondam Siminecti pro se & nepote suo ex altera parte, & lata fuit in favorem dicti Episcopatus. Carta manu Guiglielmi Iudicis & Notarii cum unius alterius Notarii subscriptione sub MCCVI. III. Kal. Maii, Indictione IX.

Qualiter Dominus Iohannes Episcopus Florentinus fuit confessus se habuisse & recepisse a Savino Camerario Communis Burgi Sancti Laurentii predicti dante & solvente pro dicto Communi de denariis & pecunia ipsius Communis pro condemnationibus presentis anni spectantibus ad Dominum Episcopum & Episcopatum. Carta manu Ser Benovattii Notar. cuius imbreviature sunt in Episcopatu.

Item qualiter Dominus Ardingus Episcopus Florentinus investivit & locavit Donato & Guidoni fratribus filiis quondam Guidonis de Calcellis in perpetuum certas terras & possessiones positas . . . . de quibus dare & solvere promiserunt dicto Episcopatui annis singulis in futurum certum fictum. Carta manu Iacobi Not. sub MCCXL. Ind. XIV. Idus Mart.

Qualiter Dominus Andreas Episcopus Florentinus locavit & concessit ad affictum perpetuum Pratesino quondam Iohannis de Burgo S. Laurentii de Mucello unam petiam terre & vinee posite in populo Plebis dicti Burghi loco dicto Collina pro annuo ficto duorum stariorum grani ad starium Florentinum dicto Episcopatui persolvendi annis singulis in perpetuum. Carta manu Gratie Arighi Gratie Not. sub MCCLXXXVIII. Ind. II. die IV. Novemb.

Qualiter Vbaldinus Gretcii & Rectonus de Burgo Sancti Laurentii fuerunt confessi se esse commansatos a Domino Iohanne Episcopo Florentino de una petia terre posite loco dicta Insola, de qua terra eis reaffictata dare & solvere

Sancti *Ioannis Baptiſtae* Foſçiana pertinet, & Eccleſiam habet S. *Iacobo* ſacram; & Dioeceſeos Lucenſis eſt. In Dioeceſi quoque Miniatenſi, Sanctae *Mariae* ad Fabricam, Ceuli, ſeu Ciculi, Eccleſia Praepoſitura eſt, Fratrum Humiliatorum olim Aſceterium; Ciculum vero Vicus eſt, qui colli inſidet Arno & Ebulae fluminibus imminenti, in Valle Arni Inferiori.

LXXIX. Caſtrum Montis Campolenſis, hoc eſt, ad Campum Paulli aliquo modo ſpectantis, Florentia diſtat ad Meridiem X. M. P. Nunc dirutum eſt, & eo in loco Praedium Vrbanum eſt gentis Florentinae *De Brachio*. In Valle Peſae ſitum eſt, & recenſetur inter Caſtra ad Imperium ſpectantia in Catalogo Lambeciano. In eo Praetorem Epiſcopus Florentinus conſtituebat.

LXXX. Populus Sanctae *Luciae* Liliani, Florentia diſtat X. M. circiter P. & in Plebatu Campoli, ſeu Campi Paulli, ſitus

vere promiſerunt uterque ipſorum dicto Epiſcopatui annuatim in perpetuum ſolvendis ſoldos viginti florenorum parvorum. Carta manu Iacopi Not. ſub MCCXXIII. XI. Kal. Ianuarii Ind. XII.

Qualiter Butigbellus filius Tignoſi, & Vgolinus Guictonis, & Ariguccius Guictonis predicti finierunt & renumptiaverunt Domino Iohanni Epiſcopo Florentino omnes terras, iura, & bona mobilia & immobilia que fuerunt dicti Tignoſi & Imeldine eius uxoris, & hodie tenent Benincaſa & Melios & fratres & filii dicti Tignoſi ubicumque ſint poſita, pro qua vero fine & refutatione fuerunt abſoluti & liberati ab Epiſcopo Florentino. Carta mano Iohannis Galitii Not. ſub MCCXXXIII. XI. Kal. Octob. Ind. II.

Qualiter Rauerius filius Cavolcantis de Vacchareccia vendidit Beldimando olim Gherulli recipienti pro Domino Andrea Epiſcopo Florentino unam petiam terre poſite prope dictum Burgum pro pretio quinquaginta librarum denariorum Piſanorum. Carta manu Palmerii Federici Not. ſob MCCXXXIII. XI. Kal. Ianuar. Ind. VII.

Qualiter cum dicto Inſtrumento eſt aliud Inſtrumentum in quodam Rotulo in quo continetur quedam confeſſio facta per dictum Dominum Epiſcopum de quadam domo poſita iuxta dictum Burgum, pro quadam ſorore Monaſterii dicti Burghi, nomine Maria. Carta manu Ranerii de Monte Ficalli Not. ex imbreviaturis Benis dicti loci Not. ſub MCCXXIX. pridie Kal. Iulii Ind. II. In his duobus Paragraphis notae numeralis annorum in mendo cubat; nam annis MCCXXXIII. & MCCXXIX. non *Andreas* Epiſcopus Florentinus erat; ſed anno prius notato, *Ardingus*; poſterius autem ſcripto, *Ioannes Veliternus*. Id patet etiam ex ſequenti & aliis Paragraphis, in quibus tempus *Andreae* Epiſcopi adſignatur anno MCCLXXXVII. & deinceps. Et quidem memoriae proditum eſt, *Andream* ab anno MCCLXXXVII. uſque ad annum MCCLXXXXIV. Eccleſiam Florentinam rexiſſe. Itaque Indictionum indicio fretus numeros ita reſtituo: priores MCCXCIII. quibus ſeptima Indictio reſpondere poteſt; poſteriores MCCLXXXIX. in quem annum cadit Indictio ſecunda; quae, quamquam anno etiam MCCXXIX. competit, hoc tamen anno, Monaſterium Sororum de Poenitentia in Burgo Sancti Laurentii iam erectum fuiſſe, haud veroſimile videatur; quum non multo ante Ordo Praedicatorum Florentiam migraverit; anno ſcilicet MCCXVI.

Qualiter Dominus Andreas Epiſcopus Florentinus ex una parte, & Schiatta Ser Draghi Civis Florentinus ex altera, compromiſerunt in Dominum Lambertinum Rectorem Eccleſie Sancti Criſtofori de Florentia omnes lites & queſtiones inter eos vertentes occaſione cuiuſdam petie terre poſite in Curia Burgi S. Laurentii de Mucello loco dicto Caſtiglione. Carta manu Ser Guiglielmi de Caſtro Florentino Not. ex imbreviaturis Ser Iohannis Perfecti de Podio Boniſii Not. & ſubſcripta per dictum Ser Iohannem ſub MCCLXXXVIII. Ind. II. die XXIX. Febr.

Item reperitur in eodem Inſtrumento qualiter

Rrrrrrrr

situs est. Liglianum, Lilianum, & Lignanum, scriptum reperitur in Regesto Episcopatus. Lilianum, quasi gentis *Liliae* fundum, dictum esse arbitror.

LXXXI. Populus Sancti *Martini* de Coffaris Florentia distat X. M. P. & M. P. distat a Monte Campaulensi, in cuius Curia est, in Plebatu Sanctae *Mariae* in Pineta. Iuspatronatus Ecclesiae gentis *Bondelmontiae* est. De Coffaris dictum puto, quod ad gentem *Coffarorum* fortassis pertineret, si gens huiusmodi unquam exstitit.

LXXXII. Populus Sancti *Andreae* Novolarum, Florentia distat X. M. P. & in Plebatu S. *Stephani* Campi Paulli est. *Novolae*, & *Novellae*, *Novelleta*, dicuntur loca, in quibus vites novellae sitae sunt; sive aliae arbores recens plantatae fuerunt. Hinc verbum *Novellare* apud antiquos. Sic S. *Maria Novella* Florentiae, quae alias *Inter Vincas* adpellata est; sic S. *Maria Novella* in Valle Pesae.

LXXXIII.

liter dictus Dominus Lambertinus arbiter laudavit quod prefatus Schiatta teneatur & debeat solvere dicto Episcopatui annis singulis in futurum de dicta terra pro ficto unum florium grani cum dimidio ad floriam Florentinum, & quod dictus Schiatta dictam terram alienare non possit sine licentia Domini Episcopi Florentini. Carta manu dicti Notarii ex dictis imbreviaturis cum dicta subscriptione sub Millesimo, & Indictione predictis die XXX. dicti mensis Ianuarii.

Qualiter reperiuntur quedam Acta cuiusdam cause vertentis inter Dominum Andream Episcopum Florentinum ex una parte, & dictum Schiattum ex altera; sumpta ex Actis Communis Florentie manu Guidocti olim Gialli Notar. sub MCCLXXXVII. Indictione prima tempore Domini Anthonii de Fisaraccha Potestatis Civitatis Florentie.

Qualiter Buccianna olim Albertinucci, & Thomasius & Mertatante eius filius, vendiderunt Domino Episcopo Florentino quasdam petias terrarum positas in Curia Burghi S. Laurentii predicti, loco dicto Castiglione, pro pretio librarum quinquaginta denariorum Pisanorum. Carta manu Iacobi Notar. sub MCCXXXII. III. Kal. Octob. Ind. III.

pimus, & praesentis scripti privilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia in presentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant: in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Parochiam vestrae Ecclesiae pertinentem sicut actenus habuistis. Hospitale quod iuxta Ecclesiam supradictum B. Laurentii situm est cum omnibus pertinentiis suis. Hospitale, quod dicitur Cigreti, in Pleberio S. Stephani in Pane constructum cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam S. Marci cum omnibus pertinentiis suis. Montem S. Laurentii, qui ex uno latere proximatur terrae S. Ioannis & duabus viis decurrentibus, & ex alio S. Romuli, tertio S. Mariae, quarto decurrit ei via regia, cum decimis & primitiis suis. Montem Conii, qui de una parte a rivo Tersunula cingitur, ex alia terrae S. Romuli iungitur, a tertia parte S. Ioannis, a quarto decurrit ei via, quae dicitur Subtus, cum decimis & primitiis suis. Citinas S. Laurentii ibi iuxta positas cum decimis & primitiis suis. Abataticum portae S. Laurentii cum ipsa etiam congregatione. Ecclesiam S. Bartolomei sitam in Faltignano, cum omnibus pertinentiis suis, & possessiones omnes quas in eadem Curia possidetis. Ecclesiam S. Andreae in Percussina. Quaecumque etiam a praedictis Romanis Pontificibus vobis concessa sunt, & Eccl. siae vestrae cum privilegiis confirmata, similiter roboramus. Sane diebus sollepnibus in claustro vel in atrio Ecclesiae Processiones facere & Missas ad tertiam cantare, nullius contradictio vos inhibeat. Sed modis omnibus studeatis omnipotentem Dominum glorificare, & saluti animarum vestrarum ipso praestante vigilanter insistere. Prohibemus quoque, ut nemini liceat infra terminos Parochiae vestrae sine auctoritate Dioecesani Episcopi, & vestro assensu Ecclesiam, vel Oratorium de novo aedificare, salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Libertates praeterea & immunitates antiquas & rationabiles consuetudines Ecclesiae vestrae concessas, & hactenus observatas, habemus easas, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Statuimus insuper, ut non liceat Episcopo vestro in vos vel Ecclesiam vestram sine manifesta & rationabili causa excommunicationis, vel interdicti, sententiam promulgare. Sepulturam praeterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illorum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem providerint eligendum. Decernimus, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare vel eius possessiones auferre aut ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione, concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Florentini Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertioque commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Caelestinus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Albinus Albanensis Episcopus subsc.

Ego Octavianus Ostiensis, & Velletrensis Episcopus subsc.

Ego Ioannes Praenestinus Episcopus subsc.

Ego Pandulphus Presbyt. Card Basilicae XII. Apostolorum subsc.

Ego Petrus Presbyt. Card. tituli S. Caeciliae subsc.

Ego Petrus Presbyt. Card. S. Petri ad Vincula t. Eudoxiae subsc.

Ego Iordanus Presbyt. Card. S. Pudentianae tit. Pastoris subsc.

Ego Ioannes tit. S. Clementis Card. Viterbiensis subsc.

Ego Romanus tit. S. Anastasiae Presbyt. Cardinalis subsc.

Ego . . . . .

Ego Gregorius S. Mariae in Portica Diac. Card. subsc.

Ego Ioannes S. Theodori Diac. Card subsc.

Ego Bernardus S. Mariae Novae Diac. Cardinalis subsc.

Ego Gregorius S. Mariae in Aquino Diac. Cardinalis subsc.

Ego Lotarius SS. Sergii & Bacchi Diac. Cardinalis subsc.

Ego Nicolaus S. Mariae in Casmydin Diac. Card. subsc.

Datum Romae apud S. Petrum per manum AEgidii S. Nicolai in Carcere Diaconi Cardinalis tertio nonas Iunii. Indictione IX. anno Incarnationis Dominicae MCXCI. Pontificatus vero Domini Caelestini Papae III. anno primo.

Ecclesiam S Laurentii Honorius Tertius Pont. Max. Caput Florentinae Ecclesiae fuisse antiquitus dicit. Eam sub Apostolica recipit protectione, confirmat bona, & iura Parochialia tuetur.

Honorius Episcopus servus servorum Dei; Dilectis filiis . . . . Priori S. Laurentii Florentinae Civitatis, eiusque fratribus tam praesentibus, quam futuris, canonice substituendis in perpetuum. Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postu--

quum D. *Ioannis Baptistae*, quem regni Langobardorum Patronum *Theodelinda* Regina pie ac sapienter elegerat, honori aedes elegans, gradibus surgentibus ardua, tholo concamerato sublimis,

stilata vires indubitanter assumat. Ee propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam S. Laurentii, quae caput Florentinae Ecclesiae fuisse videtur, in qua divino estis obsequio mancipari, ad exemplar fel. record. Nicolai II. Alexandri II. Paschalis II. Alexandri III. Lucii, Clementis III. Coelestini & Innocentii III. Praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus: Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia in praesentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis praestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Parochiam vestrae Ecclesiae pertinentem sicut hactenus habuistis. Hospitale quod iuxta Ecclesiam supradictam B. Laurentii situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam S. Marci cum omnibus pertinentiis suis. Montem S. Laurentii, qui ex uno latere proximatur terrae S. Ioannis & duabus viis decurrentibus, & ex alio S. Romuli, tertio S. Mariae, quarto decurrit ei via regia, cum decimis, & primitiis suis. Montem Conii, qui de una parte a rivo Tersinula cingitur, ex alia terrae S. Romuli iungitur, a tertia parte S. Ioannis, a quarto decurrit ei via, quae dicitur Subtus, cum decimis & primitiis suis. Abataticum portae S. Laurentii cum ipsa etiam congregatione. Ecclesiam Sancti Bartolomei sitam in Faltignano cum omnibus pertinentiis suis, & possessiones omnes, quas in eadem curia possidetis. Ecclesiam S. Andreae in Percussine: quaecumque etiam a praedictis praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus vobis concessa sunt, & Ecclesiae vestrae eorum privilegiis confirmata, similiter roboramus. Sane diebus solemnibus in claustro, vel in atrio Ecclesiae Processiones facere, & Missam ad tertiam cantare, nullius contradictio vos inhibeat, set modis omnibus studeatis omnipotentem Dominum glorificare, & saluti animarum vestrarum ipso praestante vigilanter insistere. Prohibemus quoque, ut nemini liceat infra terminos Parochiae vestrae sine auctoritate Dioecesani Episcopi, & vestro assensu, Ecclesiam, vel Oratorium, de novo aedificare, salvis privilegiis Romanorum Pontificum: libertates praeterea & immunitates antiquas & rationabiles consuetudines Ecclesiae vestrae concessas & hactenus observatas ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Statuimus insuper, ut non liceat Episcopo vestro in vos vel Ecclesiam vestram sine manifesta & rationabili causa excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. Sepulturam praeterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia, proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare, vel eius possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra serventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Florentini Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se Divino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini Nostrè Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Guala S. Martini Presbyt. Card. tit. Equitii subsc.

Ego Stephanus Basilicae XII. Apostolorum Presbyt. Card. subsc.

Ego Hugolinus Hostien. & Velletren. Ep. subsc.

Ego Pelagius Albanen. Episcopus subsc.

Ego Nicolaus Tusculan. Episcopus subsc.

Ego Octavius SS. Sergii & Bacchii Diac. Card. subsc.

Ego Gregorius S. Theodori Diac. Card.

Ego Romanus S. Angeli Diac. Card.

Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card.

Ego Petrus S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. subsc.

Datum Lateran. per manum Magistri Guidonis Domini PP. Notarii II. Non. Feb. Indictione XLV. Incarn. Domini anno MCCXXV. Pontificatus vero D. Honorii PP. III. anno nono.

Convenienter itaque Inscriptio, quae a *Franc. Mar. Puccio* composita, marmori insculpta, & parieti interiori Templi huius sinistro adfixa est, ita habet:

mis, insignibus eversorum aedificiorum marmoribus aptatis operosa, ad suae Reginae imitationem a Florentinis constructa fuisset [a], haec, propter situs commoditatem fortasis, utpote Civitati proximior; vel propter formam venustiorem, & laxiorem amplitudinem, Ecclesia princeps & Cathedralis evasit: & *Domus Sancti Ioannis* adpellata fuit [b]; & *Domus Dei* etiam, & *Ca-*

Ad Perpetuam rei Memoriam.

Templum hoc olim primaeve antiquitatis Archetypum, Ambrosianam Basilicam, & Caput Ecclesiae Flor. nuncupatum, quod Iuliana vidua Florentina illustris, sancta faemina votivum D. O. M. Christique Martyri Laurentio paravit, atque obtulit, Ambrosius S. Mediol. Eccl. Antistes Beatiss. A. S. CCCXCIII. consecravit. Vetustate collapsum S. P. Q. F. instauravit, & pristino nitori restituit, Nicolaus II. ex Episcopo Florentino P. M. renunciatus aggregato Praesulum coetu XIII. Kal. Feb. MLIX. propriis manibus dedicavit, nec sine dote dimisit: fortuito turpatum incendio, & a Capitulo, & popularibus fabricari coeptum, Cosmus Medices Dec. pub. P. P. Philippo Brunellesco auspice in hanc tantae maiestatis formam maximo censu redigendum curavit: novam illius consecratione a per annos fere CCC. aliis intentatam probante Regia Pientissimi Cosmi III. M. D. E. Celsitudine Franciscus Fridericus Giordani Patrit. Casal. I. V. D. Prot. Apostolicus, Sacri Milit. Ordinis S. Steph. P. & M. Eq. & Baiul. Regiae Iurisdictionis Auditor, nec non insignis huius Collegiatae Saecul. Eccl. Dig. Prior, annuente Fratrum suorum Capitulo libens promovit; Thomas Bonaventura, ex Comitibus della Gherardesca, Archiep. Fl. & S. R. I. Princ. solemni ritu more maiorum fecit X. Kal. Nov. MDCCXII. & anniversariam Dedicationis diem IV. Dom. Octobris celebrari decrevit.

a Falsi sunt omnes, qui Templum *Martis* in hanc aedem conversum fuisse tradiderunt: quum vel eius structura temporibus Christianis conditam fuisse manifestet. Consule *Meliorium pag.* 84. & *Io. Baptistam Nellium*, Patricium Florentinum, in erudita Explicatione universae Architecturae Aedis Sancti *Io. Baptistae*, quae est in *Tomo IV. Architecturae aedificiorum Florentinorum* anno MDCCLV. editae. Consule etiam supra *pag.* 591.

b Vide supra *pag.* 43. 85. 260. Ita vocatur etiam in Charta, quam hic ex *Vghellio* produco:

In nomine Domini nostri Iesu Christi an. ab Incarnatione nongentesimo nonagesimo mense Februario Indict. III. feliciter. Et ideo Christo auctore ego Maria filia B. M. Bonerardi coniux Teuti filii b. m. Petroni, qui adveniente me una cum ipso viro in Domum Sancti Ioannis in praesentia de iam dicto viro meo interrogata sum a Vuido Iudice Sacri Palatii, si aliqua violentia ob ipso viro meo, seu & ab aliquo homine passa fuissem, sed ego professa, & manifesta sum, quod per nullius hominis districtionem neque de ipso viro meo patiente violentiam non sum passa, nisi quod certo, & spontanea mea voluntate pro remedio animae meae per hanc chartulam offersionis nomine dare & offerre atque tradere praevidi in Ecclesia Domus Sancti Ioannis Baptistae, sita intra hanc Florentinam civitatem, ubi modo D. Podo Episcopus praeesse videtur.

Item aliam Chartam ex eodem profero:

In nomine Domini Dei aeterni. Anno ab Incarnatione eius quinquagesimo octavo post mille, XII. Kalendas Octobris, Indictione undecima. Auxiliante Domino nostro Iesu Christo. profitens profiteor Thetberga filia b. m. Athi. qui Albertus fuit vocatus, & coniux Rolandi filii bon. mem. Athi, veste sanctae religionis induta, lege vivente Romena, per bonam, & spontaneam voluntatem per vim vocis transfersionis, perpetualisque transactionis, seu firmamentum, quam & paginam pro remedio animae meae, & animae de ipso viro meo, per hanc chartulam offersionis nomine a praesenti die dare, & tradere, atque offerre, praevidi in Canonica regularis de Ecclesia, & Domoi Sancti Ioannis sita in civitate Florentia, ubi modo Martinus Praepositus praeesse videtur, idest integrae tres sortes, cum rebus illis omnibus, quae sunt positae: une ex ipsis in loco, ubi dicitur Sala, quae recta fuit per Petrum Stepheni: alia est posita in loco Limite, quae recta fuit per Vrsum de Limite. Tertia sorte, in loco ubi dicitur Piscina . . . . quae recta fuit per Ioannem Martioi: & sunt ipsae sortes infra territorium de Plebe Sancti Martini sita Brozi. Ideo praedictae sortes cum omnibus aedificiis suis super se, & infra se habentibus, ubicunque de ipsis sortibus pertinentes esse inveniuntur omnia in integrum in ipsa Canonica regularis dare, & tradere, atque offerre praevidi, in tali tenore, ut nullus Episcopus de ipso Episcopio, aut Praepositus de ipsa Canonice, non habeant licentiam, nec potestatem praenominatae sortis, & rerum in aliam partem, neque per cambium neque per libellum, aut in beneficium, neque per

& *Canonica Sancti Domini*, nuncupata in antiquis Instrumentis occurrit [a]; & *Caput* quoque *Florentini Episcopatus* dicta est [b]. Quum vero, tractu temporis, Florentini omnes, idolorum superstitione & impietate eiurata, Christianis sacris initiati fuissent [c], & illa aedes tantae multitudinis minus capax esset; proxima

per ullum ingenium dandum, aut alienandum, sed semper sint in potestate, & ad usum, & redditum de illis Canonicis, qui modo, aut in antea in praedicta Canonica ad instar primitivae Ecclesiae communiter viventes regulam SS. Patrum canonice observant, & observaturi sunt. Et si forsitan Episcopus de ipso Episcopio, vel Praepositus de ipsa Canonica, praenominatas sortis, & rebus, in aliam partem per ullum ... alienaverint, vel eas de potestate, & usum, & redditum dicti Canonici, qui modo, aut in antea in ipsa Canonica regulariter vixerint, ut ... praesumpserint iam dictas sortis, terris, & rebus, veniant, & revertant in proprietatem, & potestatem meam, vel heredibus, aut propinquioribus parentibus meis ... fuerint sine ellcuius contradictione, & ipsis licentiam, & potestatem habeant praenominatas res vendere in qua parte melius potuerint, & ... quam exinde tollere praesumpserint, dare, & expendere debeant ad pauperes, & in Ecclesias, & ad Clericus in quali parte ad opus Dei melius praeviderint; & si forsitan ego, quae supra Theberga, vel mei heredes, aut submissa persona, quam nos miserimus, vel qui cum quolibet nostro facto veniat, per quodlibet ingenium, cui nos eas dedissemus, aut dederimus, qui ad praedicta Canonica vel ad Canonici, qui modo, aut in antea, ibidem regulariter vivunt, de iam dicta sorte, & rebus tollere, contendere, vel minuare praesumpserimus, aut si ab unoquoque homine, & femina a parte ipsius Canonicae non defensaverimus, absit, avertat divina potentia, & omnia, quae supra leguntur, non observaverimus, & non adimpleverimus, tunc duplis tantis, & talibus terris, sortibus, & rebus quales tunc ipsis fuerint sub aestimatione in consimilibus locis de nostris propriis rebus e parte ipsius Canonicae restituere, & persolvere debeamus. Et si opportunum fuerit ad illum Praepositum, qui modo in ipsa Canonica est, vel ad illos, qui in antea fuerint, cum eorum Avocatoribus, causa exinde agendum, finem ponendum, responsum reddendum, & usque ad veram legem perducendum, quam melius potuerint, sicut ... facere debui cumstipulatione subnixa.

Actum Florentiae.

Manus praedictae Theberghae, quae hanc chartulam, sicut super legitur, fieri rogavit.

Manuum Petronii filii Ioanni Prighize, & Curberi filii Donati, & Petri ... filii Mucellise rogaturum testium.

Manuum Vberti, & Eppulengi filii Moroni, & Guidoni filii Ghisi rogatorum testium.

Albertus Notarius scriptor post tradita complevi.

Consule etiam *Vinc. Borghinium Tom. II. pag.* 346. & *Meliorium pag.* 87. In Membrana Archivi Capituli Florentini scripta anno MXL, legitur: *Ecclesiae & Canonicae Domni S. Ioannis & Sanctae Reparatae*.

a In Instromento Archivi Cisterciensium Florentiae, notato B 71. occurrit Presbyter *Andreas de Perusia Capellanus Domus Dei de Florentia*; & ibi *Domus Dei* distinguitur ab Ecclesia Maiori Florentina: *Canonica* autem *Sancti Domini* dicitur superius *pag.* 530. Sic in Diplomate *Caroli Calvi* apud *Muratorium Tom. V. Antiq. Ital. pag.* 199. Ecclesia Cathedralis Arretii *Domus Dei* adpellatur.

b Videsis superius *pag.* 564.

c Post quintum demum saeculum Idolorum cultum Florentiae omnino cessasse verosimile est; saeculo enim quarto exeunte erant adhuc Florentiae plures Idololatrae, ut colligere est ex verbis *Paulini* Diaconi in Vita S. *Ambrosii* ita scribentis: *In supradicta itaque Civitate Florentinorum, cum in domo clarissimi cuiusdam Viri Decentis, & quod est amplius, Christiani, maneret &c.* Ceterum plerosque Christianos tunc temporis Florentiae fuisse, arguere est ex eo, quod Florentini B. *Ambrosium*, quum Faventiae ageret, ut ad se veniret, invitaverunt, ita *Paulino* laudato scribente: *Sed postquam augustae memoriae Valentinianus in Viennensi Civitate (quae est Galliarum Civitas) vitam finivit, Eugenius suscepit imperium: qui ubi imperare coepit, non multo post petentibus Flaviano, tunc Praefecto, & Arbogaste Comite, aram Victoriae, & sumtus caeremoniarum (quod Valentinianus augustae memoriae adhuc in minoribus annis constitutus petentibus denegaverat) oblitus fidei suae concessit. Hoc ubi audivit Sacerdos, relicta Civitate Mediolanensi, ad quam ille festinato veniebat, ad Bononiensem Civitatem emigravit, atque inde Faventiam usque perrexit. Ubi quum aliquantis degeret diebus, invitatus a Florentinis, ad Tusciam usque descendit, declinans sacrilegi viri adspectum, non formidans imperantis iniuriam.* Se a Florentinis invitatum ipse S. *Ambrosius* initio *Exhortationis ad Virgines* pariter adfirmat.

Con-

a Con-

xima Ecclesia Baptismalis, seu Plebes [a], quae Sanctae *Reparatae* Virginis ac Martyris nomine censebatur, in subplementum capacitatis adscita est, &, Domui Sancti *Ioannis* adnexa, Cathedralis est habita; Ecclesiaque Sancti *Ioannis* Plebis titulum tandem adsumsit [b]. Demum, quum Florentinorum pietas, sub saeculi XIII. exitum, ampliorem, magnificentiorem, splendidioremque, Ecclesiam illam a fundamentis excitare deliberavisset, Dea Σύνεδρος, & Adhaerens, *Maria* Deipara *Reparatae* Virgini addita est; & Ecclesia haec, postquam absoluta fuit, *Sanctae Mariae*

a Consule superius *pag.* 30. 43. 44. 56.

b Consule *Melioriam pag.* 4. 87. Supra *pag.* 44. 90. 281. 532. *Borghinium Tom. II. pag.* 346. 351. novae edit. Id in primis elucet ex Charta *Speciosi* Episcopi, quam *Vghellias* edidit, scripta anno DCCXXIV. quam iterum produco.

In oomine Domini, & Salvetotis nostri Iesu Christi, regnante piissimo, etque perpetuo a Deo consarvando Domno Liutprando Excallentissimo Rege gentis Lungubardorum anno felicissimo Regni eius duodecimo Indictione septima feliciter. Et ideo Christo auctore ego Spaciosus Episcopus oimis peccator, & indignus, per presentem salutem, & eternam, sic volo, atque dispono, qualitar Domino ediuuante de rurte, & eebus in eis, qua sunt posite in loco fiuuio Greue, vbi etiam Cintorie nominatur, infra Plebe, & Episcopio B. Ioannia Baptiste, vel Reparata Martyris, vnde ego Episcopus esse videor, seu infra Pleba, & territorio Sencti Iuliani sito Septimo, qui fuarunt genitoris, & genitricis mee, exinde fieri debeat. Ideo confirmo, & statno, atque offersionis nomine offero, & trado tem supradicta curte, quam & cum omnibus rebus ad ipsam pcetinentibus . . . . engarialibus, vineis, siluis, pratis, pascuia, locis aqueriis, val vbicumque ad prædictam Cuetem inueniri porest pertinentibus, in Ecclesia & Cenonica Beati Ioennis Baptistæ, tam ad ipsos Cenouicos, qui modo pro tempoee sunt, quam qui tunc futuri erunt, vt habeant, firmiterque teneant, possideant, laborero faciant, & ex ipsis frugibus communiter se reficient, & hec chartula offersiouia nomine firma & stabilis permeneet sempee. Vude precamur predictos Cenouicos, qui modo sunt, aut in entce venturi erunt, per timorem Domini, Sanctorumq; omnium, vt pro me meisq; genitoribus Dominum deprceari non cessent, quatenua nostra remittentur delicte, & censequamur requiem sempiternam. Ideo nec ego quidem Speciosus Episcopus, neq; vlli Episcopi, qui post meum decessum sedem acccpturi sunt sanctc Florentine Eccelesio habeamus licentiem, & potcstatem prafate Curte, cum prcfatis rebus, ab illorum supradictorum Canonicorum potestate, vel dominio retollere, & aliorum hominum manibus deputere, nec per ehartulam eoocambietionia, neque per conuanientiam libelli, neque per vllum ingenium, nisi sicut supra diximus ad illorum Canonicorum, qui modo sunt, aut in antea futuri sunt, vsque ad finem seculi maneant porestatem. & quod fieri aon credo, si forsiten quisliber ex succassoribus meis, Episcopus, vel magna, paruaque persona, suprascripta Curte cum iem dictis rebus do porestate supradictorum Canonicoruna recollere, minuere, intentionere, litis ceusationem immittere, presumpserint, aut, sicut supradiximus, per chartulam cembiatiouis, val per conueuientiam libelli, ab illorum dominio surelpuerint, tanc componiturl esse dabeant pena nummorum per argentum libras centum ipsis Ceuonicis. Iosuper hec in die magni examinia ante tribunal oterni Iudicis, quando Christus cum omnibus Angelis venerit iudicare sceulum, mecum qui hec pro me, meisq. genitoribus Deo, & predictis Cauonicis obtuli, rationem consisturus adsistat, & taliter ei eueniet in hoe sceulo, & in futuro, sicut quondam auanit Ananie, & Saphire, qui defraudauerunt pretium agri, & posuerunt ante pedes Apostolorum; & sicut contigit Iude Esceriotis, qui Christum tradidit, cuius anime eius enima sociate infernum sine fine possideat, & heuc offarsionis chartulam omni tempore in sue maneae firmitere. Actum Florentie felicitar.

Ego Speciosus Episcopus hanc offersionem a me factam manu subscripsi.
Ego Detisidi Arcbipresb. eogatus e D. Episcopo subseripsi.
Ego Vtto Arebidieconus rogatus e Demno Speciose Episcopo subscripsi.
Ego Alfusus Primiccrius rogatus a D. Specioso Episcopo subseripsi.
Ego Cillice Presb. rogatus e Domoo Specioso Episcopo subscripsi.
Ego Ermineeo Diec. rogatus a Domea Speciosu Episcopo subscripsi.
Ego Nora indignus Prasb. rogatos a D. Specioso Episcopo subscripsi.
Ego Gaudisteo rogatus a Domoo Speciaso Episcopo subscripsi.
Ego Alfuso Iscaueino subscripsi.
Ego Reparatus rogatus a D. Specioso Episcopo subscripsi.
Ego Dardanus seriptor huius ebartale post testium roborationem, complevi & dedi.

a Mul-

riae ab Flore, & Sanctae *Reparatae*, dicta fuit; ita tamen, ut nominis *Reparatae* Martyris populus prope oblitus sit [a]. In hac Ecclesia Cathedrali, & Metropolitana, Episcopus Florentinus praeter iura Episcopalia, alia iura quaedam exercebat, de quorum quibusdam, etsi ab suis Canonicis aliquando ei contradictum fuerit, tandem nihilominus inter eos, & *Andream Mocium* Episcopum, convenit [b]. Itaque Episcopus eligebat Archidiaconum Ecclesiae Florentinae; quum ad ipsum collatio ipsius Archidiaconatus pertineret & spectaret, ex antiqua & adprobata consuetudine. Quare *Ioannes Mangiatorius* elegit *Baronem* eiusdem Ecclesiae Canonicum, & Archidiaconum esse iussit [c]; & *Andreas Mocius*, *Andream* Magistrum, & Canonicum Ecclesiae Sancti *Stephani* ad Pontem, Archidiaconum Florentinum creavit [d]. *Lambertus* autem Vicarius eiusdem *Andreae* Episcopi, huius nomine monuit *Tebaldum* Archipresbyterum Florentinum, ut intra certum terminum eidem Episcopo *obedientiam manualem* faceret, eamque se servaturum iuraret [e]. Quin *Lotharius De Tosa* Episcopus elegit Archipresbyterum Ecclesiae Florentinae *Vbertinum* a Campiano, Mucilli Castro, Presbyterum; quare inductus fuit in possessionem illius Ecclesiae, & Canonicae eiusdem [f]. Insuper Episcopus ius habebat eligendi Aedituos, seu Operarios, in opere Sanctae *Reparatae*; quamobrem eos *Franciscus* Episcopus creavit [g]. Immo idem Episcopus elegit, & posuit, Operarios & Praefectos operis novi Maioris Ecclesiae Florentinae, *Thomam* Priorem Ecclesiae Sancti *Iacobi* Vltra Arnum & Canonicum, & *Clarum* Presbyterum & Cappellanum, eiusdem Maioris Ecclesiae, pro unius anni spatio. Quum vero eumdem *Thomam* abesse contigisset, Episcopus in eius locum ad idem munus obeundum *Giandonatum* Canonicum Florentinum subrogavit [h].

Opus, seu Fabrica, Ecclesiae Sancti *Ioannis Baptistae*, aliquid Episcopatui Florentino debebat. Hinc *Ioannes Veliternus* Episcopus anno MCCXVI. pacta quaedam & conventiones cum Consulibus Mercatorum Artis Callismalae inivit de opere Sancti

[a] Multum tamen temporis perduravit usus, iam longa annorum serie rubustus, vocandi hanc Ecclesiam S. *Reparatae*, populo negligente ab nomine invereraro recedere; quare Senatusconsultum saeculo XV. factum est, quo iussum fuit, ut non alio nomine adpellaretur, quam S. *Mariae Floridae*, seu *Ab Flore*. Consule *Meliorium pag.* 8.

[b] Supra *pag.* 147.
[c] Supra *pag.* 253.
[d] Supra *pag.* 258.
[e] Supra *pag.* 261.
[f] Supre *pag.* 262.
[g] Supra *pag.* 261.
[h] Supre *pag.* 254.

cti *Ioannis*. Sic sub *Ioanne Mangiatorio* Episcopo solutio quaedam decimarum pro opere Sancti *Ioannis* facta est; & quum super hisce controversia orta esset inter *Franciscum* Episcopum, & Consules Mercatorum Artis Callismalae, ab *Ioanne* Priore Sancti *Petri* Scheradii sententia lata est, & definitum, Consules illos ad quaedam solvenda Episcopatui obligatos esse [a]. Sciendum enim est, opus, fabricam, & farcta tecta Ecclesiae Sancti *Ioannis Baptistae*, esse iuris Consulum Mercatorum Callismalae [b]. Id munus Consulibus illis commissum est anno

[a] Supra *pag.* 717.

[b] Hinc in Constitutionibus seu Statutis Civitatis Florentiae *Lib. III. Par. I. Rub. LV.* ita iussum est.

De pena impedientis vel impetrantis opus S. Iohannis Baptistae vel Hospitale S. Iacobi ad Sanctum Eusebium.

Nulla persona cuiuscumque conditionis dignitatis vel status exsistat, nullumque Collegium Vniversitas vel laicus audeat vel presumat per se vel alium, seu suo vel alieno nomine, vel pretestu, modo aliquo, tecite vel expresse, directe vel per obliquum, petere impetrare procurare ordinare vel facere, quod Opera seu Oratorium Sancti Ioannis Baptiste, & Hospitale seu Ecclesie S. Iacobi ad Sanctum Eusebium, vel alterum eorum, seu gubernatio ipsorum locorum vel alterius eorum, seu perceptio seu administratio ipsorum vel alterius ipsorum, seu fructus seu bona eorum vel alterius eorum, abmoveantur dirimantur vel separentur a Communi Florentie, vel aliqua Vniversitate vel Arte Civitatis predicte, seu alia persona predicta, teneantur & habeantur de voluntate & consensu Communis Florentie, seu quod ad aliquam personam Collegium vel Vniversitatem seu locum ullo modo vel iure perveniant pertineant seu transferantur, vel pertinere pervenire seu transferri possint, seu circa hoc alicui persone vel collegio Consensum consilium vel auxilium prestare prebere, vel palam vel occulte, & quicumque contra predicta vel aliquid predictorum, seu in diminutionem vel derogationem eorum vel alicuius eorum quoquo modo fecerit, vel venerit seu fieri vel venire fecerit, vel suppresserit vel attentaverit, & qui dictum Hospitale vel Opera hucusque a quocumque impetraverit & eius administrationem seu gubernationem quomodolibet receperit, excepta Arte Mercatorum & Consulum Kalismale nisi renuptiaverit ut inferius continetur, & fideiusserit de renuptiatione predicta ut inferius continetur & scriptum est, ipso iure sit remotus a protectione Communis Florentie & ab omni eius presidio & protectione, & habeatur & sit exbapnitus Communis Florentie pro maleficio in avere & persona, & a quocumque inpune possit offendi ac si scriptus esset & registratus in Camera Communis Florentie, & in Actis ipsius Communis in Camera existentibus cum nomine & pronomine; & quod nullus ei respondere cogatur vel cogi possit lo aliquo per aliquem Rectorem Communis Florentie, ad penam librarum quadraginta pro quolibet Rectore & Officiali, & quotiescumque fecerit; & ad revocandum & revocare faciendum ea omnia que contra predicta vel aliquid eorum factum fuerit, ad renuptiandum & renuptiare faciendum, cogantur, & cogi possint teneantur & debeant per dictam Potestatem & Capitaneum populi & Executorem ordinamentorum Iustitie Populi & Communis Florentie, & quemlibet alium Rectorem & Officialem Communis & eorum Iudicem & Officialem, illum videlicet ex eis, eoram quo per quemcumque facta fuerit denuntiatio vel expositio de predictis vel infrascriptis clam vel palam, cum scriptura vel sine scriptura, per capturam personalem destructionem bonorum multas condepnationes & banna; & si contigerint facientes vel occupantes seu fieri vel veniri facientes vel occupantes contra predictos aliquid vel in derogationem eorum vel alicuius eorum personaliter capi vel detineri non possit quocumque modo ratione iure vel causa vel captura relapsari possint, teneantur & debeant in ea causa dominus Potestas Capitaneus & Executor ordinamentorum Iustitie & alii Rectores, & eorum & cuiuslibet eorum Iudices & quilibet eorum qui fuerit requisitus exinde suo motu & etiam ad instantiam cuiuscumque petentis procedere & procedi facere contra patrem filios parentes & alios coniunctos contra predicta vel aliquod eorum seu in derogationem eorum vel alicuius eorum facientes, per capturam personalem & destructionem & occupationem bonorum eorum & cuiuslibet eorum, & per multam condepnationem & bapnum, & quibuscumque aliis modis remediis viis directis & indirectis qua & quibus eisdem Rectoribus vel Iudicibus vel alteri eorum convenire vel expedire videbitur. Itaque renunptiatio vel revocatio predicta fiat omnino ut superius continetur, de qua renuptiar one contra facientes vel occupantas fidem facere teneantur dominis Prioribus & Vexillifero iustitiae per publicum instrumentum, alias ipsi & omnes sui consanguinei supradicti incurrant in penis & gravaminibus eorum retentis. Et si talis attentans vel faciens contra predicta vel aliquod predictorum non renuptiaverit ut dictum est, quod ipse & eius fratres pater & filii & omnes agnati & consanguinei ex linea masculina intelligantur & sint remoti ab omni protectione & defensione & honore Communis & Civitatis Florentie, & ab omni officio Prioratus & Vexilliferatus iustitie & Gonfalonum fo-

no MCL. quo Ecclesia instaurata fuit [a]. At non semel instaurata & exornata fuit Ecclesia haec; sed & anno MCCXXV. ac

Societerum Populi & duodecim Bonorum Virorum & quibuslibet aliis offitiis & beneficiis Communis & Populi & Artium Civitatis Florentie & districtus. Et si dicta denuptistio & notificetio & renuptietiones supradicte ut supta dictum, aut ficte nou fuerint, edhuc Commune Florontie conserveeur in omni iure & poss-ssione sua. Itaque dicta Opere & Hospitale predictum & iura eorum in sue solite libertate sint, & remeneant pro ipso Communi. Et nichilominos conrre predicta vel eliquid predictorum seu in derogetionem & diminutionem iuris eorum vel elterius eorum faciens vel veniens per se vel elium quomodoliber vel quomndorumque condep-etur in libris tribus millibus florenorum parvorum. Et qui feccrit velvenerit per se vel elium contra predicta vel eliqu d predictorum eut io derogationem seu diminurionem predictorum vel elicuius corum seu iutis pred durom vel alicu'us eerum, peobetur, & pro plena probatione habeatur assertio seu dictu n duorum test'um cum publica fame. Et quod Dumini Priores Artium & Veeillifer iustitie Civitetis Florentie pro tempore ee'stentes, lurere teneantur & debeent ed panam librarum mille florenorum parvorum pro quolibet eorum infligenda & exigenda ab eis per Executorem ordinementorum iustirie dicti Popoli dere & prestaro omne auxilium presidium & favorem & defensionem cuilibet & quibuslibet, qul adminlstrebunt & gubernsbunt avere Communis Florentie, vcl de consensu & voluntate dicti Communis Florentie dictam Operem & Hospitale pro conservatione & tutione iutium & possessionum dicti Hospitelis; & eisdem familiem ipsorum dere & concedere ec teocre in dicta Opera & Hospirali predictis, & eo modo & rempore prout & quentum ipsi administratori seu edministratoribus placuerit, & eos eequisive.int. Et quod gubernatio administratio & regimen dicti Hospitalis sive Ecclesie Sancti Iacobi ed Sanctum Eusebium & bonorum & iurium pertinentium ed ipsum Hospitele sive Ecclesiam predictam ex nunc committatur & commissa esse intelligstur, & sit, per Commune Florentie & pro Communi Florentie Arti & In Aete Kallismale & quibuscumque Consulibus, & in quoscumque Consules dicte Artis Kallismale presentibus & futuris usque ad beneplacitum Communis Florentie non preiudicantibus eisdem Arti & Consulibus aliquibus supradictis. Et quod nulla persons cuiuscumque condirionis existat eudeat vel presumet ed penem librarum mille florenorum parvorum pro quolibet, & quotienscumque feeerit laborere tenere rollere occupare vel detinere eliqua bona possessiones domos predia livellos fructus seu res aliquas dicte Opere & Hospitalis vel elicuios eorumdom absque consensu & recognitione seu condicione logitime facta eb illo seu illis cui vel quibus commissa vel concessa foerit per Commone Florentio edmioistretio suprascriptorum Opere & Hospitelis. Er nichilominus quilibet qui contra predicta vel aliquid predictorum fecerit, sit & intelligetor esse Fepnitus Communis Florentie, & impune possit offeudi ec si scriptue esset in Camera Communis Florentie in Actis dicti Communis; eecepto & etiam reservato quod predictis vel eliquo predictorom oon afficiatur vel in eliquo preiudicetur quoquomodo ille vel illi cui vel quibus commisse fueriot hc edministretiones vel gubernariones dicti Hospitelis auctoritate Apostoliee, & consensu expresso Consilii Populi & Communis Florentie. Et in predictis & soper predictis omnibus & singulis invenieudis ioquirendis cognoscendis & terminandis dominus Potestas Cepireneus & Executor ordinum iustitio & quilibet eorum habeer merum & mistom imperium iurisdictionem & baliem, & procedere possit breviter & summetie, & de iure & de facto, & iuribus Statutorum & Reformetionum ordinum Communis Florentie servetis & non servaris, omni tempore etiam ferieto, & per tormente procedetur oeo precedentibus inditiis, & prout. & sicut, & quomodo, eis, vel alteri eorum plecuerit; & dare & coocedere ad petitiooem illius vel illorum, cui vel quibus commissum fuerit, & est, per dictum Commune, vel elias de consensu dicti Communis, pro executione fructuum bonorom & reddituum & effictuum & pensionum & eliarum rerum quarumcumque pertinentium dicti Operis & Hospitelis famelos berrovarios & nuptios omni tempore absque aliqua solcpoitate iutium Steturorum Communis Florentiae seu Reformationis edite vel edende quotiescumque de predictis fuerint ipsi vel eliquis eorum requisitus. Er si Potestas Capireneus & Eeecutor ordinum iostitie vel eliqois alius Rector dicte Civitatis vel elter eorom in predictis vel de predictis vel aliquo predictorum in remunerando cognoscendo inqoireodo vel rumioando vel procedendo in cis vel super eis foerit negligens vel remissus vel predicta vel eliquod predictorum oou serveverit vel observare obmiserit, & execusiooem predictorum vel alicuius eorum noo fecerit infra deeem dies postquem indicerum fuerit, quomodolibet ut supra contioetur requisitus vel eidem notificetus fuerit, condemnetur per Iudicem appellatiooum & Syndicum Communis Florentie & soo durante regimine & officio in floreois euri mille, & ipso iore officio & regimine sit privetus. Quam condennerionem dictus Iudex facete teoearut de predictis Rectoribus vel aliquo eorum ad penem florenorum auri mille infra decem dies postquam eidem notificatum fuerit. Et qood predicte omnie sint & esse Intelligentur ordinamenta iustirie, & pro ordinamentis iustitie Populi Florentini hebeentur, & debeant observari & executioni menderi per Executorem vel elium Rectorem In omeibus & pes omuia, prout & sicut superius couriuetur.

[a] In iis, quae *Franc. Bocchio De pulcrit. & elegant. Florentiae* addidit, *Io. Cinellius* scribit, id factum anno MCCXXV. sed fallitur. Ex dictis adparet, fellum quoque esse *Melioriem* *pag.* 124. 133. & turpius, dum putat, fabricam & curam S. *Ioannis* commissam fuisse anno MCCC.

ac deinceps musivo opere picturata est; &, eodem saeculo exeunte, *Arnulphus* Architectus extrinsecam formam renovavit, & sectis marmoribus parietes contexit [a]. Quum vero *Philippus* filius *Francisco* Magno Duci natus esset, Fons Baptismalis octogonus, qui in medio templi surgebat, & marmoreus adludentibus anaglyphis, opera *Andreae Pisani*, exasperabatur, e medio sublatus est; & alius angustior prope parietem erectus fuit, qui adhuc exstat [b]. Tan-

MCCCXXX. quum condita fuit Rubrica, quam produximus, Consulibus Artis Callismalae. Ipse tamen poraverim, minus a vero recedere *Io. Cinellii* sententiam; quum exstet Bulla *Innocentii III.* data anno MCCIX. hoc est anno XI. eius Pontificatus, ad Episcopum Florentinum *Ioannem*, qua eidem mandat, ut administrationem fabricae Sancti *Ioannis Pagano* Praeposito Florentino committat; vocetque occupationem temerariam illam, qua Consulibus Mercatorum Florentinorum huiusmodi procuratio operis demandata est. Immo constat, Consules Mercatorum opus S. *Ioannis* administrasse etiam anno MCXCIII. ex Instrumento Archivi Capituli Florentini, illo anno confecto, in quo legitur, quod *Mainettus del Braggio* Arbiter laudavit, quod sub pena . . . . librarum arbitrio Florentini Episcopi, & Potestatis Florentiae, & Consulum Mercatorum, Prior Sanctae *Mariae Maioris* dimittat *Ardovino* Operario, & Rectori Operae & Domus Sancti *Ioannis Baptistae*, & successoribus in perpetuum; & eos libere habere & recipere permittat totam decimationem terrae, quam fuit *Ermingotti* in loco, ubi dicitur *Sadom*; & *Campagnus* filius *Enrigottii* emit nomine filiorum *Franceschini*. Decimationem vero terrarum, quae fuerunt *Bellosai*, & *Ioannis Guittonis*, *Petrus* Operarius dimittat dicto Priori. Anno MCXCIII. IX. Novembris Indict. XII. in praesentia *Bonaccursi* filii *Raugerii* Fonditoris & *Compagni* filii *Cancellieri* testium. *Lotteringus* Iudex & Notarius. Si per quinquaginta, & quod excurrit, annos Consules Callismalae soli fabricam S. *Ioannis* administrassent, sero nimis Ecclesiastici reclamassent: quare vel commissio data Consulibus Callismalae anno MCL. ut scribit *Villanius Lib. I. Cap. LX.* tandem interpolata fuit aut intermissa: vel post annum MCC. renovata est, unde clamor Clericorum contra hanc Constitutionem Reip. exortus sit; quod & controversiae iudiciae inter Episcopos & Consules Callismalae facile persuadeant: & Pontif. Max. tandem eam improbaverit. Sed & Constitutio, quam anno MCCCXXX. Florentini fecerunt, & quam superius produxi, aperte ostendit, Episcopum & Ecclesiasticos curam huius operis ad se pertinere contendisse, & propterea tanta severitate in ea Lege Florentinos usos esse contra attentantes illam administrationem sibi vindicare. Bulla *Innocentii III.* est, quae sequitur ex eius Regesto anni XI. descripta.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Ven. Fr. . . . Episcopo Florentin. Cupientes ne Ecclesia Florentin. tam spiritualibus quam temporalibus auctore Domino proficiat incrementis. ne gerentes de circumspectione dil. fil. Pagani Prepositi Florentin. Cappellani dil. fil. nostri G. S. Eustachii Diac. Card. fiduciam in Domino pleniorem. mandamus quatenus eidem Preposito curam & administrationem fabrice Ecclesie S. Iohannis Baptiste Florentin. ac omnium bonorum ad operam ipsius fabrice pertinentium auctoritate nostra per se vel per alium committere non postponas. inducendo ipsum in corporalem possessionem bonorum huiusmodi, ac inductum nihilominus defendendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, & contradictores quoslibet apostolica auctoritate compescendo. Non obstante. quod hactenus per occupationem temerariam laicorum a Florentin. Mercatorum Consulibus aliquis operarius institutus seu deputatus fuisse dicitur pro ipsorum voluntate arbitrio in eidem &c. Aut si aliquibus sit indultum a Sede Apostolica quod interdici, suspendi. vel excommunicari non possint. per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam. vel de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem &c. Datum Assisii VII. Id. Augusti anno undecimo.

a Consule *Meliarium pag.* 97. 89. *Cinellium* ad *Borchiam*. *Io. Bapt. Nellium* in *Tom. IV. Archit. aedific. Florent.*

b Consule *Meliarium pag.* 98. 99. qui scribit, id contigisse anno MDLXXVII. *Nellius* opere cit. ait, id factum anno antecedenti: & *Ant. Mar. Biscionius* in *Adnotationibus* ad Carmina *Ant. Franc. Grattinii*, cognomento *Luschae*, scribit, *Philippum* Principem natum esse anno MDLXXVI. *Philip. Baldinuccius* in Vita *Bern. Buontalentii*, ortum esse anno MDLXXV. tradit. Ipse varias sententias adtuli in Vita *Richardi Richardii pag.* 66. 317.

a Io-

Tandem Consules Mercatorum nostra memoria Altare maximum marmoreum, & simulacris insigne, faciendum curavere, Chorumque ampliatum decoraverunt [a].

Ecclesia Basilica Sancti *Laurentii*, quae, antiquitus etiam, Collegium Canonicorum habuit [b], & extra moenia Vrbis erat, ut diximus [c]; quaeque saeculo XI. [d], & postea tamdem saeculo XV. iterum a fundamentis excitata, & amplior, pulcrior, & instructior, effecta est a *Mediceis* Proceribus [e], solvere Episcopatui Florentino certum censum tenebatur. Nam *Gerardus* Episcopus Florentinus, qui postea *Nicolaus II.* Papa fuit, non solum Ecclesiam S. *Laurentii* dominio Episcopi subiecit, sed etiam concessit *Gisoni* Presbytero, & Rectori Ecclesiae eiusdem, sortem quamdam terrae, cuius mensura ad modios octoginta adscendebat, positam in loco, qui dicitur Cecine, pro annuo canone Episcopatui in perpetuum solvendo solidorum triginta Lucensium [f]. Licet tamen contractus ita celebratus fuisset, orta est postmodum controversia inter *Ioannem Mangiatorium* Episcopum, & Priorem atque Capitulum Sancti *Laurentii*, occasione illius canonis, seu census, perpetui, per multa tempora non soluti. Sed tandem amicabili compositione inter eos convenit, ut Prior & Canonici S. *Laurentii* certam pecuniae quantitatem Episcopatui Florentino semel solverent pro censu illo perpetui temporis [g]. Praesenserat autem, ut videtur, hanc difficultatem *Ioannes Veliternus* Episcopus; nam *Ildibrandino* Priori Sancti *Laurentii* intimavit, se eligere velle Clericos

cos

a Indicat Inscriptio, quam *Ant. Franc. Gorius* composuit, & in marmoreo pavimento ante Altare illud exarata est, atque ita habet:

BASILICAE OMNIVM ANTIQVISSIMAE
STRVCTVRA NVLLA IN PARTE CORRVPTA
CONDITO SACRARIO AMPLIATOQ. CHORO
ET ARA MAXIMA STATVIS EXORNATA
IN QVA ITERVM POSITI
SACRORVM PIGNORVM THESAVRI
COLLEGIVM CONSVLVM CALLISMALAE
ABSOLVTO OPERE ANNO MDCCXXXII.
PERENNE MONVMENTVM F. C.

Quod haec Basilica heic antiquissima dicatur, provenit ex communi errore opinionum, eam olim templum *Martis* fuisse, de quo superius *pag.* 938. loquuti sumus: nam omnium Florentinarum Ecclesiarum antiquissima, si certa monumenta sectamur, Basilica D. *Laurentii* est. Adi superius *pag.* 933. 935.

b Vide *Meliorium pag.* 181. & Supra *pag.* 934.

c Superius *pag.* 933.

d Superius *pag.* 93. 934.

e Consule *Meliorium pag.* 160. qui anno MCCCCXVIII. aedificatam dicit.

f Supra *pag.* 249.

g Supra *pag.* 248.

b Vi- Ffffffffff a Su-

cos quosdam communes, quibus commissa esset cura pensionis ab Ecclesia S. *Laurentii* Episcopo, & Episcopatui, solvendae [a]. Nescio an illius etiam pensionis occasione, *Ioannes* Prior Sancti *Laurentii* cum aliis *Gottifredo* Episcopo parum aequus fuerit, & eum simoniae accusaverit; quem tamen *Paschalis II.* Pont. Max. absolvit [b].

Ecclesia Basilica Sanctorum *Michaelis* & *Eusebii*, quae sita erat in loco, qui dicebatur *Poium*, seu *Podium*; quam, quum circa dimidium saeculi XI. vetustate labefactata esset, Populus Florentinus magnificentiorem refecit, auxit, ornavit; quamque *Nicolaus II.* Pont. Max. [c] ab Episcopis Perusino, & Ro-

a Supra *pag.* 716.

b Profero Bullam ex *Vghellio*.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Clero, & Populo, Florentino salutem & apostolicam benedictionem. Iamdudum apud nos confrater noster G. Episcopus vestrae querelam suam deposuit adversus Ecclesiae vestrae Archidiaconum, & eius socios, videlicet, Ioannem Priorem Ecclesiae Sancti Laurentii, & Petrum Sancti Petri de Scaradio, & Rambaldum Sancti Stephani Priores, quod eum in populo criminaretur simoniacae pravitatis. Missis itaque litteris utrique parti agendae causae terminum dedimus: cum in termino venisset Episcopus, illi ad praesentiam nostram minime accesserunt, terrorem captionis in itinere praetendentes. Nos autem, ut eis huiusce occasionis diverticula tolleremus, per eundem Episcopum, & per Episcopum Volterranum, ducatum eis omnino tutum providere curavimus. Archidiaconus quidem, & Beati Laurentii Prior, ad nostram praesentiam convenerunt, ceteri alii nec venerunt, nec pro se nuntios transmiserunt. Tunc praesentibus eis adversus eos Episcopus questus est, quod se ipsius obedientiae, communioni que, subtraxerint; quod ipsum in populo simoniaci flagitii criminati sint; quod eius execrati sint consecrationes; quod adversus eum conspirationem in conventiculis fecerint. Porro illi, praemisso tractationis spatio, se accusatores Episcopi, aut illius criminis probatores, penitus negaverunt. Collectiones Clericorum seu laicorum in Ecclesiis fecisse affirmarunt, sed propter inquirendum rumoris illius, qui contra Episcopum increbuerat, veritatem; in quibus nimirum collectionibus conspirationis conventicula intelleximus, in ceteris quoque se offendisse confessi sunt. Prolata sunt igitur his causis congruentia sanctorum Patrum diversa Capitula, Anthiochenae videlicet Synodi quintum, de his qui se a ministerio Ecclesiastico subtrahunt, & seorsum colligunt; item de conspiratione seu coniuratione Chalcedonensis Synodi octavum decimum, & Callisti Papae ad Episcopos per Galliam constitutos, cuius initium est: Conspirationum crimina vestris in partibus vigere audivimus. Item Alexandri Papae de his, qui Sanctos persequuntur, aut amovere, aut dilacerare, nituntur. Item Stephani Papae de his, qui adversus Patres armantur, & qui fratres calumniantur. Nos ergo tantorum Patrum auctoritatibus instructi, praefatos viros tamquam propria confessione convictos, ab officiis, seu dignitatibus, suis sententia iudiciali removemus, nisi eis in posterum misericordia subvenit Ecclesiae; aliisque etiam, qui vocati venire ad nostram praesentiam neglexerunt, idem iudicium irrogamus, quoniam eisdem videntur Capitulis irretiti. Aequum est enim, ut dilationem sententiae de absentia non lucretur, quia conatur de omnibus quisquis se subtrahere iudicium dilationibus putat. Omnibus igitur vobis praesentium literarum auctoritate praecipimus ut Episcopum vestrum tanquam, per Dei gratiam, Catholicum unanimi concordia diligatis, & vereamini. Si qui vero Clericorum, aut laicorum, temeraria deinceps praesumptione super huiusmodi Episcopum infestaverint, noverint se pertinacia sua, Clerici quidem, depositione multandos; laici vero, excommunicationi subiiciendos. Data Laterani V. Non. Martii Indict. IX.

c Bullam huius Pontificis Maximi, in qua omnia, quae dico, indicantur, produco; licet iam in *Ephemeridibus litterariis Florentinis* anni MDCCLVI. *Num.* 21. in antecessum ediderim.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto in Domino Filio Petro. Ecclesie Sancti Michaelis & Sancti Eusebii site in loco, qui nominatur Poio, Rectori, suisque subcessoribus canonice ibidem ordinandis, omnibus quibuscumque communiter victuris imperpetuum. Quoniam omnipotentis dignatio sua gratuito munere ad hoc nostram humilitatem dignata est provehere, quatinus per nos ubique terrarum diffuse Ecclesie lumen administret indeficiens, rationabile omnino decimus spetiale regimen nostre cure commisse Florentine Ecclesie congruente provisione impendere iugiter: sic namque Doctoris gentium imitari valebimus salubre documentum pro viribus nostris, qui bonum impertiri omnibus iubet opus, ad domesticos fidei, maxime cum pro nostris viribus divino cultu locis dicatis dignas providerimus obsequio, ut inde-fessa

Rosellano, dedicandam curavit, & fundis ac reditibus locupletavit; & Episcopo Florentino subiectam esse voluit. In ea Collegium Clericorum Canonicorum fuisse videatur, & Paroeciam habuisse, quae forte deinceps, rerum casibus ita ferentibus, in Paroeciam S. *Luciae*, quae, a proxima hac Basilica, *Ad Sanctum Eusebium* dicebatur, & deinde *Omnium Sanctorum*, ad-

fessa laudatio in eis celebretur per omnia secula. Sed quia lapidei pariete non ad hoc sunt constructi ut Deo possint dignas promere laudes, congruum profecto videtur ad divini operis perfectionem Clericorum circa venerabilia loca ordinare sedulam frequentationem: qui quidem, nisi terrenis corporaliter sustententur stipendiis, idonei vix possunt existere cultibus divinis; cum ipse mundi Conditor secundum humanam naitam sibi materiam dignatus sit perferre sitim & esuriem. Ad gloriam itaque illius, per quem vivimus & sumus, pretiosissimi Michaelis Archangeli atque Eusebii Basilicam nostro quidem hortamine, Florentinorum vero Civium sumtibus, pulcra spetie instauratam, Episcoporum aggregato cetu, propriis manibus Episcoporum Perusini & Rosellani reddidimus dedicatam. Quam nudam sine dote dimittere indignum valde iudicavimus Apostolica sedulitate, cui precipue competit honestati studendo, omnibus, eorum iniuriam patientibus, pia sollicitudine subvenire. Assistentium ergo Fratrum hortatu, proprio quoque consilio, roborati, presente Florentino populo, pro peccatis eiusdem Civitatis Presulum, ob nostrorum quoque devotionem, denique propter totius populi salutem, consecratis altaribus, prediorum & omnium farum rerum, quas salem ad presens potuimus, investituras Apostolicas optulimus. Suscipe igitur, Sanctissime Michael atque Eusebi, tibi iamdudum devotissimi Pape Nicolai voluntarium munus, tantumque rerum per me amodo & usque in sempiternum singulare & integrum sine aliqua controversia aggredere dominium, quatenus tuo nomini aula dedicata religiosus Clerus Deo omnipotenti laudum robore canteen. Designentur autem tua predia per subiecta vocabula, scilicet, totus circuitus adiacens Ecclesie in integrum, nec non portus & vitretum, nec non & donicata & vinea, que detinent filii Iohannis filii Bonize; & vinea, quam detinet Acto Presbyteri Cresci cum salecto quod detinent filii Morandi. Hec omnia huius Ecclesie habentur propria, & petia de terra posita in capite pontis Rivi Sancti Andree, & mansum in Rusciano.

Haec vero omnia summatenus memoravimus, ut quis dubitet multo ampliora predia hanc Ecclesiam non detinere. Absolvimus preterea liberumque eumdem venerabilem locum Apostolica sanctione persistere iubemus, nec liceat alicui parve magneque persone ibidem Canonico aggregatos Clericos dehonestare & placitando infestare, vel debitum tributum ab eis exigere, seu aliqua occasione sibi a nobis aut ab aliquibus fidelibus res concessas, sive concedendas, invadere, subtrahere, diminuere; sitque immunis predictus locus ab omni pensione, sub Sancti Michaelis & Sancti Eusebii tutione, nulliusque subiaceat dominio, nisi Florentino Episcopo. Si quis ergo, quod non credimus, sacrilega mente, quod in conspectu Episcopi Humberti Cardinalis Silve Candide, atque Ildebrandi Sancte Romane Ecclesie Archidiaconi, nec non Episcoporum Perusini, & Rossellani, & Furconensis, iuste stabilivimus, conatus fuerit infringere, centum auri libras prefate Basilice cogatur persolvere, medietatem Episcopo Florentino, & medietatem Clericis eiusdem Ecclesie consistentibus, descendantque super eum omnes ille maledictiones, nisi admonitus satisfecerit, quas in Deuteronomio Sanctus descripsit Moises; atque interficiat eum Deus spiritu oris sui, sicut Dathan & Abiron, quos vivos terra deglutivit. Preterea ut hec pagina plenam fidem presentibus seu etiam posteris astruat, & proprie manus subscriptione, & Apostolici sigilli munivimus impressione.

Ego Bonifacius Albanensis Episcopus SS.

Ego Petrus Sancte Gabinensis Ecclesie Episcopus SS.

Ego Bruno Preneftinus Episcopus SS.

Ego Stephanus Apostolice Sedis servus de titulo Sancti Grisogoni Presbiter SS.

Ego Iohannes Portuensis Episcopus SS.

Ego Petrus Peccator Monachus SS.

Ego Desiderius Presbiter Sancte Romane Ecclesie ex titulo Sancte Cecilie SS.

Datum Florentie XVII. KL. Febr. Anno ab Incarnatione Domini MLVIIII per manus Humberti Sancte Ecclesie Silve Candide Episcopi, & Apostolice Sedis Bibliothecarii. Anno primo Pontificatus Domini Pape Nicolai secundi Indictione XIII.

Ego Michael Ciaffardi Imperiali auctoritate Iudex & Notarius huic exemplo rite ex suo autentico subscripto subscripsi.

Ego Mattheus olim Iuncte de Lonciano Iudex & Notarius autenticum huius exempli vidi & legi, & quitquid in eo erat, hic rite & per ordinem exemplatum inveni, ideoque subscripsi.

Ego Bionchus quondam Cotenacii Rusticuccii Imperiali auctoritate Iudex & Notarius huic exempla rite ex suo autentico exemplato subscripsi.

Ego Guido Mainetti Notarius publicus autenticum huius exempli vidi & legi non vitiatum, non abrasum, nec in aliqua parte sui suspectam, & totum, & quicquid in eo scriptum inveni, hic mandato & auctoritate Domini Gentilis Iudicis & Assessoris Communis Florentie, & Domini Iohannis de Brada Regii Vicarii Florentie, rite & per ordinem exemplando transcripsi, ideoque subscripsi.

Quaedam heic animadvertenda sunt; & primum hoc antigraphon fuisse scriptum anno MCCLXXVIII. quo *Ioannes de Brada* Regius erat Florentiae Vicarius, ut *Paullinus Pieri* ad illum

adpellata est; atque in praesens *Super Pratum*, a vicino prato, quod ibi patet, vocatur; aliamve, transierit. Nam Basilica illa, licet extra moenia Vrbis exsisteret, prope Florentiam tamen erat, & ad eam populus Florentinus confluebat; & quum *In Podio* diceretur, ubi nunc Ecclesia Sanctae *Luciae* adsurgit, *Podium* nuncupabatur, seu *Collis Piscariae*, ut alibi opportune animadvertimus [a]. Indicio quoque est, illam Basilicam Ecclesiae Sanctae *Luciae* proximam fuisse, quod ab ea Ecclesia haec, *Sancta Lucia ad Sanctum Eusebium*, vel *de S. Eusebio* [b], ut dixi, denominata sit; & Nosocomium pariter Leprosorum, quod

illum annum tradit in sua *Historia Florentina* nuper edita. Deinde observandum Ecclesiam S. *Andreae* de Rivo sitam fuisse prope Parochiam Sancti *Miniatis* Montis Florentini, ut constat superius *pag.* 34. & puto esse Rivum illum, qui extra Portam Sancti *Nicolai* adhuc fluit, & *Rivus Corboli*, vulgo *Ricorboli* adpellatur. Ruscianum autem est dictum, quod gentis *Rossiae*, seu *Rosciae*, fundus esset; & est locus, qui a Rivo Corboli Orientem versus extenditur, in quo Praetorium gentis *Vsimbardiae* super tumulum exstat, quod modo a *Coponia* familia, aedes in Casagio habente, possidetur. Sanctum autem illum *Eusebium*, cui tamquam Συνέδρῳ dicata fuit illa Basilica, puto esse vel Episcopum *Bononiensem*, vel *Mediolanensem*, vel *Vercellensem*; si Martyr enim fuisset, titulum tam gloriosum Pontifex non tacuisset, ut non tacuit in Bulla pro Basilica S. *Laurentii* edita superius *pag.* 934. Adde quod illi etiam Itali sunt, & propterea facilius ab Tuscis veneratione & cultu adfecti fuerint. Nugae enim sunt, quae *Dom. Mar. Mannius Tom. XIII. Sigil.* habet, Sanctum quemdam *Eusebium* leprosorum patronum comminiscens, & canes eius pedes lambentes: quum hi potius Sanctum *Lazarum* arguant in illustrato Sigillo, & in antiquae tabulae pictura, quae olim in Nosocomio Sancti *Iacobi* ad Sanctum *Eusebium* exstabat, & in Nosocomium Montis Aionis translata est.

a Adi superius *pag.* 838.

b Ita denominatur in Charta *Ioannis Mangiatorii* Episcopi, quam *Ferdin. Vghellius*, & *Ios. Richa*, licet imperfectam, ediderunt; & quam ex Archivo Pontis Ormae emendatiorem produco, & integriorem.

In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Sicut Fratrum Humiliatorum S. Michaelis de Alexandria laudabilis, & probata Religio, plantata nuper in Diecesi Florentina, grande satis, & placidum Deo & gentibus Civitatis Florentie in spiritualibus & temporalibus attulit incrementum, per quod & Civitas ipsa floret uberius, & omnes religiosi, ceterique fideles, in obsequiis Iesu Christi fortius illorum accenduntur exemplo; sic decet nos Ioannem sola gratia & miseratione Divina Florentinum Episcopum ad eorum commoda gratanti animo flectere aures nostras, & manum apponere cum effectu, ut in quantum cum Deo, & honestate permittitur, favorem a nobis semper inveniant, & gratiam specialem. Nos itaque attendentes, quod ipsi Fratres ad Ecclesiam S. Donati ad Turrim, que dudum per felicis memorie antecessorem nostrum gA. quondam Episcopum Florentinum eorum fuerat usibus deputata, exercere non possint commode artem suam, videlicet lanificium, texere pannos, & vendere, ac alia operari, ex quibus possint percipere alimenta, cum de labore manuum suarum vivant, non petentes eleemosynas, sed dantes eas indigentibus affluenter, pro eo quod locus ille distat a Civitate non modicum, unde minorem habent frequentiam civium mercatorum: deliberavimus ad eorum supplicationis instantiam illos prope Civitatem reducere, ubi gratiosius poterunt servire Deo, & maior exibit odor, & fama, de actibus eorumdem, & latius etiam poterunt artis suae gerere mercantiam. Quare nos Episcopus, in nomine Iesu Christi, restituta nobis ab ipsis Ecclesia S. Donati predicta cum suis pertinentiis universis, damus & concedimus in cambium, & compermutationem eis, & tibi viro venerabili Domino Amico, Dei gratia Preposito Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria Ordinis Humiliatorum Fratrum pro ipsa Ecclesia & Ordine recipienti, & pro tuis successoribus in perpetuum, Cappellam nostram Sancte Lucie de Sancto Eusebio cum suis pertinentiis universis: que siquidem Cappella continuata est, & propinqua cum vestro Oratorio, & Ei-

quod sub titulo Sancti *Iacobi*, ubi nunc Parthenon Sanctae *Annae* habetur, exstabat, Nosocomium *Sancti Iacobi ad Sanctum Euse-*

Ecclesis, qoam edificare intenditis ad honorem Sanctorum omnium sicut dicitit, ipsamque cappellam Ordini vestro, & religioni subiicimus; at habeatis eam ulterius mannalem vobis, & teneatis in Ordine, & pro Ordine supradicto, modo; & forma, infrascriptis videlicet, quod teneatis eam solummodo pro ipso vestro Ordine, & nulli alteri Religioni, aut Ordini, seu persone, aut loco, eam possitis concedere, aut subdere; aut aliquo modo alienare, nec vendere, possessiones ad ipsam Ecclesiam pertinentes, absque nostra, nostrorumque successorum licentia speciali; & quod annuatim pro expensis procurationum, que fient pro Episcopo, & Episcopatu Florentino, vel pro Ecclesia Romana, suisque Legatis, vel Nunciis, quindecim solidos Pisanorum parvorum, & non amplius, in festo S. Ioannis Baptiste annis singalis nobis solvere teneamini, & insuper unum cereum unias libre pro censu in recognitionem iurit Episcopalis, in eodem festo nobit onnuatim persolvatis; sed ab omnibus aliis exactionibut sitis modis omnibus pro ipsa Ecclesia liberi, & exempti, ita quod nihil nobis pro Episcopatu, vel Clero Florentino, per ipsam Cappellam reddere teneamini. Promittimus quoque stipulatione solemni obligando nos pro nobit, nostrisque successoribus, & omnia bona Episcopatus presentia, & futura, tibi predicto Preposito recipienti, ut supra, dictam concessionem semper habere firmam, & ratam, & non imbrigare, nec molestare, res concessas, nec amplius pro eis exigere, quam contineatur superius; sed eas ab omni persona, & loco de iure defendere, & expedire, & te Prepositum, tuamque Ecclesiam, totumque Conventum, & Ordinem, semper indemnes reddere, & conservare promittimus sub pena & oblig. Romani Pontificis, vel alteriut cuiuscamque persone, sub qua magis possumus conveniri, vel constringi per ipsam donationem. Si vero adversus ea, que dicta sunt, quicquam datom, aat factum, apparoerit, quod contra hec sit; vel si ita non defenderimus, vel non observaverimus not, & successores nostri omnia & singala, ut superius dicta sunt, promittimus tibi Domino Amico Preposito recipienti, ut supra, dare, & solvere nomine pene duplum eius, unde lis, aut briga, mota fuerit, quotiescumqae fallere nos contigerit; & insuper centum marchas boni, & puri argenti, & omnia damna & expensas eadem causa resarcire, & pena soluta, vel commissa, seu non; damnisque & expensis restitatis, seu non; predicta omnia, & singula nihilominut firma & rata tenere promittimus; pro qua vero datione, & concessione, & pro presenti contractu, & pro omnibus & singulis supradictis confitemur nos in veritate recepisse presentialiter, & habaisse a te Domino Amico Preposito, tooque Conventa, restitutionem Ecclesie S. Donati de Turri, cum suis pertinentiis universis, que tibi, ut dictum est, per antecessorem nostrum concessa olim exstiterant, & submissa, prout in instrumento vestro inde scripto per manum Iacobi Iudicis, & Notarii, plenius & latius continetur. Et renunciamus in iis exceptioni non date, & non restitute rei, forique privilegio, & omni legum, iuris, & constitutionis, auxilio canonico, & civili, & omni exceptioni generali, & speciali nobis, vel nostris successaribas modo aliquo competentibus. Preterea concessionem, quam de predicta Cappella cum suis pertinentiis a Magistro Philippo antecessore nostro, tunc Florentino Electo, & nunc Archiepiscopo Ravennate, dicitis habuisse, ratam habemat, & gratam; & insuper ad maioris firmitatis augmentum nihilominus denuo concedimas eamdem tibi, tuisque successoribus, ut superius continetur.

Acta hec sunt omnia supradicta in Palatio Episcopatus Florentini sub anno Domini MCCLI. Indictione XI. III. Id. Septemb. presentibus testibus ad hec rogatis Dominis Caponsaccho Archipresbitero Florentino, Orlando Priore Sancti Stephani, Mainecta Priore Sanctorum Apostolorum, Rainerio Plebano Sancti Petri in Pixide, & T. Plebano de Padule, Gottolo de Monte Murlo, & Alberto Clerico, & familiaribus D. Episcopi supradicti. Coram quibas testibut incontinenti Iacobus de Cerreto Iudex, & Notarius infrascriptus prefato D. Episcopo volenti, & confitenti predicta, sicut ei licebat, per guarentisiam ex tenore Capituli Constitutionum Florentine Civitatis districte nomine iuramenti precepit ei, tamen reverentia salva, ut ita observet, & faciat omnia supradicta, ut superiut continentur.

Ego Ioannes Florentinus Episcopus predicta omnia feci, & concessi, ideoque subscripsi, & propria mana firmavi.

Ego Benvenutus Sacri Palatii Notarius predictis omnibus dum agerentur rogatus interfai, ideoque subscripsi.

Ego Iacobus imperiali auctoritate ordinarius Iudex, publicusque Notarius, hec omnia me presente acta rogavi, & imbreviavi rogatus, eaque postmodum infrascripto Iacobo Notario scribenda, & publicanda mandavi, & concessi, ideo-

sebium [a], vel *de Sancto Eusebio*, eadem de causa adpellabatur [b]. Hoc quidem cognomen Nosocomio illi adeo tenaciter haesit, ut a loco illo, & procul ab Vrbe, ad Montaionem, seu Montem Aionis, scilicet, prope Pontem Rivi Fredi, translatum, *Nosocomium* adhuc *Sancti Eusebii* vulgo audiat, & verus *Sancti Iacobi* titulus taceatur [c]. Nec ab Ecclesia alia S. *Eusebio* sacra, quae prope Florentiam esset, loca illa cognominari potuerunt; quum alterius Ecclesiae cognominis, quae ad hanc Vrbem fuerit, memoria nulla supersit. Hic autem opportune monendum, me superius [d] falsum fuisse, ubi scripsi, aliorum fidem sequutus, Nosocomium illud Leprosorum titulo Sancti *Eusebii* insigne fuisse, quum vere Sancti *Iacobi* titulo tantum gauderet, & cognomentum esset illud: *ad Sanctum Eusebium*. An autem, quod de Ba-

ideoque his a me rogatis, & ab eodem Iacobo de mea iussione scriptis, subscripsi.

Ego Iacobus Notarius publicus hec omnia rogata, & imbreviata a Iacobo de Cerreto Iudice, & Notario supradicto de mandato, & commissione sua scripsi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi.

Item postea eodem anno, & mense, scilicet Septembris Indictione eadem acta sunt hec omnia infrascripta apud Sanctam Luciam in presentia Dominorum T. Plebani de Padule, Gottoli de Montemorlo, Ardinghelli, & Bonsegnoris de Ordine *Penitentium, & fratris Albertini, testium ad infrascripta omnia rogatorum, prefatus Dominus Iohannes sola gratia, & miseratione divina Florentinus Episcopus, personaliter accedens ad dictam Ecclesiam Sancte Lucie induxit in corporalem possessionem iam dictum Dominum Amicum Prepositum illius Ecclesie Sancte Lucie tam pro ipsa Ecclesia, quam pro omnibus pertinentiis Ecclesie memorate, ponendo eum in sede, & dicendo ei: Accipe corporalem possessionem Ecclesie huius pro te tuoque Conventu, & omnium pertinentium eiusdem. Quam siquidem possessionem Ecclesie dictus Prepositus pro sua Ecclesia corporaliter apprehendit.*

Ego Iacobus Imperiali auctoritate ordinarius Iudex publicusque Notarius hec me presente acta rogavi rogatus, eaque postmodum inscripta Iacobo Notario scribenda & publice mandavi, & concessi, ideoque his a me rogatis, & ab eo scriptis, subscripsi.

Ego Iacobus publicus Notarius hec omnia rogata, & imbreviata a Iacobo de Cerreto Iudice & Notario supradicto de mandato, & commissione sua scripsi, & in publicam formam redegi ideoque subscripsi.

Ego Iunta Cheruccini Domini Friderigi Imperatoris Notarius autenticum huius exempli vidi & legi, & quidquid in eo continebatur hic rite, & per ordinem exemplatum inveni, ideoque signum mee manus apposui.

Ego Bonavia filius Bonacorsi Notarius huic exemplo rite ex autentico scripto subscripsi.

Ego Burnettus quondam Rustelli filius Iudex & Notarius huius exempli autenticum ita scriptum, & subscriptum vidi & legi, & obscultavi cum predictis Iunta & Bonavia Notariis suprascriptis, & hic per ordinem fideliter exemplavi Florentie anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, Indictione decima, die nono mensis Novembris, ideoque subscripsi.

a Consule *Meliorium pag.* 114. V. Cl. *Ios. Richam Tom. IV. Eccles. Florentin. pag.* 225. 226. 228. *Pocciantium Eccl. Flor. pag.* 143. Superius *pag.* 839.

b Ita vocatur in Catalogo Ecclesiarum Dioeceseos Florentinae Capitolino, quem superius produxi, *pag.* 531. & in *Libro III. Par. I. Rubr. LV.* Statutorum Florentiae, quam Rubricam paullo superius in medium protuli *pag.* 948.

c Et si quando Nosocomium illud S. *Eusebii* simpliciter dicitur, non Sanctus patronus, sed locus ubi erat indicatur, ut supra *pag.* 256. & apud *Villanium Lib. XII. Cap. VIII.* Consule *Ephemerides Florentinas* anni MDCCLVI. *Num.* 21.

d *Pag.* 839.

Basilica Sancti *Eusebii* supererat Fratribus Humiliatis, quum iis Ecclesia Sanctae *Luciae* data est, cesserit, incertum est; nisi quod, rem ita se habuisse, argumento esse potest, quod Bulla *Nicolai II.* ad Sanctorum *Michaelis* & *Eusebii* Ecclesiam pertinens, & quam paullo ante produxi, in Archivo Humiliatorum Pontis Ormae exstat, & ex eius archetypo illam exscripsi. Quare subspicor, Basilicam illam tandem Ecclesiae Sanctae *Luciae* copulatam fuisse, quum vel in Vrbis Florentiae obsidionibus, vel bellorum civilium procellis, solo aequata ac deleta fuisset; aut eius loco Ecclesiam S. *Luciae* fuisse excitatam. Quamobrem non statim erroris *Vghellium* arguerim, quum scripsit [a], Ecclesiam S. *Luciae* & S. *Eusebii* Humiliatis ab Episcopo *Ioanne* concessam & traditam fuisse.

Ecclesia Sanctae *Luciae*, quando aedificata fuerit, ignoratur; sed vel saeculo XII. probabiliter paroeciam iam habebat [b]. Haec,

a *Vghellius* in *Episc. Florentin.* ita scriptum reliquit: *Fratres Humiliatos . . . transtulit ad Sacellum SS. Luciae & Eusebii*. Adi superius *pag.* 839. Non statim igitur eum *Riba* erroris in hoc *Vghellium* insimulaverim, Vide citatas *Ephemerides*.

b *Ios. Riba Tom. IV. Eccles. Florentin. pag.* 210. oblitus eorum, quae *Tom. II. pag.* 52. scripserat, nec praesentiens quid eodem *Tom. IV. pag.* 253. scripturus esset, opinatur, Ecclesiam Sanctae *Luciae* nonnisi post annum MCCLI. paroeciam habuisse; quod in Chartis *Philippi Fontanae*, & *Ioannis Mangiatorii*, Episcoporum, *Cappella* dicatur: at in *Ephemeridibus Litterariis* anni MDCCLVI. *Num.* 21. ostendi, falsum fuisse virum eruditum, & id ipsius verbis evici. Si vera narret Anonymus Scriptor institutionis Congregationis Sancti *Salvatoris* Florentiae ad hospitio excipiendos Sacerdotes peregrinos, anno iam MCCXXI. Rector S. *Luciae* praefectus est excipiendis peregrinis Sacerdotibus, qui per Portam, *quae hodie dicitur Omnium Sanctorum* (sunt Auctoris verba) ingrederentur. Constat, Auctorem illum sub saeculi XIV. initium floruisse; & eius Historiam videre est apud *Placidum Puccinellium Chronic. Abbat. Florent. pag.* 298. quam *Puccinellius* ampliat *p.* 18. Eam exhibeo:

Anno MCCXXI. Sacerdos quidam Vallis Pesae, nomine Amadeus, ob negocia quaedam Florentiam se conferens; cum ea die efficere non potuisset ea, quorum causa in Vrbem venerat; nocte in diversoriam domum, quae prope S. Petri Scheradii Ecclesiam sita erat, cum Clerico suo se recepit. Cum post coenam in lectum ambo se contulissent, ecce quidam non sine strepitu cum meretrice in lectum se coniiciunt, & ibi impudica verba, & facta, exercent. At Sacerdos Clerico suo magis quam sibi timens, quamprimum haec percepit, e lecto desilit, & Clericum desilire iubet, atque illic intempesta nocte prope parvulum ignitulum manet; ibique pernoctans cum lacrymis Divinum Officium dicebat; atque in corde suo Deum orabat, ut locum aliquem Florentiae parare dignaretur, in quo advenae Sacerdotes honeste se nocturnis horis recipere & quiescere possent. Dum haec orabat, iam adveniente diluculo, aliquantulum somnus illi ad ignem obrepsit. Dormienti autem Dominus Iesus in peregrini effigie apparens, ita locutus est: Honestas tuas preces exaudivi. Quum primum dies apparebit, vade ad Ecclesiam S. Caeciliae, quae non procul hinc sita est, & eius Ecclesiae Sacerdoti omnia, quae tibi in diversoria domo evenere, & visionem istam, enarra: atque his dictis abiit visio. Amadeus iussa Domini nostri Iesu Christi executus est. Sanctae autem Caeciliae Sacerdos, qui approbatae vitae, ac famae, erat, his auditis, ac celebrata Missa, ad Abbatiam, quae Florentiae prope Palatium Praetoris sita erat, cum Amadeo se contulit ad Abbatem Azonem, virum probatae vitae ac fama insignem, eique Amadeo illatas molestias atque iniurias, ac Domini revelationem ex ordine enarraverunt: consilioque inter se habito, rem Episcopo referendam censuere. Itaque cum Abbate Azone Episcopum adiverunt. Vix ingressi, ultra, citraque dicta salutatione, Ioannes Florentiae Episcopus, antequam illi advenae sui causam exponerent, coepit primus ex-

or-

Haec, ut dixi, successit verosimiliter in Basilicae SS. *Michaelis* & *Eusebii* locum. Adeo vero ad Episcopum Florentinum pertinebat, ut *Philippus Fontana* Episcopus electus eam Fratribus Humiliatis [e], qui

orditus ait: Propter somnium, quod mihi hac nocte evenit, admiratione ac stupore affectus sum. Dominus noster Iesus Christus in peregrini effigie apparere mihi videbatur ac iubere, ut locum, in quo Sacerdotes advenae & peregrini honeste reciperentur, Florentiae pararem. Tunc illi, Et nos, inquiunt, hanc ob causam ibamus ad te nescii qualem aditum ad te haberemus; sed nunc admirandae rei symbolum cognoscimus. Audies, quae enarrabit Amadeus. Narravit ille, ut in diversoria domo impudicitiis offensus noctem insomnem inter lacrymas & suspiria orando ad tugurium duxerit: ut somno occupatus Dominum Iesum in ea effigie, quam ille narraverat, conspexerit dicentem, eius ab se preces exauditas, & ut Sacerdoti S. Caeciliae rem gestam referret: se retulisse: ductum ab eo ad Azonem, hac cum illis pervenisse: non esse dubium, voluisse Dominum Iesum, se accipere ab Episcopo testimonium ac fidem, se non fuisse illusum: vere Dominum exaudisse orationes suas. Quare Ioannes Episcopus hac enarratione confirmatus iussa Domini executus est. Facto namque in Abbatia, quam diximus, eius auctoritate, plurimorum Sacerdotum, & Ecclesiarum Rectorum, conventu, habita concione super hac re, fusis ad Deum multis precibus, constituit sex Sacerdotes Ecclesiarum Florentiae Rectores, qui Sacerdotes advenas ac peregrinos hospitio susciperent. Rector S. Ruffilli ad Portam Urbis, quae dicebatur Porta Domi, idest Cathedralis Ecclesiae. Rector S. Petri Coelorum ad Urbis Portam, quae dicebatur Porta S. Petri Maioris. Rector S. Florentii ad Portam, quae dicebatur Porta S. Petri Scheradii. Rector S. Petri Bonconsilii ad Portam, quae dicebatur Porta S. Pancratii. Rector S. Luciae ad Portam, quae dicitur Omnium Sanctorum. Rector S. Luciae de Magnolis ad Portam, quae dicebatur Porta Burghi. Hi singuli excipiebant hospitio advenas Sacerdotes ruralium Ecclesiarum, qui pro negotiis suis Florentiam venientes ingrediebantur per eam Portam, ad quam ab Episcopo constituti fuerant. Ob hanc causam hi Rectores Portarii appellati sunt; atque in hunc modum propter unius Sacerdotis molestiam ac scandalum Dei misericordia aliorum commoditati consuluit. Exercebant igitur Portarii haec pietatis & hospitalitatis opera. Interea vero Praesul Ioannes Stationes in Ecclesiis Florentinae bis in hebdomada facere aggressus est. Quarta scilicet & sexta feria. Coactis enim secum urbanis Presbyteris, nunc in una Ecclesia, nunc in alia, Missas celebrabant. Quarta feria pro peccatis, sexta ad honorem S. Crucis: adeo quod propter haec boni Pastoris, & bonorum ovium pia opera populus ad devotionem excitatus est. Itaque laicorum nonnulli divitias suas huic sancto Sacerdotum Collegio committebant erogandas. Hoc modo & advenae Sacerdotes recepti, & Stationes in Urbe celebratae fuerunt, annis ducentis fere, usque ad annum salutis millesimum trecentesimum undecimum. Quo anno Dominus Iesus iterum in peregrini effigie, una, & eadem, nocte Antonio Urso Florentino Episcopo, qui paulo ante Fesulanam Ecclesiam rexerat, & nonnullis Rectoribus Florentinarum Ecclesiarum, qui in illo sacro Sacerdotum Collegio annumerabantur, in somnis apparens imperare visus est, ut Hospitalem Domum conderent ad Salvatoris mundi honorem, eamque Domum Dei appellarent, in qua rurales atque advenae Sacerdotes Dei amore exciperentur. Quam ob rem collata inter se visione, ac iussu Domini Episcopus cum aliis Sacerdotibus Urbis, fusis ad Deum precibus, celebratis Missis ac Processionibus, emerunt libris pecuniarum MDCL. agrum, in quo Hospitalem Domum cum Oratorio, quae nunc, S. Salvatoris nomine, a Collegii S. Salvatoris Presbyteris habetur, aedificaverunt. Absolutum autem opus intra biennium, et anno MCCCXIII. primo die Augusti Episcopus idem in illo Oratorio Missam solemnem celebraverit, & populus processionaliter Episcopum secutus fuerit.

In hac narratione in nomine Episcopi erratum esse *Puccinellus* & *Richa* putant; non enim *Ioannes*, sed *Gottifredus*, Episcopus Florentinus anno MCXXXI. erat. Nam in apographo, quo *Puccinellius* usus, ita annus notatus erat. *Richa Tom. II. pag.* 52. putat, Librarium nomen Prioris S. *Caeciliae*, qui *Ioannes* vocatus esset, cum nomine Episcopi confudisse. Sed animadvertere debebant viri illi eruditi, in numero annorum tantum peccatum esse a Librario: nam Auctor diserte scribit, ab anno rei gestae ad annum MCCCXI. ducentos fere annos fluxisse; id quod verum est, si res gesta anno MCCXXI. sub *Ioanne Velletrano* Episcopo, consignetur.

[a] Alias Ecclesias in Tuscia, & Monasteria, Humiliati deinde obtinuerunt, ut superius *pag.* 439. videre est. Ibi enim Ecclesia S *Martini* Faonianae ad Humiliatos spectans memoratur. Et heic observandum, ibi

qui antea in Ecclesia & Monasterio S. *Donati* ad Turrim, vulgo *In Pulverosa*, morabantur [a], concedere voluerit [b]; *Ioannes* autem eius

ibi Castellum quoddam fuisse, quod *Castellum Sancti Martini* vocabatur; & in eo erat Ecclesia Sancti *Miniatis* iam anno XII. *Hugonis* Regis Italiae, quo anno *Conradus* Episcopus Lucensis concessit *Odalberto Benedicti* F. in emphyteosim Ecclesiam hanc Sancti *Miniatis* positam in Castello Sancti Martini, prupinquo Plebi S. *Genesii*, cuius Castelli dominus erat ille *Odalbertus*; & instrumentum scrips*it Ioannes* Notarius, quod in Archivo Episcupali Lucensi exstat, signatum ✠ 89. Hinc elucet atque eminet, verum esse, quod superius *pag.* 335. de origine Fani Miniatis adfirmavi; eam scilicet reiiciendam citra dimidium saeculi X. nam illi anno *Hugonis* Regis respondet annus Epochae Christianae DCCCCXXXVII. quo locus ille, ubi Ecclesia S. *Miniatis* erat, Castellum Sancti Martini, nun Opidum Sancti *Miniatis*, adpellabatur. *Odalbertus* ille ex Dominis Corvariae, vel *Lambardis* de Sancto Miniate, fuisse videatur, ut lare ostendit *Eug. Gamurrinius Valum. IV. pag.* 208. Hi igitur sunt illi Longobardi de Sancto Miniate, qui multa Plebi S. *Genesii* largiti sunt, & quos memorat *Caelestinus III.* Pont. Max. in Bulla, quam edidi in meo *Hodoeporica pag.* 165. & superius *pag.* 344. Sed ut ad *Humiliatos* revertar, quomodo Ecclesia S. *Martini* Fauniamae ad eos pervenerit, expositum fuit superius *p.* 439. & in meo *Hodoeporico p.* 188. Ecclesia etiam S. *Mariae* Ciculi, non procul a Fano *Miniatis*, ad eos pertinuit, ut dicitur supra *pag.* 440. 805. Adi meum *Hodoeporicon p.* 194. 243. 244. ubi Bulla *Innocentii VIII.* producitur dilecto Praeposito Sanctae *Mariae* de Cevoli, Lucanae Dioeceseos; & *Baptistae de Monte Politiano* Archipresbytero Cathedralis Ecclesiae Florentinae; & *Pandolfo de Luca* Canonico pariter Ecclesiae Florentinae &c. Data est anno MCCCCLXXXVIII. Humiliatorum quoque fuit Coenobium in Ponte Ormae, de quo Vico plura loquutus sum in laudato *Hodoeporico pag.* 10. *& seqq.* Ex eo oriundus fuit *Lucas Mantialius* Cardinalis, qui Fratrum Homiliatorum habitum indutus fuerat; quique fortassis Coenobium illud suis Monachis exstruxit, atque donavit, cum quatuor praediis peramplis, ut subspicatur *Dom. Mar. Mannius Tom. VI. Sigill. pag.* 101. Erravi superius *pag.* 439. ubi dixi Ecclesiam S. *Michaelis* Pontis Ormae ad Humiliatos spectasse: non Ecclesia illa, sed exiguum illud Coenobium in Ponte Ormae ad Humiliatos pertinebat; quod situm erat in prato seu platea, e regione Ecclesiae Sodalium S. *Michaelis* Archangeli, ut adhuc spectatur. De Parthenone S. *Marthae* in Monte Vgonis, in quo Humiliatae Sanctimoniales adhuc permanent, alibi agemus; quemadmodum de Coenobio seu Mansione, quam in eodem Monte Humiliati habebant, & quae, post eorum extinctionem, Minoritis Capucinis concessa fuit. Pinacotheram Fratrum Humiliatorum habes supra *pag.* 136. Homiliati etiam *Amadei* apud nos audiebant.

[a] Consule superius *pag.* 839.

[b] Charta *Philippi* Episcopi, edita ab *Vghellio*, & a me emendata, ut licuit, ita habet:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Philippus, miseratione divina, Florentinus Episcopus electus, viro religioso praeposito Sancti Michaelis de Alexandria, & eius Conventui Ordinis Humiliatorum, salutem in eo, qui est vera salus. Vestris benignis petitionibus grato concurrentes animo, intuitu Religionis, & Ordinis vestri, ac venerabilis Patris D. Octaviani Sanctae Mariae in Via lata Diaconi Cardinalis Apostolicae Sedis Legati precibus inducti, Cappellam Sanctae Luciae positam extra muros Civitatis Florentiae iuxta Arnum ad Episcopatum nostrum spectantem, cum omnibus possessionibus, iuribus, actionibus, & omnibus aliis ad dictam Capellam pertinentibus, damus, & concedimus, & donamus vobis, & Ordini vestro, Episcopalibus iuribus nobis, & successoribus nostris, reservatis, & annuo censu, scilicet unius cerei de libra, quem Episcopatui nostro in festo Sancti Ioannis Baptistae praestari volumus, in signum universalis dominii, ita quod Collegium, sive Fratres Ecclesiae Sancti Donati, in quo commorantur, possitis ad dictam Capellam transferre, cum ibi habilius, & melius, valeant commorari, quam in praedicta Ecclesia Sancti Donati. Dantes insuper vobis licentiam, ut in eodem fundo dictae Ecclesiae, si necesse fuerit, possitis aliam Ecclesiam de novo fundare. Item volumus, & statuimus, atque ordinamus, quod nec vos, nec successores vestri, possint bona immobilia dictae Capellae, seu alia iura, alienare, vel donare, alicui personae, vel dictam Ecclesiam alteri supponere, vel subiicere. Et si vel vos, vel successores vestri, contra ista aliquid feceritis in praeiudicium nostrum, aut dictae Capellae, ipso iure libere ad Episcopatum nostrum redeant, & licitum sit nobis, & successoribus nostris dictam Ecclesiam cum omnibus iuribus, & possessionibus suis ad Episcopatum nostrum auctoritate propria revocare. Ad haec intuitu Religionis vestrae, nolumus vos, vel successores vestros, aut Rectorem, vel Fratres, qui pro tempore fuerint in dicta

eius successor, reipsa concesserit, & tradiderit, ita tamen, ut, condito ab iis Monasterio & Ecclesia, *Omnium Sanctorum* titulo, Ecclesia S. *Luciae* libera iterum ad Episcopum reverteretur; & ii in novum Monasterium migrarent [a]. Quamquam autem ii ex Ecclesia S. *Luciae* migraverunt, tamen eam administrare & curare perrexerunt etiam deinceps, certum censum quotannis pro ea Episcopo solventes [b], donec Ecclesiam hanc cum Monasterio *Cosmae I.* Magno Duci vendiderunt [c]. Hinc Fratres *Paullus* & *Deodatus* Syndici Ecclesiae S. *Luciae* Omnium Sanctorum solverunt *Francisco* Episcopo cereum novum unius librae, & solidos quindecim florenorum parvorum. Et *Iacobus* Sacrista, & *Franciscus* alio anno; sicuti alio, *Paullus* & *Dominicus*; Fratres omnes Humiliati S. *Luciae* Omnium Sanctorum, eumdem censum pro Ecclesia Sanctae *Luciae* Episcopo *Antonio ab Urso* solverunt [d]. Deinde haec Ecclesia a *Cosma I.* laudato, post varias eorum migrationes, data fuit Canonicis Sancti *Salvatoris*, qui antea Ecclesiam & Monasterium S. *Donati* in Scopeto, extra Portam S. *Petri Cattuarii* seu Romanam situm, obtinebant [e], & tamdem in Ecclesiam S. *Iacobi* Super Arnum se contulerunt; unde hoc saeculo vertente expulsi fuere, ut in eo Asceterio Presbyteri *Missionarii* conlocarentur [f]; qui non tam Ecclesiam S. *Iacobi* obtinuere, verum etiam ei subiectam Ecclesiam S. *Luciae*; donec Iuspatronatus S. *Luciae* in Gentem *Taurisianam* transtulere, quae illam restauravit [g].

Ecclesia Sanctae *Mariae Maioris*, quae Paroecia iam saeculo XI. erat [h], & Collegium Canonicorum olim habuit; & nunc a Fra-

dicta Capella, ad manualem obedientiam teneri nobis, aut successoribus nostris: ad aliam tamen obedientiam nihilominus teneamini: & ad maiorem firmitatem habendam, & ad perpetuam rei memoriam hanc praesentem concessionem, & donationem manu publ. scribi fecimus. & nostri Sigilli munimine roborari.

Actum in domo Monasterii Episcopatus Ferrariensis anno millesimo docentesimo quinquagesimo, indictione octava, die sexto intrantis Februarii. Praesentibus

D. Bono Presbytero Cardinali, & Flore Cantore Sanctae Ravennatis Ecclesiae.
Salomone Canonico Faventino.
Vgolino Canonico Pratensi.
Viviano Notario Florentino Fratre Poenitentiae.
Vgolino Midonoae, & Tignosino de Castiglione testibus vocatis.
Ego Bartholomaeus Bonaccursii Guidonis Arpinelli Imperiali auctoritate Notarius interfui, & ut supra legitur, de mandato praedicti Domini Electi sceipsi, & publicavi, & ad maiorem firmitatem, sigillum meum apposui.

a Vide supra *pag.* 948. 949.

b Consule *Richam Tom. IV. pag.* 212.

c Consule *Richam Tom. IV. pag.* 211.

d Adi superius *pag.* 256. 262.

e *Pocciantius Eccles. Florent. Richa Tom. IV. pag.* 211. *& seqq. Mannius Sigill. Tom. XVII. S. Donati* ad Scopetum Ecclesia erat, ubi nunc est Ecclesia S. *Francisci de Paula. Puccinellius Chronic. Abbat. pag.* 119.

f Contigit id anno MDCCIII.

g *Richa* loco citato *pag.* 214.

h Exstat ex Charta Archivi Capituli Florentini, quae habet, quod: N. . . . . filius *Dominichi*, & *Iulia* iugalis eius, filia b. m. *Porcelli*, donant medietatem casae, ter-

Fratribus Carmelitis Congregationis Langobardae habetur [a]. Nam Capitulum Ecclesiae Florentinae, ad quod huius Ecclesiae dominium spectabat ab anno MDXV. quo *Leo X.* Pont. Max. eam illi Capitulo adnexuit atque copulavit [b], Monachis illis saeculo XVI. concessit [c]. *Gottifredus* Episcopus iure emphyteuseos locavit & concessit in beneficium Ecclesiae Sanctae *Mariae Maioris* tres agros pro annuo canone decem octo denariorum Lucensium [d]. Quare *Ammanatus* Prior huius Ecclesiae *Lothario De Tosa* Episcopo se debitorem illius canonis, quotannis in die festo S. *Ioannis Baptistae* solvendi, professus est [e]. Quum huius Ec-

terrae, & rei, positarum Florentiae in loco dicto Cortipaldi, quibus a tribus lateribus viae; a quarto casa *Petri Maletti*; Ecclesiae & Oratorio Sanctae *Mariae Maioris*, suisque Rectoribus; & alteram medietatem vendant eidem Ecclesiae; & pretium d. . . . . . concedit dictae sore uxori facultatem disponendi pro animabus suis; & quod ibi habetet ad eius libitum. Anno Incarnationis MXXI. Prid. Non. Decemb. Indict. IV. *Beniamin* Iudex, qui mulierem interrogavit de spontanea oblatione subscripsit. *Petrus* Magister filius *Ioannis*; *Florentius*, *Paliarius*, & *Paramanus*, & *Carontus* fil. *Maraudi*, & *Balthassar*, testes. *Rolandus* Notar. confecit. Hoc Instromenti compendium refert etiam *Ios. Richa*, sed mutilum, & aliquatenus depravatum.

[a] Consule *Meliarium pag.* 424. & 432. *Richam Tom. III. pag.* 264. 266. & patet ex Instrumentis, quae paullo post producemus. Ipse evolvi librum scriptum anno MCCCXL. & in Archivo Capituli Florentini exsistentem, in quo impensae diurnae pro victu Canonicorum & Clericorum *S. Mariae Maioris* descriptae sunt: quare usque saltem ad illud tempus vitam eos communem egisse, compertum habemus.

[b] Vide *Ios. Richam Tom. III. Eccles. Florent. pag.* 268. *Meliarium pag.* 433.

[c] Consule *Meliarium pag.* 454. & *Richam* loco laudato. Inventarium rerum mobilium S. *Mariae Maioris* anno MDXX. Fratribus Carmelitis traditum fuit.

[d] Consule superius *pag.* 249.

[e] Adi superius *pag.* 262. Xenodochium seu Hospitale huic Ecclesiae a *Cicaretto* donatum fuit; de qua re loquuntur Instrumenta sequentia deprompta ex Archivo Ecclesiae S. *Laurentii*.

" In nomine Domini nostri Iesu Christi. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo primo, undecima Kal. Iunii, Indictione nona, Christo auctore. Manifesti sumus nos Spina &c. Vbertelli, & Akilia filia Caritii iugalis iam dicti Spine. Set ego Akilia interrogata sum ab Henrico Iudice ut si ego per alicuius hominis virtutem aut ipsius viri mei, vel per meam bonam voluntatem, hanc cartam facerem, aut non. Quapropter manifeste dixi, quod per nullius hominis virtutem, neque ipsius viri mei, sed per meam bonam voluptatem facio, & ipse vir meus michi consensit & commiatom dedit. Communiter nos iugales pro Dei timore & remedio anime nostre & patris & matris nostri & omnium parentum nostrorum, per hanc cartam donationis inter vivos donamos & tradimus atque concedimus vobis Cigeritto & Rugerine iugali tue, vice & utilitate atque onore Domini nostri Iesu Christi & Beate Virginis Marie & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei. Videlicet integre unam petiam terre positam prope stradam de Castello, que sic decernitur. De duabus partibus vie sibi recurrunt; a tertio latere finis est ei terra Lamandine, que fuit coniunx Boni Berizini. A quarto vero latere finis est ei terra de filiis Iohannis de Leo. Predictam petiam terre una cum omnibus, que super se & infra se habet, vobis iam dictis iugalibus & vestris successoribus donamus & tradimus atque concedimus at possidendum. Sub tali videlicet ordine hoc facimus, ad hoc ut vos iam dicti iugales & vestri successores facistis casas & domus & Ospitalem & Oratorium in sopradicta terra ad honorem Dei & Beate Virginis Marie, & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & divine caritatis, ubi pauper & dives caritatem & refugium accipiant, ab hac die in antea. Supradictus Spina convenit, atque promisit, quod si iam dictus Cigeritus infirmatur, ipse costodiet eum usque ad dies quindecim. Et quod fieri non credimus, si nos

Ecclesiae Priorum quorumdam nomina occurrerint, heic ea recensere fert animus, adnotato anno, quo unusquisque vivebat: & fi-

nos iam dicti iugales vel nostri heredes aut submissa persona quam nos miserimus, vel que cum quolibet nostro facto veniat per quodlibet ingenium eoi nos eam dedissemus, aut dederimus, que eirca vos iam dictos iugales, vel circa vestros successores agere, causari, tollere, contendere, contradicere, intentionare, vel amovere, presumpserimus: aut si eam nos vobis iam dicti iugales & ad vestros successores ab omni homine & femina defendere non potuerimus, & non defenderimus, vel cartam istam falsam dicere, vel non valere presumpserimus, vel si ea ubi apparuerit datum aut factum, vel quodlibet scriptum firmitatis, quod nos vel nostri heredes ea in aliam partem factum habeamus, aut in antea fecimus & claruerint, & exinde omni tempore taciti non permanserimus, & omnia ut dictum est non observaverimus, ut compotituri & daturi esse debeamus vobis iam dictis iugalibus & vestris successoribus superius determinatis nomine pene de bono argento libras centum, & post penam datam, hec carta in suo robore permaneat; volumus atque constituimus ut supradictam Domum & Ospitalem vocetur Domus divine caritatis. Actum Florentie &c.

Signa ✠✠ manuum iam dictorum Iugalium qui hanc cartam donationis inter vivos sicut superius legitur fieri r.o.g.a.v.e.r.u.n.t.

Signa ✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠ manuum Meliorelli filii Davizi Vicedomini, & Sinibaldi filii Florentii, & Filuecari filii Ciotoli, & Bernardini filii Fenci, & Begnoli filii Iohannis Galigarii, & Bernardini filii Cicii, & Marregolati filii Remicioli Magistri, & Rusticuecii & Falconis germani, filii Ildebrandini, & Burbassini filii Burbassi, & Dotti filii Iannucoli Macozi, & Vlivete filii r.o.g.a.t.i. e.e.stes.

Ego Guido Vicedominus atque Causidicus interfui scienfque veritatem sobscripsi.

Ego Henricus Iudex & Notarius huic imposui carte completionem.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo septoagesimo secundo pridie Kal. Iunii Indictione quinta Canonibus sacris nec non Legibus sancitum constat humanis, ut quod pro Dei timore, & animarum redemptione, nec non pauperum geritur substentatione, firmum ac stabile permaneat semper. Sed quia humana mens, quod geritur, diu conservare non potest, idcirco nostri predecessores ad scripture conpositionem provide consueverunt decurrere. Quapropter ego Cicarettus considerans casum humane fragilitatis ad reparationem nostri Hospitalis, & ut dictum est pauperum substentationem, in presentia Domini Guidonis Rubei, & Donni Archipresbyteri nostre maioris Ecclesie, & Donni Raimerii Sacerdotis, & Bibulci, Vbaldini, atque Bencivenni, Fratrum, & aliorum quamplurium, profiteor me omne ius & actionem, si quam habeo de nostro Hospitali, & omnem potestatem & administrationem quam habeo, tibi Donno Priori Guilielmo atque Rectori Ecclesie Sancte Marie Maioris, & tuis successoribus in perpetuum, dedisse atque concessisse ad habendum tenendum, & quidquid tibi placuerit administrationis & potestatis iure faciendum; & investituram in manus prefati Prioris, & super Altare posuisse. Qui prenotatus Prior & Rector predicte Ecclesie in presentia supradictorum & omnium Fratrum sacram consensu ipsum praefatum Cicarettum eorum Socium & Canonicum constituit.

Signum ✠ manus praedicti Cicaretti, qui hanc investituram, ut superius legitur, in manus prenotati Prioris & super Altare posuit.

Signa ✠ iam dictorum bonorum hominum scilicet Guidonis Rubei, & Donni Archipresbyteri maioris Ecclesie, & Donni Rainerii Sacerdotis, & Bibulci, Vbaldini, atque Bencivenni, superius rogatorum testium.

Ego Bovaccianus Iudex & Notarius ex mandato Latini Iudicis & Notarii michi iniuncto huic Instrumento publice conplectionem inposui.

In Dei nomine. Anno Dominice Incarnationis millesimo, centesimo, octuagesimo octavo, quarta Kal. Iunii, Indictione VI. Constat me quidem Achilliam quondam uxorem Spine Petrioli, per consensum Angiolelli Mondualdi mei, & legitime sum interrogata a Bruno Iudice ordinario, cum congruenti responsione a me facta, per hoc instrumentum donasse, & pro remedio anime mee

& fiquando anni indicium duplicabitur, fignificari volumus, Priorem illum, ufque ad annum fecundo loco indicatum, viventem in antiquis Scripturis offendi.

Ioan-

mec & ciofdem viri mei & omnium parentum meorum obtuliffe & tradidiffe & coneeffiffe tibi Ildebraodo Dei proeideotia Prion Eeelefie & Canonice Sancti Laurentii Civitatis Florentie, accipienti viee & utilitate ipfius Eeelefie in perpetuum. Integre videlieet quartam partem fuper totum paronatus cuiofdam Hofpitalis pofiti in Plebeio Sancti Stefani in Paoc ab eodem Spina olim viro meo & a me hedificati, & quartam partem ipfius Hofpitalis & omoium rerum ad ipfum Hofpitale pertioentium. Praedictam quartam partem patronatus & Hofpitalis & rerum oos cum omoibus fuper fe & lofta fe habitis; omnique iore actione, requifitione vel ufo, pro ea quarta parte exinde mihi competentibus, ut dictum eft, tibi prefato Priori, & tuis io predicta Eeclefia fueceffcribus in perpetuum dono & trado & offero & concedo ad habeodum, tenendum, poffidendum, & quidquid eobis pro utilitate fupradicte Ecclefie Sancti Laurentii placuerit faciendum. Ea tamen lege io contrahendo & tradendo appofita, ut fi de tribus partibus patronatus predicti Hofpitalis que remaneot Gerarduceio & Sefmundino & uxoribus eorum, filiabus meis, vel de iure quod habeot patroni laici ratione patroostus io Hofpitalibus eel Eeclefiis, tu vel tui foeceffores aliquo in tempore feceritis vel feceritis facere eis vel eorom heredibus aliquam moleftiam, eel fi ius illud demiouere, eel aufetre eolueritis, & iofra duos menfes proximos poft inquifitionem ex parte eorom factam non emendaveritis, hec donatio, & oblatio libere ad eos eel ad eorum heredes deeeoiat. Si vero adeerfus ea, que dicta fuot, per me meofque beredes, aut per fobmiffam eel fubmittentem a nobis perfonam factum eft vel fuerit, & omnia ut fuperius leguntur perpetuo firma non tenuerimos, duplum unde agetur nomine pene dare, & iofuper libras centum bonorum denatiorum, omoemque expenfam & dapnum ea de caufa competiturum refareire de iure, fub obligo Confulum, & Rectorom, qui pro tempore Florentie erunt, vel Poteftatis aut alterius perfone, per quam magis diftringi potero, tibi Priori ftipolanti & eois fueeefforibus promitto, & infuper ex pacto, hoc inftromentum femper firmum & incorruptom tenere fpondeo. Act. in predicta Ecclefia Sancti Laurentii.

Signum ✠ manus predicte Aehilie, que hoe inftromentum fieri rogavit.

Signum ✠ manos prefati Angiolelli, qui eidem Mandualde foe confenfit, ut dictum eft.

✠ Ego Lanfrancus Dei gratia Fefulaoe fedis Epifeopos, quia ante meam prefentiam predicta qoe fupra & iofra leguntor facta font, fobfcripfi.

✠ Ego Rauerius eiofdem fedis Prepofitus, quia predictis ioterfui, fubfcripfi.

Signum ✠ ✠ ✠ ✠ manuum Tioiofi Pieri Vgi, Giannibelli filii Tedaldini, Spinelli filii Petri Bensi, Iffalcati filii Aguilantis, Benedicti filii Guittonis, Strufaldi filii   Belfotti filii   Buiamontis filii   rogatorum teftium, & in prefentia dictorum Gerardueeii & Sefmoodioi hec facta funt.

Ego Brunus Frederiei Imperatoris conceffione Iudex ordioarius predictam mulierem ioterrogaei & omoibus fupradictis rogatus ioterfui & ideo bic fubfcripfi.

Ego Bernardus Iudex & Notarius hec rogaei & fcripfi, & huie Inftrumento ideo complectionem impofui.

In Dei nomioe. Anno Dominice Incarnationis millefimo centefimo octusgefimo nono, pridie Kal.   Indict. VIII. Conftat me qoidem Dominum Clarum venerabilem Sacerdotem Ecclefie atque Canonice Sancte Dei   femperque Virginis Marie Maioris divina gratia Priorem, cum affenfu Canonicorom Fratromque meorum per hoc Inftrumentum finiiffe, refutaviffe, conceffiffe, remififfe, & generaliter trapfigendo dediffe & tradidiffe pactomque ulterius de non petendo feciffe, modifqoe omnibus abrenuntiaviffe vobis Domino Ildebraodo Eeclefie ac Canonice S. Laorentii Martyris divino nutu Priori, omnifariam venerando, pro quarta parte, accipienti eiec & utilitate predicte divine Domus eiufque fueceforibus in perpetuum, & vobis Gerardueelo filio Vgolini Caftagnaccii, & Sefmuodioo filio olim Sefmundini de Bonzole, pro tribus partibus veftrifqoe heredibos in perpetuum pro iodivifo. Integre videlicet Hofpitale quod eulgo dicitor Cigheritti, & Integrum Iufpatronatus, quod predicte Ecclefie Sancte Marie competere dicebam a-

Si- ca-

Ioannes anno MC.
Martinus anno MCVII. & MCXXXII.

Al-

casione adquisiti facti a predicto Cigheritto, aut alio quoquo modo, vel ingenio. Et omnia iura & actiones quas mihi, & prefate Ecclesia contra vos competere dicebam aliquo modo, vel ingenio, remitto, atque concedo. Et si quas actiones contra aliam personam mihi competere dicebam in re vel in persona vobis do, concedo, mando, & procuratores vos tamquam in rem vestram facio, predictas res superius determinatas ut dictum est una cum omnibus super se & infra se habentibus in integrum & omni iure & actione & requisitione, vel usu de illis sive pro illis mihi & predicte Ecclesie quoquo modo, vel ingenio competentibus, vobis ut dictum est vestrisque successoribus & & heredibus in perpetuum finio, refuto, concedo, remitto, do, trado, & generaliter transigo, pactumque ulterius de non petendo facio, modisque omnibus abrenuntio, ad habendum, tenendum, ac possidendum, & quidquid deinceps vobis placuerit, faciendum. Si vero adversus ea que dicta sunt per me successoresque meos aut per summissam, vel summittentem a nobis personam factum est, vel fuerit, vel si in placito aut extra placitum quolibet modo, vel ingenio vos vestrosque successores vel heredes de omnibus supradictis rebus mobilibus & immobilibus sive de iure & actione aliqua, vel causis aliquibus litigavero, vel molestavero, & omnia ut superius scripta sunt semper firma & incorrupta non tenuero, pene nomine duplum ipsius rei unde causavero, & insuper libras centum bonorum denariorum expendibilium in continenti stipulatione interveniente dare, omnemque expensam & dapnum pro illis competiturum, de iure sub pena & obligo Domini Apostolici & Florentini Episcopi resarcire vobis prefato Priori, & Gerarduccio, & Sasmuodino vestrisque successoribus & heredibus promitto hoc instrumento firmo manente. Et pro hac finitione & refutatione & concessione & remissiona & transactione & datione & traditione, ut superius legitur, recepi a vobis libras quindecim bonorum denariorum expendibilium. Actum Florentie.

Ego Clarus Sancte Marie Maioris Prior huic transactioni a me facto interfui, ideoque subscripsi.

Ego Vbaldus interfui & consensi, ideoque subscripsi.

Ego Ioannes predicte Ecclesie Canonicus consensi, & subscripsi.

Ego Presbyter Vgo predicte Ecclesia Canonicus consensi, ideoque subscripsi.

Signum manuum Boninsigne Lodoiki, & Galitlani filii Massaritie, & Octaviani filii Niccole, & Stefani, rogatorum testium.

Ego Cacis Sancti Petri Scradii Prior licet immeritus huic transactioni interfui & eam utraque parte consentiente feci, ideoque subscripsi.

Ego Gerardus Sancti Salvatoris Sacerdos, & Dominus, huic transactioni interfui & eam utraque parte consentiente feci, ideoque subscripsi.

Ego Guerius huic transactioni interfui, ideoque subscripsi.

Ego Ioanes Sacerdos huic transactioni interfui, ideoque subscripsi.

Ego Brunus Frederici concessione Iudex ordinarius predictis omnibus rogatus interfui, & ideo hic subscripsi.

In Dei nomine. Amen. Cum quedam differentia verteretur inter Dominum Ildebrandum Dei gratia Priorem Ecclesie & Canonice S. Laurentii ex una parte, & Presbyterum Clarum Dei gratia Priorem Ecclesie & Canonice S. Marie Maioris ex altera, de populo & Parochia predictarum Ecclesiarum. Petebat enim dictus Prior Ildebrandus Sancti Laurentii & dicebat ad suam Ecclesiam iure Parrochiali pertinere omnes domos que sunt a Classario Magnolini ubi modo habitat Buismonte usque ad Riofredum. Contra predictus Prior Sancte Marie Maioris dicebat se non teneri, & predictas domos omnes que sunt a Riofredo usque ad predictum Classariom Magnolini, ad dictam Ecclesiam Sancte Marie Maioris iure parrochiali pertinere; & insuper dicebat quod nullus terminos erat inter Parrochiam Sancte Marie Maioris, & Parrochiam Sancti Laurentii, nisi publica via. Ipsi vero Priores eorum Canonicorum consensu in nos scilicet Presbyterum Ioannem Dei gratia Priorem Ecclesie & Canonice Sancti Michaelis Bertelde, & Presbiterum Buongianni Canonacum Sancti Laurentii, & Presbiterum Vgonem Canonacum Sancte Marie Maioris, tamqoam in arbitros commiserunt nostro arbitrio ipsam differentiam finiendam & laudandam. Nos itaque auditis eorum dictis & alle-

allegationibus utriusqoe partis & diligenter inspectis, habito insuper sapientum virorum consilio, dicimus firmiter & laudamus atque censemus, quod omnes viri habitantes domum olim Deotiguerii Fiordibelle eant de cetero per totum annum pacifice sine aliqua molestia ad predictam Ecclesiam Sancti Laurentii pro populo, & penitentiam in sanitate & in infirmitate a Priore eiusdem Ecclesie Sancti Laurentii, vel ab eius Sacerdote accipiant. Viri & mulieres, predicta domo olim Deotiguerii habitantes eligant sibi sepulturam ad quamcumque Ecclesiam de predictis duabus Ecclesiis voluerint, hodio & malitia remota, & si non eligerent sepulturam, viri sepeliantur apud Ecclesiam Sancti Laurentii, & mulieres apud Ecclesiam Sancte Marie Maioris. Iudicium, beneficium, testamentum, pro mortuis dicte domus Deotiguerii factum seu datum vel iudicatum, tam in denariis quam in cera vel in aliis rebus, omni malitia remota, dicimus, & laudamus firmiter quod equali parte dividatur per medium inter predictas Ecclesias. Item dicimus firmiter & laudamus atque censemus, domum Vlivetti & omnes alias domos que sunt ab ipsa domo Vlivetti usque ad Munionem ex illa parte Occidentis esse de populo & Parrochia Sancti Laurentii, excepto quod Vlivettus sepelliatur apud Ecclesiam Sancte Marie Maioris, quia Conversus ipsius Ecclesie est. Item dicimus laudamus, censemus, domum Compagni & omnes alias domos que sunt a predicta domo Compagni usque ad Ecclesiam Sancte Marie Maioris esse de populo & Parrochia Sancte Marie Maioris salvo quod supradictum in totum de domo dicta olim Deotiguerii & personis in ea habitantibus. Item laudamus, quod nullus predictorum vel aliquis pro eis aliquo modo vel ingenio possit vel debeat acquirere vel construhere aliquod Oratorium ad lesionem seu iniuriam alterius Ecclesie. Hec omnia firmiter dicimus laudamus censemus, iudicamus, & preeipimus semper firma & incorrupta ab utraque parte in totum ut supradictum est teneri & observari sub pena C. librarum, & sub pena Domini Appostolici & Domini Episcopi Florentini, & pena soluta vel commissa, omnia predicta semper firma teneri, & observari, laudamus, dicimus, & censemus, ut supradictum est. Et sic ibi in continenti dicti Priores eorum Canonicorum consensu insimul ad invicem inter se promiserunt pro se & eorum ibi successoribus supradictum laudum semper firmum tenere, & omnia que continentur in ipso laudo observare & facere & adimplere iotegre sine malitia; & insuper finierunt, & cesserunt, dederunt, tradiderunt & promiserunt & se obligaverunt in totum & per omnia sicut superius in laudo continetur, quod si ita in totum non observaverint, ut superius dictum est, vel contra aliquod predictorum factum habuerint vel fecerint, promiserunt inter se dare nomine pene altera pars alteri parti stipulanti centum libras boni denarii, & dapnum et expensas eadem causa resarcire sub obligo predictarum personarum, & pena soluta vel commissa, omnia predicta semper firma tenere & observare promiserunt, & in omnibus dictis renuntiaverunt omnium legum auxilio. Acta sunt hec anno Domini MCCI. septima Kal. Februarii, Ind. V. presentibus, & rogatis testibus Vgolino Gonnelle, Tornamontagna, Provinciale, Vbertino Orsachini, Tedaldo fil. Vbertelli. Vt autem termini malitia hominum nullo tempore confundantur, dicimus a muro novo Civitatis Florentie usque ad domum predicti Compagni, que est terminus Parrochie Sancte Marie Maioris, XXXVI. pedes quarto minus fore.

✠ Ego iam dictus Prior Sancti Michaelis Bertelde cum predictis Presbiteris Bungianni & Vgone omnia supradicta laudavi, & Ioanni Galitii Iudicarie Notario scribenda mandavi ideoque subscripsi.

Ego Clarus Presbiter & Prior Sancte Marie Maioris licet indignus predictis arbitris compromisi, & ideo dictis eorum in predictis articulis & dictis assensum prestiti & subscripsi.

Ego Beneveniens Presbiter Sancte Marie Maioris licet indignus predictis arbitris compromisi & assensum prestiti & subscripsi.

Ego Presbiter Vgo Sancte Marie eiusdem Canonicus & super his arbiter laudavi concessi, ideoque subscripsi.

Ego Vbaldus intersui, ideoque subscripsi.

Ego Iacobus predicte Ecclesie Canonicus prescripta firmiter tenere promisi. Iam dictis arbitris laudanda concessi, ideoque subscripsi.

Ego Oderisius eiusdem Ecclesie Canonicus interfui, concessi, ideoque subscripsi.

Ego

Guiglielmus anno MCLIV.
Rainerius anno MCLXXV.

Ioan-

Ego Bonus predicte Ecclesie Canonicus interfui, ideoque subscripsi.

Ego Oderricus ordinarius Iudex Domini Imperatoris Henrici cum predictum arbitrium & laudum corem pereibus & predictis Iudicibus & eorum mandato fereretur & recitaretur, & finitioni predicte rogetus interfui, ideoque subscripsi.

Ego Presbiter Bonus Ioannis Canonicus Sancti Laurentii & arbiter cum predictis Priore scilicet Sancti Michaelis & Presbitero Vgone Sancte Marie Canonico, supredicta laudavi, ac Iohanni Gal. scribenda mandavi.

Quod in hisce Instrumentis de Xenodochio *Cigaretti* dicitur, confirmatum iam vidimus superius *pag.* 936. 937. Bullis *Celestini III.* & *Honorii III.* Pont. Max. Ecclesiae Sancti *Laurentii*. Quod vero in ultimo Instrumento de *mura nova Civitatis Florentiae* legitur, insinuare videtur, nova moenia, quae anno MLXXVIII. aedificari coeperant, sub saeculi XIII. initium adhuc nova fuisse; seusim scilicet, & per multorum annorum tractum, absoluta tandem fuisse; ita ut vera tradat *Paullinus Pieri*, quum anno MCCXVIII. scribit, demum completa fuisse nova moenia, & iis Ecclesias S. *Laurentii*, S. *Petri Maioris*, & S. *Iacobi inter foveas* conclusas fuisse. Nisi & ipse per prolepsin loquitur, ut *Ioannes Villanius*; nam superius *pag.* 935. indicari vidimus, vel saeculo XIII. multum progresso Ecclesiam S. *Laurentii* nondum muro urbano circumdatam fuisse. *Villanium* κατὰ πρόληψιν loquutum esse, evincit etiam Instrumentum anno MCXXXVI. conditum, in quo legitur: *Actum infra Ecclesiam Sancti Laurentii prope Civitatem Florentie*; ut apud *Richam Tom. II. pag.* 51. videre est. Quin mox Instrumentum anni MCLXVII. adferemus, ex quo patet, Ecclesiam S. *Mariae Maioris* nondum muro urbano inclusam fuisse: multo minus igitur inclusa erat Ecclesia S. *Laurentii*. Iuvat hic ex Chartis Archivi Capituli Florentini quasdam in compendium redactas ad Ecclesiam S. *Mariae Maioris* spectantes exhibere, ex quibus antiquitatem & conditionem huius Ecclesiae facilius intelligere est.

1100.

1100. *Rustichellus titulo donationis causa mortis offert Ecclesiae S. Mariae Maioris, ubi D. Ioannes residet Prior, omnes casas, terras, & vineas, quas habebat Valisompi usque positas casas in Civitate Florentiae, ubi dicitur Campo Corto, & terras & vineas in loco praedicto, & in Caregie, & Inguldi lasci, praeter trea staiora terrae & vineae de Carigie, quae reliquit Bonfiliola filia suo, quem habet de Abandonata, tum conditione tamen si Simon, & Bruciveune, & Rosa, sui filii obirrint sine filiis vel si iabet &c. Anno Incarnationis 1100. 2. Kal. August. Ind. 15. &c. Opizus Martini, Burgitius, & Staccialus filii Bucelli, & Beatiarinnole, & Raffaldo fil. Perini, testes, Henricus Iudex & Not.*

1107. *Dina q. Bonatti, & Gerardus vir eius, & Ioannes filius, concedunt in emphyteusim Martino Presbytero & Priori S. Mariae Maioris & successoribus, petium terrae & horti prope dictam Ecclesiam extra muros Civitatis Florentiae &c. quibus confinant nepotes Martini Burgitii, Angelus de Amuli &c. pro annua pensione solvenda in egdomada Nativitatis denariorum duorum inter censum & obliae Vgoni, & . . . . . filiis Lopitini, anno ab Incarnatione 1107. 5. Nonas Februar. Indict. 5. Davizo Vicedominus, Ildebrandus, & Stelstione filii Petri Monachi, & Ciotuli fil. Ioannis Cane, & Vguccione Bergae, & Ribaldus Brunelli, testes &c. Rolandus Not. &c.*

1100. *Petrus q. Dominichi, & Iulia eius uxor filia . . . . . de Porcelli, offerunt & donant inter vivos Oratorio S. Mariae Maioris tertiam portionem terrarum, arborum, & molendini in loco Palmeta, tam quae ultra flumen Rifredi, quam quae citra sunt: confinant ultra flumen terra filiorum Alberti Iudicis, fil. Ioannis Bonichi, & Florentii Ioannis fil. Amici; & citra flumen Ioannis Bonichi, Angeli, & suorum germanorum, Bonfanti Ioannis Grassi, Ecclesiae S. Pancratii, Fenci fil. Pagani. Anno Incarnationis 1100. pridie Kal. Decemb. Indict. 14. in praesentia Ioannis Iudicis, interrogantis d. mulierem &c. Ioannes Cane, & Ciotoli suus filius, Ildebrandus Sesbachi, Ildebrandus Castaldionis, Martinus fil. Florentii Burgesi, Vguccione Micii Micii, Petrus Boadi, Seratini, & Angeli Canorni, Malabronche fil. Ioannis Cachi, Ioannes fil. Vuidonis de Greve, Arduinus, & Bonni de Miana, Deute filius eius, Rolandus Gaci, Angelus filius Petri Magistri, & Coronius Moraedi &c. testes. Lamd. Notar.*

1124.

Ioannes anno MCLXXXII.
Clarus anno MCLXXXVI. & MCCII.

Ru-

1124. *Amizo q. Martini, & Ildebrandus, Rolandus, & Albertus, filii Domini Amizonis investiant & offerunt in manibus Martini Presbyteri & Prioris S. Mariae Maioris pro dicto Ecclesia integram decimationem unius petiae terrae & vineae in loco Ferri iuxta Riofridum, cui confinant inter alios Ioannis Cordale, & Rugerie Bati, Sagina, & Sancti Salvi, & dello Sarda. Anno Incarn. Dominice* 1124. *7. Kal. Iul. Ind. 3. testibus Benedicto Bourcosue, Ildebrando filio Petri Monachi, Azzone Toschi, Iuanne Bone Bonecosoe, Lupo Galferi, Bernardo Lupi de Tr̃spiano, Martino Catatumbr, Donato Pescatoris, & Gerbellino, & Inda fil. Bellini, & Vguicione Bergae, Rolandus Not. &c.*

1128. *Albertus, & Vgerius germani, & filii q. Vguvis pro se ipsis, & Vbaldo eorum germano, concessrrunt & tealiderunt in manibus Ven. Presbyteri Martini Prioris S. Mariae Maioris medietatem decimationis de musto, & bladis, & pomis arborum terrae, & cultus eorum domnitotus de Stagneto, cui a duabus lateribus viae, a tertia terra filiorum Amizi, a quarto terra & vinea S. Pancratii, & Iannis Boni Corduli. Actum Florentiae domi Rigustdi Cusfidici filii Ioannis Bonitearii: testibus Benedicto Bonetose, & Inanne Boni fil. Florentii, Lei Bononi, & Lupo Gufseri, & Rolanda Castaldionis fil. Rodulfi de Greve, Anno Incarnationis* 1128. 13. *Kal. April. Indict. 6. Land. Not.*

1132. *Davizo q. Vidonis, & Tora uxor eius filia Meliorelli, & Meliorellus eorumdem iugalium filius, concedunt in emphiteusim Presbytero Martino Priori & successoribus in utilitatem Ecclesiae S. Mariae Maioris petium terrae & vineae positum prope Arcam, cui confinant inter alios filius Bonrtosae, & Bonfontes de Tribio, cum onere annualiter nomine pensionis ostendendi & non dandi denarios duos Lucenses. Anno Incarnationis* 1132. *pridie Idus Febr. Indict. 10. testibus Gaittomanno filio Filippi, & Ioanne Bono Bonrtosae, & Ioanne Bucelli, & Brunetto delle Cinctola, & Iuanne Fesulani &c. Rainaldus Causidicus subscr. &c. Ioannes Brne Iudex subscr. &c. &c. Lond. Not.* Arcus hic videtur esse ille, a quo Ecclesia S. *Andreae* denominata est; qui Arcus non procul a Capitolio fortassis erat.

Tertia filia Vvidonis Reinaldelli concedit Ecclesiae S. Mariae Maioris petium terrae prope Arcum cum onere ostendendi denarium unum absque poena cum consensu Meliorelli filii Davizi Vitedomini. Anno 1132. *pridie Nonas Mart. Indict. 10. Actum in Castello de Somacia in praesentia Bellundii a Somatia, Vvidonis Reinaldi, Bandini fil. Vvidonis &c.*

1134. *Gottifredus D. G. S. Florentinae Ecclesiae Episcopus concedit in emphyteusim Alberto Presbytero et Priori Ecclesiae S. Mariae Maioris & successoribus pro d. Ecclesia petium terrae & vineae in loco dicto Carrgr, inter alios confinos Petrus Ricti &c. pro annuis sex urceis musti tempore vindemiae. Anno Incarnationis* 1134. 13. *Kal. Iul. Ind.* 12. *&c. testibus Daviza & Vghetto germanis Vicedominis, & Ildebrando Srxtalsho, & Nicola Cerbu, Vgocetone Borghi, & Florentio Palaia &c. Petrus Not.*

1137. *Martinus q. Florentii, & Berga eius uxor filia q. Ildrbrandi concedunt in emphyteusim Bernardo q. Vgonis, & Gemmae eius uxori & filiae dd. locuturum, unum campum positum in Campo Corbolini prope Ecclesiam S. Mariae Maioris, cui confinant terra Rolandini germani dicti Martini, a 2. casa Petri Ricchi, a 3. recurrit Seragium, a 4. recurrit via, pro annuo pensione in festivitate vel octavo S. Ioanis sex denariorum negenti. Anno Incarnationis* 1137. *Kal. Febr. Indict. 3. testibus Dominico filio Florentis Gisi, & Rolandino filio Petri Medici, & Iambono filio Ioanis Baronci &c. Galitius Iudex & Not. &c.* Hinc patet, Campum Corbulini magnam extensionem habuisse. Seragium fortasse fuit sepes seu septum, quo fundus aliquis claudebatur: nos dicimus *Serraglio*.

1146. *Nicolaus filius Reinoldi Galfieri, & Massalia filia quondam Brunellini eius uxor donavit Ecclesiae S. Mariae Maioris, ubi Presb. Rogerius erat Prior, petium terrae in Campo Grimaldi iuxta Guinizatum de Coloanata. Anno Incarnationis* 1146. 12. *Kalendas Novemb. Indict. 10. in praesentia Dom. Bernardini, & Donati Pescatoris, & Guicciardi fil. Rolandi Carbonis, & Iolliardr, & Bernardini fil. Citi, & Burgi fil. Angiolini de Burga, & Rolandini fil. Bonomoli, & Burnitti fil. Burorllini, & Rodi fil. Imildae Camoriai, testium &c. Galitius Iudex & Not.*

1154. *Bernardinus q. Iamboni Citti, & Pruigna uxor eius, concedunt in emphyteusim Guglielmo Presbytero & Priori Ecclesiae & Canonicae S. Mariae Maioris petium terrae & vi-*

Rusticus anno MCCIX.
Diotifeci anno MCCXXIV. & MCCXLVII.

Hen-

vineas in loco dicta Arto: confinant nepotes Bonfanti de Tribbio pro annua pensione in egdomada Nativitatis Domini duorum denariorum de Luca. Anno Incarnationis 1154. 16. *Kalendas August. Indict. primo, testibus Iacobo q. Aczonis, Iohvede, & Mereegolato, & Nrctolo fil. Rainaldi, Gaifiero, & Bonaguida filio Iallivide, & Brrnardino, & Vgattione germanis fil. Feoci Coppelli &c. Alexander Iudex & Not.* Hic iterum recurrit Arcus; quod denotat, nomen *Arcus* amplo tractui terrorum hæsisse, nec exigui loci fuisse. Vide infra an. 1191.

1167. *Bernardinus filius Iam Bonitcii, & Franga eius uxor filia Iacobi, vendunt Guiglielmo Priori & Custodi Ecclesiae S. Mariae Maioris petium terrae in loco dicto Casale, cui confinant Bernardinus Fenci, Burnettus de Sexto, Rusticbellus filius Rustikini. Anno Incarnationis* 1167. 13. *Kal. Febr. Indict. primo &c. testes sunt Bernardinus filius Fenci, Pierus filius Lupi, Armieous &c. Bellinus, & Bonaguida fil. Iolli, Bonatturfus fil. Iacobi, Guittonus fil. Giunti Manni, Gregorius fil. Filippi, Guerente fil. Bertaldi, Bemerius fil. Vguccionis Bergi &c. Subscribunt Rogerius Archipresbyter, Guilielmus Prior, Rainerius Presbyt. & dictae Ecclesiae Canonicus &c. Henrigus Iudex & Notarius.*

Guiglielmus Prior S. Mariae Maioris concedit in emphyteusim Simintendi fil. Guiscardi casam extra muros Civitatis prope dictam Ecclesiam, cui confinant casa Ioannis Benefilii Serotini, & Raffaldi fil. Perini, & Curtii Bernardini fil. Malciovelli, casa Landolfi fil. Vbaldini, pro annuis decem denariis de Luca in Natali Domini. Anno Incarnationis 1167. 11. *Kal. Octob. Indict.* 15. *&c. Galitius Not.* Hinc elucet, neque hoc anno Ecclesiam S. *Mariae Maioris* fuisse adhuc muro urbano circumdatam.

1170. *Sinibaldus q. Albertini Petri Guidoe, & Berta uxor eius, concedunt Ecclesiae S. Mariae Maioris petium terrae de Casciallo. Anno Incarnationis* 1170. 12. *Kal. Iul. Indict.* 3. *&c. Testes sunt Bernardinus filius Fenci, Bernardinus fil. Iambenicitii, Armieri fil. eius, Bellinus fil. Iollindo, Gentile fil. Aczolini Guittae, Borgite fil. Donati Pescatoris, & Gulfitrus fil. Niccoli &c. Galitius Iudex & Not.*

1175. *D. Rainerius Prior S. Mariae Maioris concedit in emphyteusim Vascolese filio Rossi casam iuxta Turrim Caeutii positam &c. cui confinant turtes Villani fil. Iohannelli, & Blasiae fil. Perdilosiii. Anno Incarnationis* 1175. *pridie Non. Iun. Indict.* 8. *&c. Testes sunt Bonaccursus fil. Iacopi, Bellinus fil. Iollivode, Claritus fil. Ioannis Vecchii, & Raffaldus fil. Perini &c. Litius q. Lotheringhi Iudex & Not.*

1176. *D. Prior S. Mariae Maioris cum consensu Canonicorum concedit in emphyteusim Spartibrighae filia Bonatti casam unam & casolare extra murum veterem Civitatis prope ipsam Ecclesiam, cui confinat casa Villani fil. Ioannis de Celle. Anno Incarnat.* 1176. 7. *Calend. April. Indict.* 9. *&c. Testes sunt Bernardinus Citi, & Beniaminus fil. Rhodi, & Tribaldus fil. Ildebrandini. Galitius Iudex & Notar.*

1177. *D. Prior praedictus concedit in emphyteusim Ruffolo fil. Azzi aliquantulum plazae positae in Campo Corbolini ante portam dictae Ecclesiae anno* 1177. *pridie Non. April. Ind.* 10. *Testes sunt Bonaccursus fil. Iacopi, Guerruttius fil. Bertoldi, Opizinus Bernardini, Corittus fil. naturalis Calteriti, Corduciolus fil. Gianiccoli de Galenzana, & Raynerius Medicus. Prior cum tribus Canonicis subscribit. Ioannes Iudex & Not.*

1180. *Raynerius Prior S. Mariae Maioris concedit in emphyteusim Beliotto filio Astancolli Procuratori & recipienti pro & vice Ioannis Fabri eiusque heredum casam in Campo Corbolini, cui confinant Ioannes, & Arriguttius, & Guiglielmi, & Ildebrandini &c. Anno Incarnationis* 1180. *Idib. Iul. Indict.* 13. *Testibus Guardi filio naturali Renuccini de Cascialbata, & Scarcia fil. Briardi, & Volunterio fil. Sansoletti &c. Ioannes Iudex & Notar.*

D. Prior praedictus concedit similiter Ioanni Magistro filio Petri & heredibus casam positam in horto S. Mariae. Anno Incarnationis 1180. 5. *Kalendas Novemb. Indict.* 14. *Testibus Faraone filio Ioannis della Sbiatra, Guinazzo Magistro de Lonciano, Rustichella del Musio, & Gilio Magistro. Prior cum quatuor Canonicis subscribit &c. Ioannes Iudex & Not.*

1181. *Giannes & Arrigus fratres & filii q. Hiroldi, & Stella eorum mater, & Contissa uxor Gianni, vendunt Dom. Raynerio Priori Ecclesiae S. Mariae Maioris petium terrae a Kivamoei, cui confinant Ecclesia & Monasterium S. Mariae Discalceatorum, Bonmalus fil. Perfecti, & Bacrattarius fil. Petri Guarrazzel-*

Henricus anno MCCLV.
Donus anno MCCLXXXI.

Hugo

zelli, & Bertus fil. Setnè. Anno Incarnationis 1181. 8. Idus April. Ind. 14. in praesentia Opizonni fil. Bernardini, & Burgensi fil. Donatoli, & Benvenuti fil. Rodi, & Bifelchi fil. Setae, & Tomalmontagne fil. Roggerii, & Guilielmi de Quarto, & Arlotti mensuratoris, testium &c. Lotheringus Iudex & Not.

1182. *Boiarchus q. Rodolphi, & Scarcia eius filius, & Diamante, & Maria eorum uxores, concedunt ad livellum P. Ioanni Priori Ecclesiae & Canonicae S. Mariae Maioris pro dicta Ecclesia unam casam cum fundamento positam in Civitate Florentiae iuxta dictam Ecclesiam, cui inter alios confinant fil. Rusticbelli Castrotti. Anno Incarnat. 1182. Idib. Octob. Ind. prima. Testes sunt Donosdei fil. Azonis Toschi, Bordoar fil. Niccoli, Morlanus fil. Talliioli, Roffaldi fil. Persai, Rogerius Bocca Scimia, Belliacione fil. Agnoli, & Tribaldus fil. . . . . &c. Lotteringus Gallicani Iudex & Not.*

1186. *Guidolottus filius b. m. Rosticbelli, & Raynerius, & Bonaiuncta filii eius, cum consensu dicti sui patris, & Guidolottus, & Saffolot, germani fil. q. Rosticbelli fil. Guidolotti, cum consensu dicti Guidolotti avi, & Adalascia uxor Guidolotti, & Contissa uxor Saffoli cum consensu dictorum suorum virorum, & legitima interrogatione Anselmi Iudicis communiter dicti iugales, & Raynerius, & Bonaiuncta, & Guidolottus, vendunt Claro Priori Ecclesiae & Canonicae S. Mariae Maioris 27. stiora, & 5. panora terrae prope Sexto in loco dicto Postinelli, cui terra fil. Crane. & filii Ioannis Lorenzitti, & Ioannis Zanchei, & Benintende, & Bencivenni, & Paganitti, & Pazi &c. Anno Incarnationis 1186 11. Kal. Octob. Ind. 4. in praesentia Belliacioni fil. Ioannis Christiani, Magnai fil. Stracorelli Tribaldi, Raynerii fil. Orlandini, Octaviani fil. Ioannis Lorenzitti, & Buiardi fil. Rombertoli, testium.*

In hac emptione dictus Raynerius pro anima sua contulit libr. 52. Anselmus Iudex & Not.

1191. *Dom. Clarus Presbyter Prior S. Mariae Maioris concedit seu renuntiat ad livellum Tribaldo filio Ildebrandini unam casam iuxta ipsam Ecclesiam. Anno Domini 1191. 3. Nonas Iun. Ind. 9. Opizbinus fil. Bernardini, & Radiloglio Pret. fil. Peei, & Leoinere &c. testes. Latius q. Lotteringhi Iudex & Not.*

Dom. Prior praedictus concedit ad livellum Vbaldino filio Rugettieri unam casam positam in Campo Corbolini, cui confinant Maristella, Guaifredus fil. Tegrimeli, & Gulielmus, & fil. Vandolfini, & fil. Giannelli Mularii. Anno Incarnationis 1191. 4. Kalendas Octob. Indict. 10. Testes sunt Rota fil. Ildebrandini, Benci fil. Arianoli, Alpiscianus fil. Coricti, & Bonaccorri fil. Iacopi, & Gordianus fil. . . . . . &c. Ioannes Iudex & Notar.

Iacopus q. Iacopi vendit Domino Claro Priori S. Mariae Maioris petium terrae positae ad Arcam. Anno Incarnationis 1191. pridie Non. Decemb. Indict. 10. in praesentia Opizini fil. Bernardini, & Sasfitti fil. Gentili, & Burgugnanis fil. Pieri, & Tiniosi fil. Mozzipille, & Burtoli fil. . . . . Pictoris, & Albamicidr Sonico testium &c. Lotheringus Iudex & Not.

1192. *D. P. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Bertae filiae Gerardini & heredibus casam unam positam in horto S. Mariae infra parochiam ipsius Ecclesiae. Anno ab Incarnatione 1192. Idib. Iun. Ind. 11. Testes sunt Tribaldus fil. Ildebrandini, & Rota fil. Rusticbelli, & Vbaldus fil. . . . . &c. Ioannes Iudex & Not.*

Giannius q. Giannelli Radolpholi, Rustichellus q. Peruzzi, Sedania coniux Giannis, & Berta uxor Rusticbelli, donant Presb. Claro Priori S. Mariae Maioris mobilia & immobilia intra & extra Florentiam reservato victu & vestimento &c. Anno Incarnationis 1192. 5. Idus April. Ind. 10. in praesentia Bonacursi fil. Iacobi, & Sersai fil. Petri Miggeoli, & Iacobi fil. Angiolelli, & Donati, & Trini fil. Tribaldi, & Pistorisse de Campo Corbolini, & Renuccini fil. Vgolini de Maria &c. testium &c. Ioannes Iudex & Not.

Marsilius, & Bernardus fratres & filii olim Henrici Iudicis vendunt Presbytero Claro Priori Ecclesiae S. Mariae Maioris pro dicta Ecclesia petium terrae de Arcovata. Anno ab Incarnatione 1192. 3. Idus Febr. Ind. 11. Testes sunt Vpinzinus fil. Bernardini Fenci, Spaccaldus fil. Spaccaldi, Vgolinus fil. Ioannis de Calenzano &c. Ioannes Iudex & Notar. Heic observandum, *Arcovatae* nomen ab *Arcus* nomine diversum esse; eoque significari locum, qui etiam *Inter Arcus*, valgo *Tral' Arcora*, dictus est. Vide infra ad an. 1193.

Falconerius q. Benincasae Passerini, & dictus D. Clarus Prior S. Mariae Maioris, faciunt transactionem de auferendis aquaeis &

aliis

Hugo anno MCCLXXXVI.
Talentus seu *Talanus* anno MCCIC.

Aman-

aliis de domo dictae Ecclesiae contiguo domui dicti Falconetti. & fratribus consentientibus terratinum suum de domo, quae fuit Gralli & Ottaviani filiorum Nicolai, & sic promittunt Ioannes Iudex, & Giunta filii Gralli. Anno Domini 1192. 16. *Kalendas April. Indict.* 10. *Testes sunt Gottifredus fil. Guidonis Rossi, Tribaldus, & Terecone eiusdem filii, & Gherardettus, & Renduccini germani, & filii Olivarii &c. Ioannes Iudex & Not. laudat. &c. Lotheringus Iudex & Not publicat.*

1193. *D. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Gianni filio olim Petri & heredibus unam casam cum curte & horto Florentiae extra muros veteres Civitatis Florentiae in Parochia eiusdem Ecclesiae, cui inter alios confinant Renuccius fil. Donatuli, & duvi & eorum, quam ipse Giannes emit a Gillio filio Alemanni. Anno Incarnationis* 1193. *pridie Nonas Iul. Indict.* 11.

Iacopus filius alterius Iacopi vendit Presbytero Claro Priori S. Mariae Maioris pro d. Ecclesia duas petias terrae in loco dicto Arco. Anno Incarnationis 1193. 3. *Kalendas August. Indict.* 11. *Testes sunt Triboldus fil. Ildebrandini, Magister Carinus Stapizoni, Altogradus Agrimensor fil. Traverre, Renuccinus fil. Ugolini de Mucia, Magister Simintendi, & Rota fil. Rudischelli &c. Ioannes Iudex & Not.*

D. P. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Davizo filio Meliorelli pro se & Catelano filio suo aliquantulum platene positae ad pedem muri veteris Civitatis Florentiae iuxta Portam Episcopi infra Parochiam dictae Ecclesiae, cui sunt confines a primo latere via, a secundo Platea de Cattanei, quam tenet praedicta Ecclesia, a tertio est de Cattaneis, & ipsorum fratrum, a quarto via & Porta, totaque est texta a latere plateae Cataneorum tria brachia ad cannam Pisanam. Anno ab Incarnatione 1193. 12. *Kal. Novemb. Ind.* 12. *&c. in praesentia Tenisfi Mocindant, & Guidonis Pratensis, & Grambone fil. Ermingotti & Vassalli fil. Galliae testium &c. Ioannes Iudex & Notar.* Hinc patet, alicubi iam nova moenia perfecta fuisse, quod insinuatur etiam superius ad annum 1182.

D. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Bellefanti fil. Fantinelli & heredibus petium terrae cum casa positae infra Parochiam dictae Ecclesiae, cui a duobus lateribus via Silvi, a tertio Beatae Basiliae, a quarto Albertae olim uxoris Bernardini del Conte. Anno 1193. 3. *Nonas Decemb. Ind.* 12. *&c. Testes sunt Roffaldus fil. Penni, Villanuccius fil. Rustici, Astalonte fil. Dontii, & Gerardinus Fantini &c. Lictius q. Lotteringi Iudex & Notar.*

Gualdaccius fil. q. Bartoli de Trebio promittit Presbytero Claro Priori S. Mariae Maioris quaedam servire in bonis Inter Arcus iuxta terras dictae Ecclesiae. Anno Incarnationis 1193. 12. *Kal. Mart. Ind.* 12. *in praesentia Triboldi, & Dentigenerii fil. Fioradibelle, & Arringerii fil. Renuccini della Cornia, & Giuntae fil. Micheli, testium &c. Ioanni Iudex Henrici Imperatoris & Not.*

Laudum quod Roffaldus teneatur mittere annuatim Ecclesiae S. Mariae Maioris denarios sex pro quadam terra de Casale; & hoc laudatum est in Curia S. Michaelis anno 1193. 5. *Kal. Maii Indict.* 11. *& sequitur in Scriptura:* Huius temporis erat Potestas Florentinus Gherardus Caponsaccus, Iudice ordinario sedente in eadem Curia pro Communi ad causas terminandas Iacobo, Provisoribus existentibus Sculdo Muscaldi, Oliverio Martinuzzi, & Roynerio Cafagnacci.

1194. *P. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Bonafidei fil. Bernardi a Campi casam cum fundamento positam in Campo Corbulini. Anno* 1194. 16. *Kal. Febr. Indict.* 13. *&c. Testes sunt Vitalianus fil. Bubassini, Davinus fil. Uguccionis, Baldovinus fil. Brunelli, Pierius fil. Bondoni, & Villanellus fil. Rustici &c.*

1195. *P. Clarus Prior & Administrator S. Mariae Maioris concedit ad livellum Presbytero Gualando, & Guido eius filio, unam casam positam in borgo S. Mariae Maioris, confinant Giordanus, & Deotisalvi &c. Anno ab Incarnatione* 1195. 16. *Kalendas Mart. Ind.* 14. *&c. Testes sunt Castiolinus fil Magistri Galandulfoli, & Gianto Viviani fil. Pasuettii fil. Pecissioli &c. Ioannes Iudex & Notar.*

D. Prior praedictus concedit ad livellum Orlando filio Gerardi unam casam positam in borgo S. Mariae Maioris, cui confinant casae Castiolini, filiorum Romerii Medici, & filiorum Iudicis de Soscianello. Anno ab Incarnatione 1194. 6. *Kalendas Mart. Ind.* 14. *&c. Testes sunt Fantinus fil. Corsi, Baldovinus fil. Brunellini, Brunellinus fil. Brunetti, Orizinus fil. Bernardini Fenzi. Ioannes Iudex & Not.*

Avoo *Gio-*

Amantus seu *Ammanatus* anno MCCCVI.
Cantes anno MCCCXVII.
Bruno Beccuti.
Balsimus anno MCCCXXIII.
Hieronymus Ciaffini.
Caspar anno MCCCLVI.
Benedictus Pharisaei a Parma.

Ni-

Giovannes q. Rusticbelli Manni, q. Spaccaldus q. alterius Spaccaldi, & Caecilia uxor dicti Ioannis, & Maria mater eius, cum consensu dicti Gianni, & Donnisca uxor dicti Spaccaldi, vendunt Claro Priori S. Mariae Maioris tres partes unius casolaris positi in Parocthia S. Mariae Maioris. Anno Incarnationis 1195. 5. Kal. Iunii Ind. 13. &c. in praesentia Ioannis Iudicis, & Bernardi fil. Guiduccii, & Oliverii fil. Bernardi Oldibrandini fil. Cocciae, & Martinelli Orciolarii testium &c. Borcolus Henrigi Imperatoris Iudex & Not.

1196. D. Prior praedictus concedit ad livellum Rusticbello filio . . . . pro una, & Giannino filio Giannelli, & Sedoniae uxori suae pro alia dimidia petii terrae positae infra Arcora. Anno ab Incarnatione 1196. 18. Kalendas Maii Ind. 14. In praesentia Rusticuci Calzolai de Campo Corbolini, & Deotiguerii fil. Fiordibelle, & Cambi fil. Boiamontis, & Straini Petri Moggioli, & Ildebrandini Fabri testium &c. Ioannes Iudex & Notar.

D. Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Gratiano filio Perozzi unam casam positam in horto S. Mariae, cui a primo Bonzoli, fossa communis in medio, a 2. casa Basiliae pro annuis denariis 7. & duob. albolis bonis & expendilibus in Natale Domini, vel infra octavam. Anno ab Incarnatione 1196. 4. Idus August. Ind. 14. in praesentia Bonaiuti fil. Giannellini, M. Simintendi fil. Guiscardi, & Buonoruotae fil. Rusticbelli &c. testium. Ioannes Iudex & Not.

Presbyter Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Rusticcio filio Bonciliui petium terrae cum casa prope dictam Ecclesiam, cui confinant casa Borgensi fil. Gerambeni, Simintendi Magistri, Roffaldi fil. Perini. Anno Incarnationis 1196. 5. Kal. Iun. Ind. 15. in praesentia Guglielmotti de Scotasso, Octaviani Cappelli, & Iavetrati Guerii Flosdebelle testium &c. Lictius q. Lotteringi Iudex & Not. complevit instrumentum rog. a dicto suo patre.

Iacobus q. . . . . . vendit Presb. Claro Priori S. Mariae Maioris petium terrae positae in Polverosa, cui confinant filii Bernardini Cieci, & Gerentii. Anno ab Incarnatione 1196. 4. Non. April. Ind. 14. in praesentia Meliorelli fil. Giamboni, Inghilberti fil. Bonfantis, Opizzini fil. Bernardini Fenti, & Melioris fil. Ildebrandini Guiccionis, testium &c. Ioannis Iudex & Not.

1197. P. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Magistro Martino filio Albertinelli unam casam positam in Campo Corbolini. Anno ab Incarnatione 1197. 16. Kal. Septemb. Ind. 15. in praesentia Raynerii fil. Parabovis, & Ildebrandini Fabri fil. Guilielmi, & Boninsegne fil. Angiolini testium &c. Ioannes Iudex & Not.

Albertinellus Magister, & Donnella eius uxor renunciant D. Claro Priori S. Mariae Maioris unam casam prope dictam Ecclesiam, cui confinant Tribaldus, & filius Staccioli, & fil. Tordacciali &c. Anno 1197. 13. Kalendas Septemb. Indict. prima. Testes sunt Opizinus fil. Bernardini, Roffuldus, & Bonarota fil. Rosticbelli, Erbolottus Berardi fil. Bonaguida fil. Ildebrandini Sperati &c. Lictius ex rogitibus Lotteringhi sui patris complevit &c.

Moinittus Bernardus, & Albertus fratres & filii olim Erigis Iudicis, & Gemma uxor Bernardi, & Alfonia uxor Moinetti praedicti dant in permutam Ecclesiae S. Mariae Maioris, & Presb. Claro Priori petium terrae & vineae & culti posi orum in Accovata, cui confinant Falconerius & viae &c. & recipiunt a dicta Ecclesia omnes terras de Colonneta in loco dicto Prō, (hoc est, ut puto, Prato) Anno ab Incarnatione 1197. 13. Kalendas Septemb. Ind. 15. &c. Testes sunt Donatus della Porta fil. Bernardi, Forese fil. Torduccioli, & Rusticbellus fil. Bandini &c. Ioannes Iudex & Not.

1198. Saffolus filius quondam Spaccaldi; & Diportina uxor eius vendunt Presbytero Claro Priori Sanctae Mariae Maioris quartam partem unius casolaris positi Florentiae infra Parochiam Sancti Roffilli. Anno ab Incarnatione 1198. Kalendas Maii. Indictione prima &c. Testes sunt Cambius filius Bernardini Fenti, & Dani Renn tio i &c. Ioannes Iudex & Not.

Nicolaus Buccabella a Roma..

Antonius anno MCCCLXXXIX.

Iacobus Altovita.

Antonius Ioannis F. anno MCCCCXXXVI. Hunc *Antonium* posteriorem, diversum a priore esse, puto, ob longiorem temporis distantiam.

Antonius Laziosi anno MCCCCLXIII.

Hie-

1199. *P. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellam Ildebrandino filio Gialli anam casam Florentiae in horto S. Mariae. Anno ab Incarn. 1199. 7. Idus Novemb. Ind. 3. in praesentia Gratiani Tinctoris, & Capparii fil. Martini, & Gratiani fil. Peruzzi testium &c. Ioannes Iudex & Not.*

P. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit a livellam Recordanzae filiae olim Azzi unam casam positam in horto S. Mariae Maioris. Anno ab Incarn. 1199. 6. Idus April. Indict. 3. testes sunt Gratianus fil. Peruzzi, Caputius fil. Martini, Gratianus Tinctor, & Rainaldus Pancont.

1200. *D. Clarus Prior S. Mariae Maioris concedit ad livellum Renaldo Pzacanit anam casam positam in parochia dictae Ecclesiae, cui confinant Ildebrandus Astoldus, Berardinus de Burgo, & Burnellinus, & Guillielmottus, & Allius. Anno Incarn. 1200. 8. Kal. Decemb. Ind. 4. testibus Opitino fil. Bernardini, Guareate fil. Bertoldi, & Beacino, & Villanello fil. Rusticbelli &c. Litias q. Lotheringhi Iudex & Notar. de mandato sui patris praemortui.*

1201. *Gerardus ordinar. Iudex Frederici Imperatoris eiusque filii Regis Henrici postea Imperatoris, & nunc pro Communi Florentiae cognitor controversiae vertentis inter Aldobrandinum Barucci ex una, & Vgonem Presbyterum pro se & nomine Prioris, & Vbald, & Benevienuti Syndicum eorum, & pro Ecclesia S. Mariae Maioris ex altera, qui Aldobrandinus petebat sibi annualiter in futurum esse praestitum in Pascha Resurrectionis unum agnum assum plenum, & in festivitate S. Mariae de mense Augusti unum ferculum carnis cum tridura, quando comeduntur carnes, & quando non comeduntur, ferculum casei cum ovis; & hoc quia dicebat sic Priores antecessores suis antecessoribus promisisse & pepigisse credere; condemnat dictum Priorem ad eidem Aldobrandino tradendum in Pascha medietatem unius ferculi agni assi pleni, de quo fiunt tria fercula, & medietatem alterius ferculi carnis, & tridurae quando carnes comeduntur: quando vero non, medietatem unius ferculi casei cum ovis in dicta festivitate S. Mariae Virginis. Lata in Curia S. M ... 1. Anno Incarnat. 1201. 14. Kal. Maii Ind. 4. testibus Restauraote Darno, Alberto de Ce ..., Latino, & Rogerio Ingemmati, Avegodo Casseccie, & Odarrigo Provisore. Bonamicus Imperatoris Arrigi Iudex & Not. & nunc pro Communi &c.*

1202. *Clarus Prior S. Mariae Maioris servata forma utriusque iuris vendit Ioanni filio Benincasae, & Ristoro eius fratri, unum petium terrae & vineae positae tra l'Arco ... cum pacto reso ut vo triam mensium. Anno ab Incarn. 1202. 8. Idus Decemb. Ind. 6. in praesentia Bellindonis q. Renaldi Sarti, & Chiami q. Traccambiati, & Bernardi q. ... aosdei testium. Item Lotteringhi q. Prioris Soschalchi, & Bonaefidei q. Vbertini de Valcava similiter testium &c. Azzo Iudex Serenissimi Imperatoris Frederici, & Not.*

1207. *Prior Ecclesiae S. Mariae Maioris concedit ad livellam Brandino filio Attaviani Bilenchi cosolare & terram positam Florentiae prope Ecclesiam S. Mariae Maioris, cui confines sunt ab uno latere murus veteris Civitatis, a secundo ipsius Ecclesiae reservata sicut trahit cantus domus Rusticucci, & domus Raffaldi, pro annua praestatione in Nativitate Domini 16. denariorum monetae Pisanae. Anno Incarn. 1207. 3. Idus Augusti, Ind. 10. testibus Raffaldo fil. Perini, & M... chionne fil. . . . . . Bonaguidi Tinctore fil. Ghiandolfini, & Gratiano Tinctore, & Rencivenni fil. Vaccolesi, & Talliaotis &c. Prior & tres Canonici subscribunt &c. Renaldus Iudex & Not.*

. . . . . *filius Spartibrighae donat Ecclesiae S. Mariae Maioris quintam partem & si plus eidem pertineret de tribus domibus & rebus mobilibus olim Sacchetti positae Florentiae & a Riofredi. Anno ab Incarn. 1207. 11. Kal. Ianuar. Ind. 11. in praesentia Alamanni Calzolai, & Gherarducci Brunetti, & Spartibrighoe patris comp. & Raynerii ... testium &c. Restaurus Iudex & Tabellio.*

1209. *Rusticus Prior S. Mariae Maioris cum consensu quatuor Canonicorum concedit*

Hieronymus Petri F. *Sanctuccius* Vrbinas anno MCCCC-LXIX. Hic fuit etiam Episcopus Forosempronienſis.

Heic quoque indictum nolo, ſubſpicari eſſe, quod anno MCCXXIV. *Fidantia* Pictor, ſeu Eccleſiam, ſeu Altare aliquod, Sanctae *Mariae Maioris*, pinxerit; quandoquidem, ut illi picturae pretium fortaſſis ſolverent, Prior & Canonici huius Eccleſiae domum quamdam vendere coacti ſunt. Si ſtructura hodierna huius Eccleſiae mature conſideretur, illius aetatis eſſe poteſt; quare vetuſta Eccleſia in ampliorem & elegantiorem formam per ea tempora redacta fuiſſe videatur; ideoque Prior & eius Capitulum picturis a *Fidantia* illo exornandam curaviſſe. Quaeret aliquis, cur *Maior* Eccleſia haec Sanctae *Mariae* dicta ſit. Ipſe quidem opinor, ita cognominatam fuiſſe, quod aliis Eccleſiis Florentinis Sanctae *Mariae* Deiparae ſacris capacior, auguſtior, grandiorque eſset: & certe Eccleſiae, S. *Mariae* in Capitolio, S. *Mariae* Hugonum, S. *Mariae* Nepotum Coſae, S. *Mariae* Albericiorum, S. *Mariae* in Campo, multo anguſtiores brevioreſque fuiſſe deprehenduntur. Non alia de cauſſa S. *Petrum Maiorem* Floren-

dit ad vitam Dioteiuti fil. Arrigucci pro ſe & ſua uxore Angelica cum quibuſdam pactis. Anno 1209. 12. Kal. Iul. Ind. 12. &c. Reſtaurus Iudex & Not.

1211. *Reſtaurus filius Beniacaſae, & Deoclara uxor eius vendunt Ruſtico Priori Eccleſiae S. Mariae Maioris pro dicta Eccleſia petiam terrae & vineae poſitae inter Arcora. Anno Incarn. 1211. 14. Kal. Febr. Ind. 15. & d. die Ioannes frater d. Reſtauri fatetur nullam ius in dicta terra habere &c. Reſtaurus Iudex & Tabellio ſubſcripſi &c.*

1213. *Falconerius Beaincaſae, & Dom. Rtca uxor eius, vendunt Dom. Ruſtico Priori S. Mariae Maioris petiam terrae in Arcoata inter confines Gianni Boccaſauri &c. Anno Incarn. 1213. 4. Non. Novemb. Ind. 2. in praeſentia Ruſticaccis menſuratoris, & Vpezzini Cartepaudi, & Bonocarſi fabri teſtium &c. Reſtaurus Iudex & Tabellio.*

1224. *P. Dietiſeci Prior S. Mariae Maioris cum conſenſu PP. Manetti, Arrighi, & Bencivenni, Canonicorum ſuorum promittit alimento quaedam Compagno Sporcibrighae, qui renunciaverat annuis quinque ſtariis grani. Anno 1224. 10. Kal. Maii Ind. 12. &c. teſtes ſunt Dom. Ildebrandus Guittonis, Ruſticuccius menſurator, & Ristorutus Beniatendi Barbiere &c. Raynerius Iudex ordinarius de commiſſione Iacobi Iud. & Not. rogat.*

D. Dietiſeci Prior & Cuſtos Eccleſiae & Canonicae S. Mariae Maioris cum conſenſu ſuorum Canonicorum cum pro ſolvendo debito Magiſtro Fidanze Dipinctori vendidiſſet titulo libellario Bonoiuto filio Fidolgardi unam domum poſitam Florentiae in Campo Corbolini, ideo convenit cum eodem Boniato de annua ſolutione. Anno 1224. Idib. Febr. Ind. 13. teſtes ſunt Bonitzus Iudex & Not. fil. Caſferini, Albertinus Paganelli, & Boraiclus fil. Giani &c. Orlandus Iudex & Not.

1230. *Dietiſeci filius olim Riſaliti, & D. Tobbia uxor eius, vendunt Dom. Presbytero Dietiſeci Priori & Rectori Canonicae & Eccleſiae S. Mariae Maioris pro dicta Eccleſia petium terrae & vineae atque cultas poſitè ad Coſtiolum infra Parrochiam S. Stephani in Pane, a primo & ſecundo viae, a tertio fil. Roſſi, & Eccleſiae S. Felicis in Piazza, pro libris 29. bonorum denariorum Piſanorum, & pro dictis venditoribus promittit Henricus olim Advocati. Actum Florentiae apud Sanctam Mariam Vgonis in domo ſupradicti venditoris. Anno Incarn. 1230. 17. Kal. Maii Ind. 3. teſtes ſunt P. Bonarotus Cappellanus S. Petri Boncoſiliti, P. Dolcetus Cappellanus S. Mariae Vgonis, & Ioannes fil. . . . . & Albertinus Ponzetti. Iacobus Iudex ordinarius & Notar.*

rentiae pariter vocatum fuiſſe, exiſtimo, niſi quia aliis Eccleſiis huius Apoſtoli nomine inſignibus, ut S. *Petri* Scheradii, S. *Petri* Boniconſilii, S. *Petri* Cattuarii, amplior & magnificentior exſiſteret.

Eccleſia Sancti *Andreae* Apoſtoli, quae in media antiqua Vrbe, & prope Forum Vetus, ſita eſt; & Prope Forum Domui Regis, & Prope Arcum, olim dicebatur [a], adeoque vetuſtiſſima reputanda; Parthenon olim fuit, & ſaeculo IX. iam exſiſtebat, & ad Epiſcopum Florentinum ſpectabat. Eam, quum Epiſcopi Florentini in beneficium *Hugoni* Tuſciae Duci conceſſiſſent, *Podo* Epiſcopus ſanctiſſimus ſub ſaeculi X. exitum ſupplicibus verbis ab eo repetiit; & ille, hortante etiam *Iuditha* eius coniuge, lubenter liberaliterque reſtituit. Receptam igitur Eccleſiam & Parthenonem *Podo* Epiſcopus Canonicae Florentinae Eccleſiae munifice donavit [b], & *Gerardus* Epiſcopus ei confir-

a *Meliorius pag.* 502. 503. Superius *pag.* 28. 30. 44.

b Conſtat ex Chartis, quas *Ferdin. Vghellius*, & *Ioſ. Cerracchinius*, protulerunt, & ego iterum produco.

In Nomine Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, Lotharios, & Ludovicus, divina operante clementia Imperatorea Auguſti, anno Imperii eorum . . . . trigeſimo tertio, qoarto decimo Kal. Novembris Indictione prima.

Ego Rodingus nunc Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus pp. dixi manifeſta cauſa, ut & in omnibus veritas claret, qoia Dominus Ludovicus Sereniſſimus Auguſtus per ſuum praeceptum, per meam petitionem, confirmavit praedictae Domui Sancti Ioannis qoandam Abbatiolam, ubi parva congregatio Puellarum eſſe videtur, & eſt conſtructa intra eandem Civitatem in honorem Sancti Andreae eo ordine, ut ego, aut mei ſucceſſores, ad ipſum Monaſterium ordinandum, & gubernandum, ſecundum noſtrum propoſitum habuiſſemus poteſtatem. Poſtea autem me vidente ipſum Monaſterium inordinatom eſſe, ſic ordinavi ibi Radburgam Deo devotam, quae fuit germana mea, ut ipſa ſecundum Dominum inibi Abbatiſſa permaneret, velut etiam ipſe Dominus Imperator eam per ſuum confirmavit praeceptum, ipſam diebus vitae ſuae alendam, ac regendom ſecundum primam praeceptionem. Ipſa vero Radburga Abbatiſſa defuncta ipſum ſanctum locum nobis inordinatum remanere viſum eſt. Providentes iuxta mercedem Dominorum noſtrorum, iuxta dictam etiam ordinationem ipſius Monaſterii, & iuxta illud praeceptum, quod ipſe Dominus Imperator in ipſam noſtram Eccleſiam confirmavit, ut ego, aut mei ſucceſſores, ipſum ordinare debuiſſemus, una cum Clericis Sanctae noſtrae Eccleſiae ordinare, & confirmare providi de Berta Deo devota, filia Huvepodi Comitis Palatii, ut tu inibi diebus vitae tuae Abbatiſſa, & Rectrix ipſius Monaſterii eſſe debeas, iuxta ordinationem praedicti ordinatoris Monaſterii, & iam per dictum praeceptum Domini Imperatoris ſecundum Dominum inibi officialis . . . . . & lum nariis faciendum per te tuaſque Miniſteriales, & ipſas Monachas regendum, & gubernandum iuxta ipſius Monaſterii inſtitutionem, & una poſt aliam uſqoe in finem ſaeculi de eadem congregatione videlicet, unde tu eam ſecundum Dominum inibi conſtitueris, ſimiliter, & poſt te Abbatiſſas eligere debeas, una com conſenſu Pontificis, qui in hanc Sanctam Eccleſiam tunc temporis ordinatus fuerit, ut ipſae inibi dictae Abbatiſſae, & Rectrices, ſimili modo, ſciant & tu laborandum, imperandum, gubernandum, fruendum, & faciendum iuxta morem ipſius Monaſterii quidqoid volueris, meliorandum, non peiorandum, & inibi libellarios mittere debetis, vel alias conſcriptiones mittere iuxta ipſius Monaſterii conſtitutionem annue traditam ad praedictam partem noſtrae Eccleſiae reddere debeatis pro ipſo Monaſterio veſtitum unum bonum . . . . ſicot ipſi Mo-

an-

firmavit [e]. Non tamen ita alienata fuit a *Podone* Ecclesia illa, ut Episcopi in ea nullum ius amplius haberent. Episcopi etiam confirmabant Rectorem eiusdem Ecclesiae, (nam vel ab anno iam MC-

nasterio in parte Palatii persolvendum consuetus fuit, & ipse Dominus Imperator concessit nobis. Nam alia superimposita nihil facientes tibi, aut ad successores tuos, de parte nostrae Ecclesiae; sed sic perpetualiter permaneat per hanc ordinationem, sicut nostra decrevit voluntas. Quidem & spondeo me ego suprascriptus Rodingus Episcopus, vel mei successores, ut si vos ita annue persolveritis, & adimpleveritis, iuxta ipsius Monasterii institutionem, si ipsum Monasterium vobis pro quolibet capitulo retollere voluerimus, & ita ordinatum esse non permiserimus, sicut superius legitur, componituri vobis esse debeamus, successoresque nostri, auri libras quinque. Quidem & ego Berta dicata Abbatissa Deo una per licentiam datam praedicto Huvepoldo Domino genitori meo, promitto me, & successores meas ut impleverimus, & si ipsum Monasterium de praedicta Ecclesia vestra, & dominium subtrahere quaesierimus, & non permanserimus in ea omnia, qualiter superius legitur, tunc componituras nos, nostrasque successores, esse promittimus a parte ipsius Ecclesiae vestrae similiter poena auri libras quinque. Inde duae chartulae ordinationis uno tenore scriptas, & eas tibi traditas.

Actum in civitate Florentiae in eadem domo feliciter.

✠ Ego Rodingus Episcopus manu mea subscr.
✠ Ego Berta Abbatissa manu mea subscr.
✠ Ego Hvuepoldus Comes Palatii pro mea largitate factum est.
✠ Ego Petrus Episcopus rogatus a suprascriptis manu mea subscripsi.
✠ Ego Domitianus Presb. & vice.
✠ Ego Theuhaldus Diaconus subscr.
✠ Ego Aritpaldus Diaconus subscr.
✠ Ego Roschari Presb. subscr.
✠ Ego Gambertus subscripsi.
✠ Ego Vvalbr. Archidiac. subscripsi.
✠ Ego Rocchisius Presb. subscripsi.
✠ Signum manus Amacriperti testis.
✠ Ego Mervingo rogatus subscripsi.
✠ Ego Raimbaldus rogatus subscripsi.
✠ Signum manus Laaris Vicecomitis testis.
✠ Signum manus Adalgauci Vassalli D. Alberti Comitis testis.
Ego Simperto Notarius scriptor huius chartulae ex iussione Domini Imperatoris post tradita complevi, & dedi.

Hanc Chartam scriptam anno DCCCLIII. constat ex anno Imperatoris XXXIII. ut videtur *Borghinio*, *Puccinellio*, *Vghellio*, *Cerracchinio*. *Meliorius* tamen *pag.* 500. retrahit ad annum DCCCLII. Et revera annus XXXIII. Imperii *Lotharii* anno DCCCLII. vertebat. Indictio autem prima, mense Septembri huius anni, adsumi potuit. Consule *Muratorium Annal. Ital.* ad hunc annum.

In Nomine Domini Nostri Iesu Christi. Breve recordationis, quomodo in praesentia Sacerdotum, Levitae, & Cleri, missi de parte Domini Andreae Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopi, & per eius consensum, & voluntatem Berta Deo dicata Abbatissa filia bonae memoriae Vvepoldi, qui fuit Comes Palatii, secundum suam firmitatem, & ordinationem Idemberta nepsia sua, veste Sanctae Religionis indata, filia Vbaldi Comitis, ad Abbatissam in Monasterio Sancti Andreae sito intra hanc Florentinam Civitatem, ut post decessum ipsius Bertae ipsa Idemberta ibidem ordinata, & confirmata, fuisset in ipso Monasterio. Quam, & in omnibus rebus ibidem permanentibus in sua habere debeat potestate, habendum, tenendum, regendum, gubernandum, & in omnibus faciendum iuxta illam chartulam ordinationis, quam bonae memoriae Rodingus Episcopus in eam constituit: & secundum ea praecepta, quae Dominus, & bonae recordationis Dominus Ludovicus Imperator constituit; & ipsa Idemberta ibidem Abbatissa una cum congregatione Monacharum ibidem Deo famulantium ibidem eat Abbatissas eligeret, & per sonum de ipsa campana, & thuribulum de ipso Monasterio, eas investiret iuxta suam firmitatem cum consensu ipsius Domini Andreae Episcopi. Factum est hoc ibique ab ipso Monasterio Sancti Andreae in praesentia Petri Archipresbyteri & Diaberti Archidiaconi, Falalfi Diaconi & Vice Dom. Mayperto Presbytero, Salomone Diac. Primicerio, Mirmo Diacono; Missi eidem Pontifici, Petrus Presbyter, Agirandus Presbyter, Aproaldo Presbyter, Regibaldo Diacono, Stephanus Notarius, & Scarmo Flavery filio bonae memoriae.

Ottho II. quoque Imperator hanc Ecclesiam Episcopatui confirmavit, ut videre est supra *pag.* 153. Consule *Meliorium pag.* 500.

[e] Exstat Charta donationis huius, & *Puccinellius*, & *Vghellius*, & *Cerracchinius*, eam protulere; ipse autem heic iterum produco.

Mmmmmmmmmmm In

MCLXIII. Rectorem habebat) quod ius viguit uſque ad exitum ſaeculi XIII. quando *Andreas Mozius* Epiſcopus dimiſit ius con-

In Nomine Domini Dei Aeterni; Podio divina largiente clementia S. Florentinu Ecclesiae immeritus Epiſcopus omnibus fidelibus Eccleſiarum in Domino continuam ſalutem. Minime latere arbitramur prudentes, quibus nota eſt lectio autenticorum librorum Veteris Teſtamenti, quia legitur in calce ultimi libri Paralipomenon, & in exordio primi Esdrae, quem quidam Malachiam Prophetam autumant, quod filii Iſrael ducti fuerunt captivi in Babyloniam per manum Nabuchodonoſor Regis cum Iechonia Rege ſuo, & poſt ſeptuaginta annos miſertus Dominus populo ſuo, Darius Rex Perſarum ſuggeſſit omni Iſraeli in captivitate degenti, ut, quicumque vellet, in Hieruſalem licentiam repedandi ad aedificandum Domum Domini, & muros Civitatis, haberet dicens: Rex Caelorum omnia regna mundi tradidit mihi, & nunc ſi quis eſt Domini redeat, & templum eius, quod eſt Ieruſalem, dedicet. Quadam diu invitatus acceſſi ad ferculum Domini Hugonis Ducis nobiliſſimi epulaturus cum eo, eumque inter prandendum, & loquendum, multa de divinis Hiſtoriis deducentur in medium, contigit, ut ilu repente ſermonibus noſtris interveniret lectio praedictorum librorum; & cum ventum uſſet, ubi legitur, quod praedictus Tyrannus recordatus eſt Domini Caeli, & quod cauſa illius timoris cunctus captivitate detentos libertate donaret; tunc praenominatus Dux, & Marchio, quo audacior nullus, ab intimo pectore, divino tactus ſpiritu, ſuſpiria larga trahens inter cetera adiecit: Si gentilis non agnoſcens veritatem, quae Chriſtus eſt, cum tanta dulcedine Deum Caeli nominavit, atque pro eius reverentia longa poenitudine alligatos, & diurius oneratos, dimiſit ad propria; quid nobis faciendum eſt, qui relicto gentilitatis cultu ab ipſis cunabulis cum lacte de incarnatione noſtri Redemptoris, & noſtra liberatione per eius mortem, audivimus? Statim ego indignus Speculator, & inutilis, qui praeſens aderam, cui haec quae ſubiecta ſunt animo inſidebant, humiliter reſpondi: O chariſſime, exemplum illud ſume in opere, quod laudaſti, in devotione. Habebat quidem tunc temporis iam dictus Dux Abbatiolam unam infra moenia Florentinae Civitatis dono meorum Anteceſſorum libellario nomine, in honorem Sancti Andreae Apoſtoli conſtructam, quam mox ſupplici meo rogatu, & precibus, atque multiplici hortatu ſuae conſortis coo-

Dominae Iudithae ſemper benedictae, mihi refutavit, & meae Eccleſiae uſui, & utilitati tradidit, eo videlicet ordine, ut eam neceſſitatibus Canonicorum meorum praeſentium, & futurorum, pro remedio animarum utriuſque, Ducis videlicet, & eius Coniugis, & pro ſalute mea, meorumque ſucceſſorum, tribuerem; quod me facturum illico bono animo ſum pollicitus. Quapropter dictam Abbatiolam in honorem Beati Andreae fundatam infra Florentinam Vrbem ſtatim cum ſuis omnibus pertinentiis in Canonica Florentinae Eccleſiae dono, & largior, quatenus ipſi Canonici, tum qui nunc ſunt, tam qui in ea ordinati fuerint in futuris temporibus, ex fructibus ipſius terrae, reditu, vel cenſu, quotidianam habeant refectionem; neque volo, ut aliquis de ipſis Canonicis habeat poteſtatem de ipſis rebus libellarios facere, aut aliquid donare, aut ex his, quae Dominus exinde dederit, audeat inter alios dividere: & ſi qui horum fecerint donationem, vel diviſionem eorum, iubeo irrita fieri; ſed cenſeo, ſtatuo, & confirmo, quod unus, vel duo Clerici, quos ego elegero, habeant poteſtatem de omnibus illis rebus eſum carnium, & piſcium, comparandi, & infra clauſtra Canonicae eis ad conveſcendum tribuendi, quatenus unanimiter comedentes, & bibentes, gratias, & laudes referant, & pro incolumitate Domini Ducis Hugonis, & ſuae coniugis, & utriuſque prolis, & noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, Dominum exorent. Poſt deceſſum vero illorum Clericorum, quos ego ad illud miniſterium ordinavero, habeant ipſi Canonici poteſtatem ordinare aliquem ex ſua congregatione timentem Deum, & qui ex iam dicto miniſterio nis fideliter deſerviat, in quo non ſit zelotypia, neque fraus, neque doloſitas; & ſi inter ſe ita diſcordes fuerint, ut quae iuſſi, atque ordinavi, adimplere noluerint, tunc ſucceſſores noſtri timorem Domini prae oculis habentes ita eum ordinent, ut meam voluntatem in omnibus impleant, & oculos Divinae Maieſtatis non offendant. Si quis autem hanc noſtram ordinationem, & teſtamenti firmitatem, temerarius violator, ſive Imperator, ſive Rex, Dux, Marchio, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, aut quaelibet alia perſona magna, vel parva, Clericorum, vel Laicorum, infringere voluerit, aut tentaverit, cum necatoribus egentium, aut cum Iuda traditore Domini, hereditatem infernalem recipiat, & maledictionem aeter-nae

confirmandi Ecclesiae Sancti *Andreae*, reservata tamen cura populi, & visitatione, & correctione, Prioris ipsius Ecclesiae [a]; nam Priorem & Canonicos olim habuit [b]. Nuper restaurata fuit. Quando autem Sanctimoniales habere desierit, ignotum est. Compertum tamen habemus, eas translatas fuisse in Parthenonem S. *Martini* La Mensola [c], qui sub S. *Donato* Scoto Episcopo Faesulano conditus fuit [d]. Non tamen primitus, saeculo scilicet IX. Asceterium hoc a Sanctimonialibus habitatum fuit, sed potius a viris Monachis, Beato *Andrea* Scoto duce [e]. Progressu vero temporis horum loco Sanctimoniales successerunt; quae sensim aut disciplina corrupta, aut paupertate inducta, aut alia miseria urgente, defecerunt. Anno tamen circiter MXXIV. *Petrus* Abbas Monasterii S. *Mariae* Florentini, Parthenonem illum instaurare animum induxit, atque iterum Sanctimoniales in eo collocare; quod & feliciter exsequutus est, *Valdrada* Abbatissa constituta [f]. Hae deinceps ibi-

nae maledictionis sequiratur. Conservator autem, beatorum Spirituum consortium sine fine possideat.

Podio S. Florentinae Ecclesiae inutilis Episcopus in hac ordinatione, & testamenti finitione, subscripsi, & ad scribendum alios curavi.

Hugo Marchio &c.

Leo Iudex D. Imperatoris subscripsi.

Petrus Iudex subscripsi.

Menopertus Iudex D. Imperatoris subscripsi.

Sigefredus Iudex Domini Imperatoris subscripsi.

a Consule supra *pag.* 97. 248. Quin paullo post *Ildebrandus* Episcopus eam Monasterio S. *Miniatis* dono dedit. *Meliorius* *pag.* 502. Vide supra *pag.* 28. 30. 43. Idem fecit & *Lambertus* Episcopus, ut superius *pag.* 573. 574. eluceet. In Charta *Attonis* Episcopi, & Bulla *Leonis IX.* productis superius *pag.* 93. 98. quibus possessio huius Ecclesiae Canonicae Florentinae confirmatur, adpellatur *Cortes Sancti Andreae*.

b *Meliorius* *pag.* 504.

c Consule *Meliorium* *pag.* 502.

d Consule *Ammiratum* in Episcopis Faesulanis, & *Puccinellium* *Chronic. Abbat. Florent.* *pag.* 48.

e *Ammiratus* loco citato.

f Chartam ex *Puccinellio* produco.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Si Ecclesiis Dei, locisque Deo dicatis beneficii . . . . divinae remunerationis fructum nos inde proculdubio credimos habituros. Ergo, ut aeternae vitae gaudiis muneremur nosmetipsos, non tepidos, aut pigros, sed fortes & perseverantes in hoc Domino auxiliante omnimodis praeparemos. Dicit enim Scriptura: Non qui coeperit, sed qui perseveraverit, hic salvus erit. Igitur omnipotentis Dei inspiratione permotus, & divina auctoritate communitus, ego quidem Petrus Florentini Monasterii Abbas pro salute animarum Hugonis inclyti Marchionis, & Guillae eius dilectissimae genitricis, & nostrae, atque per interventum D. R. Archipresbyteri, & Theudaldi excellentissimi Sanctae Florentinae Ecclesiae Cantoris, necnon & G. Medici, nostri dilectissimi amici; reordinamus Ecclesiam S. Martini in loco Mensulae sitam a priori institutione penitus destitutam, & in secularem usum penitus redactam, in eundem, quo prius fuerat, statum divina opitulatione reformantes; fuit enim praefata Ecclesia ad usum Sanctimonialium bene ordinata, multisque praediis ampliata, sed per plura iam tempora, peccatis excrescentibus, necnon Sacerdotum negligentia, qui eidem Ecclesiae Rectores fuerunt, a priori ordinatione omnimodo est depravata, atque ut diximus ad secolarem usum redacta. Hanc igitur Ecclesiam Domino opitulante in melius reformantes cum omnibus bonis suis ad usum Sanctimonialium inibi in perpetuum Deo servientium concessimus atque damus. Concedimus etiam & confirmamus atque restituimus omnia, quae annis prioribus praelibatae Ec-

ibidem permanere perrexerunt, donec anno MCCCCL. *Nicolaus V.* Pont. Max. Parthenonem S. *Martini* ad Mensulam praedicto Mo-

Ecclesiae concessa fuerunt, vel a nobis concessa fuerunt ad usum Sanctimonialium ibidem regulariter secundum Regulam Sanctissimi Benedicti Deo servientium in Psalmis, & Hymnis, & Orationibus, & Missis, incenso, & luminaribus, & in omnibus ecclesiasticis cultibus, quae ab ipsis debent fieri, quatenus ibi Deo sic serviant, ut sint honori omni Christianae Religioni; & nobis proficiat, & omnibus, ad quorum salutem ipse locus venerabilis a nobis nunc Domino favente reconciliatur in melius. Decernimus praeterea, atque statuimus, ut omni tempore, quo necesse fuerit, ibi Abbatissa ordinari secundum sacram institutionem, & Beatissimi Benedicti normam, de Sororibus, quae ibi dignae inventae fuerint, post huius nostrae dilectissimae Waldradae decessum, quam praenominatae Ecclesiae nunc ordinatae praeponimus, a nobis, vel successoribus nostris, cum earundem electione ordinetur. Si vero talis ibi inventa non fuerit, de vicinis Coenobiis cum earundem electione, necnon nostra, nostrorumque successorum, concessione, digna ad hoc inventa eligatur, nostraque investitura corroboretur. Ita tamen, ut nulla Monacha electa, sive eligenda, investituram, sive dominium, de eodem Monasterio S. Martini ab aliqua persona seculari, sive ecclesiastica, contra nos, vel successores nostros, aliquo modo accipere praesumat; quod si fecerit, sciat hanc ordinationem, & nostram concessionem, ad se nihil pertinere, sed omnia quae concedimus ad nostram potestatem redire. Hanc igitur nostrae ordinationis, ac novae restitutionis, paginam confirmamus, & roboramus in perpetuum, & nostrae manus, nostrorumque Fratrum subscriptione & consensu, ut vigeat, & valeat, & robur in sempiternum teneat, adversus aemulantium contrariorumque omnium perversa machinamenta. Praeterea decernimus, atque statuimus, ut si nos, vel aliquis successorum nostrorum, seu quaecunque persona, occasione aliqua tollere, vel minuere aliquid praesumpserit, de his, quae praefato venerabili loco per hanc nostrae ordinationis, & confirmationis, seu etiam nostrae restitutionis, chartulam concedimus, poenam sentiat cum Iuda proditore, & sit implicatus anathemate maranatha, omnibusque maledictionibus, quae in veteri Testamento leguntur, vel novo, si emendare noluerit. Quin etiam corporali nos poena damnantes, si quis, quod absit, huius nostrae ordinationis, vel donationis, ac novae restitutionis, temerarius violator extiterit, poenam centum librarum optimi argenti se compositurum agnoscat, medietatem earum Regiae Potestati, quae pro tempore fuerit, & medietatem praefatae Ecclesiae S. Martini.

✠ Ego Petrus Abbas hanc ordinationem a me factam laudavi, & manu propria confirmavi &c.

✠ Ego F. Benno interventor huius sanctae ordinationis, & fidus cooperator existens laudavi, & manu propria confirmavi &c.

✠ Ego F. Bernardus in hac sanctae ordinationis pagina libenter subscripsi &c.

✠ Ego F. Benedictus hanc sanctae ordinationis paginam libenter subscripsi &c.

✠ Ego F. Albertus interfui, laudavi, & subscripsi &c.

✠ Ego F. Marinus interfui, laudavi, & subscripsi &c.

✠ Ego F. Martinus consensi, laudavi, & subscripsi &c.

✠ Ego F. Petrus in hac sanctae ordinationis pagina libenter subscripsi &c.

✠ Ego F. Ioannes interfui, & laudavi &c.

✠ Ego F. Bonifacius consensi, & subscripsi.

✠ Ego F. Petrus interfui, laudavi, & subscripsi &c.

✠ Ego F. Reimbaldus in hac sanctae ordinationis pagina libenter subscripsi &c.

✠ Ego F. Vitalis consensi, laudavi, & subscripsi &c.

✠ Ego F. Walbertus interfui, laudavi, & subscripsi &c.

✠ Ego F. Wido consensi, laudavi, & subscripsi &c.

Haec acta sunt circa an. MXXX. si *Puccinellio* fides adhibenda est: arguit id, ut videtur, quia per haec tempora *Petrus I.* Abbas vivebat. Potuit ordinari Abbas etiam multo ante, & quidem *Marinus* Abbas praecessor anno MXX. supremum diem obiit, ut idem *Puccinellius* memoriae prodidit. Hoc igitur Instrumentum etiam circa annum MXXIV. vel antecedentem, condi potuit. Constat autem ex hoc eodem Instrumento, Ecclesiam S. *Martini* etiam ante hanc Reformationem suos habuisse Rectores.

Vi-

Monaſterio S. *Mariae* adnexuit. [a] Nunc diſquirendum venit, quandonam Sanctimoniales S. *Andreae* ad Aſceterium hoc S. *Martini* migraverint. Teſtatum perſpectumque eſt, anno DCCCLIII. Eccleſiam S. *Andreae* Parthenonem fuiſſe. Saeculo X. etiam Parthenon, pariter; & ſub eiuſdem ſaeculi exitum, Monaſterium vocabatur: quod ex *Ottonis II.* Imperatoris Privilegio exſtat; & ex Charta S. *Perii Podonis* Epiſcopi elucet atque eminet, nam Abbatiolam adpellat. *Ildebrandus* quoque Epiſcopus in Diplomate dato

[a] Bullam exhibeo ex *Puccinellio*:

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Florentino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum omnium, potiſſime, in quibus perſonae, quarum ſexus fragilitas maioris periculi occaſione ſaepius praebere conſuevit, ſtatum ſalubriter dirigendum iuxta Paſtoralis officii debitum intendentes ad eorum correctionem, & confirmationem, & ſalubrioris (*ſtatus*) reductionem, cum id expedire conſpicimus, noſtrae ſollicitudinis partes, prout expedit, adhibemus. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus, Monaſterii S. Mariae Florentinae, Ord. S. Benedicti, tuae Dioeceſis, perſonaliter accedentium, petitio continebat; Quod olim felicis recordationis Eugenius PP. IV. praedeceſſor noſter, tibi per ſuas certi tenoris Litteras commiſit, & mandavit, ut ad Monaſterium S. Martini de Menſula Ord. S. Benedicti tuae Dioeceſis perſonaliter accedens, & habens prae oculis ſolum Deum, illud tam in capite, quam in membris, viſitares, & deinde eidem praedeceſſori referres, prout in dictis Litteris plenius continetur: & deinde, tu poſtquam mandatis Apoſtolicis, prout teneris, obtemperans praefatum Monaſterium Monialium perſonaliter acceſſiſſes, illudque iuxta dictarum Litterarum continentiam viſitaſſes, ac eidem praedeceſſori relationem feciſſes fidelem; idem praedeceſſor de ſtatu dicti Monaſterii, in quo tres tantum vetulae Moniales profeſſae, quae illius reformationi, aut neceſſariae ſeparationi, operam dare; ac ipſum Monaſterium in ſpiritualibus & temporalibus ſecundum dicti Ordinis inſtituta propter illius fructuum, redituum, & proventuum, exiguitatem in melius reformare nequeunt; [a] ut ipſum Monaſterium, quod multipliciter collapſum, dirutum, & deformatum, exiſtit, ſuppreſſa in eo dignitate Abbatiſſali, & eiſdem Monialibus ad alia Monaſteria eiuſdem Ordinis, ſive regularia loca translatis, praefato Monaſterio S. Mariae, cui ſubiectum exiſtit, perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur; Abbas, & Conventus praedicti Eccleſiam, & ſtructuras, & aedificia, repararent, & manutenerent, & pro animarum Parochianorum illius cura, unum idoneum & honeſtum Presbyterum, ſive Vicarium in illo deputarent; ac Abbatiſſa, & Moniales, praedictae forſitan ad frugem melioris vitae, exemplo aliarum, veroſimiliter traherentur, ceſſaretque multitudo murmurationis, & tolleretur occaſio delinquendi. Quare pro parte Abbatis, & Conventus praedictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de praemiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de eis in praemiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra denuo te diligenter informes; & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe reperetis, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, praefato Monaſterio Monialium, cui cura per unum Presbyterum ad nutum Abbatiſſae dicti Monaſterii pro tempore deputandum exerceri ſolita imminet animarum, & cuius reditus CXXX. florenorum de Camera, ſecundum communem aeſtimationem, valorem annuum non excedunt, ſuppreſſa prius per te in eodem dignitate Abbatiſſali penitus & extincta, ac eiſdem Monialibus ad aliud, vel alia, Monaſterium, ſive Monaſteria, eiuſdem Ordinis, ſive ad alia, de quibus tibi videbitur, loca translatis, cum omnibus iuribus, & pertinentiis, ſuis univerſis praefato Monaſterio S. Mariae, cuius fructus, reditus, & proventus, in praeſentibus haberi volumus pro expreſſis, eadem auctoritate noſtra in perpetuum unias, incorpores, & annectas, ita quod liceat ex tunc Abbati, & Conventui, praefatis corporalem poſſeſſionem loci, & bonorum, iuriumque, & pertinentiarum praedictarum auctoritate Apoſtolica libere apprehendere . . . . . ac in eorum Monaſterii, & loci huiuſmodi, uſus, & uti-

dato anno MXIII. Coenobium Sancti *Andreae* nuncupat [a]. Sed post haec tempora haud amplius Monasterium, vel Abbatiola, vel Coenobium, dicitur; ast, vel Oratorium simplex, ut in Charta *Lamberti* Episcopi anni MXXV. [b] vel Ecclesia S. *Andreae* tantum nominatur; ut in Bulla *Leonis IX.* Pont. Max. anno ML. data [c]. Quum itaque videamus, Sanctimoniales in Coenobio S. *Andreae* permansisse usque ad annum saltem MXIII. & Sanctimoniales S. *Martini* ad Mensulam restitutas anno circiter MXXIV. & Sanctimoniales S. *Andreae* migrasse ad Parthenonem S. *Martini* ad Mensulam, postquam Parthenonem alium deseruere; & illum non deseruisse, nisi post annum MXIII. & deseruisse, ut videtur, ante annum MXXV. *Petro* Abbate, qui praeesse coepit anno MXX. ita volente; hinc arguere est, eas translatas fuisse ad Monasterium S. *Martini* ad Mensulam, post annum MXX. & ante annum MXXV. quum iam hoc anno S. *Andreae* Ecclesia Monasterium amplius non esset. Nunc inquirendum est, cur Ecclesia S. *Andreae*, Prope Arcum, diceretur. Ita vocatam fuisse, superius adfirmavimus, & adstruximus [d].

Ioan-

& utilitatem convertere, Dioecesani loci, & cuiusvis alterius licentia, seu consensu minime requisitis. Non obstantibus quibuscunque Constitutionibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus Monasteriorum, & Ordinis, praedictorum contrariis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri non valeat quomodolibet, vel differri; & etiam de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris Litteris mentio specialis: proviso quod propter unionem, annexionem, incorporationem, huiusmodi divinus cultus in Ecclesia supprimendi Monasterii, & animarum cura per Vicarium, sive Sacerdotem, idoneum, per Abbatem, & Conventum praedictos deligendum, deputandum, ac ad nutum ipsorum amovendum, exercenda nullatenus negligatur, sed eius debite supportentur onera consueta. Volumus autem, quod pro vitae substentatione Monialium dicti Monasterii supprimendi eisdem Monialibus quoad vixerint tot de fructibus, & redditibus ipsius Monasterii assignare debeas, ut aliis locis, in quibus eas locabis, onerosae non existant. Reliquos vero fructus eiusdem Monasterii pro congrua dicti Cappellani deputandi portione deputare tenearis, ita tamen, quod dictis Monialibus cedentibus, vel decedentibus, seu aliqua earum cedente, vel decedente, fructus, redditus, & proventus, praefati eisdem Monialibus per te assignandi, pro ipsius Monasterii, seu loci, manutentione, & reparatione, huiusmodi si indigeat, convertantur. Et insuper ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attemptari. Datum Romae apud S. Petrum an. Incarnat. Dominicae MCCCCL. XI. Kal. Ianuar. Pontificatus nostri anno IV.

Petrus de Noxeto.
Nicolaus Papa V.

D. de Luca.

[a] Consule superius *pag.* 28. 30. 41. 93.

[b] Consule supra *pag.* 574.

[c] Vide superius *pag.* 97.

[d] Adi superius *pag.* 28. 30. 41. 44. 93. 961. 962. 953. *Ricord. Malaspinam Cap. XXXIX. XLIV. Io. Villanium Lib. III. Cap. II. Vinc. Borghinium Par. I. pag.* 139. 211. & *Par. II. pag.* 399. *Dom. Mar. Manniun Adnot. ad Borghinium* dicta *pag.* 213. *Ferd. Leop. Meliorium pag.* 489. 491. & 501. *Mannium de Thermis Florentin. Lib. II. Cap. IX.*

Sed

Ioannes Villanius, Hiſtoricus nobilis, ſcribit tantum, Eccleſiam S. *Andreae* in medio antiquae Vrbis exſtitiſſe, nihil autem de proximo Arcu memorat, *Ricordanum Malaſpinam* ſequutus. *Vinc. Borghinio* alicubi ſatis eſt, eam *Prope Arcum* cognominaſſe, oblito quod alibi ſcripſerat, Eccleſiam S. *Andreae*, quod Florentiae ſola ſit, nullo cognomento diſtingui. Arcum hunc tamen indictum non dereliquit, unum eum ex triumphalibus putans, & pone, ſeu circa, aedes *Eliſaeorum* conſtituens; nam a quibuſdam *Arcus Eliſaeorum* adpellatus eſt; & *Eliſaei*, *De Arcu*, dicti reperiuntur. *Arcus* etiam *Pietatis* vocitatus fuiſſe videatur; cuius adpellationis cauſſa mihi incomperta eſt. *Borghinius* quidem coniicit, Arcum hunc ſuper viam Calliſmalae conſtitiſſe, quae via una ex primariis olim erat, & quae tunc temporis mediam fere Civitatem ſecans a Porta Sanctae Mariae, ad Portam Domus, recta ducebat. *Ferd. Leop. Meliorius* opinatur, Arcum fuiſſe triumphalem, quales cenſet in omnibus fere Vrbibus fuiſſe, & quibus hoſtium ſpolia, & ſigna, & arma, adpendebantur; atque ius aſyli ei tributum fuiſſe, *Malaſpinae* auctoritate confirmat. *Dom. Mar. Mannius*, Arcum hunc, reliquias cenſendas vult arcuum Aquaedu-

Sed, quando de Eccleſia S. *Andreae* loqui pergimus, Inſtrumentum ad eius Rectoris electionem pertinens heic in medium adducere lubet.

In Dei nomine, amen. Anno 1264. Indictione 7. die Mercurii 16. Aprilis &c.

Cum Canonici & Capitulum Florentinum receptam electionem Presbyteri Doneti, cuius tenor talis eſt &c. Convenientes omnes Parochiani & Patroni Eccleſiae Sancti Andreae de Florentie, in dicte Eccleſie Sancti Andreee, ſcilicet:

Dominus Palmeranus de Lambertis.
Dom. Corbizus Vſimbardi, &
Dom. Donatus Povero.
Dom. Gherardus Ciccie.
Raynerius Domini Moſchae.
Struffe Domini Iecobi Bethini.
Ceruccius Domini Stoldi, &
Dom. Angelus Foglierini.
Beccaccinus olim Albonetti.
Amerinus Coſee.
Gherarduccius olim Copii.
Dom. Maſſerinus Domini Albizi.
Raynerius Domini Ormenni.
Palmerinus Domini Roree.
Guccius olim Domini Boldronis.
Dom. Ceſſus Domini Lemberti.
Tafanus Raynerii.
Giambonus Domini Iacopi.
Vpizzinus Copi.
Dom. Gienni Leone.
Gonnelle Lotterii Malegonnellu.
Albertinus Domini Berlingherii.
Meſnerius Aldobrandini.
Dom. Monachus q. Tognoſi.
Pagnus Bernerdeſchi.
Corſus Maſnerii.
Duccius Ghererdi.
Dominus Leonu Benedicti Goſi.
Roſſo Fetina Domini Ardinghi.
Lapus Domini Cypriani.
Dom. Ghererduccius Domini Lamberteſchi.
Manettus Domini Boldronis.
Canus filius Lemberti.
Moſcha Domini Guillelmi.
Chinemonte Domioi Rote.
Dom. Bernardinus Domini Iecopi.
Benedictus Domini Leonis.
Gherardus Domini Bernerdini.
Albizus Domini Iacupi Bethini.
Neri Domini Berlingherii.
Vgolinus Domini Iacopi.
Guidus Boncambii.
Ardingus Domini Berlingherii.
Raynerius Domini Bellini.
Ceccus Marrelli è
Ceruccius Felchi.
Ghererdus q. Doneti Not.
Beccurius Bandinelli.
Gieri Dietiſalvi.
Romeos Ormannetti.
Guidus Dietiſalvi.
Gieri Domini Cypriani.
Boverinus Domini Ormanni.

Gun- Ioen-

ductus, qui aquam ad Thermas duceret; quod minus verosimile est. Aquaeductus enim ad moenia Vrbium terminabantur; & ibi aquae castello excipiebantur, quae deinde per fistulas ad Thermas, & quo oporteret, derivabantur, ut *Vitruvius* auctor est. Insuper, qua de causa huiusmodi reliquiis ius Asyli concedendum fuerat? Quomodo Aquaeductus per medium Capitolium, per medium Forum, deducti fuissent? Absurdum profecto, ut videtur. Vlterius observandum, Ecclesiam hanc *Prope Arcum*, non *Prope Arcus*, dictam fuisse; sed modo posteriori dicenda fuisset, si ab arcubus Aquaeductus denominata esset. Plures enim arcus Aquaeductum substinent. Alia loca, quae extra Vrbem, & inter arcus veteris Aquaeductus, erant, *Inter Arcus*, vulgo *Trall' Arcora*, cognominabantur, ut agri quidam, & Ecclesia seu Xenodochium Sancti *Ioannis*; non *Prope Arcum*. Ipse potius putaverim, Arcum illum, fuisse cameram seu fornicem, cui alicuius aedes insisterent, quales in praesens ad Episcopium, & ad Sancti *Petri Maioris*, spectamus, quosque sive Arcus, sive Volutas, adpellamus. Arcus autem absolute dicebatur, quod forte nullus huiusmodi alius in antiqua Vrbe exsisteret. Asylum autem esse potuit, ne satellitii strepitu clamoribusque; ne reorum repugnanria & vociferatione; Sanctimonialium vetustissimarum prope habitantium quies & tranquillitas turbaretur: quarum forte Monasterium Ar-

Ioannes Amosi.
Iacobus Domini Bernardini.
Dectus Domini Bernardini.
Iaperella Domini Ormeoni.
Grandus olim Tignosi.
Saluccios Oomini Locterii.

Qoi omnes & simul asserentes, se esse duas partes, & plus hominum dicti Popoli S. Andreae de communi concordie simul coaduneti, cum vacaret dicta Ecclesia S. Andreae, & ad eos de antiqua & epprobata consuetudine spectaret electio, suas vices & potestarem, ac ius eligendi, praesentendi, vel postulandi, commiserunt in scriptura, scilicet, Domino Monacho de Lambertis, Reynerio Berlinghieri, Masoer o Aldobrandini, Amorio Cosee, Maoerto Boldroni, Pelmerio Domini Rotae, Corso Masnerii, Geri Rosso, Gonnellae Lotteri, Pegolotto Domini Ardinghi, Becutio Bandinelli, Albizino Morecti, Donato Bartoli, Domino Arrigo Lisci, Guerdo Tignosi, Saluuccio Domini Locterii, Andreee Gireldi, &c., sub hec forma: Quod ipsi per se vel per alium possint eligere, postulare, nominare, & praesentare, aliquem idoneum dictae Eeclesiae praeficiendum, promittentes habere firmum, & rethum quidquid per eos vel alium per eos electum ad dictum negocium adimpleodum factuio fuerit & gestum. Qui Dominus Mooechus de Lambertis, & Neri Bertingherii, & Mesnerius Aldobrandini, pro se, & omnibus aliis suprascriptis ad electionem, ut sopra, volentes tollere moram ne dicta Ecclesia ex looga vacatione in temporalibus & spirituelibus patiatur laesionem ad dictum negocium electionis & provisionis dictae Eeclesiae adimplendum elegerunt Fratrem Meliorellum Preepositum Fratrum Omnium Sanctorum in totam & integrem suam vicem & potestatem, committeotes io illum; & quidquid iuris hebeot per se & per alios populares commiserunt & concesserunt eidem, promittentes illum in suom recipere Rectorem, quem ipse Frater Meliorellus Praepositus postulaverit, nominaverit, vel dixerit, oligendom. Qoi Frater Meliorellus Preepositus vigore commissionis supradictae; Dei & Sanctorum omnium auxilio invocato, ed reverentiem & honorem Ven. Patris Domini Ioaonis Episcopi Florentini, & Capituli Maioris Eeclesiae, postulando & nominando elegit Presbyterum Bonectum Rectorem Ecclesiae Sancti Hilarii in Rectorem Eeclesiae S. Andreae praedictae, statim dictam electionem pu-

Arcui illi incumbebat, vel contiguum erat. Inde autem fortaſſis *Arcus Pietatis* adpellatus eſt, quod in illo, aut prope illum, cultus divinus, & ſacrae caeremoniae, & pietatis opera, a Sanctimonialibus illis, quae ſolae antiquitus Florentiae erant, exercerentur. Ab eo autem nomen non Eccleſia tantum Sancti *Andreae*, ſed proximi fundi, & agri, ſibi vindicabant; quare *Prope Arcum* cognomentum amplo terrarum tractui datum fuiſſe videatur, ut ſuperius animadvertebamus. Porro ſi Arcus hic triumphalis, & temporum Romanorum, fuiſſet; Langobardi, ut reliqua aedificia publica Romana, evertiſſent; nec loco nomen ſera aetate dediſset. Temporibus Langobardorum conditus eſſe non potuit, qui ab huiuſmodi aedificiis abhorrebant. Poſt *Carolum Magnum* huiuſmodi Arcus numquam exſtructi ſunt. Inſuper, ſi Arcus ille Romanae ſtructurae fuiſſet, nec Langobardi deſtruxiſſent; qui credi poteſt a Florentinis poſt ſaeculum XIII. magnificum glorioſumque aedificium deiectum everſum[illegible] fuiſſe; quum magno Vrbis ornamento eſſet? Turres [illegible]ſque omnes ſervarunt aliquatenus: Arcum triumphalem ſolo [illegible]aſſent & deleviſſent? *Credat Iudaeus Apella, Non ego.* Nec [illegible]i-cie[illegible]

publicans & dicens palam coram praedictis, & ipſi quod factum erat per eum nullo modo diſcordare approbarent & acceperent, velentque confirmare ſub hac forma verborum, ſcilicet, tamquam Patroni praedictae Eccleſiae Sancti Andreae, dicentes etiam quod ad ſe pertinebat pleno iure tam in temporalibus quam in ſpiritualibus &c. dictus Presb. Donatus & parochiani ipſius Eccleſiae una cum eo proteſtati ſunt, quod praedictam confirmationem tali modo recipere nolebant, cum praedicta vere non eſſent. Qui Canonici & Capitulum retrocedentes a praedictis confirmaverunt praedictam electionem in modo & forma, Dominus Monachus da Lamberris. & Dominus Donatus Povero de Caponſacchis, pro ſe & ipſis & omnibus aliis hominibus populi S. Andreae praedicti accedentes ad praeſentiam Magiſtri Rainaldi Archidiaconi Capituli maioris Eccleſiae, & Domini Corſini Prioris Sancti Petri Scradil, & etiam Canonici dictae maioris Eccleſiae, & Domini Guittonis & Domini Bindi & Domin. Tribaldi Archipresbyteri, & Domini Gieni Prioris Sancti Iacobi Vltra Arni, & etiam Canonici dictae maioris Eccleſiae, & Domini Viviani, qui reſidentiam faciunt in dicta maiori Eccleſia ſeipſis & aliis omnibus Canonicis praeſentaverunt eumdem Presbyterum Bonetum & electionem & nominationem de eo factam in Rectorem praedictae Eccleſiae Sancti Andreae, poſtulantes cum inſtantia ipſum ad dictam Eccleſiam confirmari, & quae de eo geſta erant per eos approbari & confirmari. Qui Dominus Renaldus. & Dominus Corſinus, & Dominus Gittone, & Dominus Bindus, & Dominus Tribaldus, & Dominus Gianni, & Dominus Vivianus, Canonici dictae Eccleſiae, per ipſos & vice & nomine aliorum Canonicorum, diligenter omnibus examinatis, videntes & cognoſcentes dictum Presbyterum benemeritum eſſe, ipſum ad dictam Eccleſiam confirmaverunt, & approbaverunt eundem Presbyterum Bonactum praeſentem; & ſuſcipientes & dantes & concedentes eidem Presbytero Presbyterum Iacobum Canonicum Eccleſiae SS. Apoſtolorum, ut eum inducat in corporalem poſſeſſionem ipſius Eccleſiae & pertinentiarum eiuſdem. Qui Dominus Iacobus praedictus cum dicto Presbytero electo & confirmato accedens ad dictam Eccleſiam Sancti Andreae eundem in corporalem poſſeſſionem eiuſdem Eccleſiae pro omnibus iuribus & pertinentiis ſuis miſit & induxit, ut deinde gerat libere, ut Praelatus & Rector. Actum Florentiae in Eccleſia Sanctae Reparatae praeſentibus ad haec rogatis teſtibus Domino Raynerio Canonico Sancti Iacobi Vltra Arnum, & Domino Guido Presbytero Canonico Sancti Petri Bonconſilii, & Presbytero Iacobo Canonico SS. Apoſtolorum, & Domino Selvi de Catellano Iudice & aliis &c.

Ego Berlingherius olim Talenti Mochetti Imperiali auctoritate Iudex & Notarius praedicta omnia coram me acta rogatus ſcripſi, & publicavi, ideoque ſubſcripſi.

Ego Pepus Gherardini Boncii de Cerreto Maggio Imperiali auctoritate publicus Notarius autenticum huius exempli vidi & legi, & quidquid in eo continebatur praeter ſignum Notarii hic fideliter exemplando tranſcripſi ideoque &c.

ciendum, Arcum quidem amplius non exſtitiſſe, loco tamen ab eo nomen remanſiſſe; nam ſaeculo tantum XI. ac deinceps Eccleſia S. *Andreae*, & alii fundi, *Prope Arcum* cognominantur; ex quo coniicio, Arcum recentioris originis fuiſſe. Cognomen etiam *Pietatis* idem inſinuat; & ſicut cognomentum huius Eccleſiae unum in Inſtrumentis a *Foro Regis*, quod vere adhuc exſiſtebat, ſumitur; ita & alterum ab Arcu exſiſtenti deſumendum fuiſſe videatur. Sed ſi eum antiquae ſtructurae fuiſse volumus, obſervandum eſt, in hac Vrbis parte eminuiſse Capitolium, arcem videlicet muris & aliis munimentis circumvallatam, in quam tamen per aliquam portam intraretur. Sic potuit fortaſſis hic arcus eſse illius portae, quae, reliquo murorum arcis ambitu diruto & everſo, ſupererit, & per aliquot ſaeculorum tractum ſubſtiterit, donec & ipſa tandem corruerit, vel iuſtis de cauſſis deſtructa fuerit. Quod ſi Arcus huius ante ſaeculum XI. nemo meminit, id provenire potuit, quod magna pars murorum Capitolii adhuc exſtaret, tuncque magis murorum nomine, quam Arcus veniret. Sed muris reliquis lapſis, aut propter Vrbis commodum deletis, Arcus hic relinqui potuit, quod ſuo hiatu viae communis iter minime impediret, nec domibus aedificandis obſtaret. Ita Porta ad S. *Petrum Cattuarium* adhuc ſupereſt, quae arcus vice nunc fungitur, & nullum Portae uſum praeſtat, quam *Il Portone d' Annalena* vulgo vocitant. Tunc igitur *Arcus* dictus tantum fuerit; & cognomentum proximis aedificiis, proximiſque fundis, tribuerit. Sed & prope Forum Regis Eccleſia S. *Andreae* fuiſſe indicatur. De Foro Regis igitur aliqua delibanda. *Meliorius* opinatur, *Forum Regis* medio tempore dictum eſſe locum illum, qui primum *Capitolium* vocabatur, & quod deinde iterum *Capitolium* adpellatum eſt. Ipſe autem arbitror, *Forum Regis* nuncupatam fuiſſe partem illam Capitolii, quae, alicuius Regis Italiae iuſſu, reliquo ſolo aequata Forum conſtituit, magnam partem ſaltem, quod deinde *Forum Vetus* vocitatum eſt. Dictum autem *Forum Regis*, quod eius dominium ad Regem ſpecialiter pertineret; non aliter ac Campus Regis, Curtes Regis, Pratum Regis, Mons Regis, quibus de inferius latius agemus. Et profecto videmus, huiuſmodi loca ab Regibus paſſim donata fuiſse; quod non feciſsent, niſi ſpeciali & privato iure res illae ad eos ſpectaviſsent [d].

Por-

[d] Conſule ſuperius *pag.* 28. *& ſeqq.* *Vinc. Borghinium* *Par. II. pag.* 400. edit. 91. 92. 93. 95. 97. 98. 108. 564. 593. *edit.* *Vinc.*

a C or

Porro *Berengarius*, & *Lambertus*, Imperatores, donantes seu confirmantes Ecclesiae Florentinae *Campum Regis*, dicunt, illum ad Curtem Regis Florentiae sitam pertinuisse.

Ecclesia Sancti *Frigidiani* Vltra Arnum, Monasterio S. *Mariae* de Monte Carmelo propinqua, cum Priore & Collegio Canonicorum [a]. Quum Sanctus *Frigidianus* Episcopus Lucensis multa veneratione Sanctum *Mineatem* Martyrem Florentinum prosequutus sit; & quotannis Florentiam adveniret, ut eius Basilicam in Monte Regis sitam viseret, Martyrisque lipsana coleret [b]; haud mirum, si Florentini Sanctum Episcopum quasi divinis honoribus adfecerint; & eius nomine insignem Ecclesiam construxerint. Haec Ecclesia cum Paroecia Suburbio Civitatis nomen dedit [c], quod semper ab ea deinceps *Sancti Frigidiani* dictum est; & eodem nomine gaudet Porta Vrbis, quae in Suburbii fine patet, Pisas versus. Parthenon huic Ecclesiae contiguus est, sed recens conditus; cui tamen Ecclesia in praesens adnexa est. *Ioannes Veliternus* Episcopus hanc Ecclesiam Abbati & Monachis Sancti *Salvatoris* Septimi concessit [d]; quam deinde *Gregorius* IX. Pont. Max. iisdem confirma-

a Coosule superius *pag.* 291. 531. 935.

b Console superios *pag.* 568. 585.

c Vide *Vghelliom Tom. III. pag.* 144. soperios *pag.* 252. 355. 359.

d Patet ex Charta eiosdem Episcopi, quam hic ex *Vghellio*, & *Cerracchinio*, profero.

Iosooes divina providentia Episcopos Florentinus venerabilibos io Christo Fratri, soisque successoribus Canooice substitoendis, & fratribus io perpetuum. Iostis postulantiom desideriis, quae a rationis tramite ooo discordant, sed ad hooestatem pertinent, & salutem recipiunt animarum, nos convenit aorem praebere benignam, & ea favorabiliter effectu prosequente complere. Quapropter vestris piis postolationibos cum fratribos oostris grato concurrentes assensu, atque attendeotes Ecclesiam Sancti Fridiani Florentini io spiritoalibos, & temporalibus reparatiooe, atque iostauratione plorimom indigere, ipsam Ecclesiam cum omoibus parochianis suis, & Parochia universa vobis, vestrisqoe soecessoribos io perpetoum ad officiandum per propriom Sacerdotem, praeterquam per Monachum, nisi de nostra licentia speciali, ordinandum, & disponendom, tam in spiritoalibus, quam in temporalibos concedimos, salva debita iustitia, & reverentia Domini Florcotini Episcopi, suiqoe Capituli per omnia, quae nobis toentur aliae Parochiales Ecclesiae per Floreotioam Dioecesim constitotae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessioois infriogere, vel eidem in aliquo temere contraire; si qois autem contra concessionem istam temere venire tenteverit, aut eam infringere voloerit, iodignationem Omnipotentis Dei, & Beatorom Ioannis Baptistae, atque Philippi Apostoli, Vincentii, atqoe Zeoobii, & omnium Sanctorum, incurrat, Cunctis autem eidem Ecclesiae sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Ameo. Amen.

Datom in Palatio sopradicti D. Episcopi Florentini ao. MCCXXI. III. Id. Decemb. Iodict. decima, praeseotibus Boondelmonte Iudice filio Baterelli, & Bonella Odoaldi, & Lotherio Cerireno, & Boondelmoote Fiealli Iudice, & Rectore Baciabecchi, & aliis Praesulibos.

Ego Iosones Florentinus Episcopos supradictae concessiooi subscripsi.

Ego Olanos Praepositos Florentioos subscripsi.

Ego Magister Booninsegna Floreotioos Archidiaconos testis coosentiens subscripsi.

Ego Barus Floreotinos Archipresbyter subscripsi.

Egu

mavit [a]. Sciendum vero eſt, ab anno iam MCCVIII. Abbatem Septimi, qui tunc *Placidus* erat, ius aliquod habuiſſe in hac Eccleſia & Paroecia; & ius in eadem habere pertendiſſe etiam Priorem & Monachos Monaſterii Sancti *Salvatoris* Camalduli: quare *Placidus* Abbas Septimi eo anno conſtituit Priorem, Adminiſtratorem, & Defenſorem, Eccleſiae & Populi Sancti *Frigidiani* Monachum *Columbanum*, ut agere poſſet pro eadem Eccleſia & Populo apud *Ioannem* Epiſcopum Florentinum contra illos

Ego Presbyter Rufticos Florentinus Canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Gentilis Florentinae Eccleſiae Canonicus praefatae conceſſioni conſenſi &c. ideoque ſubſcripſi.

Ego Presbyter Iacobus Florentinus Canonicus ſubſcripſi.

Ego Presbyter Ilex Florentinus Canonicus ſubſcripſi.

Ego Presbyter Iacobus Florentinus Cantor ſubſcripſi.

Ego Mugnarius Florentinus Canonicos ſub'cripſi.

Ego Buoninſegna Florentinos Canonicus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Riynerius Iudex, & Notarius, his omnibus dum agerentor interfui, & ex mandatu, & praecepto ſupradicti D. Epiſcopi in publicam ſcripturam ſupradicta omnia redegi.

[a] Bullam ex *Vghellio* profero.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati S. Salvatoris de Septimo, eiuſque fratribus tam praeſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe praeſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacrae Religionis enervet. Ea propter, dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Salvatoris de Septimo, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub Beati Petri protectione, & noſtra ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum, a vobis poſt Concilium generale ſuſceptam, in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Praeterea quaſcumque poſſeſſiones, quaecunque bona, idem Monaſterium in praeſentiarum iuſte ac pacifice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, praeſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo praefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Salvatoris ſitam in Gallano cum ſuis pertinentiis, Eccleſiam Sancti Salvatoris in Vallebona cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Stephani iuxta Caſtrum Sommariae cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Martini, quae eſt in la Palma cum pertinentiis ſuis. In corte de Turri Eccleſias Sancti Laurentii, & Sancti Martini, & Sancti Michaelis. In corte de Monte Bignoli Eccleſiam Sancti Laurentii, Eccleſiam Sancti Fridiani Florentiae cum pertinentiis ſuis, & Hoſpitale de Strada cum pertinentiis ſuis, quae idem Monaſterium habuit, antequam Ciſtercienſis Ordinis ſuſciperet inſtitutа, & omnia quae habetis in Padule, & in Parochia Sancti Columbani, & in corte de Ficecchio, & ad Tillianum, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, quae propriis manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de hortis, & virgultis & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere, praeſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere: diſcedentem

illos Monachos Camaldulenses. *Ioanne:* tamen Episcopus, ut vidimus, Ecclesiam hanc tamdem Abbati & Monasterio Septimi adiudicavit atque concessit. *Ioannes* autem *Mangiadorius* Episcopus hanc Ecclesiam sub alterius patrocinio & defensione posuerat, & , ut

tem vero oun absque communiam literarum vestrarum cautione nullus eudeat retinere. Quod si quis retinere forre praesumpserit, licitum vobis sit in ipsos Monachos vel Conversus regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes, ne terras, seu quodlibet beneficium Ecclesire vestrae collatam liceat alicui personaliter dare sive alio modo alienare absque consensu totius Capituli, vel maioris, aut sanioris partis illiur. Si quae vero donationes, eut alienationes alirer, quam dictum est, factae fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hoc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus, sive Conversus, sub professione vestrae domus estrictus sine consensu, & licentia Abbatis, & maioris partis Capituli vestri, pro aliquo fideiubeat, vel ab aliqua pecunias mutuo accipiat ultra summam Capitali vestri providentie constitutam, nisi propter manifestam domus vestrae utilitatem. Quod si facere forte praesumpserit, non teneatur pro iis Conventus aliquatenus responlere. Licitum praeteres sit vobis in causis propriis, sive civilie, sive criminalie contigerint quaestionum, fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius vestrum in eliquo valeas deperire. Insuper auctoritate Apostolice inhibemus, ne ullus Episcopus vel quaelibet alie persona ed Synodos, vel Conventus forensea, vos i e, vel iudicio saeculari de vestra propria substantia, vel possessionibus vestris subiacere, compellat, nec ad domus vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel Conventus aliquos publicos convocandi, venire praesumas, nec regularem electionem Abbatis vestri impediat, aut de instituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit contra statuts Cisterciensis Ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero Episcopus, in cuius parochie domus vestra fundata est, cum humilitate, ac devotione, qua convenit, requisitus substitutum Abbatem benedicere, & alia, quae ad officium Episcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum sit eidem Abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios novitios benedicere, & alie quae ad officium suum pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio Episcopo percipere, quae a vestro fuerint indebite denegata. Illud edilcientes, ut in recipiendis professionibus, quae

quae e benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea sint Episcopi forma, & expressione, contenti, quae ab origine Ordinis noscitur instituta, ut scilicet Abbates ipsi Episcopo salvo Ordinis sui iure profiteri debeant, & contra statuta Ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero Altarium, vel Ecclesiarum sive pro Oleo Sancto, vel quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus a vobis obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed haec omnia gratis vobis Episcopus Dioecesanus debeat impendere. Alioquin liceat vobis quemcumque Catholicum malueritis adire Antistitem, gratiam, & communionem Apostolicae sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, vobis, quod postulatis, impendat. Quod si sedes Dioecesani Episcopi forte vacaverit, interim omnia Ecclesiastice Sacramenta a vicinis Episcopis accipere libere, & absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum praeiudicium generetur. Quia vero interdum proprii Episcopi copiam non habetis, si quem Episcopum Romanae Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum, & vestium, consecrationes Altarium, ordinationem Monachorum, auctoritate Apostolicae Sedis recipere valeatis. Porro si Episcopi, vel alii Ecclesiarum Rectores, in Monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis, vel interdicti, sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro eo, quod sicut dictum est, decimas non persolverint, sive aliqua occasione eorum, quae Apostolice benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate praestiterint, vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem protulerit sententiam, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicae indulta prolatam decernimus irritandam, nec litterae illae firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis Ordinis, & contra indulta Apostolicorum privilegiorum constiterint impetrari. Praeterea cum commune Interdictum terrae fuerit, liceat

Pppppppppp

&, ut dicebant, *recommendaverat*; sed tamdem ipse eam *Hugoni* Priori contulit [a]. *Antonius Ab Vrso* vero Episcopus elegit *Gbr.num de Vicedominis* Priorem eiusdem Ecclesiae; qui a Canonicis statim exceptus fuit, sic profitentibus, eam Ecclesiam ad collationem Episcopi Florentini pertinere [b]. Huic Ecclesiae adnexa est perpetuo Ecclesia Sancti *Michaelis* Argiani, in Plebatu S. *Caeciliae* Decimi. Ecclesia demum haec S. *Frigidiani* ab *Alexandro Medices* Archiepiscopo consecrata fuit [c].

Ecclesia Prioratus Sancti *Paulli*, vetusta Paroecia est [d], & Collegium Canonicorum habuit [e]: Carmelitae Tereſiani modo eam tenent [f]. Quum B. *Dominicus* Ordinis Praedicatorum institutor Florentiam Monachos suos misisset, hi primum in Xenodochio Sancti *Pancratii* substiterunt; deinde ad Ecclesiam Sancti *Paulli* migrarunt; demum Ecclesiam & Paroeciam Sanctae *Mariae Novellae*, seu *Inter Vineas*, obtinuerunt [g]. Tam Ecclesia

ceat vobis nihilominus in vestro Monasterio, exclusis excommunicatis, & interdictis, divina Officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati vestrae paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates, & immunitates, a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus Ordini vestro concessas, nec non & libertates, & exemptiones secularium exactionum a Regibus, & Principibus, vel aliis fidelibus, rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum &c. si quis igitur, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Datum Viterbii per manum Magistri Guillelmi Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii II. Non. Octobris Indict. XI. Incarnationis Dominicae anno MCCXXXVII. Pontificatus vero Domini Gregorii Papae Noni, anno undecimo.

Ego Gregorius Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Ioannes tit. S. Praxedis Presb. Card.

Ego Sinibaldus tit. Sancti Laurentii in Lucina Presb. Card.

Ego Stephanus Sanctae Mariae Transtyberim tit. Sancti Callisti Presb. Card.

Ego Iacobus Tusculanus Episcopus.

Ego Romanus Portuensis, & Sanctae Rufinae Episcopus.

Ego Raynerius Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus Card.

Ego Aegidius SS. Cosmae, & Damiani Diac. Card.

Ego Fr. Iacobus Praenestinus Episcopus.

[a] Ex Charta Archivi Cisterciensium Florentiae notata I. 56. constat, quod de Camaldulensibus dixi. Consule etiam superius pag. 588. ubi pariter videtur Abbas Septimi habere ius in S. *Frigidiano* anno MCIC.

[b] Adi supra *pag.* 248. 256.

[c] *Cerracchinius pag.* 196. hanc Inscriptionem adfert.

Alex. Medices Tit. S. Cyriaci in Thermis S. R. E. Presb. Card. & Archiepiscopus Florent. Ecclesiam hanc in honorem Sancti Frigdiani Episcopi, & Confessoris Deo dedicavit VI. Idus Septembres MDLXXXIV. Et in Anniversario XL. dierum Indulgentiam reliquit.

[d] Consule *Ioseph. Richam Tom. IV. pag.* 130.

[e] Idem *pag.* 122. 123. & Tom. III. *pag.* 6. Vnde Conventus S. *Paulli* occurrit supra *pag.* 117. 531.

[f] Idem *pag.* 130. qui scribit Carmelitas hosce Ecclesiam S. *Paulli* obtinuisse anno MDCXVIII. & suppressam fuisse Paroeciam & dispertitam Ecclesiis Sanctae *Mariae Novellae*, Sancti *Pancratii*, & *Omnium Sanctorum*.

[g] *Richa eod. loc. pag.* 121. Superius *pag.* 120.

[a] Vi-

sia S. *Paulli*, quam S. *Mariae Novellae*, tunc temporis extra Vrbis moenia erant. *Ioannes Mangiadorius* Episcopus in Ecclesia Sancti *Paulli* Canonicos elegit [a]. Ecclesia haec tamdem ad Capitulum Florentinum devenit [b].

Ecclesia Prioratus Sancti *Michaelis Berteldae*, a *Bertelda* quodam fortassis, unde habuerit cognomentum, [c] constructa fuisse videatur. Collegium habuit Canonicorum [d]. Quum Mona-

a Vide superius *pag.* 248. *Richam Tom. IV. pag.* 123.

b *Richa loc. citato pag.* 130. *Poccianti Eccles. Flor. pag.* 181. Inter Chartas Archivi Capituli Florentini, quaedam est, in qua dicitur, quod anno

1193. Magister Ioannes Prior Ecclesiae & Canonicae Sancti Michaelis Berteldae, Iacobus Prior Canonicae S. Pauli, Lotheringus Iudex, laudant super lite, & quaestione vertente causa decimae unius petii terrae, & vineae positi in Puteeolis, cui confinant Ecclesia Sanctae Mariae Novellae, Paganus filius Martini de Galliano, & Strinatus filius Ramminchi, &c. inter Clarum Priorem Sanctae Mariae Maioris, & Presbyterum Gerardum Rectorem Ecclesiae & Cappellae Sanctae Mariae Novellae, & decernunt quod, tempore vindemiae, Rector Ecclesiae Sanctae Mariae Novellae annualiter det unum urceum musti nomine decimationis praedictae terrae Priori S. Mariae Maioris; anno 1193. 12. Kal. Iulii Ind. 11. In praesentia Artimisii filii Petri, Rinaritti filii Orlandini, & Vghitti filii Girocciolii testium. &c.

Lotteringus Iudex.

c Consule *Richam Tom. III. pag.* 195. Subspicari etiam est, *Berteldam* loci & situs nomen fuisse; nam in Charta memorati Archivi legitur, quod anno

1255. D. Iacobus Recevutus filius olim Daventzati Rootomranni vendit Domino Henrico Priori Sanctae Mariae Maioris petium terrae positae in Berteldi, Petalli, Vlivelli, in territorio Sexti, lib. 126. & solid. 5. bonorum denariorum Pisanorum ad rationem lib. 3. & solid. 15. pro quolibet stariolo, & fideiubent Allius olim Iacobi Allii, & Simonectus Bellindoti; & praedd. consensit Dilecta uxor dicti D. Iacobi venditoris . . . Anno 1225. pridie Nonas Septembris Ind. 13. &c.

Boninsegna Consilii Octonis IV. Imperatoris Iudex, & Notarius, &c.

Quare constat *Berteldi* nomen locis etiam haesisse.

d Consule superius *pag.* 531. *Melieriam pag.* 438. 498. *Richam Tom. III. pag.* 193. *Tom. IV. pag.* 122. Hinc superius *pag.* 117. videre est, Monasterium fuisse adpellatum in Charta anni MCCXXXIII. Prioris & Ecclesiae S. *Michaelis* Berteldae mentio occurrit etiam in aliis Chartis Archivi Capituli Florentini, quae breviatae ita habent.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei Dilecto filio I . . . Priori S. Michaelis Berteldi Florent. salutem & Apostolicam Benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit quod tam dilecti filii . . . . Prior & Capitulum Ecclesiae S. Laurentii Florent. quam Praedecessores eorum decimas, terras, possessiones, reditus, manentia, domos, & quaedam alia bona eiusdem Ecclesiae, datis super hoc literis, factis renuntiationibus, & interpositis iuramentis, nec non poenis adiectis, nonnullis Clericis, & laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo, ad firmam, vel sub censu annuo, concesserunt, in enormem ipsius Ecclesiae laesionem, quorum aliqui super iis literas confirmationis in forma communi a Sede Apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest laesis Ecclesiis subvenire, discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus ea, quae de bonis eiusdem Ecclesiae per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite, vel distracta: non obstantibus literis, iuramentis, renuntiationibus, & confirmationibus, supradictis ad ius, & . . . . Eccle . . . . revocare procures. Contradictores . . . . . . appellatione postposita . . . . . . fuerint nominati si se gratia odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante . . . . . cohibere. Datum Romae apud S. Petrum V. Idus Martii Pontificatus nostri anno primo.

1261. P. Ioannes Prior Ecclesiae & Canonicae Sancti Michaelis Berteldae, P. Bongianni Canonicus Sancti Laurentii, & P. Vgo Canonicus Sanctae Mariae Maioris, Arbitri laudant

ſterium Sancti *Mineatis* in Monte Regis, in arce recens facta, ſaeculo XVI. incluſum fuiſſet, Monachi Congregationis Olivetanae, qui illud habebant, Eccleſiam Sancti *Michaelis* obtinue-

dant ſuper controverſia inter D. Ildebrandinum Priorem Sancti Laurentii, & P. Clarum Priorem Sanctae Mariae Maioris, ſuper finib. eorum Parochiarum: ſcilicet quod habitantes mares domum Dcotigoctii Fiordibellae eant|do cetero ad Eccleſiam Sancti Laurentii, mulieres vero ad Sanctae Mariae Maioris; & beneficia pro mortuis d. domus dividantur; ulterius quod a domo Vlivetti incluſive uſque Muntonem ex parte illa Occidentis ſit populus Sancti Laurentii, & a domo Compagni incluſive uſque ad Sanctam Mariam Maiorem ſit populus Sanctae Mariae Maioris; quoo Eccleſia a domo dicti Compagni diſtat 36. pedibus dempto quarto; & quod non poſſit Oratorium fieri, vel acquiri, ab altero in alterius laeſionem &c. Anno Domini 1201. 7. Kalen. Februarii Ind. 5. &c. Teſtes ſunt Vgolinus Gonnellae, Toroamontagna Provinciale, Vbertinus Orſacchini, & Tebaldus filius Vbertelli, &c.

Priores, & Canonici ſobſcribunt &c.
Odericus Iudex D. Imperat. Henrici &c.
Ioannes Palatii Iudex Henrici Imperatoris, & Noe.

1224. D. Boninſegna Archipresbyter Florentinus eligit in Rectorem Eccleſiae Sancti Apollinaris Dom. Reneryum Canonicum Sancti Laurentii, nullam reputans electionem factam a Bonacurſo Iudice, & eum poſuit in ſede dictae Eccleſiae, & confirmavit eum ex parte D. Epiſcopi & Capituli, & ſua, excommunicans contradictores, & rebelles. Anno 1224. 12. Kalendas Martii Ind. 13. Teſtib. D. Ruſtico, D. Opizzino, D. Gentile, & D. Henrico, Canonicis Florentinis, D. Maunello Priore Sancti Michaelis Berteldae, & P. Spedaliero Canonico dictae Eccleſiae Sancti Apollinaris, &c. Item. 10. Kalendas Martii d. D. Archipresbyter in Eccleſia Sanctae Reparatae Florentinae tamquam Dominus, & Patronus dictae Eccleſiae Sancti Apollinaris, inveſtiv dictum D. Renerium recipientem, teſtibus D. Henrico, & D. Gentile Canonicis Florentinis, D. Cambio Priore, & D. Octaviano Canonico Sanctae Mariae ſuper Portam, D. Rinuccino Vgonis Ruſſi, & Philippo Iudice, & Notario filio Renaldini, &c. Item dicta die d. D. Boninſegna Archipresbyter ponit d. D. Rainerium in poſſeſſione cultus Sancti Apollinaris poſiti ad Ripole, teſtib. Martinello Converſo Monaſterii de Ripoli, in cuius Parochia actum eſt hoc, Manetto filio olim Maunelli de Fighine, Gherardino D. Cecco, & Piero, &c. Item ponit d. die in poſſeſſione cultus de Varlungo, & terrae, teſtib. Curſino filio Dietaiuti Donati, Bonfiliolo filio Carbonis, Giunta filio Raynerii Capii, & Mazza filio Bertini, &c. Bencivenni Iudex, & Notarius, &c.

1233. Manettus q. Buonamentis procuratoe Magiſtri Guidonis Rectoris Eccleſiae Sancti Michaelis de Ronta appellat a decreto facto per D. Maunellum Priorem Sancti Michaelis Berteldae Subdelegatum D. Iamdonati, in cauſa inter dictum Guidonem & Canonicam Florentinam ſive Eccleſiam Sanctae Reparatae, anno 1233. pridie nonas Maii Ind. 6. Catinus Iudex, & Notar.

1238. D. Arrigus Prior Eccleſiae Sancti Michaelis Berteldae, & eius Capitulum ex una, & D. Prior S. Mariae Maioris ex altera, compromittunt in S. Priorem Sancti Laurentii ſuper differentia inter eos vertente, ad quem pertineret iure parrochiali domus *Riſoli*. Anno Domini 1238. 3. Nonas Septemb. Ind. 11. Teſtib. P. Recupero, P. Fide, Ildebrandino Canonico Eccleſiae Sancti Laurentii, P. Dono, & Adimario, & Fenerio filiis Bonacurſi, &c. & dictus Dominus Arbiter laudat quod habitantes dictam domum interveniant divinis officiis certis anni temporibus, & maſcoli recipiant ſacra in feſtivitate, & ſpecialiter ſepeliantur in Eccleſia Sancti Michaelis, feminae vero in Eccleſia Sanctae Mariae Maioris, &c. Gratia Fioretti Notarius, &c.

1278. Capitulum, & Canonici Eccleſiae Florentinae vacantis ad inſtantiam Domini Doni Prioris Eccleſiae Sanctae Mariae Maioris petentis numero trium Canonicorum in dicta Eccleſia conſtituto, & iurato, & ab Apoſtolica Sede confirmato, alterum addere Canonicatum, committunt vices ſuas Domino Ioanni Priori Sancti Michaelis Berteldae de Florentia eorum Vicario ad faciendum quod iuris fuerit, anno Incarnationis 1278. Ind. 7. die 9. Ianuarii. Dominus Donus Prior praefatus, & P. Bencivenni Canonicus dictae Eccleſiae S. Mariae Maioris, revocant quandam deputationem, & receptionem, in Canonicum, cum putaverint Benvenutum Canonicum dictae Eccleſiae defunctum; & quidem viveret dd. anno, & Ind. die 19. Ianuarii. Vicarius Capituli Florentini auget numerum Canonicorum in Eccleſia Sanctae Mariae Maioris, prout ſupra petitum fuit, & prout ſequitur videlicet.

In

nuerunt, & in illam migrarunt [a]. Ast eodem saeculo, quum Clerici Regulares Theatini Ecclesiam Sancti *Michaelis* sibi concedi petiissent, eam obtinuerunt; & Monachis Olivetanis, eorumque Monasterio Sancti *Barptolemaei* de Castaneo, compensationis gratia, adnexa fuit Ecclesia & Paroecia Sancti *Apollinaris* Florentiae [b]; quae anno MDCCLVI. profana reddita, & subpressa, est; & eius Paroecia Ecclesiis Sancti *Proculi*, SS. *Simonis* & *Iudae*, & Sancti *Romuli* adsignata fuit. Ecclesia haec Sancti *Michaelis* debet quotannis Episcopatui Florentino die festo Sancti *Ioannis Baptistae*, pro fundis Casalis, solidos duos. Invenio tamen in *Regesto Episcopatus*, sub *Francisco* Episcopo, a *Cante* Priore huius Ecclesiae solutos fuisse solidos tres

In Dei Nomine. Amen. Anno Dominicae Incarnationis 1278. Ind. 7. die 29. Ianuarii Nos Ioannes Prior Ecclesiae Sancti Michaelis Berteldae Vicarius Ecclesiae Florentinae vacantis ad infrascripta per Capitulum dictae Ecclesiae Florentinae vacantis tunc residens in eadem specialiter deputatus, inquisivimus diligenter si a tempore quo b. m. Dominus Dietifeci Prior Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris de Florentia, de consensu Capituli sui ordinavit trium Canonicorum numerum in eadem Ecclesia, & a tempore, quo felicis recordationis Innocentius Papa quartus eidem constitutioni in dicto numero confirmationem impendit, fructus Ecclesiae supradictae in tantum excreverunt, quod uni alii Canonico ultra numerum supradictum possint sufficere competenter. Quia vero constitit nobis facultates Ecclesiae S. Mariae praedictae in tantum excreuisse post confirmationem, & numerum supradictum, quod unus alius minister idoneus de eisdem posset commode sustentari, decrevimus auctoritate dictae commissionis, ut Domino Dono Priori & Capellano Ecclesiae supradictae augumentandi numerum de uno alio Canonico libera sit de iure permissione facultas. Actum in dicta Ecclesia Sanctae Mariae, testibus Presbyteris Giunta Canonico Sancti Petri Scheradii, & Guidone Canonico Sancti Michaelis Berteldae, &c.

Ego Gratia filius Arrighi Gratiae Imperiali auctoritate Iud. & Not. & praedictorum Capituli, & Vicarii, Scriba; praedicta me praesente acta de mandato Domini Vicarii scripsi, & publicavi, ideoque, &c.

1281. Rinaldus vocatus Naddus filius Gherardi Baldanze, populi S. Mariae Maioris Florentiae, emancipatus vendit medietatem unius domus in populo dictae Ecclesiae in contrata, ubi dicitur Classus Begnamini, Domino Dono Priori dictae Ecclesiae anno Incarnationis 1281. Ind. 10. Kalendis Decembris, &c. & Falcus Notarius filius Bernardi, populi S. Laurentii de Florentia, fideiubet, & Domina Bellassai uxor dicti Naddi consentit, testibus P. Guido quondam Dom. Herbolotti de Campi Canonico Ecclesiae Sancti Michaelis Berteldae, P. Buono filio Belli de Septignano, Gardo filio Tedelgrandi populi Sanctae Mariae Maioris, & Lore sutore filio Falconis populi Sancti Laurentii, & Raynerio Not. filio Bonafedis, &c. Boncambius quond. Azzi Dom. Feiderici Imperatoris Not.

1290. Raynerius quondam Arrici Alberti, populi Sancti Michaelis Berteldae, testatur, & sibi heredes instituit Renaldum vocatum Naldum, & Pierium filios suos, & posthumum nasciturum ex Domina Nadda eius uxore praegnante. Anno Incarnationis 1290. Ind. 5. die 16. Septembris, testibus Domino Guidone Priore Ecclesiae Sancti Michaelis Berteldae, & Conte eiusdem Ecclesiae Canonico, Boninsegna de Beccanugiis Iurisperito, quibus suprascriptis decretum interposuit Aldobrandinus Bellincionis populi Sancti Pauli, & Ceccus Ioannis dicti populi Sancti Michaelis Berteldae, &c.

Lotius Montanini Notarius, &c.

Bindus Donati Notarius, & Commissarius imbreviavit, &c.

Grimaldus Compagni de Pesciola exemplavit, &c.

a Vide *Meliorium pag.* 440. *Richam Tom. III. pag.* 199. Superius *pag.* 581. *& seqq. Puccinelium Eccles. Flor. pag.* 172.

b *Meliorius pag.* 441. *Richa Tom. III. pag.* 204. Supra *pag.* 583.

 a Con-

tres Florenorum parvorum Episcopatui pro annuo censu eidem debito [a].

Ecclesia Sancti *Proculi*, quae Sanctorum *Proculi* & *Nicomedis* a quibusdam etiam dicitur [b], donata fuit ab piis viris Monasterio Sanctae *Mariae*; & haec donatio confirmata fuit Monasterio, & *Petro* illius Abbati, a *Petro Mediabarba* Episcopo, imposito annuo censu denariorum XII. [c]: quare quinque solidorum censum Episcopatui Monasterium illud quotannis deinde

a Consule superius *pag.* 245. 261. *Richam Tom. III. pag.* 192.

b Consule *Richam Tom. I. pag.* 235.

c Consule superius *pag.* 243. 263. 264. 265. & *pag.* 103. Prufetenda sunt hic instrumenta, quae habet *Puccinellius* in *Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 286.

In nomine Domini Dei Aeterni. Anno ab Incarn. MLXIV. XV. Kal. Febr. Ind. III. Manifesti sumus Nos Gherardo filio b. m. Petroni, & Petrus, filio b. m. Ioannis Barbano, & Nepote, & Davitio, & Wido germani filii b. m. Ioannis, quia pro nostre convenientia, & quia dicitur adque habendum, & Ecclesia ipsa reconciliandum, & Presbytero vestro ibidem mittendum, & Officium, & Missas, & Orationem, Incensum, & Luminaria ibidem faciendum, & terr.t, & tibut, tenendum, laborandum, & laborare faciendum, & fruendum, seu & meliorandum . . . providimus Nos tibi, Petrus Abbas de Ecclesia, & Monasterio S. Mariae de Civitate Florentiae, idest integris Ecclesia, quae est aedificata in nomine S. Proculi, & casis, terris, & rebus, ibidem pertinentibus, quae sunt positae prope ipsa Civitate Florentia, & non longe de iam dicto Monasterio, & de Porte S. Petri, qui dicitur Maiore; tamen decernimos ipsa Ecclesia, & terris, & rebus ibidem pertinentibus de una parte est fini terra, & casae S. Ioannis, & Baroni de S. Martino, & locoli inter medio fossa; de alia parte est, fini terra de filius Io. Grassi, & de praefato Monasterio S. Mariae intermedio moro decerni; de tertia parte est fini terra, & vinea S. Apollinaris inter medio fossa, & muro decerni; de quarta parte est fini Carbonaria de praenominata Civitate Florentia. Ideo praedicta Ecclesia, & casis, & cassinis, & terris, & rebus, una cum omnibus aedificiis suorum super se, & infra se habentibus in integrum eas tibi qui Petrus Abbas, & Rectores, successores, dare, & firmare providimus. E nobis ipsorum Barbano, & Nepote, & germani, & nostris heredibus. Te Petrus Abbas, & tuis successoribus dare nobis debratis pensionem pro ipsa Ecclesia, de terris, & rebus, & casis per omne anno in hebdomada de festivitate S. Ioan. quae est de mense Iunio ad Curtem nostram in ipsa Civitate Florentia, nobis, aut Misso nostro, per vos, aut Misso vestro argentum denariis XXIV. boni expendibiles, & non amplius, & honorem quem Canonici, & Canonica S. Io. de praenominata Civitate Florentia annualiter habuerit, de modo in antea similiter habere debeant, sicut uso est, & non amplius: & si Vos adimpleretis, & si Nos ipsorum Barbano, & nepote, & germani, vel nostris heredibus, aut submissa persona, quam nos miserimus, quae eum quolibet nostro facto veniat per quodlibet ingenium, aut per quodlibet factum, quod nos exinde factum habeamus, aut in antea faciamus, quod tibi Petrus Abbas, vel a tuis successoribus de ipsa Ecclesia, & casis, & cassinis, terris, & rebus, tam de mobile, quam de immobile minuere, vel retollere; aut amplius, quam supra legitur vobis super imponere praesumpserimus, & si ex alia parte a praenominato Abbate, vel a suis successoribus de ipsa Ecclesia, & casis, & rebus intentionem cverterit, & Nos, vel nostris heredibus non defensaverimus veraciter libellario nomine, vel suorum libellum, Nos vel nostris heredibus irrumpere, vel falsare voluerimus, & omnia, quae supra leguntur non observaverimus, & non adimpleverimus, sumus composituri, & daturi Nos ipsorum Barbano, & Nepote, & Germano, vel nostris haeredibus esse debeamus tibi Petrus Abbas, vel a tuis successoribus, poena nummorum de bonis argentum libras XX. Quidem, & ego Petros Abbas manifestus sum, quia omnia ut supra leguntur, sic inter nobis convenit, & si detulero ego, vel mei successores dare, & adimplere per omne anno vobis ipsorum Barbano & Nepote, & germani, vel a vestris heredibus ipsam pensionem, sicut supra legitur, aut si ipsa Ecclesia, & ca-

de solvit. Sed quum sub *Ioanne Veliterno* Episcopo orta fuisset controversia inter Episcopatum, & Monasterium, super illo

casis, terris, & rebus dimittere praesumpserimus, vel si per nos peiorati, aut subtracti apparuerit per ipsa poena libras XX. parti vestre componere debeamus, unde duo libelli scripti fuer. Actum Florentiae.

Signum manuum ipsorum Barbano, & Nepote, & germano, qui hunc libellum, sicut supra legitur fieri rogaverunt.

✠ Ego Petrus Abbas a me facta, &c.

Signum manuum Vgi, & Teuzi filii item Teuzi, & Ioannis de Terentiano rogati testes.

✠ Ego Petrus rogatus testis.

✠ Ego Rodulfus Notarius scriptor post traditum complevi.

Vgo, & Teuzo germani filii Teuzi... ....a fil. Riehardi poena librarum XX. de argento, isto libello fecit Davitio, & Voido germani filii Ioannis, Gherardus filio Petri, Petrus, & Abbas.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. An. ab Incar. eius MLXIV. XVIII. Kalend. Febr. Indict. III. &c. Et ideo ego Petrus Episcopus S. Florentinae Ecclesiae, quia pro nostra convenientia, & quia dare, adque habendum, & Ecclesia illa reconciliandum, & Presbytero vestro ibidem mittendum, Officium Dei, Missam, & Orationem, Incensum, & Luminaria ibidem facere fore debeatis, & terris, & rebus, tenendum, laborandum, & laborare faciendum, & fructum, seu, & meliorandum dare praevidi tibi Petrus Abbas de Ecclesia, & Monasterio S. Mariae de ipsa Civitate Florentia. Idest integra Ecclesia, casis, terris, & vineis, quae positis prope iam dicta Civitate Florentia, & non longe de Porta S. Petri, quae dicitur Maiore, & prope ipsa Ecclesia, quae vocatur S. Proculo, & casis, & cassinis, & terris, & rebus ibidem pertinentibus, quae de una parte est fini terra de ipso Episcopo, & de Baroni de S. Martino, & Iuculi, intermedio fossa. De alia parte fini terra, de filiis Io. Graffi, & de praefato Monasterio S. Mariae intermedio muro decerni. De tertia parte est fini terra, & vinea S. Apollinaris, intermedio fossa decerni. De quarta parte est fini Carbonaria de Civitate Florentia. Ideo praedicta Ecclesia, terris, rebus, & casis, & cassinis una cum omnibus aedificiis suorum super se, & infra se habentibus in integrum eas tibi quis Petrus Abbas, & tuis successoribus dare, & firmare praevidi, & mihi quis Petrus Episcopus, & meis successoribus, tu Petrus Abbas, & tui successores dare nobis debeatis pensionem pro ipsa Ecclesia, & casis, & cassinis, terris, & rebus, per omne anno in festivitate S. Ioannis, quae est de mense Iunio, ad Curtem, & Episcopatum S. Ioannis in praedicta Civitate Florentia, nobis, aut Misso nostro per vos, aut Misso vestro argentum denarii XII. boni, & spendibili, & non amplius, & sic nos adimplentes, & si ego quis Petrus Episcopus, vel meis successoribus, tibi Petrus Abbas, vel a tuis successoribus de ipsa Ecclesia, & casis, & cassinis, & terris, & rebus, tam de movibile, quam & immovibile, minuere, vel retollere, aut amplius, quod supra legitur, vobis super imponere praesumpserimus, tunc impositori, & daturi vobis esse debeamus poena nummorum de bonis argentum libras XX. Quidem, & ego Petrus Abbas manifestus sum, quia omnia, ut supra legitur, sic inter nos convenit, & si distulero, ego, vel meis successoribus dare, & adimplere per omne anno, tibi Petrus Episcopus, vel a tuis successoribus ipsam pensionem, sicut supra legitur, si nos recipere volueritis, aut si ipsa Ecclesia, & casis, & terris, & rebus dimittere praesumpserimus, vel si per nos peiorati, aut subtracti apparuerit, tunc ipsa poena libras XX. parti vestrae componere debeamus, & tunc libello inter nos fieri rogavimus. Actum prope Castello, qui dicitur Campanulae, Iudiciaria Florentina.

✠ Ego Petrus S. Florent. Ecclesiae sedis humilis Episcopus a me facto, &c.

✠ Ego Petrus Abbas a me facto, &c.

✠ Ego Obr. Abbas, &c.

✠ Ego Bernardus Archidiaconus consensi, &c.

✠ Ego Theodaldus Cantor consensi, &c.

✠ Ego Petrus lege vivente Romana rogatus testis, &c.

Signum manuum Ricardi filio Benedicti lege vivente Romana, rogatus test. &c.

Ego Martinus lege vivente Romana rogatus test. &c.

Signum &c. &c. manuum Bernardi filio b. m. Theuderichi, & Teuvitio b. m. Rheuderichi, qui Pagano fuit vocatus, & Mattio de loco Campi testes.

Ego Rodulphus Not. Impera. post traditum complevi.

Ego Ildebrandinus Henrici Imperatoris Iudex ordinarius huic instrumento rite exemplato subscripsi.

Ego Diomede Iudex, & Notarius autheo-

illo censu Episcopatui debito; & sententia lata fuisset in favorem Episcopatus; *Ioannes* idem Episcopus novavit contractum, & iterum concessit iure beneficii Monasterio Ecclesiam Sancti *Proculi* cum obligatione praedictum censum quotannis solvendi [a]. Huic Ecclesiae adnexae fuere saeculo XV. duae Paroeciae, S. *Stephani* scilicet Abbatiae, & Sancti *Martini* prope Abbatiam [b]. Quum autem anno MDCCLV. Ecclesia Sancti *Apollinaris* subpressa fuisset, pars eius Paroeciae Sancto *Proculo* adsignata fuit, ut superius etiam indicavi. Ecclesiae Sancti *Proculi* haerebat olim Xenodochium S. *Nicolai*, quod iam sub saeculi XIII. initium dirutum erat [c].

Ecclesia Sancti *Vincentii*, quae erat Oratorium vel Sacellum Episcopi, & in Palatio Episcopatus [d], iam saeculo XII. exsistebat. Haec, in nova Palatii constructione comprehensa quum esset, destructa fuit.

Ecclesia Sancti *Salvatoris*, seu *Iesu Christi*, quae pariter Episcopio saeculo XV. coniuncta est, & olim Paroeciam habuit,

thenticum huius exempli, vidi, & legi .. & quicquid in eo scriptum erat, hic fideliter in totum, & per ordinem exemplatum esse inveni, ideoque subscripsi.

✠ Ego Sculdus Nepos Iosonis D. Octonis Romanorum Quarti Imperatoris ordinarius Iudex hoc exemplum authenticum vidi, & legi, & quicquid in eo continebatur, hic fideliter exemplatum esse inveni, ideoque hic subscripsi.

✠ Ego Guilielmus Iudex, & Notarius, huius exempli authenticum, in hoc risa, & fideliter nil addens, vel minuens exemplavi, & S. Mariae esse daturum super his interlinesvi, ideoque subscripsi.

[a] Consule superius *pag.* 264. 265. 113. *Puccinellium Chronic. Abbat. Flor. pag.* 20.

[b] Anno MCCCCLXXIX. Vide *Richam Tom. I. pag.* 236.

[c] Vide *Richam Tom.* I. *pag.* 236. *Puccinellium Chron. Abbat. pag.* 20.

[d] Consule superius *pag.* 391. *Vghellium in Episc. Volater. pag.* 358. *Vinc. Borghinium Tom. II. pag.* 354. 355. *edit. secundae*.
In Ecclesia S. *Vincentii* alia publica acta, praeter indicatum *pag.* 391. condita occurrunt, ut anno MCCV. & MCCXXV. in chartis Archivi Capituli Florentini, quorum compendia produco: & in Charta Archivi Monasterii S. *Mariae*, quam heic profero.

1205. Ioannes humilis Florentinus Episcopus pro sedandis controversiis vertentibus inter D. Clannem Praepositum, & Canonicos, super proventibus respective debitis iure Praebendarum statuit, & firmat quasdam inter eos servandas ordinationes, &c. Facta sunt haec in Civitate Florentiae, in Ecclesia Sancti Vincentii, quae in Palatio Sancti Iohannis, anno Domini 1205. 7. Idus Iunii Ind. 8. praesentibus testibus Magistro Guidone Sancti Apollinaris, P. Rodulfo Sancti Rumuli, Ildebrando Sancti Martini de Argiano, D. Gherardo de Petriolo Episcopi, & Fratre Gherardo Sacri Sepulchri, &c. Ioannes Gilbertii Iud. Henrici Imperatoris, & Notarius, &c.

1223. Boverottus filius Spinae, Nerlus filius Actavantis, Bellingherius Cypriani, Boninsegna filius Baron sis, Dietisalvi fil. Bellotti, repraesentant concordiam, quam fecerant de P. Bonafide de Magnale Rectore, & Capellano Sancti Andreae, coram Praeposito, & quibusdam Canonicis Florentinis, petentes ut ratam haberent, & ipsum P. Bonafidem eligerent, & confirmarent in Rectorem, & Capellanum; & Praepositus dixit non sibi videri idoneum: & D. Vpitinus Canonicus Florentinus parabola, & voluntate dictorum hominum eundem elegit, & protestatus est sibi videri idoneum. Anno 1223. Pridie Nonas Ianuarii Ind. 12. Testes sunt, Cyprianus fil. Gherardi Cypriani Iudex ordinarius, Rusticus Canonicus Florentinus, Dominus Plebanus de Sexto Canonicus Florentinus, &c. Iacobus Iudex, & Notarius.

1225.

buit; quaeque perperam a quibusdam primitiva Cathedralis credita est. Hanc instaurarunt primum quidem saeculo XI.

& tam-

1225. Anno vero 1225. Pridie Nonas Ianuarii Ind. 13. D. Ioannes divina providentia Florentinus Episcopus dat mandatum, & facultatem Domino Clanni Praeposito Florentino instituendi, & confirmandi dictum P. Bonafidem olim Rectorem de Magnale in Ecclesia Sancti Andreae de Foro Veteri, & D. Praepositus institutionem dedit, & dictus Bonafides promisit manualem obedientiam dicto P. Clanni pro Ecclesia Florentina. Actum Florentiae, in Ecclesia Sancti Vincentii, testibus Donno B. Abbate S. Mariae Vallisumbrosae, Donno V. Abbate Sancti Salvi, Donno Rubeo Sanctae Mariae supra Portam, Donno Ildebrando Capellano D. Episcopi, Donno Lotteringo Vallisombrosae, & P. Patronerio Sancti Salvatoris, &c. Ego Ioannes Florentinus Episcopus audiens, quod D. Bonafides debebat dare quandam summam pecuniae ad hoc, ut esset Rector Ecclesiae Sancti Andreae, nolui coinquinari, sed praecepi Praeposito, ut investiret, eiusque obedientiam reciperet, & omnibus subscripsi. Bene de Monte-Ficalla Iudex, & Not.

In Dei nomine amen. His publicis litteris evidenter appareat quod Dominus Mecius Monacus Sancte Marie Monasterii Florentini presentavit & dedit Domino Iohanni Florentino Episcopo quasdam litteras sigillatas sigillo Domini Orlandi Canonici Fesolani, quarum litterarum tenor talis erat. Reverendo in Christo Patri & Domino Ioanni Dei gratia Florentino Episcopo Or. Fesulanus Canonicus cum devotione salutem. Domino P. Abbati Sancti Gaudentii scripsit Summus Pontifex in hunc modum: Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Abbati Sancti Gaudentii Fesulan. Dioc. salutem & apostolicam benedictionem. Porrecta nobis Abbatissa Sancti Martini de Mensula petitione monstravit, quod cum cognitionem deffinitive sententie, quam contra eam pro venerabili fratre nostro Episcopo Florentino Prepositus Preten. super obedientia, & reverentia, quam dictus Episcopus sibi deberi asserit ab eodem, auctoritate Apostolica promulgarat ad petitionem ipsius Episcopi, venerabili fratri nostro Episcopo Pistoriensi duxerimus committendam, dicta Abbatissa ab eodem Episcopo Pistoriensi sentiens ex eo se iniuste gravari quod sibi copiam Rescripti Apostolici facere denegabat, nostram audientiam appellavit. Ideoque discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus quatinus si est ita, revocato in statum debitum quicquid huiusmodi appellatione temere inveneris adtemptatum in causa, ipse iuxta primi mandati nostri tenorem appellatione remota previa citatione procedas. Alioquin partes ad prioris Iudicis examen appellantes in expensis legitimis condemnando. Datum Lateran. septimadecima Kal. Sept. Pontificatus nostri anno sexto. Cum igitur dictus Abbas in premissis mihi ex toto commiserit vices suas, vobis primum terminum III. Idus Augusti proxime venturi, secundum vero peremtorium undecimo Kal. prox. Sept. prefigo, ex tunc in predictis quantum de iure poteto processurus. Facta fuit hec presentatio & datio Flor. in Cappella Sancti Vincentii, que est in Palatio Flor. Episcopi, millesimo ducentesimo vigesimo secundo tertio Kal. Aug. Ind. decima. Presentibus testibus Domino Iohanne de Agereta, & Domino Pietro de Roma Iud. & Domino Rinoccino Vghi Russi Iud. & aliis: & idem Episcopus recepit prescriptas litteras & dixit quod habebat suspectas propter quasdam rasuras.

Ego Boninsegna Imperiali auctoritate Iudex & Not. predictis dum agerentur interfui, & ea rogatus in publicam formam redegi, & quod superius interlineatum est, scilicet, prefigo, propria manu feci, ideoque subscripsi.

S. *Vincentius* ideo in quibusdam Episcoporum instrumentis nominatur inter patronos Episcopatus, ut apud *Vghellium pag.* 177. *Cerracchinium pag.* 69. 119. & superius *pag.* 979. videre est. Et multo magis patet ex Chartis *Francisci* Episcopi, & eius Vicarii, in Archivo Laurentiano exsistentibus, quae ita habent:

Aegidius Rector Ecclesiae S. Leonardi de Mevania Vicarius Venerab. Patris Domini Francisci Dei gratia Episcopi Florentini in spiritualibus & temporalibus, generalis, providis viris . . . . . . Capitaneis Societatis, & iis de Societate B. Laurentii Martyris, convenientibus in Ecclesia S. Laurentii Florentini, tam maribus, quam feminis, tam praesentibus, quam futuris, salutem in Domino sempiternam.

Si quasi per praemia corda fidelium ut suam Altissimo devotionem exhibeant excitamus, statui providemus salubriter ipsorum,

Rrrrrrrrrr quod

& tamdem refecerunt & ornarunt *Alexander Medices*, qui deinde, quum Pontifex Maximus creatus esset, *Leonis XI.* nomen adsumit; & *Ioseph Maria Martellius*, Archiepiscopi: & hic

quod dignum est apud Dominum, & meritorium reputandum. Porrectis itaque nobis pro parte vestra devotis supplicationibus inclinati tenore praesentium omnibus, & singulis, qui vestrae Societati praedictae fecerint se adscribi, in ipso eorum ingressu, si postmodum perseveraverint in eadem, nec non vobis omnibus de Societate praedicta vere poenitentibus, & confessis, dum in dicta Ecclesia S. Laurentii conveneritis Missarum solemnia, vel alia Divina Offitia, seu Praedicationes Verbi Dominici audituri, & de ipsius Societatis negotiis tractaturi, ac Laudes de sero in dicta Ecclesia cantaturi, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatae Mariae Virginis Matris eius, Beatorum quoque Iohannis Baptistae, Zenobii, Reparatae, ac Vincentii, Patronorum Ecclesiae Florentinae meritis confidentes auctoritate qua fungimur quadraginta dies de iniuncta vobis & eis poenitentia misericorditer relaxamus. Simili quoque modo ac eadem auctoritate similem indulgentiam concedimus omnibus vere poenitentibus, & confessis benefacientibus ad opus Ecclesiae memoratae. Ratificamus insuper auctoritate nostra omnes indulgentias tam vobis, & dictae Societati, quam operi Ecclesiae praedictae concessas; nihilominus Reverendis Patribus Dominis Episcopis quibuscumque suam ad praedicta Indulgentiam concedendi licentiam concedentes.

Datum Florentiae pridie Kal. Aprilis, sextae Indictionis, anno ab Incarnatione Domini 1338.

Nos etiam Fr. Angelus Dei gratia Episcopus Aquilensis vestris supplicationibus inclinati de praedicta licentia Domini Vicarii supradicti eamdem vobis in ipsis concedimus veniam peccatorum.

Insuper nos Iohannes eadem gratia Episcopus Cesenensis vestris petitionibus annuentes de praedicti Domini Vicarii licentia, & consensu, similem Indulgentiam duximus concedendam.

Et nos Filignus permissione divina Faesulanus Episcopus vestris piis petitionibus inclinati de praedicti Domini Vicarii licentia similem concedimus veniam peccatorum.

Nos etiam Fr. Bartolus miseratione Divina Episcop. Spoletanus vestris supplicationibus inclinantes de licentia dicti Domini Aegidii Vicarii similem Indulgentiam concedimus in omnibus & per omnia pro ut supra.

Nos etiam Fr. Galganus Dei gratia Aeriensis Episcopus vestris supplicationibus inclinati de licentia Vicarii supradicti eamdem vobis concedimus indulgentiam peccatorum.

Nos Petrus Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Florentinus praefatas omnes Indulgentias tam per praefatum D. Aegidium Vicarium, quam per praedictos Rev. Patres Dominos Episcopos, concessas hominibus praemissae Societatis S. Laurentii, modo, & forma praemissis approbamus, ratificamus, & confirmamus, & similem Indulgentiam quadraginta dierum concedimus eisdem; & in testimonium praemissorum sigillum nostrum duximus apponendum.

Dat. Florentiae anno ab Incarnatione Domini 1363. Indiction. . . . . . die octava Mensis Augusti.

Franciscus Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Florentinus; Vniversis Christifidelibus tam Clericis, quam Laicis, per Civitatem & Dioecesim Florentinam constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Gloriosus Deus in Sanctis suis nonnumquam ipsorum intercedentibus meritis clementer exaudit supplicantium vota fidelium populorum, & tamquam misericordiarum Dominus, quod ipsi fideles alias non merentur, per ipsorum Sanctorum patrocinia elargitur. Ipsis continuo reverentiam impendamus, ad eos totis mentibus recurramus, ut non cessent pro nobis Dominum deprecari. Potissime ac specialiter excellentissimus Martyr Christi Beatus Laurentius, qui pro Christi nomine tanta tormenta substinuit, est a Christifidelibus devotissime venerandus, ab eo sunt maxime imploranda suffragia, quatenus ambulantibus in hac valle miseriae auxilia praebeat saluti animarum & corporum profutura, & pro defunctis fidelibus, quorum animae in carcere Purgatorii sunt reclusae, dignetur apud Altissimum misericordiam, & gratiam invocare, ut cito ab ipsis tenebris absolutae, omni contagione mundatae, caelestem patriam ingredi mereantur; nec est dubitandum, quin potius pie credendum, quod ipsius Martyris patrocinia sint devote ad eum recurrentibus plurimum valitura. Cum maxime & nos in Ecclesia Sancti Laurentii de Vrbe continentia quaedam mirabilia, & profutura fidelibus ad salutem, & per quae fide-

hic quidem nostra memoria, quum Episcopium etiam in n... liorem & commodiorem formam redegisset [a].

Ecclesia Sanctae *Mariae* in Campo, quae in Campo diceba-tur, vel quod in Campo Martio [b], vel quod in Campo quodam speciali, & extra Vrbis moenia, antiquitus sita esset; & inter Ecclesias Dioecesis Florentinae recensenda esse evincitur, quod iuxta Vrbis moenia exsisteret, & quod in Catalogo Ecclesiarum Florentinarum Capitolino, quem pluries laudavimus, inter eas numeretur [c]; & quia *Franciscus* Episcopus Florentinus sub saeculi XIII. exitum non semel Episcopo Faesulano veniam concessit celebrandi in illa Ecclesia Clericorum ordinationes [d]. Hinc tamen coniectare non est, eam fuisse dominio Episcopi Florentini subiectam; nam nec Ecclesia Sanctae *Mariae Novellae* ad eius ius temporale spectat; & tamen *Lotharius* Episcopus Florentinus *Currado* Episcopo Faesulano concessit veniam in Ecclesia Sanctae *Mariae Novellae* Ordines sacros Clericis conferendi [e]. Et revera Ecclesia Sanctae *Mariae* in Campo pleno iure ad Episcopum & Episcopatum Faesulanum pertinet, ex quo *Gregorius IX.* Pont. Max. eam illi liberam concessit & addixit; & *Alexander IV.* ut apud eam tribunal & forum erigere posset, indulsit [f]; & *Vrbanus* VIII. con-

fideles ipsi ad eumdem venerandum Martyrem amplios debent exhibere totis studiis se devotos. Nos igitur animas Deo lucrifacere cupientes, ac ad devotionem ipsius Martyris, & venerationem Ecclesiae Sancti Laurentii Florentini, vos quorum salutem quaerimus, quasi quibusdam illectivis praemiis, indulgentiis scilicet, & remissionibus, invitare, de Omnipotentis Dei misericordia, & gloriosae Mariae Virginis Matris eius, Beatorum quoque Iohannis Baptistae, Zenobii, Reparatae, ac Vincentii, Patronorum nostrorum meritis confidentes, omnibus vere poenitentibus, & confessis, qui qualibet quarta feria cuiuslibet septimanae dictam Ecclesiam Sancti Laurentii Florentini venerabiliter visitaverint, & devote, quadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium praesentes literas fieri iussimus, & sigilli nostrae Curiae appensione muniri.

Dat. Florentiae, die decima Augusti, sexta Indiction. Anno ab Incarn. Domini 1318.

a Vide *Meliorium pag.* 2. 86. 137. *Borghinium Tom. II. pag.* 353. 356.

b Campi Martii meminimus superius *pag.* 29. 30. Situs autem semper erat extra Vrbium moenia, ut Romae, Florentiae, & alibi. *Ioannes Villanius* nomine *Camarti* pluries indicat *Lib. I. Cap.* 15. *Lib. II. Cap.* 21. Consule superius *pag.* 591. 694.

c Consule superius *pag.* 532.

d Consule superius *pag.* 547. 263.

e Consule superius *pag.* 255.

f Bullas *Gregorii IX.* & *Alexandri IV.* ex *Vghellio* aliisque hic produco.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Episcopo Fesulano salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Controversiis, quae inter te, & Cives Florentinos suborta fuerat, nostra provisione sopita, quia vidimus, quod ex cohabitatione Fesulani Episcopi, maior inter eum, & Commune Florentinum poterat concordia provenire, & maior Episcopatus Fesulani securitas, & utilitas procurari, Ecclesiam Sanctae Mariae de Campo cum pertinentiis suis tibi providimus conferendam. Vt igitur haec no-

confirmavit [a]. Ecclesia S. *Mariae* in Campo erat olim una ex vetustis Florentinis Ecclesiis, quae Paroeciam haberent. Ec-

nostra provisio perpetuam habeat firmitatem, praefatam Ecclesiam cum pertinentiis suis de Fratrum nostrorum consilio tibi, & successoribus tuis perpetuo iure concedimus liberam, & exemptam, non obstante quod in literis Venerabilis fratris nostri Episcopi Florentini, & publico instrumento, quibus suum super hoc expressit assensum, nihil de Capituli continebatur assensu, cum nos eius supplendum duximus in hac parte defectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae concessionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, se noverit incursurum.

Datum Laterani II. Idus Ianuarii Pontif. nostri anno I.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis de Ficeclo, & de Elmi, Abbatibus Lucanae & Vulterranae Dioecesis salutem & Apostolicam benedictionem.

Controversia, quae inter venerabilem fratrem nostrum Episcopum Fesulanum & Cives Florentinos suborta fuerat, nostra provisione sopita, quia vidimus quod ex cohabitatione Fesulani Episcopi maior inter eos, & Commune Florentinum, poterat concordia provenire, ac maior Episcopatus Fesulani securitas, & utilitas procurari, Ecclesiam Sanctae Mariae de Campo cum pertinentiis suis ipsi Episcopo providimus conferendam. Ut igitur haec nostra provisio perpetuam obtineat firmitatem, praefatam Ecclesiam cum pertinentiis suis de Fratrum nostrorum consilio eidem Episcopo, & successoribus suis perpetuo iure concessimus liberam, & exemptam, non obstante quod in litteris Venerabilis fratris nostri Episcopi Florentini, & publico instrumento, quibus suum super hoc expressit assensum, nihil de Capituli continebatur assensu, cum nos eius supplendum duximus in hac parte defectum. Unde nos ipsi Episcopo Florentino nostris damus literis in mandatis, ut Ecclesiam ipsam cum pertinentiis suis dicto Episcopo Fesulano liberam, & exemptam assignet, & ipsum in eius corporalem possessionem inducat; contradictores, si qui fuerint, ut rebelles monitione praemissa per Ecclesiasticam censuram appellatione postposita compescendo; Quocirca discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus quatenus nisi praefatus Episcopus Florentinus mandatum nostrum infra decem dies post susceptionem literarum nostrarum fuerit executus, vos ex tunc illud authoritate nostra sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo exequi procuretis.

Datum Laterani III. Idus Ianuarii Pont. nostri anno I.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Fesulano salutem & Apostolicam benedictionem.

Fraternitatis tuae precibus benignum impertientes assensum, quod Tu, & Vicarius tuus, apud Ecclesiam Sanctae Mariae in Campo Florentiae ad Ecclesiam Fesolanam, pleno iure spectantem, cum te, ac ipsum penes ipsam morari contigerit, de causis subditorum tuorum possitis cognoscere, ac eas fine debito terminare, authoritate tibi praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli se noverit incursurum.

Datum Anagniae VIII. Kal. Decemb. Pontif. nostri anno V.

a *Urbani VIII.* Bullam proferimus.

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Ad Romanum spectat Pontificem, si quae dubia circa emanatarum a suis Praedecessoribus literarum intellectum emerserint, ea declarationis suae oraculo ita elucidare, ut sublata omni ambiguitate literae huiusmodi, ut par est, suos sortiantur effectus. Aliae siquidem emanarunt a fel. record. Alexandro Papa IV. praedecessore nostro literae tenoris sequentis, videlicet: Alexander Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Fesulano salutem & Apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuae precibus benignum impertientes assensum, quod tu, & Vicarius tuus apud Ecclesiam Sanctae Mariae in Campo Florentiae ad Ecclesiam Fesulanam pleno iure spectantem, cum te, ac ipsum penes illam morari contigerit, de causis subditorum tuorum possitis cognoscere, & eas fine debito terminare, authoritate tibi praesentium indulgemus. Nulli ergo omni-

Ecclesia Sancti *Iacobi* Inter Foveas ab antiquis temporibus Paroeciam habuit, & una erat ex duodecim Florentinae Civitatis

omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagniae VIII. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno V. Cum autem, sicut accepimus, dubitetur, an Episcopus Fesulanus, eiusque Vicarius, praefati vigore dictarum literarum non dum causas subditorum Episcopi huiusmodi cognoscere, sed etiam sententias, & decreta ab eis in eisdem causis latas, & facta, debitae executioni demandare, seu demandari, facere possint, eaque super re lis in sacro Rotae Romanae Auditorio pendeat indecisa: nos attendentes frustra sententias ferri, & decreta fieri, nisi debitae executioni demandentur; litemque, & lites non posse dici finitas, vel debito fine terminatas, nisi sententiae fuerint executae: nec non litis huiusmodi statum, & merita, nominaque & cognomina Iudicis, & colligantium praesentibus pro expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, matura que deliberatione nostris.... Quod Episcopus Fesulanus, eiusque Vicarios, vigore praeinsertarum literarum possint non solum causas huiusmodi inter, & contra suos subditos in Civitate Florentiae, & illius Dioecesi, tam civiles, quam criminales, vel mixtas, motas, vel movendas, cognoscere, & sic etiam processus desuper conficere, seu confici facere, committendo, & exequendo citationes, intimationes, aliaque in huiusmodi processuum fabricatione necessaria, & opportuna; sed etiam sententias, & decreta quaecumque tam interloquutoria, quam diffinitiva, ab eis super causis huiusmodi latas, & facta, etiam antequam praesentes emanarent, exequi, seu exequi facere, tam realiter, quam personaliter, Apostolica authoritate tenore praesentium declaramus; necnon praesentes literas eisdem authoritate, & tenore confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; ac insuper super praemissis provisum esse volentes, ex abundanti, & quatenus opus sit, quoad ea in quibus circa eadem praemissa, vel alia huiusmodi, dubitari potest, eumdem Episcopum, & successores, eorumque Vicarium, etiam uti Apostolicae Sedis delegatos posse causas inter,

ter, & contra suos subditos cognoscere, processusque conficere, ac sententias ferre, & & decreta facere, illaque, & illas tam hactenus per dictum Episcopum, vel eius Vicarium, aliosque illius ministros, & Officiales latas, & facta, quam in posterum perpetuis futuris temporibus per eos, & eorum quemlibet ferendas, & faciendas, exequi, seu exequi facere, tam realiter, quam personaliter, etiam extra limites dictae Parochialis Ecclesiae Sanctae Mariae in Campo, & in quacumque alia parte Civitatis, & Dioecesis Florentinae. Praesentes quoque literas cum omnibus, & singulis in eis contentis nullo umquam tempore etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes, illis non consenserint, nec ad illa vocati, & auditi, ac causae, propter quas illae emanarunt, adductae, & iustificatae minime fuerint; vel ex alio quocumque capite, etiam enormis, & enormissimae laesionis, ac alias quomodolibet de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, & alio quovis defectu notari, invalidari, redargui, impugnari, in ius, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque iuris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, ac etiam motu, scientia, & deliberatione similibus concessu, quemquam in iudicio vel extra uti posse; sed semper validas, firmas, & efficaces, existere, & fore, dictoque Episcopo, & successoribus, ac Vicario, & Officialibus, ministrisque eius praefatis plenissime suffragari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, dictaeque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi vel interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: non obstante litis pendentis praefata, ac Apostolicis, & in Conciliis Universalibus Provincialibusque, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Regula de non tollendo iure quaesito, quatenus foret opus, nec non quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stylis, & usibus, privilegiis

Sssssssss quo-

tatis Prioratibus; & ita adpellata fuit, quod foveis, quae aquas illac in Arnum per ea tempora derivabant, haereret. Frontem antiquitus ad Occidentem conversam habebat, quae adhuc superest, licet clausa; & platea ante illam patebat [a]. *Iulius* Episcopus Florentinus donavit hanc Ecclesiam Monachis Sancti *Salvii*, & eorum Abbati *Gilberto*; quae donatio *Alexandro III.* Pontif. Max. auctore facta, ab *Urbano III.* & *Clemente III.* Romanis pariter Pontificibus confirmata fuit [b]. Quum *In-*

quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & deliberatione, similibus in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenore praesentibus pro pleno, & sufficienter expressis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 5. Maii 1619. Pontificat. nostri anno XVI.

a *Poccianti Eccles. Florent. pag.* 156. *Richa Tom. I. pag.* 260. 264. *Villanius Lib. V. Cap. VII.*

b Produco Diploma & Bullas ex *Fidel. Soldanio H. B. Passin. pag.* 269. 270. & ex *Ughellio Episcop. Florent. pag.* 127. 129.

In Nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Iulius Dei gratia Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus. Dilecto in Christo Filio Gilberto Sancti Salvii Abbati, suisque in eodem Monasterio regulariter succedentibus in perpetuum. Rationis ordo expostulat, & Sacrae Legis sanxit auctoritas, desideriis iusta poscentium pia compassione succurrere, & votis legitima desiderantium intuitu charitatis, religionis, & honestatis congruum impertiri suffragium. Tunc enim devotionis nostrae famulatus Deo gratius impenditur, quum ex charitatis radice procedens provectibus po-

postulantium, instincta pietatis, extenditur. Ea propter, dilecte in Christo Fili Gilberte, Sancti Salvii Abbas venerande, devotionem tuam, & Fratrum tuorum, erga nos, & Ecclesiam Beati Ioannis Baptistae, attendentes, ut in Monasterio, cui Deo auctore deservis, religio copiosius augeatur, tuis, tuorumque Fratrum iustis postulationibus, & nostrorum Venerabilium Fratrum Archipresbyteri, & Praepositi, precibus intervenientibus, intuitu pietatis, religionis & honestatis, clementer annuimus; & Ecclesiam in nostrae Civitatis suburbio multum utilem, & Sancti Salvii Monasterio admodum necessariam, Domini quoque Papae Alexandri interventu, concessimus: & quod satis Sancti Salvii Ecclesiae utilius fuit Parochiam eidem Ecclesiae, Dei reverentia, & praedictorum precibus, assignavimus; dictamque Parochiam sic certis limitibus indissolubiliter certificare, atque terminare curamus; scilicet totum campum, quem Sancti Salvii constat esse allodium, & omnes massaritias, quae nunc ibi sunt, vel in futuro erunt, infra ista designata loca, hoc modo: de duabus siquidem partibus currit via, de tertio latere determinat Perilasio, de quarto est murus Civitatis, & fossa. Iuxta ista designata loca, concedimus, firmamus, stabilimus, praedictum Oratorium, Ecclesiam, & Parochiam, praedictis limitibus, & certis terminis, limitatam annuimus, & confirmamus, & praesentis Scripti privilegio communimus. Sepulturam quoque praedictae Parochiae ubi, tuisque successoribus, liberam esse concedimus. Statuentes, ut quaecumque bona praedicta Ecclesia iuste, & canonice, possidet; aut in futurum iustis modis praestante Domino poterit adipisci; firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam, & Monasterium S. Salvii, temere perturbare, aut eius bona auferre, vel ablata retinere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia, & integra, conserventur. Salva nimirum in omnibus.

Innocentius III. Priori Sancti *Iacobi* de Florentia scribit, caussamque committit Monasterii Passinianensis, Priori huius Sancti *Ia-*

bus, & per omnia, Dioecesani Iurisdictione, & Florentini Episcopi auctoritate, & reverentia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, saecularisve, persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove, commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat; reamque se Divino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructus bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Iulius Florentinae Ecclesiae Episcopus, licet indignus, hoc scriptum a me factum comprobavi, ideoque subscripsi.

✠ Ego Bernardus Sanctae Florentinae Ecclesiae Praepositus, & Prior Sancti Laurentii, licet indignus, huic Privilegio consensum praebui, ideoque subscripsi.

✠ Ego Rogerius Sanctae Florentinae Ecclesiae Archipresbyter, huic Privilegio assensum praebui, ideoque subscripsi.

✠ Ego Nicolaus eiusdem Ecclesiae Canonicus, & Sacerdos hic subscripsi.

✠ Ego Bonifacius Ecclesiae Florentinae Diaconus, & Canonicus subscripsi.

✠ Ego Magister Guido Florentinae Ecclesiae Canonicus, & Diaconus subscripsi.

✠ Ego Paganus Ecclesiae Florentinae Canonicus subscripsi.

Vrbanus Episcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Gilberto Abbati, & Conventui Sancti Salvii Floren. salutem, & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit praebere consensum; & vota, quae ab rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam Sancti Iacobi, sitam in Civitate Florentiae, a bonae recordationis Iulio quondam eiusdem Civitatis Episcopo, de consensu Capituli Florentini, Ecclesiae vestrae concessam, cum sepultura, & Parochia eius, cum limitibus certis, qui in chartula, quam idem Episcopus de illa vobis, & Ecclesiae Sancti Salvii, donatione tradidit, leguntur expressi, sicut ea iuste, ac sine controversia possidetis, auctoritate vobis Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum sit licitum hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Veronae IV. Nonas Maii.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Gilberto Abbati Monasterii Sancti Salvii, eiusque Fratribus tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, Sacrae Religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, & nostra, protectione suscipimus, & praesentis Scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque Possessiones, quaecumque bona . . . . idem Monasterium in praesentiarum iuste, & canonice possidet; aut in futurum iustis modis praestante Domino poterit adipisci; firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Praedecessorum vero nostrorum felic. mem. Vrbani, Gregorii, Innocentii, & Alexandri, Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes statuimos, ut nulli Archiepiscopo, sive Episcopo, aut alicui Praelato Ecclesiastico, sive saecolari, excepta Vallumbrosana Congregatione, aliquod super Ecclesia vestra dominium liceat obtinere, sicut ab eisdem Praedecessoribus nostris fuisse noscitur institutum. Praeterea sicut Capella Sancti Nicolai de Casa Arsi ad vestrum ius pertinet ab omni iugo totius dominationis Episcopi, & Plebani, hactenus immunis noscitur extitisse, ita & de cetero eam immunem decernimus permanere. Illud etiam ius, quod in Hospitali de Capraria hactenus habuistis, vobis nihilominus confirmamus.

Iacobi scribere videtur, utpote Ecclesiae Vallumbrosanae: & Abbati Monasterii Strumensis itidem Vallumbrosani coniungit *.

mos. Ecclesiam quoque Sancti Iacobi sitam in Civitate Florentina a bon. record. Iulio quondam eiusdem Civitatis Episcopo de consensu Capituli Florentini, Ecclesiae vestrae concessam, cum sepultura, & Parochia eius, cum limitibus certis, qui in Carrula, quam idem Episcopus de illa vobis, & Ecclesiae Sancti Salvi donatione tradidit, leguntur expressi, ad instar fel. mem. Vrbani praedecessoris nostri, Monasterio vestro duximus confirmandam. Libertates praeterea, immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines, vobis, & Monasterio vestro collatas, sicut hactenus observatae sunt, ratas habemus, easque perpetuis temporibus illibatas manere sancimus. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, e saeculo fugientes, liberos & absolutos in Monasterio vestro recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere, ac eos, quum fuerit necesse, in causis vestri Monasterii ad testificandum adducere. Prohibemus siquidem ne aliquis post factam in eodem loco Professionem, nisi arctioris Religionis obtentu, sine Abbatis licentia, praesumat discedere, & discedentem nullus audeat retinere. Inhibemus insuper ne Monachos, aut Conversos, eidem Monasterio dare, vel auferre, sine consensu Abbatis, & Capituli, quilibet audeat; vel novas, aut indebitas exactiones iam dicto Monasterio, vel Ecclesiis, aut hominibus, vestris imponere. Ad hoc auctoritate Apostolica interdicimus, ne quis in vos, vel Monasterium, aut Abbatem ipsius, sive Clericos vestros, excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, sententiam, absque manifesta, & irrationabili causa, promulget. Chrisma vero, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, a Dioecesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, & ea gratis, & absque pravitate, vobis voluerit exhibere; alioquin ad quemcumque malueritis recurretis Antistitem, qui nostra fultus auctoritate vobis quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui se illic deliberaverint sepeliri, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen Canonica iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas praesumat exigere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate, seu quolibet successorum tuorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit supradictum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia illibata, & integre conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit; secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat; reamque se Divino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Clemens Catolicae Ecclesiae Episcopus subs.
Ego Ioannes Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Marci subs.
Ego Laborans Presbyter Cardinalis Sanctae Mariae Transtiberim Tit. Calixti subs.
Ego Pand. Presbyter Cardinalis Basilicae duodecim Apostolorum subs.
Ego Albinus Tit. Sanctae Crucis in Hierosalem Presbyter Cardinalis subs.
Ego Petrus Tit. Sancti Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis subs.
Ego Iacintus Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin subs.
Ego Gratianus Sanctorum Cosmae, & Damiani Diac. Cardinalis subs.
Ego Octavianus Sanctorum Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis subs.
Ego Gregorius Sanctae Mariae in Porti-

to

git [a]. Anno tamdem MDXXXI. data fuit Ecclesia haec cum Paroecia & Monasterio Eremitis Augustinianis Congregationis Langobardae, postquam eorum Coenobium Sancti *Galli* extra Portam cognominem, tempore obsidionis urbis Florentiae, eversum fuit [b].

Ecclesia Sancti *Petri* Cattuarii, quam *Gerardus* Episcopus Florentinus Canonicae Florentinae donavit [c]. Cattuarium nomen quoque est Suburbii Florentinae Vrbis ad Meridiem, quod hodie moenibus urbanis conclusum est [d]. In Catalogo Ecclesiarum Florentinarum Capitolino, *Ecclesia Sancti Petri in Gattolino*, nominatur [e]; & Gattolinum hodie passim audit. Haec fuit una ex XXXVI. antiquis Paroeciis; sed quum munimenta Vrbis illic extruenda essent, eversa fuit; & Paroecia Paroeciae Sancti *Felicis* in Platea tributa est [f]. Xenodochium quoque habuit haec Ec-

cu Diaconus Cardinalis subs.

Ego Ioannes Sancti Theodori Diaconus Cardinalis subs.

Ego Bernardus Sanctae Mariae Novae Diaconus Cardinalis subs.

Ego Gregorius Sanctae Mariae in Aquino Diaconus Cardinalis subs.

Datum Laterani per manus Moysi, Sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi, & Vicemgerentis Cancellarii. Quarto Nonas Ianuarii, Incarnationis Dominicae Anno MCLXXXVIIII. Indictione Septima, Pontificatus vero Domini Clementis Papae Tertii anno secundo.

Signum Domini Clementis Papae Tertii: Domine doce me facere voluntatem tuam.

a Epistolam produco ex *Tomo II. Deliciarum Erudit. pag.* 235.

Innocentius Servus Servorum Dei .... Abbati de Strumis Aretin. Dioecesis, & .... Priori Sancti Iacobi de Florentia, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum dilecto Filio ..... Abbati Vallisumbrosae dederimus in mandatis, ut accersitis duobus Coabbatibus suis religiosis, atque discretis, & inquisita super iis, quae Monachi de Passignano obiecerant contra V. tunc eorum Abbatem, diligentius veritate, una cum ipsis Abbatibus corrigeret, appellatione remota, tam in capite, quam in membris, quae secundum Deum, & Sancti Benedicti Regulam, corrigenda videret in praedicto Monasterio, statuens quae cognosceret regulariter ordinanda; ita quod si idem esset merito amovendus, & sicut regulare foret amoto, eidem Monasterio faceret appellatione remota per electionem canonicam de persona idonea provideri, contradictores censura Ecclesiastica compescendo. Et si dictus Abbas in sua pertinacia perseverans, coram eo nollet forsitan comparere, ipse nihilominus ad correctionem, & reformationem illius Monasterii, iuxta praescriptam formam intenderet, prout videret melius expedire. Idem sicut per suas nobis litteras insinuavit duobus Coabbatibus convocatis ad Monasterium de Passignano accessit, & iuxta formam sibi traditam in negotio ipso procedens in eundem V. de consilio Coabbatum ipsorum depositionis sententiam promulgavit, ipsum postmodum, quia contumaciter resistebat, vinculo excommunicationis innodans. Quo circa discretioni vestrae per Apostolica Scripta mandamus, quatenus dictas sententias, sicut regulariter sunt prolatae, faciatis auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, firmiter observari; supradictis Monachis de Passignano mandantes, ut personam idoneam canonice sibi eligant in Abbatem. Nullis litteris veritati, & iustitiae, praeiudicantibus, a S. de Apostolica impetratis. Dat. Romae apud Sanctum Petrum VI. Non. Maii, Pontificatus nostri anno octavo.

b *Richa Tom. I. pag.* 264. *Poccianties*.

c Testatur id *Gregorius VII.* in Bulla, quam ex *Vghellio* superius *pag.* 108. protuli. Immo *Gerardus* ipse Episcopus, postea Pontifex Maximus *Nicolaus II.* nomine, adfirmat, & confirmat in suo Diplomate, quod superius *pag.* 97. in medium adduxi.

d Consule superius *pag.* 133.

e Adi superius *pag.* 532.

f *Poccianties Eccles. Flor. pag.* 181.

Ecclesia, quod memoratur in Testamento *Beatricis* Comitissae[a], *Marcovaldi* Comitis uxoris. Ad hanc Ecclesiam vetus Porta Vrbis fuit; quae Porta S. *Petri* Cattuarii adpellabatur[b]. In eamdem Ecclesiam tempore obsidionis Florentiae translati fuere Canonici Sancti Salvatoris, qui in Coenobio Sancti *Donati* ad Scopetum, ea occasione destructo, habitabant; quique, quum huc migrassent, amplum & magnificum Monasterium sibi hic aedificarunt[c], quod nihil antiquo Sancti *Donati* concedebat. Sed quum, ut innui, heic *Cosmas* I. Princeps munimenta quaedam construere vellet, Monasterium hoc demoliri oportuit cum Ecclesia; & Canonici illi primum a *Cosma* in Ecclesiam S. *Catharinae Rotarum*, postmodum ad Ecclesiam Sanctae *Luciae* de Sancto Eusebio, traducti sunt, quum Ecclesiam hanc a Fratribus Humiliatis emisset[d]. Quamquam vero Ecclesia Sancti *Petri* Cattuarii deleta est, deinde tamen homo quidam Florentinus, quem Ser *Humilum* vocabant, fuit, qui aliam Ecclesiam eodem titulo non procul exstruxit, cui Paroecia restituta est, & magis Ecclesia Ser *Humili*, quam S. *Petri Cattuarii*, in praesens adpellatur. Anno MCCLXXXVI. Rector erat huius Ecclesiae *Benvenutus* Presbyter[e]. Circa vero, immo anno MCCCXIIX. *Nerius* Rector fuit[f]. *Cattuarii* nomen unde defluxerit, incertum omnino

[a] Vide superius *pag.* 75.

[b] *Mannius Sigill. Tom. XI. pag.* 58.

[c] Ex Protocollo secundo *Raphaelis Baldesi Notarii* in *Excerptis Canonici Gherardinii MSS.* quae apud Nobilissimum Virum *Gabriel. Riccardium* Marchionem, & Ecclesiae Florentinae Subdecanum, exstant.

[d] Vide *Richam Tom. IV. pag.* 212.

[e] Ex Instrumento Archivi Capituli Florentini, quod alibi producetur in tempore.

[f] Constat ex Instrumento apud *Mannium Tom. V. Sigill. pag.* 102.

In Christi nomine. Amen. Cum ex discordia que diu extitit inter Clerum Floren. ex una parte, & . . . . Abbatem, & Conventum Monasterii de Septimo, Ordinis Cistercien. Flor. Dioc. & ipsum Monasterium ex altera, super contributionibus Procurationum pro Legatis, & Nuntiis Sedis Apostolice faciendis, in qua quidem discordia, & questione, dictus Abbas, & Conventus dicebatur se ad contributionem huiusmodi non teneri occasione privilegiorum eis a Sede Apostolica concessorum; dictus vero Clerus Flor. extra eos teneri dicebatur, ex vigore litterarum Sedis Apostolice dictis Legatis, & Nuntiis concessarum, gravaminis, & expensas plurimas utraque pars incurrisset, & graviora in posterum incurrere formidarent, dicte partes futuris casibus volentes occurrere, & ad pacem, & concordiam pervenire, Reverendi Viri D. Symon de Symonettis Canon. Flor. D. Symon Prior Ecclesie S. Andree, Presbyter Bertus Rector Ecclesie S. Marie Ughi, Presbyter Nerius Rector Ecclesie S. Petri in Gattolino, Presbyter Petrus Rector Ecclesie S. Miniati inter Turres, & Presbyter Gianni Canonicus Ecclesie SS. Apostolorum, procuratores Cleri Floren. necnon D. Iacobus Prior Ecclesie S. Stephani ad Pontem Floren. Iudex a Sede Apostolica delegatus super Procurationibus antedictis, una cum multis aliis Clericis dicti Cleri, occasione huiusmodi, in presentia venerabilis Patris D. Antonii, Dei gratia, Episcopi Floren. & de ipsius licentia, parabola, & consensu, nomine dicti Cleri, promiserunt Domno Andree Priori, & Domno Hieronymo Monacho Monasterii predicti de Septimo, Syndicis Reverendi viri Domni Gratie Abbatis, Capituli, & Conventus dicti Monasterii, recipientibus, & stipulantibus, nomine dictorum Abbatis, Conventus, & Monasterii, quod habebunt ratam antiquam impo-

no est. Ipse puto, *Cattuarium* viri nomen fuisse, qui Ecclesiam istam condiderit. Aliae Ecclesiae Florentiae exstant, quae a con-

sitam, sive extimum, vel quocumque nomine censeatur, que taxata est in summa quinque librarum, & secundum ipsam contributiones imponent ipsi Monasterio, pro Procurationibus Legatorum, & Nuntiorum Apostolice Sedis, in quorum literis est inserta illa clausula: non obstante ulla indulgentia sub quacumque forma, &c. vel alia verba similia, non mutabunt dictam Procurationem, nisi mutaretur Procuratio totius Cleri. Quod si Procurationem Cleri mutari, vel rea v ri, contingeret, non augebunt dictam Procurationem ipsius Monasterii, pro pensionibus, quas nunc habet, & possidet dictum Monasterium, sed secundum augumentationem, & deminutionem possessionum, quas nunc Monasterium habet, augumentabunt, vel minuent taxationem dictae Procurationis eiusdem Monasterii, habito respectu ad possessiones, quas nunc habet dictum Monasterium, nec gravabunt amplius ultra taxationem dicte Procurationis in contributionibus supradictis. Item quantitatem viginti quinque flor. aur. quos dictum Monasterium aliquo tempore Legatis Apostolice Sedis, per se singulariter solvere cogebatur, quia nec solvebat cum Clero Floren. & quidquid aliud dictum Monasterium incurreret dicta de causa promiserunt solvere de communi contributione Cleri, aut sic procurare, quod non solvantur. Quod si dicte Apostolice Sedis Legatos, eundo, vel redeundo ad Monasterium prefatum declinare contingeret, & ibi expensas recipere, promiserunt eidem Monasterio dictas expensas de communi contributione satisfacere: sed si dictos Legatos moram in civitate Flor. contrahentes contingeret causa recreationis ad Monasterium ipsum accedere, & ibi expensas recipere, tunc Clerus nihil solvet, nisi quod contributionem dictum Monasterium contingentem illo anno pro illo Legato, qui sic ad ipsum Monasterium declinaret, sive iam soluta fuerit, sive non, totaliter eidem Monasterio remittet. Ceteras vero expensas faciet Monasterium cum auxilio, quod ipse Legatus dicto Monasterio duxerit concedendum. Quodque iidem Syndici & Procurat. Abbatis & Conventus Monasterii sepedicti syndicario & procuratorio nomine, ut dictum est, pacto & stipulatione solemni interveniente, promiserunt eisdem Procur. Floren. Cleri recipientibus vice, & nomine dicti Cleri, solvere una cum dicto Clero contributionem contingentem d. Monasterio secundum dictam Procurationem antiquam, vel secundum aliam faciendam eo modo, ut dictum est, si contigerit dictam Procurationem mutari pro Procuratione dictorum Legatorum vel Nuntiorum & Cursorum dicte Sedis, si in eorum litteris apposita fuerit clausula supradicta. Item predicti utriusque partis Syndici & Procuratores syndicario & procuratorio nomine quo supra fecerunt sibi invicem plenam, & perfectam remissionem de omnibus preteritis Procurationibus solutis & non solutis, & de omnibus damnis & interesse, renuntiantes insuper liti super predictis pendenti in Romana Curia. Que omnia & singula promiserunt dicti Syndici utriusque partis facere observare & non contravenire sub pena mille flor. aur. quam penam pars non servans, predicta solvere teneatur parti servare parate. Insuper etiam omnia dampna & interesse, que propter hoc incurreret pars non servans servanti refundere & restituere teneatur, & nihilominus dicta pars que contra non veniret in suo iure salva remaneat sicut in presens. Quibus omnibus dictus Vener. Pater Dominus Episcopus habita super his deliberatione suam auctoritatem interposuit & decretum decernens ea omnia & contractum predictum plenam obtinere roboris firmitatem. Acta sunt predicta omnia Flor. in domo habitationis Pe... Guidagni, quas dictus Dominus Episcopus inhabitat, presentibus testibus Dom. Parisio Plevano Plebis de Vallia Vicar. Presbytero Cetto de Castro Flor. Camerario dicti Domini Episcopi Flor. Presbytero Trincia Rectore Ecclesie Sancti Bartoli del Corso Flor. & aliis, die kalend. Iulii, prime Ind. Anno Domini ab Incarnatione millesimo trecentesimo undecimo. Item eodem anno & Ind. die septimo dicti mensis, Act. in Ecclesia Sancte Marie supra Arnum Flor. presentibus Presbytero Gherardino Capellano Ecclesie S. Andree Flor. Tempino Minuccii Nuntio Curie dicti Domini Episcopi Flor. & al. convocato & congregato Clero Flor. & Clericis fraternitatis ipsius ad sonum campane, ut mos est, quorum nomina inferius continentur, in Ecclesia S. Marie supra Arnum, ipsi omnes auditis & lectis eis per ordinem a me Benedicto Notario infrascripto predictis omnibus gestis contractis & celebratis superius per ipsos Procuratores Cleri Flor. nomine dicti Cleri cum dictis Syndicis Monasterii de Septimo nomine dicti Monasterii, ea omnia vice & nomine Flor. Cleri omni via, & modo, quo melius potuerunt, ratificaverunt, & approbaverunt expresse. Nomina quorum Clericorum hec sunt.

Dominus Gregorius Abbas Monasterii S. Pancratii.

Do-

conditoribus cognomentum acquisierunt ; ut Sanctae *Mariae Vgbi*; Sanctae *Mariae Alberici* ; Sancti *Petri Boniconsilii*; Sancti *Mi-*

Dominus Vgolactus Prior Ecclesie SS. Apostolorum.
Dominus Symon Prior Ecclesie S. Andree.
Dominus Orlandus Rector Ecclesie S. Cecilie.
1329. *Dominus Symon & Dominus Bindus*) *Monaci Monasterii S. Miniatis ad Montem.*
Presb. Garciu Rector Ecclesie S. Michaelis Vicedominorum.
Presb. Cimbius Rector Ecclesie S. Petri Celorum.
Presb. Maffeus Rector Ecclesie S. Lucie de Magnolis.
Domnus Beningnus Monacus Monasterii S. Pancratii.
Presb. Benvenutus Canonicus Ecclesie SS. Apostolorum.
Presb. Iohannes Rector Ecclesie S. Marie in Capitolio.
Presb. Guido Canonicus Ecclesie S. Marie supra Portam.
Presb. Cellus Rector Ecclesie S. Ilarii.
Presb. Lapus Canonicus Ecclesie S. Pauli.
Presb. Benvenutus Rector Ecclesie S. Leonardi de Arcietri.
Presb. Bindus Capellanus Ecclesie S. Petri Maioris.
Presb. Guido Capellanus Monasterii S. Ambrosii.
Presb. Guido Capellanus Ecclesie S. Pauli.
Presb. Amotus Rector Ecclesie S. Andree de Rivo.
Presb. Guido Capellanus Ecclesie S. Lucie Omnium Sanctorum.
Presb. Miniatus Canonicus Ecclesie S. Stephani ad Pontem.
Presb. Chiaritus Canonicus Ecclesie S. Andree.
Presb. Cione Rector Ecclesie S. Marie in Campo.
Presb. Benci Capellanus Ecclesie S. Pancratii.
Presb. Lactus Capellanus Ecclesie S. Lucie Omnium Sanctorum.
Presb. Bertus Canonicus Plebis S. Marie in Pineta.
Presb. Noczus Rector Ecclesie S. Petri Bonconsilii

Item eodem die presentibus dictis testibus cum essent in presentia Ven. Patris Domini Antonii Dei gratia Episcopi Flor. Rev. Viri Dominus Symon de Symonectis Canonicus Floren. Dominus Symon Prior Ecclesie S. Andree, Presb. Bertus Rector Ecclesie S. Marie Vgbi, Presb. Nerius Rector Ecclesie S. Petri in Gattolino, Presb. . . . . Rector Ecclesie S. Miniati inter Turres, & Presb. Cinus Canonicus Ecclesie SS. Apostolorum Flor. Procuratores Cleri Flor. procuratorio nomine dicti Cleri ex una parte; & Religiosi viri Domni Andreas Prior, & Ieronimus Monacus Monasteri S. Salvatoris de Septimo Ordinis Cistercien. Syndici & Procuratores Reverendi Viri Domini Gratie Abbatis & Conventus Monasterii predicti, procuratorio nomine dictorum Abbatis, Conventus & Monasterii ex alia; occasione compositionis & concordie faciende inter ipsum Clerum Flor. ac dictos Abbatem, Conventum, & Monasterium super quibusdam differentiis & controversiis hactenus inter ipsas partes habitis, & ventilatis, occasione Procurationum Legatis & Nuntiis Sedis Apostolice solvendarum; predicti Domni Andreas & Ieronimus Syndici & Procurat. predicti, vice & nomine predictorum Dominorum Abbatis, Conventus & Monasterii, ante confectionem contractus initi super predictis & postea; incontinenti & in eodem instanti fuerunt ipsis Procuratoribus Cleri Flor. coram dicto Domino Episcopo protestati expresse, quod si forte procuratorium & mandatum dictorum Procuratorum Cleri Flor. non esset plenum & sufficiens ad predictam compositionem & concordiam faciendam, & alia faciend. & gerend. nomine dicti Cleri Flor. que in predictis & circa ea fient inter partes predictas, nollent iidem Syndici Monasterii de Septimo ipsum Monasterium per aliqua, que dicent, facient, & component cum dictis Procuratoribus Cleri, seu aliquam promissionem faciendam per eos nomine predicto, aliquatenus ligari, teneri, vel obligari, ad observantiam predictorum, vel alicuius eorum; immo ex nunc dicunt & protestantur omnem huiusmodi compositionem, promissionem, & obligationem, pro nullius firmitatis haberi, nisi dictum procuratorium & mandatum Procuratorum Cleri reficiatur & reaptetur sufficiens & plenum, ita quod ea, que per Procuratores Cleri fient cum dictis Syndicis Monasterii in predictis, & circa predicta, plenam obtineant firmitatem, aut predicta omnia expresse ratificata fuerint per Florentinum Clerum per publicum instrumentum ad sensum Sapientis dicti Monasterii ordinandum. Cui protestationi & omnibus predictis consenserunt dicti Procuratores Cleri Flor. nomine dicti Cleri.

Et ego Benedictus Magistri Martini Imperiali auctoritate Iudex atque Notarius Florentinus & nunc Domini Episcopi Flor.

Michaelis Vicedominorum; & id genus aliae. Vulgo dicitur *Gattolino*; & *Gattolinia* gens Florentiae habetur, quae indicio est, aliquem maiorum suorum *Gattolinum*, seu *Cattuarium*, adpellatum fuisse. Nomina enim gentium Italica fere omnia ab aliquo maiorum praenomine originem trahunt. Licet vero in antiquis chartis nomen *Cattuarii* numquam offenderim; ab similibus tamen non abludit, ut sunt apud Latinos *Catius*, *Catus*, *Catorius*, *Catulius*, *Catunius*: in scripturis autem medii aevi occurrunt nomina virilia *Gatus*, & *Gattus*. Non tamen inficias ierim, *Cattuariam* loci nomen esse posse: quare in Catalogo Capitolino, & in Instrumentis aliis [a], non Ecclesia Sancti *Petri Cattuarii*, sed Sancti *Petri in Gattolino*, adpellatur. Sic Florentiae sunt, Sancta *Maria in Campo*, Sancta *Maria de Cafagio*, Sancta *Lucia super Crucem de Via*, Sanctus *Iacobus in Campo Corbolini*, &c. quae a loco seu situ cognominantur. [b] Insu-

Flor. Notar. predictis omnibus interfui, & ea rogatus rogavi & imbreviavi, & infrascripto Petro Not. publicanda commisi &c.

Et ego Petrus quond. Paganuccii Erbalocti de Flor. Imperiali auctoritate Iud. ord. publicusq. Notar. predicta ex imbrev. dicti Ser Benedicti de ipsius commissione sumpsi & hic transcripsi, complevi, & in hanc publ. formam redegi,

S. Marci, S. Petri del Murrone, & Hospitali Presbyterorom, &c. Item relinquit filiis Naccii Puccii Vallis Marinae Pop. Carrariae, &c. Item Dominae Sanctae Lippi, &c. Item Cappellae S. Ioannis Baptistae de Florentia. Heredem universalem reliquit Monasterium Dominarum S. Felicitatis, & executorem d. testamenti Ser Ioannem Puccii Cappellanum S. Felicitatis supradictum, &c. Rog. Ser Angelus q. Ser Andreae Donati Iud. & Not. de Florentia.

a Sancti *Petri in Gattolino* Ecclesia haec dicitur quoque in Instrumento Archivi Sanctae *Felicitatis*, in quo legitur, quod Anno 1348. Ind. prima, die 6. Iunii. Actum Flor. in Pop. S. Felicis in Piacza, in domo habitationis infrascriptae testatricis, testibus Presb. Ioanne q. Puccii Cappellano Ecclesiae S. Felicitatis, Ioanne Mannuccii Pop. S. Felicitatis, Talento Cani Pop. S. Felicitatis, D no S.-nibaldi Pop. S. Petri in Gattolino, Michele Petruccii Pop. S. Felicis in Piacza, Buono Neri Pop. S. Felicit. & Ioanne Petruccii Pop. S. Felicis in Piacza; Domina Gemma, filia olim Puccii Pop. S. Felicis in Piacza, condit testameotum, in quo inter cetera sibi sepulturam relinquit apud Ecclesiam S. Felicitatis in Coemeterio ipsius Ecclesiae. Item relinquit Societati P. M. V. de Horto S. M. &c. Item operi murorum Civitat. Florentiae, &c. Item Ser Ioanni q. Puccii, Cappellano Ecclesiae S. Felicitatis. Item pauperibus carceratis in carceribus Stincarum pro uno prandio faciendo inter ipsos, pro salute animae suae, &c. Item Conventibus S. Crucis, S. Mariae Novellae, S. Spiritus, Ecclesiae del Carmine, S. Mar-

Et sic superius vidimus adpellari in Instrumento alio *pag* 998.

b Sed quando Ecclesiae S. *Donati* de Scopeto meminimus, iuvat hic compendia Chartarum quarumdam Archivi S. *Felicitatis* producere, in quibus illius Ecclesiae, & Coenobii, mentio occurrit.

Anno 1064. 4. Nonas Iunii, Ind. 6. Florentius filius b. m. Ioannis, & Bellina filia Holivi iugalis, & d. Bellina interrogata a d. Holivo eius patre, & ab Arnolfo propinquiore parente suo, donant Ecclesiae, & Monasterio Sanctae Felicitatis, sitae prope capot Pontis Civitatis Florentiae, ubi Teuperga est Abbatissa, petiam terrae, quam d. Florentius emit ab Ildebrando filio b. m. Teuderichi, & Adalasia filia b. m. Rodulfi iugalibus, ot patet manu Rodulfi Not. prope pedes Montis S. Donati. Actom prope d. Ecclesiam, & Monast. &c. Signa manuum dd. donatorum, eorumque, qui d. Bellinam interrogaverunt, &c. Item Signa manuum Vita-

 lis

super loca quaedam habemus, quae vocabulo non multum dissimili denotantur, qualia sunt *Gattaria*, & *Gattariola*. At mihi magis adridet opinio, qua existimavi primum, viri nomen esse *Cattuarium*; nam vulgo etiamnum S. *Petrus Gattolini* dicitur, secundo casu, non *in Gattolino*; quomodo, quum conditoris, vel patroni & domini, nomen significatur, efferre Florentini consueverunt.

Ecclesia Sancti *Michaelis* in Palcheto, quam *Gottifredus* Episcopus Monasterio S. *Ambrosii* Florentiae donavit [a]. Verum ta-

lis filii Petri W de, & Raginerii filii Pagani Brunelli, & Viventii filii Minute.

Rodulfus Not. scripsit.

Anno 1070. Mense Augusti Ind. 8. Petrus, qui loco vocatur, filius b. m. Florentii, donat Ecclesiae, & Monasterio Beatissimae S. Felicitatis, sitae extra muros Civitatis Florentiae, non longe a capite Pontis d. Civitatis, ubi Teberga est Abbatissa, petium terrae, una cum cascina, & vinea l. d. S. Donato prope Columbariam, cui a primo terra S. Anthimi, & Florentii filii Boghi; a secundo terra d. Florentii, & de filiis Lopi, filii Teudici, & eorum consortibus, classario in medio; tertio terra S. Donati; a quarto Viventii, qui vocatur Gata, & de filiis, ac pronepotibus Petroni Iudicis, & de filiis Teuderichi de Lucardo, & via; quae bona d. Petrus emit olim a Ghisla filia b. m. Gherardi coniuge Ioannis filii Petri, ut patet manu Benni Not. Actum prope Civitatem Florentiae, &c. Signa manus d. donatoris, &c. Item signa manuum Florentii, & Angiolelli fratrum, & filiorum b. m. Martini Butilia, & Petri filii Ioannis Liutolfi testium, &c.

Ioannes Not. scripsit.

Anno 1108. Mense Madio, Ind. prima, Gualdrada filia b. m. Gerardi, qui fuit Not. & olim coniux Florentii filii Boghi, propter velamen capitis sui lege professa vivere Romana, pro remedio animae suae, & d. olim Florentii viri sui, donat Ecclesiae, & Monasterio S. Felicitatis prope caput Pontis, in quo Domna Aurea est Abbatissa, petium terrae in l. dicto Columbaria, prope Ecclesiam S. Donati, cui a primo, & secundo d. Monasterii muro, & fossa in medio; a tertio de filiae Florentii de Sancto fossa in medio; a quarto d. donatricis, fossa in medio. Actum prope d. Ecclesiam, & Monast. S. Felicitatis, &c. Signa manus d. Donatricis, &c. Item signa manuum Vghi filii Ioannis Sabatini, & Ioannis filii Boghe, & Vbertelli filii eius, & Guidi filii Gerardi, & Pagani filii Ioannis, testium.

Martinus Not. complevit, &c.

Anno 1172. Kal. Febr. Ind. 6. Vgicio, & Vgo fratres filii Angilotti, vendunt Presbytero Ioanni ementi pro Ecclesia, & Monasterio S. Felicitatis, in quo Dei dono Caecilia residet Abbatissa, petiam terrae positam in costa S. Donati in Scopito, cui a primo via, a secundo Hospitalis de Ponte, a tertio d. Monasterii, a quarto filiorum Gottifredi, pro pretio librarum 66. & solidorum 7. bonorum denariorum Lucensium, & Pisanorum, &c. Actum Florentiae, &c. Signa manuum praedd. venditorum, &c. Signa manuum Berlingerii filii Guitti del Russo, & Buondelmonti filii Vgicionis de Montebuoni, & Paganei filii Orlandini Paganei, & Petri Lotteringi, & Paganucci filii . . . . . . testium.

Bellerius Iud. Sacri Palatii Serenissimi Frederici Imperatoris, atque Notar. complevit, &c.

[a] Testatur id Bulla *Innocentii II.* apud *Vghellium pag.* 120. quae ita habet:

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectae filiae Caeciliae Abbatissae Monasterii Sancti Ambrosii de Petra plana, eiusque Sororibus tam praesentibus, quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum mansuris.

Ad hoc universalis Ecclesia, ... fatigentur. Ea propter, dilectae in Domino filiae, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, & praefatum Beati Ambrosii Monasterium, quod in Florentino Episcopatu situm est, sub Beati Petri, & nostra, protectione suscipimus, & praesentis Scripti patrocinio communimus, statuentes, ut quascum-

tamen est, circa an. MDXII. patronos huius Ecclesiae, quae dicitur etiam S. *Michaelis Tubarum* [a], fuisse Populares, seu Parochianos [b]. Haec antiquitus etiam Paroeciam habuit [c], & est una ex XXXVI. Paroeciis Civitatis Florentiae, quae a Leone X. Pont. Max. adnexa fuit Congregationi Visitationis Deiparae, & Sanctae *Elisabethae*, anno MDXVII. [d] quae Congregatio instituta fuit anno MCCCCLXXXXIV. [e] Sita est inter Oratorium Sanctae *Mariae Albericiorum*, vulgo *La Madonna de' Ricci*, a *Ricciorum* aedibus vetustis [f], ita adpellatae; Paroeciam *Sanctae Mariae Albericiorum*; & Canonicam Sanctae *Mariae Floridae*. Nescio cur *Mich. Poccintius* eam vocet *Ecclesiam Sancti Michaelis Tubarum in Conventu novo*. Anno MCCLII. *Orlandus* huius Ecclesiae Rector erat. Cur haec Ecclesia *in Palchetto* vo-

cumque possessiones, quaecumque bona, idem Monasterium in presentiarum iuste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu iustis aliis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisque succedentibus, & illibata permaneant. In quibus, & Ecclesiam Sancti Michaelis in Palchito, sitam infra Civitatem Florentinam, cum omnibus suis appendiciis, a Godefrido Episcopo Florentino, vobis canonice concessam, & suo scripto firmatam, proprio nomine duximus adnotandam, salva Ecclesiae Florentinae canonica reverentia. Recipiendi etiam oblationes tam pro vivis, quam pro defunctis, absque alicuius contradictione, liberam vobis concedimus facultatem. Sepulturam quoque ipsius liberam esse sancimus, ut quicumque se illic sepeliri deliberaverint; nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia Matris Ecclesiae. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefacum vestrum Coenobium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris, & aliorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profuturam. Si qua igitur Ecclesiastica, &c. cunctis autem, &c. Amen.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus subscripsi.

Ego Gerardus Presb. Card. tit. Sanctae Crucis in Hierusalem subscripsi.

Ego Anselmus Presb. Card. tit. Sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Martinus Presb. Card. tit. Sancti Stephani in Coelio Monte subscripsi.

Ego Boethius Presb. Card. tit. Sancti Clementis subscripsi.

Ego Goizo Presb. Cardinalis tit. Sanctae Caeciliae subscripsi.

Ego Thomas Presb. Cardinal. tit. Vestinae subscripsi.

Ego Gregorius Diaconus Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi subscripsi.

Ego Otho Diacon. Card. S. Gregorii ad Velum aureum subscripsi.

Ego Vassalus Diac. Cardinal. Sancti Eustachii subscripsi.

Ego Vbaldus Diac. Card. S. Mariae in Via Lata subscripsi.

Ego Octavianus Diacon. Card. tit. Sancti Nicolai in Carcere subscripsi.

Datum Laterani per manum Almerici Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, quarto Nonas Maii, Indictione quarta, Incarnationis Dominicae anno MCXLI. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae Secundi, anno XII.

a Vide *Meliorium pag.* 403.

b Exstat ex Instrumento in Protocollis *Raphaelis Baldesii* Notarii ab anno 1511. ad 1518.

c Adi superius *pag.* 405. 531.

d *Poccianti us Eccl. Flor. pag.* 173. *Meliorius pag.* 404.

e Vide *Puccinellium Chronic. Abbatiae pag.* 18. *Meliorium pag.* 404. 406. *Richam Tom. I. pag.* 34.

f Ex Instrumento anni MCCLXXI. ubi, in Populo *S. Michaelis in Palcheta*, memorantur *Filii Guidonis de Riccis*. Exstat in Bibliotheca Riccardiana.

Pa-

vocetur, divinare haud facile est. Ipse puto, a *Palus*, Palicum factum esse, unde διὰ κράσεως nostrum *Palco*; & a Palico Palicetum, ex quo nostrum *Palchetto* emersit, ὑποκοριστικῶς; & quum locus iste *Palcheta* diceretur, forte a frequentibus *Palchis* ita denominatus est. *Palcum* autem dictum videtur, quod palis innitatur. Non enim, nisi facta palatione, palare pavimentum, vel subgestus, consistere poterat. Itaque *Palcum* est aedificium ex trabibus, tigillis, palis, & asseribus, coagmentatum, quod tam in aedibus, quam extra aedes, construebatur [a]. Sanctus *Michael* autem *Tubarum* etiam adpellabatur, quod Tubicines Communis Florentinorum, Senatusconsulto, in Paroecia hac Sancti *Michaelis* habitare deberent [b].

Ecclesia Sancti *Ruffilli*, quae Episcopio proxima est, & in praesens pone se Plateam Caballariorum habet; ante se vero Plateam, quae *Olei* dicitur [c]. Ipse tamen in ea sententia sum, quae putet, Portam huius Ecclesiae antiquitus Occidentem spectavisse, & in Platea Caballariorum fuisse. Deinde, instaurata Ecclesia, ut videtur, Porta ad faciem Orientalem translata fuisse videatur, ipso antiquo arcu marmoreo dichromatico veteri Portae imminenti adhibito, qui multam vetustatem praesefert: & id forsitan ob ampliorem, & commodiorem, Olei Plateam. Idem contigisse videtur & aliis Florentinis Ecclesiis, ut S. *Iacobi* inter Foveas [d], Sancti *Leonis*, S. *Mincatis* inter Turres, S. *Donati* Vetulorum, S. *Michaelis* in Palcheto, S. *Mariae Hodegetriae* in Capitolio; denique Ecclesiae ipsi Cathedrali Sancti *Ioannis*. Huius Ecclesiae memoria usque ab anno MLXXVII.

[a] Patet ex Instrumento Archivi Sanctae *Felicitatis*, in quo legitur, quod Anno 1302. Indict. prima, die 19. Ianuarii (Actum Florentiae, testibus Gherardino Colti Bonaguide, & Tano Sarto q. Lappisini.) D. Bardus q. D. Simonis de Bardis, vendit Totto olim Castellani, Clerico Abbatiae S. Felicitatis, ementi pro Ecclesia S. Mariae Magdalenae, & pro Presbytero Iuncta Rectore ipsius, quoddam Palchettum de asseribus, trabibus, & aliis lignaminibus, positum in domo d. Ecclesiae S. Mariae Magdalenae, olim factum de suis denariis pro pretio libr. 6. florenorum parvorum, &c.

Ser Ioannes Maffei de Roballa sumpsit ex Imbreviat. Ser Giuntae Spilliati Iud. & Not.

[b] Decretum est hoc anno MCCCLXI.

[c] In pariete externo laterali huius Ecclesiae lapidi incisa sequens Inscriptio legitur.

LI SS. 8. HANNO PROIBITO
IL GIOCO DI PALLOTTOLE
PALLA PILLOTTA ALLA
PIAZZA DELL'OLIO E NELL'
VICOLO CHE CONDVCE
ALLA PIAZZA DE CAVAL-
LARI INCLVSIVE PENA
DI SCVDI 2 DI CATTVRA
COME PER PART. 2. APRILE 1669.

[d] Consule superius *pag.* 994.

c In

a Con-

XXVII. reperitur; & in Inſtrumento anni MCXCVIII. vocatur Eccleſia Sancti *Ruffilli*, in cuius Paroecia eſſet *Platea Commiſſariorum Epiſcopi Florentini prope Palatium ipſius Epiſcopi*. Nam una ex triginta ſex Poroeciis Florentinis fuit; &, nomine *Commiſſariorum Epiſcopi*, venire puto illos, qui pro Epiſcopo iuri dicundo praeeſſent; & quidem *Meliorius* opinatur [a], Plateam Commiſſariorum Epiſcopi eſſe illam, quae nunc *Olei* adpellatur; & Plateam alteram dictam fuiſſe *Caballariorum*, quod ibi Curſores, ſeu Accenſi, ſeu Apparitores, Communis Florentinorum habitarent: quod quidem eſſe poteſt. Paroeciam huius Eccleſiae *Eugenius IV.* Pont. Max. auxit, anno MCCCCXLI. quum Paroeciam Eccleſiae proximae Sancti *Salvatoris* ſubpreſſit, & Eccleſiae S. *Ruffilli* tribuit. Ita S. *Salvatoris* Eccleſia ſimplex Oratorium evaſit in uſum Cappellae Epiſcopii, ſeu Congregationis Clericorum Eccleſiae Cathedralis [b]. Iuſpatronatus tam Eccleſiae S. *Salvatoris*, quam Eccleſiae Sancti *Ruffilli*, ad Epiſcopum Florentinum ſpectat [c]. Rectores huius Eccleſiae fuerunt,

Anno MCXXXI NN [d]
Anno MCCLXXXVI. *Simon*.
Anno MCCC. *Bene*.
Anno MCCCLXXVI. *Alexander*.
Anno MCCCXCV. *Paullus Ioannis F.*
Anno MCCCCXXXVI. *Marianus Ioannis F.*
Anno MDLXVIII. *Chriſtophorus Galeotti F.*
Anno MD. . . *Michael Maringhius*
Anno MDCXX. *Dominicus Ghiſius* Mediolanenſis.
Anno MDCXLI *Petrus Maria Laghius*.
Anno MDCLXXX. *Fridericus Iannettius* [e].
Anno MDCC . . . *Lucas Aquilantius*.
Anno MDCCLVI. vertente *Iacobus Antonius Caſſigolius* vivit.

Eccleſia Prioratus S. *Stephani* ad Pontem Veterem, ſeu Florentinum, ſeu de Capite Pontis, ſeu ad Portam Ferream [f]; unus

a Conſule *Ferd. Leopoldum Meliorium pag.* 137. 153. 154. *Ioſeph. Richam Tom. IV. pag.* 139. Superius *pag.* 965. *Pocciantium pag.* 182.

b Adi ſuperius *pag.* 988.

c Conſule *Meliorium pag.* 154. 155. Superius *pag.* 988.

d Superius *pag.* 952.

e *Tomo I.* mei operis *Memorabilium Italorum eruditione praeſtantium*.

f *Michael Pocciantius Eccleſ. Florent. pag.* 185. *Richa Tom. II. pag.* 64. *Ambroſius Landuccius in Sacra Silva Ilicetana pag.* 67. Hic dictam ſcribit *ad Portam Ferream in Canneto*, forte, quia, quum prope Arni ripam eſſet, arundinetum ibi exſtabat. Eccleſia Sancti *Stephani* in Canneto eſt etiam in Dioeceſi Piſana, in Plebatu Caſcinae. Vide ſuperius *pag.* 528.

f Mi- Xxxxxxxxxxx *a De-*

unus ex duodecim Prioratibus Florentiae; quum iuris patronatus esset Episcopi [a], erecta fuit in perpetuum simplex Beneficium Ecclesiasticum *Prioratus*, eodem Sancti *Stephani* titulo insignitum, ad Altare maximum; & eius Paroeciae cura demandata fuit Priori, & Fratribus, Ordinis Eremitarum S. *Augustini* ab Observantia nuncupatis, ex Congregatione Iliceti, ibi commorantibus, auctoritate Litterarum *Xysti* V. Pont. Max. datarum Romae apud S. *Marcum* anno MDLXXXV. Pridie Non. Octobris, Pontificatus anno I. quum *Io. Baptista Confettius* Prior illam abdicasset, & Eremitis illis renunciavisset. In ea Sancti *Laurentii* Cappella super idem Altare maximum erecta fuit, quatuor Canonicatuum eiusdem Ecclesiae subpressione; eaque, ab Episcopo Florentino alias conferenda, auctoritate Apostolica confertur [b]. Vetustissima Ecclesia haec fuisse perhibetur, & antiquitus extra Vrbis moenia exstabat, non procul a Porta Sanctae *Mariae*, seu *Reginae*. Collegium habuit Canonicorum [c], & eius Priorum memoria ab usque saeculo XI. repetitur. Nomina quorumdam sunt.

Rambaldus anno MCXVI. [d]
Melior Presbyter S. *Stephani* obiit anno MCCX. [e]
Fides anno MCCXXXIII.
Orlandus MCCLVII. [f] MCCLXIX.
Vbaldinus Iuris Pontificii consultus anno MCCLXXIII.
Andreas MCCLXXXVI.
Iacobus Bingeri de Tornaquincis MCCCXVIII.
Gbinus anno MCCCXXXVI.

Vbal-

a *Descript. Dioeces. Florentinae MS. Richa Tom. II. pag.* 73.

b De hisce omnibus vide *Richam Tom. II. pag.* 71. *Landuccium* laudatum *pag.* citata.

c Consule superius *pag.* 258. 531. 941.

d Consule superius *pag.* 946.

e Ex Missali antiquo MS. in Archivo Aedituorum S. *Mariae* Floridae.

f Adi superius *pag.* 38. 252. 257. 710. 949. Charta ex Archivo Capituli S. *Laurentii*, in qua *Orlandus* Prior momoratur.

In Dei Nomine Amen. Presbyter Fides Prior Ecclesiae Sancti Laurentii Florent. constitutus in praesentia venerabilis Patris D. Ioannis Dei gratia Episcopi Forentini, considerans, & attendens quod dictum Prioratum sine magno scandalo, orto ex sua causa, & sine gravi laesione dictae Ecclesiae, retinere non poterat, pro remedio animae suae, & utilitate ipsius Ecclesiae, quam credebat exinde provenire, sua libera & spontanea voluntate renuntiavit ipsi Prioratui, & dignitati, & omni iuri, quod in ipso Prioratu habebat, in manibus dicti D. Episcopi Florentini, quam renuntiationem dictus D. Episcopus recepit, & acceptavit. Acta sunt haec in Episcopatu Fiorentino. Anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, die Mercurii, septimo decimo Octobris, septimae Indictionis, praesentibus testibus Domino Tribaldo Archipresbytero Florentino, & Canonico S. Laurentii, Domino Orlando Priore S. Stephani, & Domino Cambio Canonico S. Mariae de Peretola.

Ego Ioseppus Iacobi Romani Imperii Iudex, & Notarius, praedictae renuntiationi interfui, & rogat. pub. scripsi, ideoque ss.

a Ex

Vbaldinus q. Cambii de Bonamicis anno MCCCXCII. qui fuit Episcopus Cortonensis.

Baptista de Castellanis anno MCCCCV.

Laurentius Acciariolius anno MCCCCLXIX. qui fuit Episcopus Arretinus.

Alexander Neronius anno MDXIV.

Iacobus Francisci F. Hieronymius anno MD . . . .

Franciscus Leonardi F. Spina, qui obiit anno MDLXXIII.

Ioannes Baptista Confettius, qui postremus Prior Ecclesiam & Paroeciàm in Augustinianorum favorem renunciavit, anno MDLXXXV. [a]. Ecclesia antiquitus tribus navibus constabat, & fronte ipsa externa magnam vetustatem praesefert [b]. Gens *Barptolomeia* eam instauravit interius, exornavitque, sumtu magnifico [c]. *Archidiacono, & Priori S. Stephani de Ponte Florentino* [d], scripsit *Innocentius III.* Pont. Max. delegans eis caussam & con-

a Ex Richa Tom. II. pag. 65. aliisque.

b Richa pag. 64. Tomi II. & pag. 74. Paulus Minuccius Descript. MS. Eccles. Flor.

c Richa ubi supra pag. 74. Laminuccius Silva Lietana pag. 67. Paul. Minuccius Descript. MS. Eccles. Florent.

d Consule meum Hodoeporicon pag. 1249. ex quo Innocentii Epistolam produco.

Archidiacono, & Priori Sancti Stephani de Ponte Florentino.

*Accedentibus ad praesentiam nostram dilectis filiis . . . Monacho, Monasterii de Fitinolo & . . . . Lucani Episcopi, Procuratoribus, dilectum filium Rogerium tituli Sanctae Anastasiae Presbyterum Cardinalem concessimus auditorem. Coram quo dicti Monasterii Procurator proposuit, quod cum olim causam, quae inter dilectos filios Abbatem, & Conventum Monasterii sui ex una parte, ac dictum Episcopum ex altera, super institutione Plebani in Plebe de Ficiculo vertebatur, Abbati Sanctae Mariae, ac Priori Sancti Laurentii, duxerimus committendam; dictus Episcopus timens ab eis, ipsorum adire praesentiam recusavit, super eadem causa ad dilectos filios Praepositum Sancti Geminiani, & Priorem Sanctae Reparatae, quasdam a nobis litteras hujusmodum obtinens nullam faciente de prioribus mentionem. Quare Abbas praedictus coram eis noluit litigare, asserens litteras illas veritate tacita impetratas, cum mentionem nullam priorum facerent litterarum. Verum utriusque partis Procuratores ad nostram praesentiam accedentes causam ipsam dilectis filiis Abbati de Sexto, & Priori Sancti Fridinni, obtinuere committi. Sed eorum altero ante litis ingressum morte praevento, saepe dictus Episcopus traxit eundem Abbatem ad Iudicem secularem, ad cuius praesentiam pars Abbatis accedens, & allegans commissiones Apostolicae Sedis, & privilegia Ecclesiasticae libertatis, eidem Episcopo inhibuit adpellando, ne ipsum coram saeculari Iudice compelleret litigare. At Episcopus adpellatione contempta, ipsum Abbatem per eumdem sibi fecit Iudicem condemnari. Propter quod nos venerabili fratri nostro Fesulanensi Episcopo, & dilecto filio Abbati Sanctae Marine de Florentia, nostris dedimus litteris in mandatis, ut iuxta praedictae commissionis tenorem, in ipsa causa, adpellatione remota, praevia praecedente citatione, super eo, quod idem Episcopus ad seculare forum supradictum traxit Abbatem, quod esset canonicum statuerent, & facerent per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Porro Iudices ipsi quia dictus Episcopus peremtorie citatus ab eis noluit comparere, receperunt testes Abbatis, & eumdem Episcopum in expensis septuaginta librarum, quas Abbas fecerit, condemnarunt. Nos vero attendentes quod dicti Iudices ordine iudiciario non servato in ipso negotio processerunt, processum illum irritum decernentes, dilecto filio Archipresbytero, & Magistro Vgoni Canonico, Florentinis, nostris dedimus litteris in mandatis, ut partibus convocatis, & auditis hinc inde propositis, si constaret eisdem quod saepedictus Episcopus Abbatem ipsum traxisset ad iudicium seculare, eumdem a Pontificali officio suspendentes revocarent in irritum quid-*quid

controversiam definiendam, quae vertebat inter Episcopum Lucensem, & Abbatem Monasterii S. *Salvatoris* Ficicli, super iure eli-

quid per saecularem Iudicem contra ipsum Abbatem fuerit attentatum; & iam ipsum Episcopum Ecclesiastica districtione compellerent ad restitutionem librorum, quos sibi fecerat per saecularem auctoritatem auferri, & expensarum atque damnorum, quae propter hoc Abbas incurrerat saepedictus, audituri postmodum causam, & adpellatione remota fine debito decisuri. Sane Iudices ipsi, mandato nostro suscepto, Episcopum ipsum legitime citaverunt, adsignato sibi termino competenti; quem idem praeveniens quemdam Nuntium ad eorum praesentiam destinavit, qui quasdam litteras exceptiones frivolas continentes praesentavit eisdem inhibens ipsis ne in facto procederent adpellando. Ipsi vero, cognito quod non erat adpellationi huiusmodi deferendum, eumdem iterum citaverunt; sed ipse ad terminum sibi praefixum nec per se, nec per Responsalem idoneum, comparuit coram eis. Verum quia interim Iudices ipsi nostrum recepere praeceptum, ut non obstantibus frivolis exceptionibus, quas idem Episcopus maliciose dicebatur proponere in dispendium Monasterii memorati, in ipso negotio iuxta prioris mandati nostri tenorem, sublato adpellationis obstaculo, praevia citatione procederent, eumdem Episcopum iterum peremtorie citaverunt. Sed ipse coram eis nec per se, termino constituto, comparuit, nec per idoneum Responsalem: immo ad praesentiam nostram accedens, & Abbatem nobis adserens subgessisse, quod ipse illum super causa spirituali ad Iudicem traxerat saecularem, quantumcumque institerit, ut transmissis ad eos dignaremur litteras revocare, tandem obtinuit istum solum, ut ad Episcopum Florentinum daremus in mandatis, ut ipse inquisita plenius, & cognita veritate, si praefatum Episcopum inveniret eumdem Abbatem super institutione Plebis, vel alia spirituali causa, ad forum seculare traxisse, contra eumdem Episcopum iuxta formam in prioribus litteris comprehensam, sublato adpellationis obstaculo, procedere non tardaret. Cumque Iudices supradicti, huiusmodi adhuc commissionis ignari, ut eidem omnem auferrent materiam malignandi, ad instantiam cuiusdam Lucani Canonici, qui se ipsius Nuntium adserebat, viginti septem dierum inducias concessissent, demum Episcopus Plebanum de Capi... direxit ad eos, & sibi litteras nostras, quas dicto Episcopo misimus, demonstravit. Ceterum cum articulus ille, qui fuerat Episcopo commissus eidem, fuisset in eius praesentia expeditus, & Iudices ipsi vellent in negotio ipso procedere, accessit ad eos Plebanus praedictus, non tamen ad prosecutionem causae sufficienter instructus. Quare ad ipsius malitiam convincendam eidem sex dierum inducias concesserunt. Tunc praefatus Episcopus constituto termino praefatum Plebanum sufficienter instructum ad eorum praesentiam destinavit. Partibus igitur in eorum praesentia constitutis, saepedictus Abbas adseruit, quod praefatus Episcopus ipsum in causa civili, pro facto tamen Plebis praedictae, traxit ad iudicium seculare, occasione videlicet cuiusdam arbitrii, quod iamdudum inter Episcopum, & Abbatem, super ipsa Plebe fuerat promulgatum, propter quod in quinquaginta libris, & amplius, a seculari Iudice fuerat condemnatus. Vnde memoratum Episcopum iuxta mandati nostri tenorem puniri, & ad restitutionem damnorum, & expensarum, quas ob hoc fecerat, eumdem compelli cum instantia postulavit. Responsalis vero Episcopi quasdam litteras eiusdem porrexit inter cetera continentes, quod ipse coram nobis requisitus responderat, quod memoratum Abbatem super iure civili ad forum traxerat seculare, nec super hoc a nobis fuerat reprehensus. Vnde dicebat, quod non tenebatur super hoc respondere Abbati, & Iudices procedere non debebant. Praeterea adseruit, litteras nostras illius consuetudinis veritate tacita impetratas, qua in civitate Lucana Clerici coram laicis, qui Treguani dicuntur, in causa civili se consueverunt ad invicem convenire. Adseruit etiam quod nostrae intentionis non fuerat, ut dictus Episcopus puniretur, si super re civili tantum ad forum seculare traxisset Abbatem. Ex parte vero Abbatis exstitit replicatum, quod huiusmodi consuetudo erat contra ius Canonicum, & Civile, & post adpellationem ad nos rationabiliter interpositam, sicut adparet per publica instrumenta, & commissiones, a nobis obtentas, dictus Episcopus eum in saeculari foro praesumserat convenire. Cum igitur per publicum instrumentum saepe fatis Iudicibus constitisset, quod Abbas tractus fuerat ab ipso Episcopo super re civili ad iudicium seculare; & Abbas proposuisset, quod licet consuetudo praedicta alios tangeret Clericos, ipsum tamen tangere non debebat, cum sit exemtus, sicut adparet per privilegia Pontificum Romanorum; & ipsi parati essent legitime procedere in negotio supradicto; Responsalis Episcopi quasdam frivolas exceptiones proponens adpellavit ad Sedem Apostolicam, &

eligendi Plebanum in Ecclesia S. *Ioannis Baptistae*, sita Ficicli, aliisque.

Ec-

& responsionem aliquam non exspectans, statim illicentiatus recessit. Iudices vero utrinsque mandati tenore diligenter inspecto, & habito prudentum virorum consilio, non duxerunt adpellationi huiusmodi aliquatenus deferendum, sed eundem Episcopum pro multiplici contumacia manifesta suspenderunt a celebratione Missarum, ex parte Dei Omnipotentis, & ex parte nostra, praecipientes eidem ne de cetero Missam praesumeret celebrare, donec per se vel Responsalem idoneum ad praesentiam accederet eorumdem, exhibiturus Abbati praedicto iustitiae complementum. Et ne de sua fraude commodum reportaret, recepto ab eodem Abbate corporaliter iuramento, quod idem singillatim, & diligenter secundum ipsorum taxationes, expensas quas fecit, & damna quae pertulit, occasione ipsius Episcopi, declaravit pro ducentis quinquaginta libris, in possessionem omnium redituum, quos dictus Episcopus habet in Castello, curte, & districtu, Sanctae Mariae in Monte eumdem Abbatem fecerunt induci, Archipresbytero, & Capitulo Lucano, mandantes, ut eumdem Episcopum denuntiarent a Missarum celebratione suspensum. Licet autem Archipresbyter ipse suspensionis sententiam denuntiasset eidem, ipse tamen in Festivitate Omnium Sanctorum, sententia ipsa contempta, publice ac solenniter celebravit. Unde petebat Procurator praedictus, ut processum Iudicum praedictorum auctoritate dignaremur Apostolica confirmare. Procurator vero Episcopi proposuit ex adverso, quod cum negotium fuisset Episcopo Florentino commissum, & ipse tandem absolutus ab eo, utpote cui patuit per confessionem Abbatis, quod etiam ipse in spiritualis causa traxerat eum ad iudicium saeculare, legitime adpellaret ab eis, qui volebant ipsum a praedicto Florentino Episcopo absolutum compellere super hoc iterum litigare. Unde quod factum erat ab ipsis post adpellationem ad nos interpositam censeri petebat irritum, & inane. Nos igitur iis, & aliis, quae coram Cardinale praedicto fuerunt proposita, per relationem ipsius plenius intellectis, Episcopi adpellationem illegitimam decernentes, processum approbavimus Iudicum praedictorum, eumdem Episcopum, qui praesumsit post denuntiationem sibi factam Missarum solemnia celebrare, a Sacerdotali & Pontificali officio suspendentes. Quocirca discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus latam a nobis sententiam publicantes, faciatis eamdem firmiter observari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Nonis Ianuarii, anno decimo.

Quaedam heic observanda sunt, ad Historiae Etruscae declarationem. Et primum, Episcopum Lucensem, quo de hic agitur, fuisse probabiliter *Gualterium*, & Abbatem Ficiclensem *Ioannem*; ut in meo *Hodoeporico pag.* 1249. videre est. Deinde Monasterium Ficicli fuisse olim in Dioecesi Lucensi, ut superius *pag.* 513. 514. & in citato *Hodoeporico pag.* 874. *& seqq.* 1233. *& seqq.* 1241. adparet. Abbatem Sanctae *Mariae*, & Priorem S. *Laurentii*, quibus caussa commissa fuit, Florentinos fuisse; hoc est, *Matthaeum* Abbatem, & *Rogerium* forsitan *Frescobaldium*. Praepositum vero Sancti *Geminiani*, fuisse huius nominis oppidi in Dioecesi Volaterrana; Priorem autem Sanctae *Reparatae*, Rectorem Ecclesiae Sanctae *Reparatae*, quae Lucae est. Nam Ecclesia Sanctae *Reparatae* Florentina Plebanum, non Priorem, habebat; & tunc temporis ne Plebanum quidem, sed dignitates Capituli Cathedralis. Abbas Sexti, Abbas est Sancti *Salvatoris* in Sexto, qui locus est agri Lucensis, ad ripam Occidentalem Lacus Sexti, seu Pothculis, seu Bientinae, ut in praesens vocant: & de hoc Monasterio, & pago, & Lacu, consulatur meum *Hodoeporicon pag.* 265. 460. 653. 661. 668. 840. 847. 1326. Falsus sum in illo opere *pag.* 1250. ubi indicavi Abbatem Sexti ad Florentiam, sequutus fabellam quorumdam, qui adfirmant, prope Plebem Sexti Coenobium Monachorum antiquitus exstitisse: nulla enim huius rei mentio in Tabulariis Florentinis offenditur. Prior autem Sancti *Fridiani*, Prior est Clericorum Regularium seu Canonicorum Ecclesiae S. *Vincentii*, & S. *Frigidiani*, in Urbe Luca, qua de superius egi *pag.* 515. 586. 587. Episcopus Faesulanus, cuius in hac Bulla mentio, *Rainerius* est. Abbas vero S. *Mariae* de Florentia non alius esse videtur, quam praedictus. Archipresbyter Florentinus *Barns* fuisse videatur. Plebanus Cappiani, cuius Ecclesia S. *Petro*, & S. *Ioanni Baptistae*, sacra erat, de qua in *Hodoeporico pag.* 1241. illius Castelli quidem erat, cuius Historiam edidi in eodem *Hodoeporico pag.* 804. usque ad *pag.* 874. *Tregnani* Magistratus Lucensis erat utriusque iurisdictionis, & coram eo Clerici se invicem conveniebant iuxta Civita-

ta-

Ecclesia S. *Petri* Scheradii [a] structura ipsa extrinseca remotam antiquitatem ostentat. Tribus navibus, vetusto ritu, constabat, fronte ad Occidentem conversa; Confessione sub Presbyterio subterranea iacente. Ecclesia perampla, symmetria Vitruviana, si *Vinc. Borghinio* fides adhibenda est. Ipse opus quinti vel sexti saeculi existimaverim. Haec quidem intra Vrbis moenia, sed iuxta, & prope in pomerio, continebatur. Eam Prior, & Collegium Clericorum canonice viventium [b], curabant; nam Paroeciam habebat. Immo unus erat ex duodecim Prioratibus Civitatis antiquis. Hinc apud eam Coemeterium, & Porticus, erant. Cur *Scheradius* dicatur, modo disquirendum est. *Ioannes Villanius* [c] scriptum reliquit, *Scheradium* fuisse foveam, seu cloacam, quae aquam pluviam universae Vrbis excipiebat, & in Arnum ducebat. At ipse *Scheradium* foveam illam dictam puto a proximae Ecclesiae cognomento, quae

tatis consuetudinem; quod multa consideratione dignum est. Nec Pontifex in hoc Episcopum Lucensem reprehendit, quum de re civili ageretur; & *Iannes* Episcopus Florentinus ab hac culpa Episcopum Lucensem absolvit, quod Abbas Ficiclensis confessus esset, ab se in spirituali causa Episcopum Lucensem ad iudicium saeculare tractum fuisse; quod maiori consideratione dignum est, & quod *Innocentius III.* Pont. Max. non permittit. Castellum Sanctae *Mariae* in Monte heic memoratum, in Valle Arni inferiori situm est ad Arni dextram, in collis clivo, distatque Florentia ad Occasum XXVIII. circiter M. P. cuius Plebes Mensae Episcopali Fani *Miniatis* in praesens adnexa est. De en late egi in meo *Hodoeporico pag.* 645. usque ad *pag.* 714. & consule superius *pag.* 484. 486. 514. Ecclesiae S. *Stephani* iterum mentio offenditur in Chartis quibusdam Archivi Capituli Florentini, quarum compendia hic prodo.

1276. Tanus filius Guidocti Clericus, Procurator, & Syndicus Capituli Florentini, & eius Vicarii, & Cleri Florentini, substitutus a Domino Orlando Priore Sancti Stephani, & P. Diedi Rectore Ecclesiae Sancti Michelis de Vicedominis, Procuratoribus, & Syndicis praedd. appellat coram Domino Petro Archipresbytero, Plebano de Barherolo Bononiensis Dioecesis, & Bonifatio Canonico Bononiensi, Executor. Domini Papae super executione Domin. Raynerii Plebani Plebis Sancti Petri in Pyxide, ab interdicto Ecclesiaste co imposito Civitati Florentiae, cum Burgo, & Suburgis, per dictos Commissarios, ad Sedem Apostolicam, & omnem Iudicem competentem, cum contra formam commissionis, & iustitiae, interdictum posuerint. Actum in Apotheca Plebis Barheroli, anno 1276. Ind. 4. die 17. Iulii intrante, testibus, Panizach a de Roncastaldo olim Lombardi, Magio olim Carlonfini de Sancto Giminiano, & Presbytero Iacobo Canonico Barheroli de Montecchio Not.

1280. Ildirus, & Ioannes, Canonici Florentini, auctoritate sibi a Capitulo tradita, eligunt P. Canonicum Sancti Iacobi Vitrarnum, & Petronium Canonicum Sancti Stephani, Iudices de electione Benis Plebani S. Miniatis Lucanae Dioecesis in Plebanum Sancti Ioannis, qui Plebanatus vacabat per mortem Domini Clariti olim Plebani, & eidem dictum Plebanatum conferunt, & ponunt in possessionem, ac eidem locum in Choro Sancti Ioannis assignant, ubi Plebanus sedere consuevit, investientes de bonis spiritualibus, ac temporalibus: & dictus Plebanus facit eisdem obedientiam manualem, & reverentiam, pro Capitulo Florentino recipientibus. 1280. Ind. prima, die Dominico 25. Augusti, testibus Domino Fanescio Domini Bonaccursi, & Matthaeo Domini Duntrii &c. Coram Matthaei Vanni Cancellarii Canonico de Empoli.

Zucca Naddi Not. ex imbreviat. Ser Pepi Rinalleschi, &c.

a Eius mentio superius *pag.* 951. 968. & alibi, ut inferius patebit.

b Adi superius *pag.* 531. 985.

c *Lib. III. Cap. II.*

a Con-

quae ita forte dicebatur, quod Arni ripae haereret; σχερὸς enim apud Graecos *Littus* est, & illius diminutivum σχεράδιον, quasi *Ripula*, seu *Littus exiguum*. Nisi potius a domini, patronive, nomine ita cognominata fuit. Medio enim aevo *Sicheradus* virile nomen occurrit. In antiquis tamen chartis etiam *Scradius* scriptum offenditur [a]; διὰ κράσεως fortassis. Nomen autem omnino corruptum creditur in charta *Rainerii* Episcopi Florentini, in qua *Ecclesia S. Petri in Horlagio* scriptum est. Legendum enim quibusdam videtur *in Scheragio* [b]; Donat ille hanc Ecclesiam Par-

[a] Consule superius *pag.* 531. 958. 977.
[b] Chartam ex *Ughellio* produco *pag.* 101.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Raynerius notu Dei Florentinae Ecclesiae Episcopus. Orthodoxae fidei proprium est sacrae Religionis studiis indesinenter incumbere, & sacra loca divinis cultibus mancipata fovendo iuvare, cuius quidem operis instantia, licet omnibus cultoribus Christi debita veneratione rite conveniat, maxime tamen illis competit, quibus pro salute animarum alicuius Ecclesiae cura traditur, sive Episcopis. Neque enim satis est Christi Sacerdotibus tantum praedicationi insistere, nisi etiam studeant de manu fructificare, hoc est eleemosynam facere, ceteraque bona pro viribus explere. Et quia mihi immerito divina misericordia Florentini Episcopatus regimen largiri dignata est, assiduis flagito precibus, quatenus Omnipotentis iuvamine iniunctum mihi officium sic peragam, ut in die tremendi examinis pro talentu mihi tradito audire merear: Euge, serve bone, & fidelis, &c. Ergo quia tempus est, ut ea, quae proposui, solvam; Est quaedam Ecclesia Sancti Ioannis Baptistae Cardinalis in honorem Sanctissimi Petri a Florentina Urbe posita ad orientalem Portam, Florentinorum sumptibus decorata, facie innovata, quam in pulchriorem morum elegantiam fructificare desiderans, Ancillarum Dei usibus, Apostolicae sedis auctoritate, atque Canonicorum nostrorum consilio, necnon Religiosorum virorum, in perpetuum profuturam, cum omnibus terris, & rebus iure sibi pertinentibus.... Tum etiam concedimus huic venerabili loco quicquid Rodulphus bonae memoriae genitor illius, cuius paulo inferius devotionem explicare curabimus, ab antecessoribus iuste habuit, quod ista non detinet, videlicet in Canaparia, & in Valia, & in Capitu, seu in horum locorum appendiciis: concedimus et etiam Ecclesiam Beatae Mariae Fetlasuae, quae ita dicta est; & Ecclesiam Beati Petri in Horlagio, & Ecclesiam Sancti Benigni, & Ecclesiam Sancti Felicis prope flumen ..... cum omnibus rebus, & casis, ad supradictas Ecclesias, & curtes pertinentibus; cuius denique limitationi, quia nostra subsecuta est ordinatio novitatem disponentis, opem ferre pro tempore & praedictum venerabilem locum nostra munificentia iuvare ... quatenus Ancillarum Dei per accessum futuri temporis, in Dei laudibus concrescat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra. Devota itaque mente ad salvationem Ancillarum Dei animum intendi, & portum salutis, ne naufragium incurrant, praeparari curavi; meumque omnem Florentini Episcopatus Clerum in synodalem Conventum residentem, quorum cura mihi licet indigno commissa est, devotissime coniunctus in hoc unanimes esse volo, contestor, & rogo. Sed quoniam ordinationis nostrae exiguitas ad victum Ancillarum Dei ibidem Deo servientium minime sufficere creditur, contigit, ut quaedam potens, & nobilissima matrona, Gisla nomine, divina inspiratione dudum in amore huius sanctae ordinationis fervens, nonnulla de praediis, videlicet medietatem curtis Florentinae sibi pertinentis, excepto in commutatione dato, & ea portione, quae Curidaria nuncupatur, sui qualibet deditione mancipato. Castellum quoque Porticariae cum curtis, & Ecclesiis, & omnium medietate, quae Pagano filio Ioannis iure pertinent. Castrum etiam Aquariae cum curtis, & Ecclesiis, & turri, & medietate omnium, quae praedicto Pagano pertinent. Similiter Castrum, quod vulgo Caput de Corsa nuncupatur, excepto quod datum est ab eo Abbatiae Sanctae Mariae Florentinae, & Monasterio Sanctae Felicitatis, & curtem, & Ecclesias, & quicquid ibidem actenus tenuit, & habuit, & quicquid habet, & tenet in curte Montis Ronzoli: medietatem curtis similiter Pergariae mihi pertinentem,

Parthenoni S. *Petri Maioris*. Quum Florentia in Regiones sex dispertita fuit, quas *Sextarios*, vel *Sextus*, adpellabant, ex illis

tem, & quicquid in Columbaria de Vetia Gozzi, ex parte sua Canonicae Florentinae; & quicquid habet in Monte Morello, & quicquid praedii in Castro Tornii, praedicta venerabilia loca concedens obtulit. In qua omnipotenti Deo et sanctis suis sanctimoniales in perpetuum absolute servituras. Cuius quidem facti devotioni sponte annuens, universis, pro Ecclesiae, vel testamento, vel cambio, vel alia qualibet erogatione, data, vel danda sint, confirmo, laudo, & corroborare, annuente, & corroborante consynodali Conventu totius Episcopatus, eorum sancto Ac et S... Reparatae Virginis, ont que ... Hac denique Apostolicae iussionis, nostraeque ordinationis, decretum divina protectione munitum, muniamus, firmamus, eidemque ...mus, ut nullus sacrilegi temeritatis minus violare praesumat. Sed si forte (quod absit) aliquis diabolica fraude, hypocrisi, vel qualibet simulata sanctitate, temptare, & violare praesumpserit, & non infra quinquagesimum, vel sexagesimum diem emendaverit, vel emendare studuerit, omnis anathematis a Sancto Moyse, sive a Sanctis Patribus, constituti vinculo feriatur. Insuper centum auri libras Regiae Potestati, quae pro tempore fuerit, & praefato venerabili loco, tamen in omnibus salvo semper honore Florentini Episcopi, solvere cogatur; & ab Ecclesia Dei sequestratus mundum exire non cesset; nusquam praeterea ei locus maneat, nisi cum Dathan, & Abiron, & Iuda, ad futurum Dei iudicium, ubi fletus erit, & stridor dentium. Hoc etiam statuimus, stabileque firmamus, ut de eadem Congregatione Monasterii Abbatissa a Fratribus eligatur, Antistitis tamen dignitate praelata, quamdiu inter eas tali digna officio omnibus placens inveniri poterit. Quicumque autem huic sancto, & venerabili loco servientibus operam exhibere studuerit, illorum contubernio mereatur praefici, quibus in futuro examine omnipotens Dominus dicturus est: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, &c.

Actum Florentiae feliciter.

✠ Ego Ioannes Tusculanensis indignus Episcopus, sanctaeque Romanae Ecclesiae Cardinalis, rogatu Florentini Episcopi subscripsi.

✠ Ego Raynerius Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus indignus, huius nostri decreti paginam propriae manus subscriptione confirmans roboravi.

✠ Ego Gotifredus Perusinus Episcopus, hoc decretum laudans subscripsi.

✠ Ego Bernardus indignus Archidiaconus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Petrus Sanctae Florentinae Ecclesiae Canonicus, & Levita, indignus huic ordinationi voluntatie consensi, & subscripsi.

✠ Ego Roto S. Florentinae Ecclesiae Archipresbyter subscripsi.

✠ Ego Martinus Presbyter, & Praepositus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Ioannes Levita, & Canonicus interfui, & subscripsi.

✠ Ego Paulus Subdiaconus, & Canonicus interfui, & subscripsi.

✠ Ego Guido Clericus, & Canonicus interfui, & subscripsi.

✠ Ego Dodo Presbyter consensi, & subscripsi.

✠ Ego Presb. Gratianus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Theobaldus Cantor consensi, & subscripsi.

✠ Ego Petrus Presb. & Canonicus interfui, & subscripsi.

Nunc Charta haec ad examen revocanda est. Primum dicit *Rainerius*, se huic Monasterio concedere quicquid *Rodulfus Gislae* pater ab suis antecessoribus iuste habuit, & sunt bona in Canaparia, in Vallia, & in Capiteto. De Vallia & Capiteto, agri Mucellani, alibi locuti sumus, hoc est *pag.* 762. 755. 738. & de iis agit *Brocchius in Descript. Mucilli pag.* 182. & 191. Canapatis quoque in Mucillo esse videatur. Licet non ignotem, Canapale esse in agro Pistoriensi; Canapiculam, circa Vallem Sevis, de quibus superius *pag.* 71. 563. 672. Sed forte pro *Canaparia* Canapatia legendum est, quae quidem in Mucillo, vel eius finibus, exstitit, ut apud *Gamurrinium* in *Gente Vbaldina* legitur. Ecclesia autem B. *Mariae* Ferlaufae ubinam fuerit? Num *Ferraliae* pro *Ferlaufae* legendum est? Ferralia autem in Mucillo pariter est, & in Plebatu Valliae, ut videre est apud *Brocchium Descript. Mucil. pag.* 188. Sed eius Ecclesia D. *Nicolao* sacra est. Potuit tamen antiquitus esse ibi Ecclesia etiam S. *Mariae*, quae tamdem periterit. Ecclesia autem B. *Petri* in Horlagio, putanda forsan est nostra Ecclesia S. *Petri Scheradii*? Non videtur: nam hic

lis una a Sancto *Petro Scheradio* denominata est [a]. Huius Ecclesiae memoriam vel ab anno MX. repetunt quidam; & *Ioannes Villanius* in primis [b], qui ad illum annum de ea agit. A *Rodulfo* Tudertino Episcopo dedicata anno MLXVIII. fuisse perhibetur; & confirmat Inscriptio; sed fidei, ut mihi videtur, sublestae. Nam huius *Rodulfi* in Tabulariis Tudertinis ne gry quidem. Falsum autem esse videatur, quod *Attho* Vallumbrosanus scribit, *Rodulfum* Tudertinum, pro *Petro* deposito, ordinatum fuisse Episcopum Florentinum. Numquam enim *Petrus* ab Episcopatu deiectus est: nam & postquam *Petrus* Monachus per ignem inlaesus evasit, ut *Petrum* Episcopum simoniacum esse

hic *Rainerius* Episcopus Ecclesias recenset omnes extra Vrbem sitas, & bona agri Mucillani fere omnia. Num legendum Ecclesia S. *Petri* in Curte Lacus? Lacus enim locus celebris Mucilli fuit, & in territorio Plebis S. *Petri* Valliae, ut tradit *Brocchius Descript. Mucelli pag.* 184. & constat superius *pag.* 91. 95. 97. 98. 100. Inde factum fortassis *Curlacio*, & deinde corruptius *Horlagio*. Verosimilius videatur: & tunc fortassis fuerit Plebes ipsa S. *Petri* Valliae, nunc Vallia, sed a proxima Curte Lacus, denominata. Ecclesia S. *Benigni* mihi prorsus ignota est; sed & ipsa forte in Mucillo exstabat. Vbi de Mucillo Scriptor egreditur, ita circumscribit Ecclesiam, ut intelligatur Ecclesia S. *Felicis* alibi sita esse, & prope flumen Imam consurgere. Coridatio, legendum puto *Viridaria*, volgo *Verzaria* ad Suburbium S. *Frigidiani*; nisi melius *Calderia* restituas, qui est Mucilli locus, ut superius *pag.* 789. 791. 756. 758. elucet atque eminet. Perticaria Castellum est in Plebatu S. *Leolini* Rimiani, in Valle Arni Superiori, & Faesolana Dioecesi, ut superius *pag.* 541. videre est; sed forte alia Perticaria in Mucillo fuit. Castrum Aquariae, & Castrum, quod dicitur, Caput de Corsa, puto esse pariter in Mucillo; sed legendum opinor *Castrum*, quod dicitur *Caput de Carza*, quod a *Carza Veteri* distinguebatur. An non fuerit idem ac *Caltcarza*, de quo in Chronico *Laurentii a Lutiano*, *pag.* 45? Quemadmodum ibi erit *Mons Ranzali* si recte scribitur; secus enim restituendum in *Curte Montis Flosculi*, de quo *Brocchius Descript. Mucilli*, *pag.* 94. nisi melius *Montis Carosi*, seu *Montis Razi*, seu *Montis Razoli*. Vbi *Pergaria* habetur, *Vergaria* restituendum existimo; nam huius vel similis nominis loca occurrunt, ut superius *pag.* 211. 214. 563. exstat. Vergarium enim in agro Pisturiensi est, Mucillum aut Vernium versus; quemadmodum in Mucillo est *Vetta*, seu *Vetula Carza*, de qua disservi superius *pag.* 792. & agit *Brocchius* laudatus *pag.* 28. 57. 212. 213. Confinis quoque Mucillo Mons Morelli est. Castrum Terni ubi exstet, mihi est omnino incompertum; nisi potius legendum est *Castrum Vernii*, quod pariter est Mucillo conterminum. Sed forte Castrum Tirli restituendum est, de quo egi superius *pag.* 756. Quaenam haec *Gisla* matrona pia & dives fuerit, non facile est assequi. De *ea* disserui superius *pag.* 103. & ex hoc *Rainerii* Episcopi Diplomate patet, *Rodulphum* eius patrem fuisse, qui in Mucillo ob Episcopatu fundos, & bona, obtinuerat. *Rodulphum* hunc Comitem illum Florentiae putarem, qui anno DCCCCLXXIV. vivebat, & de quo verba feci superius *pag.* 392. sed si ille fuisset, titulum *Comitis Rainerius* eum nominando non omisisset. Fortassis *Rodulphus Ieremiae* fil. fuerit, qui una cum *Faro* & *Azone* fratribus, sub exitum saeculi X. vel sub initium insequentis, domum in Castro Petrae Mellulae, quod in territorio Plebis Valliae est, ut tradit *Brocchius pag.* 183. & consuli potest superius *pag.* 28. 44 787. sitam Episcopatui obtulit, ut superius *pag.* 987. videre est. Hic quidem Mucellanus erat, ut videtur. *Ieremias* autem ille filius *Ildebrandi* fuerit, qui multa Canonicae Florentinae in Mucillo existentis donavit; ut videre est superius *pag.* 508. *Fidel. Soldanius Epist. X. pag.* 57. hanc *Gislam* genti a Rivu Casuli cognominatae adtribuit, tamquam *Rodulphi III.* uxorem. Ceterum multa eorum, quae heic commentatus sum, pro meris coniecturis habeantur: nam Diplomatis huius intelligentia valde obscura & difficilis.

a Consule superius *pag.* 128 260.

b *Lib. IV. Cap. V.*

a Alii

vocetur, divinare haud facile est. Ipse puto, a *Palus*, Palicum factum esse, unde διὰ κράσεως nostrum *Palco*; & a Palico Palicetum, ex quo nostrum *Palchetto* emersit, ὑποκοριστικῶς; & quum locus iste *Palcheta* diceretur, forte a frequentibus *Palchis* ita denominatus est. *Palcum* autem dictum videtur, quod palis innitatur. Non enim, nisi facta palatione, palare pavimentum, vel subgestus, consistere poterat. Itaque *Palcum* est aedificium ex trabibus, tigillis, palis, & asseribus, coagmentatum, quod tam in aedibus, quam extra aedes, construebatur [a]. Sanctus *Michael* autem *Tubarum* etiam adpellabatur, quod Tubicines Communis Florentinorum, Senatusconsulto, in Paroecia hac Sancti *Michaelis* habitare deberent [b].

Ecclesia Sancti *Ruffilli*, quae Episcopio proxima est, & in praesens pone se Plateam Caballariorum habet; ante se vero Plateam, quae *Olei* dicitur [c]. Ipse tamen in ea sententia sum, quae putet, Portam huius Ecclesiae antiquitus Occidentem spectavisse, & in Platea Caballariorum fuisse. Deinde, instaurata Ecclesia, ut videtur, Porta ad faciem Orientalem translata fuisse videatur, ipso antiquo arcu marmoreo dichromatico veteri Portae imminenti adhibito, qui multam vetustatem praesefert: & id forsitan ob ampliorem, & commodiorem, Olei Plateam. Idem contigisse videtur & aliis Florentinis Ecclesiis, ut S. *Iacobi* inter Foveas [d], Sancti *Leonis*, S. *Mineatis* inter Turres, S. *Donati* Vetulorum, S. *Michaelis* in Palcheto, S. *Mariae Hodegetriae* in Capitolio; denique Ecclesiae ipsi Cathedrali Sancti *Ioannis*. Huius Ecclesiae memoria usque ab anno MLXXVII.

[a] Patet ex Instrumento Archivi Sanctae *Felicitatis*, in quo legitur, quod Anno 1302. Indict. prima, die 19. Ianuarii (Actum Florentiae, testibus Gherardino Coiti Bonaguide, & Tano Sarto q. Lappisini.) D. Bardus q. D. Simonis de Bardis, vendit Totto olim Castellani, Clerico Abbatiae S. Felicitatis, ementi pro Ecclesia S. Mariae Magdalenae, & pro Presbytero Iuncta Rectore ipsius, quoddam Palchettum de asseribus, trabibus, & aliis lignaminibus, positum in domo d. Ecclesiae S. Mariae Magdalenae, olim factum de suis denariis pro pretio libr. 6. florenorum parvorum, &c.

Ser Ioannes Maffei de Roballa sumpsit ex Imbreviat. Ser Giuntae Spilliati Iud. & Not.

[b] Decretum est hoc anno MCCCLXI.

[c] In pariete externo laterali huius Ecclesiae lapidi incisa sequens Inscriptio legitur.

LI SS. 8. HANNO PROIBITO
IL GIOCO DI PALLOTTOLE
PALLA PILLOTTA ALLA
PIAZZA DELL'OLIO E NELL'
VICOLO CHE CONDVCE
ALLA PIAZZA DE CAVAL-
LARI INCLVSIVE PENA
DI SCVDI 2 DI CATTVRA
COME PER PART. 2. APRILE 1669.

[d] Consule superius pag. 994.

c In

a Con-

XXVII. reperitur; & in Instrumento anni MCXCVIII. vocatur Ecclesia Sancti *Ruffilli*, in cuius Paroecia esset *Platea Commissariorum Episcopi Florentini prope Palatium ipsius Episcopi*. Nam una ex triginta sex Poroeciis Florentinis fuit; &, nomine *Commissariorum Episcopi*, venire puto illos, qui pro Episcopo iuri dicundo praeessent; & quidem *Meliorius* opinatur [a], Plateam Commissariorum Episcopi esse illam, quae nunc *Olei* adpellatur; & Plateam alteram dictam fuisse *Caballariorum*, quod ibi Cursores, seu Accensi, seu Apparitores, Communis Florentinorum habitarent: quod quidem esse potest. Paroeciam huius Ecclesiae *Eugenius IV.* Pont. Max. auxit, anno MCCCCXLI. quum Paroeciam Ecclesiae proximae Sancti *Salvatoris* subpressit, & Ecclesiae S. *Ruffilli* tribuit. Ita S. *Salvatoris* Ecclesia simplex Oratorium evasit in usum Cappellae Episcopii, seu Congregationis Clericorum Ecclesiae Cathedralis [b]. Iuspatronatus tam Ecclesiae S. *Salvatoris*, quam Ecclesiae Sancti *Ruffilli*, ad Episcopum Florentinum spectat [c]. Rectores huius Ecclesiae fuerunt,

Anno MCXXXI NN [d]
Anno MCCLXXXVI. *Simon*.
Anno MCCC. *Bene*.
Anno MCCCLXXVI. *Alexander*.
Anno MCCCXCV. *Paullus Ioannis F.*
Anno MCCCCXXXVI. *Marianus Ioannis F.*
Anno MDLXVIII. *Christophorus Galeotti F.*
Anno MD. . . *Michael Maringhius*
Anno MDCXX. *Dominicus Ghisius* Mediolanensis.
Anno MDCXLI. *Petrus Maria Laghius*.
Anno MDCLXXX. *Fridericus Iannettius* [e].
Anno MDCC . . . *Lucas Aquilantius*.
Anno MDCCLVI. vertente *Iacobus Antonius Cassigolius* vivit.

Ecclesia Prioratus S. *Stephani* ad Pontem Veterem, seu Florentinum, seu de Capite Pontis, seu ad Portam Ferream [f]; unus

[a] Consule *Ferd. Leopoldum Meliorium pag.* 137. 153. 154. *Ioseph. Richam Tom. IV. pag.* 139. Superius *pag.* 965. *Poccrantium pag.* 182.

[b] Adi superius *pag.* 988.

[c] Consule *Meliorium pag.* 154. 155. Superius *pag.* 988.

[d] Superius *pag.* 952.

[e] *Tomo I.* mei operis *Memorabilium Italorum eruditione praestantium*.

[f] *Michael Poccianitus Eccles. Florent. pag.* 185. *Richa Tom. II. pag.* 64. *Ambrosius Landuccius in Sacra Silva Ilicetana pag.* 67. Hic dictam scribit *ad Portam Ferream in Canneto*, forte, quia, quum prope Arni ripam esset, arundinetum ibi exstabat. Ecclesia Sancti *Stephani* in Canneto est etiam in Dioecesi Pisana, in Plebatu Cascinae. Vide superius *pag.* 528.

f Mi- Xxxxxxxxxx *a De-*

controversiam definiendam, quae vertebat inter Episcopum Lucensem, & Abbatem Monasterii S. *Salvatoris* Ficicli, super iure eli-

quid per saecularem Iudicem contra ipsum Abbatem fuerit attentatum; & iam ipsum Episcopum Ecclesiastica districtione compellerent ad restitutionem librorum, quos sibi fecerat per saecularem auctoritatem auferri, & expensarum atque damnorum, quae propter hoc Abbas incurrerat saepedictus, audituri postmodum causam, & adpellatione remota fine debito decisuri. Sane Iudices ipsi, mandato nostro suscepto, Episcopum ipsum legitime citaverunt, adsignato sibi termino competenti; quem idem praeveniens quemdam Nuntium ad eorum praesentiam destinavit, qui quasdam litteras exceptiones frivolas continentes praesentavit eisdem inhibens ipsis ne in facto procederent adpellando. Ipsi vero, cognito quod non erat adpellationi huiusmodi deferendum, eumdem iterum citaverunt; sed ipse ad terminum sibi praefixum nec per se, nec per Responsalem idoneum, comparuit coram eis. Verum quia interim Iudices ipsi nostrum recepere praeceptum, ut non obstantibus frivolis exceptionibus, quas idem Episcopus maliciose dicebatur proponere in dispendium Monasterii memorati, in ipso negotio iuxta prioris mandati nostri tenorem, sublato adpellationis obstaculo, praevia citatione procederent, eumdem Episcopum iterum peremtorie citaverunt. Sed ipse coram eis nec per se, termino constituto, comparuit, nec per idoneum Responsalem: immo ad praesentiam nostram accedens, & Abbatem nobis adserens subgessisse, quod ipse illum super causa spirituali ad Iudicem traxerat saecularem, quantumcumque institerit, ut transmissit ad eos dignaremur litteras revocare, tandem obtinuit istum solum, ut ad Episcopum Florentinum daremus in mandatis, ut ipse inquisita plenius, & cognita veritate, si praefatum Episcopum inveniret eumdem Abbatem super institutione Plebis, vel alia spirituali causa, ad forum seculare traxisse, contra eumdem Episcopum iuxta formam in prioribus litteris comprehensam, sublato adpellationis obstaculo, procedere non tardaret. Cumque Iudices supradicti, huiusmodi adhuc commissionis ignari, ut eidem omnem auferrent materiam malignandi, ad instantiam cuiusdam Lucani Canonici, qui se ipsius Nuntium adserebat, viginti septem dierum inducias concessissent, demum Episcopus Plebanum de Capi[illegible] direxit ad eos, & sibi litteras nostras, quas dicto Episcopo misimus, demonstravit. Ceterum cum articulus ille, qui fuerat Episcopo commissus eidem, fuisset in eius praesentia expeditus, & Iudices ipsi vel-

vellent in negotio ipso procedere, accessit ad eos Plebanus praedictus, non tamen ad prosecutionem causae sufficienter instructus. Quare ad ipsius malitiam convincendam eidem sex dierum inducias concesserunt. Tunc praefatus Episcopus constituto termino praefatum Plebanum sufficienter instructum ad eorum praesentiam destinavit. Partibus igitur in eorum praesentia constitutis, saepedictus Abbas adseruit, quod praefatus Episcopus ipsum in causa civili, pro facto tamen Plebis praedictae, traxit ad iudicium seculare, occasione videlicet cuiusdam arbitrii, quod iamdudum inter Episcopum, & Abbatem, super ipsa Plebe fuerat promulgatum, propter quod in quinquaginta libris, & amplius, a seculari Iudice fuerat condemnatus. Unde memoratum Episcopum iuxta mandati nostri tenorem puniri, & ad restitutionem damnorum, & expensarum, quas ob hoc fecerat, eumdem compelli cum instantia postulavit. Responsalis vero Episcopi quasdam litteras eiusdem porrexit inter cetera continentes, quod ipse coram nobis requisitus responderat, quod memoratum Abbatem super iure civili ad forum traxerat seculare, nec super hoc a nobis fuerat reprehensus. Unde dicebat, quod non tenebatur super hoc respondere Abbati, & Iudices procedere non debebant. Praeterea adseruit, litteras nostras illius consuetudinis veritate tacita impetratas, qua in civitate Lucana Clerici coram laicis, qui Treguani dicuntur, in causa civili se consueverunt ad invicem convenire. Adseruit etiam quod nostrae intentionis non fuerat, ut dictus Episcopus puniretur, si super re civili tantum ad forum seculare traxisset Abbatem. Ex parte vero Abbatis exstitit replicatum, quod huiusmodi consuetudo erat contra ius Canonicum, & Civile, & post adpellationem ad nos rationabiliter interpositam, sicut adparet per publica instrumenta, & commissiones a nobis obtentas, dictus Episcopus eum in saeculari foro praesumserat convenire. Cum igitur per publicum instrumentum saepe fatis Iudicibus constitisset, quod Abbas tractus fuerat ab ipso Episcopo super re civili ad iudicium seculare; & Abbas proposuisset, quod licet consuetudo praedicta alios tangeret Clericos, ipsum tamen tangere non debebat, cum sit exemtus, sicut adparet per privilegia Pontificum Romanorum; & ipsi parati essent legitime procedere in negotio supradicto; Responsalis Episcopi quasdam frivolas exceptiones proponens adpellavit ad Sedem Apostolicam,

&

eligendi Plebanum in Ecclesia S. *Ioannis Baptistae*, sita Ficicli, aliisque.

Ec-

& responsionem aliquam non exspectans, statim illicentiatus recessit. Iudices vero utrinsque mandati tenore diligenter inspecto, & habito prudentum virorum consilio, non duxerunt adpellationi huiusmodi aliquatenus deferendum, sed eundem Episcopum pro multiplici contumacia manifesta suspenderunt a celebratione Missarum, ex parte Dei Omnipotentis, & ex parte nostra, praecipientes eidem ne de cetero Missam praesumeret celebrare, donec per se vel Responsalem idoneum ad praesentiam accederet eorumdem, exhibiturus Abbati praedicto iustitiae complementum. Et ne de sua fraude commodum reportaret, recepto ab eodem Abbate corporaliter iuramento, quod idem sigillatim, & diligenter secundum ipsorum taxationes, expensas quas fecit, & damna quae pertulit, occasione ipsius Episcopi, declaravit pro ducentis quinquaginta libris, in possessionem omnium redituum, quos dictus Episcopus habet in Castello, curte, & districtu, Sanctae Mariae in Monte eumdem Abbatem fecerunt induci, Archipresbytero, & Capitulo Lucano, mandantes, ut eumdem Episcopum denuntiarent a Missarum celebratione suspensum. Licet autem Archipresbyter ipse suspensionis sententiam denuntiasset eidem, ipse tamen in Festivitate Omnium Sanctorum, sententia ipsa contempta, publice ac solemniter celebravit. Unde petebat Procurator praedictus, ut processum Iudicum praedictorum auctoritate dignaremur Apostolica confirmare. Procurator vero Episcopi proposuit ex adverso, quod cum negotium fuisset Episcopo Florentino commissum, & ipse eundem absolutus ab eo, utpote cui patuit per confessionem Abbatis, quod etiam ipse in spirituali causa traxerat eum ad iudicium secularem, legitime adpellaret ab eis, qui volebant ipsum a praedicto Florentino Episcopo absolutum compellere super hoc iterum litigare. Unde quod factum erat ab ipsis post adpellationem ad nos interpositam censeri petebat irritum, & inane. Nos igitur iis, & aliis, quae coram Cardinale praedicto fuerunt proposita, per relationem ipsius plenius intellectis, Episcopi adpellationem illegitimam decernentes, processum approbavimus Iudicum praedictorum, eumdem Episcopum, qui praesumsit post denunciationem sibi factam Missarum solemnia celebrare, a Sacerdotali & Pontificali officio suspendentes. Quocirca discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus latam a nobis sententiam pu-blicantes, faciatis eamdem firmiter observari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Nonis Ianuarii, anno decimo.

Quaedam heic observanda sunt, ad Historiae Etruscae declarationem. Et primum, Episcopum Lucensem, quo de hic agitur, fuisse probabiliter *Gualterium*, & Abbatem Ficiclensem *Ioannem*; ut in meo *Hodoeporico pag.* 1249. videre est. Deinde Monasterium Ficicli fuisse olim in Dioecesi Lucensi, ut superius *pag.* 513. 514. & in citato *Hodoeporico pag.* 874. *& seqq.* 1233. *& seqq.* 1241. adparet. Abbatem Sanctae *Mariae*, & Priorem S. *Laurentii*, quibus caussa commissa fuit, Florentinos fuisse; hoc est, *Matthaeum* Abbatem, & *Rogerium* forsitan *Frescobaldium*. Praepositum vero Sancti *Geminiani*, fuisse huius nominis oppidi in Dioecesi Volaterrana; Priorem autem Sanctae *Reparatae*, Rectorem Ecclesiae Sanctae *Reparatae*, quae Lucae est. Nam Ecclesia Sanctae *Reparatae* Florentina Plebanum, non Priorem, habebat; & tunc temporis ne Plebanum quidem, sed dignitates Capituli Cathedralis. Abbas Sexti, Abbas est Sancti *Salvatoris* in Sexto, qui locus est agri Lucensis, ad ripam Occidentalem Lacus Sexti, seu Pothculis, seu Blentinae, ut in praesens vocant: & de hoc Monasterio, & pago, & Lacu, consulatur meum *Hodoeporicon pag.* 265. 460. 653. 661. 668. 840. 847. 1326. Falsus sum in illo opere *pag.* 1250. ubi indicavi Abbatem Sexti ad Florentiam, sequutus fabellam quorumdam, qui adfirmant, prope Plebem Sexti Coenobium Monachorum antiquitus exstitisse: nulla enim huius rei mentio in Tabulariis Florentinis offenditur. Prior autem Sancti *Fridiani*, Prior est Clericorum Regularium seu Canonicorum Ecclesiae S. *Vincentii*, & S. *Frigidiani*, in Urbe Luca, qua de superius egi *pag.* 515. 586. 587. Episcopus Faesulanus, cuius in hac Bulla mentio, *Rainerius* est. Abbas vero S. *Marine* de Florentia non alius esse videtur, quam praedictus. Archipresbyter Florentinus *Barns* fuisse videatur. Plebanus Cappiani, cuius Ecclesia S. *Petro*, & S. *Ioanni Baptistae*, sacra erat, de qua in *Hodoeporico pag.* 1241. illius Castelli quidem erat, cuius Historiam edidi in eodem *Hodoeporico pag.* 804. usque ad *pag.* 874. *Treguani* Magistratus Lucensis erat utriusque iurisdictionis, & coram eo Clerici se invicem conveniebant iuxta Civi-

Ecclesia S. *Petri* Scheradii [a] structura ipsa extrinseca remotam antiquitatem ostentat. Tribus navibus, vetusto ritu, constabat, fronte ad Occidentem conversa; Confessione sub Presbyterio subterranea iacente. Ecclesia perampla, symmetria Vitruviana, si *Vinc. Borghinio* fides adhibenda est. Ipse opus quincti vel sexti saeculi existimaverim. Haec quidem intra Vrbis moenia, sed iuxta, & prope in pomerio, continebatur. Eam Prior, & Collegium Clericorum canonice viventium [b], curabant; nam Paroeciam habebat. Immo unus erat ex duodecim Prioratibus Civitatis antiquis. Hinc apud eam Coemeterium, & Porticus, erant. Cur *Scheradius* dicatur, modo disquirendum est. *Ioannes Villanius* [c] scriptum reliquit, *Scheradium* fuisse foveam, seu cloacam, quae aquam pluviam universae Vrbis excipiebat, & in Arnum ducebat. At ipse *Scheradium* foveam illam dictam puto a proximae Ecclesiae cognomento, quae

tatis consuetudinem; quod multa consideratione dignum est. Nec Pontifex in hoc Episcopum Lucensem reprehendit, quum de re civili ageretur; & *Ioannes* Episcopus Florentinus ab hac culpa Episcopum Lucensem absolvit, quod Abbas Ficiclensis confessus esset, ab se in spirituali causa Episcopum Lucensem ad iudicium saeculare tractum fuisse; quod maiori consideratione dignum est, & quod *Innocentius III.* Pont. Max. non permittit. Castellum Sanctae *Mariae* in Monte heic memoratum, in Valle Arni inferiori situm est ad Arni dextram, in collis clivo, distatque Florentia ad Occasum XXVIII. circiter M. P. cuius Plebes Mensae Episcopali Fani *Miniatis* in praesens adnexa est. De eo late egi in meo *Hodoeporico pag.* 645. usque ad *pag.* 714. & consule superius *pag.* 484. 486. 514. Ecclesiae S. *Stephani* iterum mentio offenditur in Chartis quibusdam Archivi Capituli Florentini, quarum compendia hic prodo.

1276. Tannis filius Guidocti Clericus, Procurator, & Syndicus Capituli Florentini, & eius Vicarii, & Cleri Florentini, substitutus a Domino Orlando Priore Sancti Stephani, & P. Diedi Rectore Ecclesiae Sancti Michaelis de Vicedominis, Procuratoribus, & Syndicis praedd. appellat coram Domino Petro Archipresbytero, Plebano de Barberolo Bononiensis Dioecesis, & Bonifatio Canonico Bononiensi, Executor. Domini Papae super executione Domini Rayneriii Plebani Plebis Sancti Petri in Pyxide, ab interdicto Ecclesiastico imposito Civitati Florentiae, cum Burgo, & Suburgis, per dictos Commissarios, ad Sedem Apostolicam, & omnem Iudicem competentem, cum contra formam commissionis, & iustitiae, interdictum posuerint. Actum in Apotheca Plebis Barberuli, anno 1276. Ind. 4. die 17. Iulii intrante, testibus, Panzacha de Roncastaldo olim Lombardi, Magio olim Carlonsini de Sancto Gimíniano, & Presbytero Iacobo Canonico Barberoli de Montecchio Not.

1280. Ildinus, & Ioannes, Canonici Florentini, auctoritate sibi a Capitulo tradita, eligunt P. Canonicum Sancti Iacobi Vltrarnum, & Petronium Canonicum Sancti Stephani, Iudices de electione Benis Plebani S. Minatis Lucanae Dioecesis in Plebanum Sancti Ioannis, qui Plebanatus vacabat per mortem Domini Clariti olim Plebani, & eidem dictum Plebanatum conferunt, & ponunt in possessionem, ac eidem locum in Choro Sancti Ioannis assignant, ubi Plebanus sedere consuevit, investientes de bonis spiritualibus, ac temporalibus: & dictus Plebanus facit eisdem obedientiam manualem, & reverentiam, pro Capitulo Florentino recipientibus. 1280. Ind. prima, die Dominico 25. Augusti, testibus Domino Fanescin Domini Bonaccursi, & Matthaeo Domini Dumitii &c. Cosio Matthaei Vanni Cancellarii Canonico de Empoli.

Zucca Naddi Not. ex imbreviat. Ser Pepi Rinaldeschi, &c.

a Eius mentio superius *pag.* 951. 968. & alibi, ut inferius patebit.

b Adi superius *pag.* 531. 983.

c *Lib. III. Cap. II.*

a Con-

quae ita forte dicebatur, quod Arni ripae haereret; σχέρος enim apud Graecos *Littus* est, & illius diminutivum σχεράδιον, quasi *Ripula*, seu *Littus exiguum*. Nisi potius a domini, patronive, nomine ita cognominata fuit. Medio enim aevo *Sicheradus* virile nomen occurrit. In antiquis tamen chartis etiam *Scradius* se ipsum offenditur [a]; διὰ κράσεως fortassis. Nomen autem omnino corruptum creditur in charta *Rainerii* Episcopi Florentini, in qua *Ecclesia S. Petri in Horlagio* scriptum est. Legendum enim quibusdam videtur *in Scheragio* [b]: Donat ille hanc Ecclesiam Par-

[a] Consule superius *pag.* 531. 958. 977.
[b] Chartam ex *Ughellio* produco *pag.* 101.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Raynerius nutu Dei Florentinae Ecclesiae Episcopus. Orthodoxae fidei proprium est sacrae Religionis studiis indefinenter incumbere, & sacra loca divinis cultibus mancipata fovendo iuvare, cuius quidem operis instantia, licet omnibus cultoribus Christi debita veneratione rite conveniat, maxime tamen illis competit, quibus pro salute animarum alicuius Ecclesiae cura traditur, sive Episcopis. Neque enim satis est Christi Sacerdotibus tantum praedicationi insistere, nisi etiam studeant de manu fructificare, hoc est eleemosynam facere, ceteraque boni pro viribus explere. Et quia mihi immerito divina misericordia Florentini Episcopatus regimen largiri dignata est, assiduis flagito precibus, quatenus Omnipotentis iuvamine iniunctum mihi officium sic peragam, ut in die tremendi examinis pro talento mihi tradito audire merear: Euge, serve bone, & fidelis, &c. Ergo quia tempus est, ut ea, quae proposui, solvam; Est quaedam Ecclesia Sancti Ioannis Baptistae Cardinalis in honorem Sanctissimi Petri a Florentina Urbe posita ad orientalem Portam, Florentinorum sumptibus decorata, facie innovata, quam in pulchriorem morum elegantiam fructificare desiderans, Ancillarum Dei usibus, Apostolicae sedis auctoritate, atque Canonicorum nostrorum consilio, necnon Religiosorum virorum, in perpetuum profuturam, cum omnibus terris, & rebus iure sibi pertinentibus.... Tum etiam concedimus huic venerabili loco quicquid Rodulphus bonae memoriae genitor illius, cuius paulo inferius devotionem explicare curabimus, ab antecessoribus iuste habuit, quod ista non detinet, videlicet in Canaparia, & in Valia, & in Capitiio, seu in horum locorum appendiciis: concedimus ei etiam Ecclesiam Beatae Mariae Ferlausae, quae ita dicta est; & Ecclesiam Beati Petri in Hurlagio, & Ecclesiam Sancti Benigni, & Ecclesiam Sancti Felicis prope flumen ...... cum omnibus rebus, & casis, ad supradictas Ecclesias, & curtes pertinentibus; cuius denique limitationi, quia nostra subiecta est ordinatio novitatem dispositionis, opem ferre pro tempore & praedictum venerabilem locum nostra munificentia iuvare ... quatenus Ancillarum Dei per accessum futuri temporis, in Dei laudibus concrescat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra. Devota itaque mente ad salvationem Ancillarum Dei animum intendi, & portum salutis, ne naufragium incurrant, praeparari curavi; meumque omnem Florentini Episcopatus Clerum in synodalem Conventum residentem, quorum cura mihi licet indigno commissa est, devotissime coniunctos in hoc unanimes esse volo, contestor, & rogo. Sed quoniam ordinationis nostrae exiguitas ad victum Ancillarum Dei ibidem Deo servientium minime sufficere creditur, contigit, ut quaedam potens, & nobilissima matrona, Gisla nomine, divina inspiratione ductum in amore huius sanctae ordinationis fervens, nonnulla de praediis, videlicet medietatem curtis Florentinae sibi pertinentis, excepto in commutatione dato, & ea portione, quae Curiditria nuncupatur, sui qualibet deditione mancipato. Castellum quoque Patricariae cum curtis, & Ecclesiis, & omnium medietate, quae Pagano filio Ioannis iure pertinent. Castrum etiam Aquariae cum curtis, & Ecclesiis, & turri, & medietate omnium, quae praedicto Pagano pertinent. Similiter Castrum, quod vulgo Caput de Corsa nuncupatur, excepto quod datum est ab eo Abbatiae Sanctae Mariae Florentinae, & Monasterio Sanctae Felicitatis, & curtem, & Ecclesiis, & quicquid ibidem actenus tenuit, & habuit, & quicquid habet, & tenet in curte Montis Ronzuli: medietatem curtis similiter Pergatiae mihi pertinentem,

Parthenoni S. *Petri Maioris*. Quum Florentia in Regiones sex dispertita fuit, quas *Sextarios*, vel *Sextus*, adpellabant, ex illis

tem, & quicquid in Columbariis de Vetis Cozzi, [illegible] lato Canonicae Florentinae; & quicquid habet in Monte Morello, & quicquid praelii in Castro [illegible], praedicto venerabili loco concedens offert. In quo omnipotenti Deo [illegible] sua sancta [illegible] perpetuum [illegible] servituras. Cuius [illegible] devotiones [illegible] annuens, universis, per Ecclesiae, vel testamento, vel [illegible], vel alia qualibet erogatione, data, vel danda sint, confirmo, laudo, & corroboro, [illegible], & corroborante consynodali Conventu totius Episcopatus, coram sancto [illegible] Virginis, undique [illegible]. Hac denique Apostolicae iussionis, nostraeque ordinationis, decretum divina [illegible] mandamus, firmamus, [illegible], ut nullus sacrilegi temeritatis minus violare praesumat. Sed si forte (quod absit) aliquis diabolica fraude, [illegible] vel qualibet sinistra [illegible], tentare, & violare praesumpserit, & non infra quinquagesimum, vel sexagesimum diem [illegible], vel emendare studuerit, omnis anathematis a Sancto Moyse, sive a Sanctis Patribus, constitutis vinculo feriatur. Insuper centum [illegible] libras Regiae Potestati, quae pro tempore fuerit, & praefato venerabili loco, tamen in omnibus salvo semper honore Florentini Episcopi, solvere cogatur; & ab Ecclesia Dei sequestratus mundum circuire non [illegible]; nusquam praeterea ei locus [illegible], nisi cum Dathan, & Abiron, & Iuda, ad futurum Dei iudicium, ubi fletus erit, & stridor dentium. Hoc etiam ratum, stabileque firmamus, & de eadem Congregatione Monasterii Abbatissa a sororibus eligatur, Antistitis tamen dignitate praelata, quamdiu inter eas tali digna [illegible] omnibus placens inveniri poterit. Quicumque autem huic sancto, & venerabili loco servientibus operam exhibere studuerit, illorum contubernio mereatur praefici, quibus in futuro examine omnipotens Dominus dicturus est: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, &c.

Actum Florentiae feliciter.

✠ Ego Ioannes Tusculanensis indignus Episcopus, sanctaeque Romanae Ecclesiae Cardinalis, rogatu Florentini Episcopi subscripsi.

✠ Ego Raynerius Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus indignus, huius nostri decreti paginam propriae manus subscriptione confirmans roboravi.

✠ Ego Gaufredus Perusinus Episcopus, hoc decretum laudans subscripsi.

✠ Ego B[illegible]ardus indignus Archidiaconus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Petrus Sanctae Florentinae Ecclesiae Canonicus, & Levita, indignus huic ordinationi voluntarie consensi, & subscripsi.

✠ Ego Rozo S. Florentinae Ecclesiae Archipresbyter subscripsi.

✠ Ego Martinus Presbyter, & Praepositus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Ioannes Levita, & Canonicus interfui, & subscripsi.

✠ Ego Paulus Subdiaconus, & Canonicus interfui, & subscripsi.

✠ Ego Guido Clericus, & Canonicus interfui, & subscripsi.

✠ Ego Dodo Presbyter consensi, & subscripsi.

✠ Ego Presb. Gratianus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Theobaldus Cantor consensi, & subscripsi.

✠ Ego Petrus Presb. & Canonicus interfui, & subscripsi.

Nunc Charta haec ad examen revocanda est. Primum dicit *Raineriut*, se huic Monasterio concedere quicquid *Rodulfus Gislae* pater ab suis antecessoribus iuste habuit, & sunt bona in Canaparia, in Vallia, & in Capiteto. De Vallia & Capiteto, agri Mucellani, alibi locuti sumus, hoc est *pag.* 762. 755. 738. & de iis agit *Brocchius in Descript. Mucilli pag.* 182. & 191. Canaparia quoque in Mucillo esse videatur. Licet non ignorem, Canapale esse in agro Pisturiensi; Canapitulam, circa Vallem Sevis, de quibus superius *pag.* 71. 563. 678. Sed forte pro *Canaparia* Capanstia legendum est, quae quidem in Mucillo, vel eius finibus, exsistit, ut apud *Gamurrinium* in *Gente Ubaldinia* legitur. Ecclesia autem B. *Mariae* Ferlausae ubinam fuerit? Num *Ferraliae* pro *Ferlausae* legendum est? Ferralia autem in Mucillo pariter est, & in Plebato Vallisae, ut videre est apud *Brocchium Descript. Mucil. pag.* 188. Sed eius Ecclesia D. *Nicolao* sacra est. Potuit tamen antiquitus esse ibi Ecclesia etiam S. *Mariae*, quae tandem perierit. Ecclesia autem B. *Petri* in Horlagio, putanda statim est nostra Ecclesia S. *Petri Scheradii*? Non videtur: nam hic

lis una a Sancto *Petro Scheradio* denominata eſt [a]. Huius Eccleſiae memoriam vel ab anno MX. repetunt quidam; & *Ioannes Villanius* in primis [b], qui ad illum annum de ea agit. A *Rodulfo* Tudertino Epiſcopo dedicata anno MLXVIII. fuiſſe perhibetur; & confirmat Inſcriptio; ſed fidei, ut mihi videtur, ſubleſtae. Nam huius *Rodulfi* in Tabulariis Tudertinis ne gry quidem. Falſum autem eſſe videatur, quod *Attho* Vallumbroſanus ſcribit, *Rodulfum* Tudertinum, pro *Petro* depoſito, ordinatum fuiſſe Epiſcopum Florentinum. Numquam enim *Petrus* ab Epiſcopatu deiectus eſt: nam & poſtquam *Petrus* Monachus per ignem inlaeſus evaſit, ut *Petrum* Epiſcopum ſimoniacum eſſe

hic *Raineriat* Epiſcopus Eccleſias recenſet omnes extra Vrbem ſitas, & bona agri Mucillani fere omnia. Num legendum Eccleſia S. *Petri* in Curte Locus? Lacus enim locus celebris Mucilli fuit, & in territorio Plebis S. *Petri* Valliae, ut tradit *Brocchius Deſcript. Mucilli pag.* 184. & conſtat ſuperius *pag.* 91. 95. 97. 98. 140. Inde factum fortaſſis *Curlacio*, & deinde corruptius *H·rlagio*. Veroſimilius videatur: & tunc fortaſſis fuerit Plebea ipſa S. *Petri* Valliae, non a Vallio, ſed a proxima Curte Locus, denominata. Eccleſia S. *Benigni* mihi protius ignota eſt; ſed & ipſa forte in Mucillo exſtabat. Vbi de Mucillo Scriptor egreditur, ita circumſcribit Eccleſiam, ut intelligatur Eccleſia S. *Felicis* alibi ſita eſſe, & prope flumen Imam conſurgere. Coridaria, legendum puto *Viridaria*, vulgo *Verzaria* ad Suburbium S. *Frigidiani*; niſi melius *Caldaria* reſtituas, qui eſt Mucilli locus, ut ſuperius *pag.* 789. 791. 756. 758. elucet atque eminet. Perticaria Caſtellum eſt in Plebatu S. *Leolini* Rimani, in Valle Arni Superiori, & Faeſulana Dioeceſi, ut ſuperius *pag.* 541. videre eſt; ſed forte alia Perticaria in Mucillo fuit. Caſtrum Aquariae, & Caſtrum, quod dicitur, Caput de Corſa, puto eſſe pariter in Mucillo; ſed legendum opinor *Caſtrum*, quod dicitur *Caput de Corza*, quod a *Corza Veteri* diſtinguebatur. An non fuerit idem ac *Calicarea*, de quo in Chronico *Laurentii a Lutiana*, *pag.* 45? Quemadmodum ibi erit *Mons Raceali* ſi recte ſcribitur; cenſeo enim reſtituendum *in Curte Montis Floſcali*, de quo *Brocchius Deſcript. Mucilli*, *pag.* 94. niſi melius *Montis Caroſi*, ſeu *Montis Razi*, ſeu *Montis Razali*. Vbi *Pergaria* habetur, *Vergaria* reſtituendum exiſtimo; nam huius vel ſimilis nominis loca occurrunt, ut ſuperius *pag.* 211. 214. 563. exſtat. Vergarium enim in agro Piſturienſi eſt, Mucillum aut Vernium verſus; quemadmodum in Mucillo eſt *Vetta*, ſeu *Vetula Carza*, de qua diſſervi ſuperius *pag.* 791. & agit *Brocchius* laudatus *pag.* 28. 57. 212. 213. Confinis quoque Mucillo Mons Morilli eſt. Caſtrum Termi ubi exſtet, mihi eſt omnino incompertum; niſi potius legendum eſt *Caſtrum Veruti*, quod pariter eſt Mucillo conterminum. Sed forte Caſtrum Tirli reſtituendum eſt, de quo egi ſuperius *pag.* 756. Quaenam haec *Giſla* matrona pia & dives fuerit, non facile eſt aſſequi. De ea diſſerui ſuperius *pag.* 103. & ex hoc *Raineri* Epiſcopi Diplomate patet, *Rodulphum* eius patrem fuiſſe, qui in Mucillo ab Epiſcopatu fundos, & bona, obtinuerat. *Rodulphum* hunc Comitem illum Florentiae putarem, qui anno DCCCCLXXIV. vivebat, & de quo verba feci ſuperius *pag.* 391. ſed ſi ille fuiſſet, titulum *Comitis Rainerius* eum nominando non omiſiſſet. Fortaſſis *Rodulphus Ieremiae* fil. fuerit, qui una cum *Pera* & *Azone* fratribus, ſub exitum ſaeculi X. vel ſub initium inſequentis, domum in Caſtro Petrae Melſulae, quod in territorio Plebis Valliae eſt, ut tradit *Brocchius pag.* 183. & conſuli poteſt ſuperius *pag.* 28. 44 787. ſiram Epiſcopatui obtulit, ut ſuperius *pag.* 987. videre eſt. Hic quidem Mucellanus erat, ut videtur. *Ieremias* autem ille filius *Ildebrandi* fuerit, qui multa Canonicae Florentinae in Mucillo exſiſtentia donavit; ut videre eſt ſuperius *pag.* 108. *Fidel. Soldanius Epiſt. X. pag.* 57. hanc *Giſlam* genti a Rivo Caſuli cognominatae adtribuit, tamquam *Rodulphi III.* uxorem. Ceterum multa eorum, quae heic commentatus ſum, pro meris coniecturis habeantur: nam Diplomatis huius intelligentia valde obſcura & difficilis.

a Conſule ſuperius *pag.* 128 260.

b *Lib. IV. Cap. V.*

Zzzzzzzzzz a Alii

esse miraculo evinceret, ille semper Episcopus Florentinus permansit; & mense Iulio anno MLXVIII. Cathedra Florentina adhuc potiebatur [a]; & probabiliter usque ad annum circiter MLXXII. talis vixit [b], cui deinde *Rainerius* successit. Si *Rodulfus* vere Tudertinus Episcopus fuit, & ab *Alexandro* II. Pont. Max. Florentiam missus est: non quidem ut Ecclesiam Florentinam regeret; sed ut Ecclesiae Florentinae turbas a Monachis excitatas componeret, id fecisse videatur: quemadmodum antea *Petrus Damiani* Cardinalis Ostiensis eadem de caussa legatus fuerat. Annon fuerit Episcopi Florentini Vicarius, ut alter Episcopus Tudertinus *Andreas* circa annum MCCCLVI.? [c] Itaque si *Rodulphus* huc venit, Ecclesiam S. *Petri Scheradii* dedicaverit, venia a *Petro* Episcopo quomodocumque habita. Inferi-

a Adi superius *pag.* 105. Probat id Charta apud *Franc. Mar. Florentinium in Vita Mathildae*, quam produco:

In Christi nomine. Breve pro modernis, & futuris temporibus securitatis, & firmitatis, ad memoriam habendam vel retinendam, qualiter infra hanc Urbem Luca, prope Ecclesiam Domus Episcopatus S. Martini, praesentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, in praesentia D. Beatrix uxor Domni Gottifredi Dux, & Marchio. Petrus Presb. fil. b. m. Beritt, & Henrigo fil. . . . . per una cartula de pignu, que q Aberto, qui fuit fil. b. m. Albons, fecit in persona suprascripti q. Beriti, qui fuit genitor sup. Petri Presb. reinvestierunt Fraipertus Iudex, & Vicedomino praed. Ecclesie Episcopatus S. Martini, & Blanchardus Archidiaconus de praed. Ecclesia, apure suprad. Ecclesie Episcopatus S. Martini de investitura quas ipsi habebant de illis casis, & terris, seu rebus, qui ipse Petrus Presb. & Henrigo abebant, & detinebant in loca, & finibus Vico Auserissore, & in loco Asciano, & in eorum finibus, quas praed. Ecclesie Episcopatus S. Martini per ipsi cartule erant pertinentes; & insuper spoponderunt se ipsis qui supra Petrus Presb. & Henrigo, adversus praed. Flaipertus Iudex, & Vicedomino, & Blanchardus Archidiaconus, quod si unquam tempore ipsis qui supra Petrus Presb. & Henrigo, vel eorum heredibus praedicte Ecclesie Episcopatui S. Martini de praed. rebus disvestissent, aut de praedictis investitura adversus eum d. Ecclesia Episcopatui S. Martini egissent, aut coosoffrent, vel per Placito fatigare fecissent, per se ipsis, vel per eorum submissa persona, vel per eorum ingenium, quod componere debeant ipsi Petrus Presb. & Henrigo, vel eorum heredibus apars suprad. Ecclesie Episcopatus S. Martini pena argentum optimum libras centum. Unde ipse Flaipertus Iudex, & Vicedomino, & Blanchardus Archidiaconus fecerunt praed. Petro Presb. & Henrigi meritum anulo uno de auro pro ipsa reinvestitura, seu suorum sponsione confirmandum secundum legem, presentia Hubaldi Episcopi Savinensis; Dodi Episcopi Rossellensis . . . . Episcopi Tuscolanensis; Leo Episcopi Pistoriensis; Petri Episcopi Florentinensis . . . . . Episcopi Fesolanensis; Widi, Huberti, Petri, Teudigrimi, Gerardi, & item Uberto, Sigifredus. Hugi, Tendergi, Hubaldi Iudicibus. Wido Comes fil. b. m. item Widi, qui fuit similiter Comes, Ildebrandi, & Alberti Comitibus germ. fil. b. m. item Ildebrandi, Sigelmi, & Fraolmi germ. fil. b. m. Morelli, Hugo Vicecomes Pisensis, Lamberto, & Henrigo germ. fil. b. m. item Lamberti, Pandolfus q. Hugeri, Guntolino de Pisa, & Sisemundo filio suo, & reliq. Hoc factum est anno ab Incarnat. Dom. nostri Iesu Christi Dei aeterni Millesimo Sexag. Octavo. 8. Iulii Indict. . . . Flaipertus Iudex, & Missus D. Imperat. SS.

Subscribunt, & alii Iudices.

b In Regesto Episcopatus anno MLXXII. die prima Decembris, Ind. VI. *Petrus* Episcopus occurrit; sed forte MLXXI. legendum est. Consule superius *pag.* 786. Nulli tamen anno Indictio respondet; non enim tunc Indictio VI. sed X. vel IX. currebat.

c Vide Chronicon *Laurentii a Lutiano* *pag.* 125.

a Adi

ſcriptio eſt, quam alibi adtulimus [a]. Priores huius Eccleſiae offendi nonnullos:

Petrum anno *MCXVI.* [b]

Caciam anno *MCLXXXIX.* [c]

Corſinum anno *MCCLXIV.* [d]

Ioannem anno *MCCLXXXVI.* & *MCCIIC.* [e]

Nerium Abatium anno *MCCCIV.*

Philippum Nerii F. *Philippi* N *Guidonis* Pron. *Ab Antilla*, anno MCCCXLIX. Epiſcopus Ferrarienſis renunciatus eſt; a qua Sede ad Florentinam deinde tranſivit. Anno MCCCXXXV. Papae Cappellanus erat.

Pandulfum Lunam anno *MCCCCLXXXVII.* [f] & *MDVII.*

Huius Eccleſiae pars, navis ſcilicet, quae Septentrionem ſpectabat, ſub initium ſaeculi XV. everſa fuit; alii tamen hanc deſtructionem annis centum, & quod excurrit, antiquiorem adfirmant. Sed ea navi deleta, quum deformis Eccleſia remanſiſſet, altera quoque navis muro intermedio ſeparata eſt, quae ad Meridem vergebat; & Societatis cuiuſdam coetui excipiendo deſtinata: quae tamdem & ipſa diruta eſt, ut Novem Virum habitationis commodo cederet. Media itaque & princeps navis adhuc ſupereſt; ſed & ipſa quidem parte anteriore mutila; & Canonica, & Turri campanaria, & Portica, ut olim habebat, carens; quo ibidem aedificari poſſet Periſtylium illud elegans; & magnificum, in quo ſedes ſuas diverſi Civitatis Magiſtratus haberent: quod ſub *Coſma I.* Principe contigit. Anno tamdem MDLXXXI. & Prioratus titulum, & Paroeciam, amiſit; & ille quidem Eccleſiae S. *Remigii* additus eſt; haec inter Eccleſias S. *Stephani* ad Pontem, & eiuſdem S. *Remigii*, diſpertita ac diviſa. Quare ad Beneficium ſimplex redacta, *Gregorius XIII.* Pont. Max. auctoritate, Quaeſitori haereticae impietatis Florentino cum ſuis reditibus attributa eſt. Hinc & ad eum pervenit ius patronatus Eccleſiae S. *Leonardi* in Arce Veteri, vulgo *Arcetri*, cuius dominium ad Priores S. *Petri Scheraggii* pertinebat [g]. Animadverſione dignum eſt, Conventus Populi Florentini in hac Eccleſia antiquitus celebrari interdum ſolitos fuiſſe [h]. *Mo-*

a Adi ſuperius *pag.* 105.
b Adi ſuperius *pag.* 946.
c Superius *pag.* 958.
d Superius *pag.* 977.
e Conſule ſuperius *pag.* 261. 717. 942.
f Adi ſuperius *pag.* 509. 510.

g De hiſce omnibus agit *Ioſeph. Richa Tom. II.* a *pag.* 1. uſque ad *pag.* 32. *Paul. Minuccius Deſcript. MS. Eccleſ. Florentin. Mich. Poccianticus Eccleſ. Floren. Deſcriptio Dioeceſ. Florent. MS.*

h In Libro expenſarum Magiſtratus Mer-

Monasteria intra Vrbem, quaqua in praesens eius ambitus patet.

Sancti *Frigidiani* Parthenon, cuius titulus est S. *Iosephus*. De hoc agimus, quatenus Ecclesia Sancti *Frigidiani* ei adnexa est [a], in qua Ecclesia quid iuris Episcopo competat, superius edissevimus [b]. Ceterum Parthenon hic a *Francisco Soderinio* Presbytero Cardinali institutus fuit, qui cum anno MDXIII. huius Ecclesiae Prior esset (tunc gens *Soderinia* patrona Ecclesiae erat) duodecim eam Puellis concessit, & amplum Asceterium contiguum suo aere construxit [c]; in quo deinde multiplicatae sunt Sanctimoniales, quae institutum Sancti *Benedicti* sectantur; seu melius, institutum Clericorum Saecularium in communi viventium [d]. Ad hoc Monasterium spectat Sacellum Sanctae *Mariae*, quod super Pontem ad Carrariam est [e].

Coenobium Sanctae *Mariae Maioris*, cuius meminimus [f], quum de hac Ecclesia superius egimus, & quid iuris in ea habuerit Episcopus Florentinus ediximus. Ecclesia haec a Capitulo Florentino concessa fuit Carmelitis [g] Congregationis Mantuanae, qui in Coenobio Sancti *Barnabae* antea morabantur, quum Oratorium Sancti *Clementis* in Via Sancti Galli deservissent [h]. Contigit id, si *Meliorio* fides habenda est, anno MD-

Mercatorum Florentiae, anno MCCCLXX. exarato, expensae feruntur librae quinque singulis semestribus, & solutae *Benedicto Vannis* F. Remendatori *pro pulsatura Campanellae Sancti Petri Scheradii*; Conventus scilicet, quem habebant Iudices Mercatorum pro Sextu Sancti *Petri Scheradii*, ut opinor.

a Vnita fuit anno MDLI. die XXVIII. Aprilis, ut ex Descriptione Dioecesis *Nicolinii* Archiepiscopi.

b Consule supra *pag.* 979.

c *Michael Poccianttus Eccles. Florent. pag.* 153. *Paul. Minuccius Descript. Eccles. Florent. MS.*

d Habetur in veteri instrumento.

e *Paul. Minuccius* in *Descriptione Eccles. Florent. MS.* qui scribit donatum ei fuisse a *Thoma Laurentii F. Soderinio*, anno MDXVII.

f Adi superius *pag.* 954.

g Concessum illis fuerat anno MDVIII. *Poccianttus Eccles. Florent. pag.* 167. *Meliorius pag.* 434. *Richa Tom.* 3. *Eccles. Flor. pag.* 269. Oratorium Sancti *Clementis* illis concessum anno MDVI. fuerat. *Meliorius* vidit instrumentum secundi contractus facti anno MDXXXIX. inter Canonicos Ecclesiae Florentinae, & Carmelitas, ideo dixit, Carmelitas huc migrasse anno illo; non vidit autem primum, quod vere anno MDXXI. conditum est. Adi *Richam Tom. III. Eccles. Florent. pag.* 269. Quin Inventarium rerum mobilium huius Ecclesiae traditum fuit Carmelitis anno MDXX. ut constat ex instrumento.

h Quoniam *pag.* 960. *& seqq* variorum instrumentorum Archivi Capituli Florentini compendia exhibui, quod in his de Ecclesia S. *Mariae Maioris* ageretur; quaedam vero imprudens omisi; alia, ut brevitati consulerem, voluntarie praeterivi; heic omissionem aliquatenus subplere animum induxi: sunt autem insequentia:

1126. Indeinus q. Dominichi Cavacapo, & Mitilda uxor eius, cum consensu dicti sui viri, & interventu Francisci filii Ioannis Guittonis, & Bernardini della Fura, dictae Matildae propinquiorum, concedunt, & dant iure pignoris Tusae uxori Davizi filiae q. Me-

MDXXXIX. Alii dicunt, anno MDXXI. & melius, ac verius; nam *Meliorius* aperte falsus est. Quum anno MCCCCXXXV. *Eu-*

q. Meliorelli vice Ecclesiae S. Mariae Maioris terram positam in loco Carre Ripaldi, cui a duobus lateribus eiae, a tertio casa, & terra Monasterii S. Romuli sito Fesule, a quarto casolare eorumdem iugalium, eum pacto quod ipsi dateri essent infra certum tempus dictae Ecclesiae libras 16. bonorum denariorum Lucensium; sin autem dicti Tula, & herades, alienarent dictam terram, & adimplerent dictam promissionem &c. Anno Incarnationis 1126. 5. Idus Martii Ind. 5. testibus Adimari nepote Cose, & Malabranca, & Vgaccione Saveli, Ildibrandino filio Petri Manairi, Begatto Bonecose, Asone Fosco, & Iambonello, & Bernardino della Silabra, &c. Petres Notarius, Ioannes Notarius, Runaldus Causidicus, Odaldus Causidicus, & Rolandus Notarius, exemplaverunt suprascriptum Instrumentum, & subscripsernut, &c.

1159. Gilielmus Ecclesiae, & Canonicae Sanctae Mariae Maioris Prior permutat bona cum Talea filio Gerarducci Bugie, & Beamtendi eius filio, & Angelica, & Turrisciana matre, & filia, eorum uxoribus, videlicet d. Prior dat petium terrae ibi prope libellario nomine, & dd. Iugales dant petium terrae in Arcoata, cui confinant terra Beniocasae filii Passerini, filiorum Benincasae de Capitulio, & filiorum Bene del Brogia, anno Incarnationis 1159. 6. Idus Iannarii Ind. 8. testibus Bernardino filio iam Bonicini, & Nicolao filio Reinaldi Gulfieri, & Rolando filio Boni della Mona, & Rustichello filio Bernardini Fenci, & Cige Pitti filii Iaunucci, & Camilia filio Petri Pali, & Tamoso filio Perdilucci, &c. Subscribunt Regnerius Ecclesiae Presbyter & Canonicus, & Bubuleus Canonicus, &c. Galitior Iudex, & Notarius, &c.

1159. Boneinsegna, & Alemannus, germani filii Deotaioti, & Bonadonna, & Beatrix, uxores eorum, vendunt Ecclesiae, & Canonicae Sanctae Mariae Maioris in qua D. Geiglielmus erat Prior, sextam partem medietatis unius petii terrae, & culti in Arcoata positi. Confinant Beneincasae filii Passerini Benincasae de Capitolio, & filiorum Bene del Brogia. Anno Incarnationis 1159. pridie Kilendas Februarii Ind. 8. testibus Bernardino filio Fenei, & Bellino, & Bonaguida germanis, & filiis Folliudae, &c. Galitius praed. Notarius, &c.

1161. Domnus Goiglielmus Prior, & Rector Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris concedit in emphiteusim Segnae filio Ildebrandini, & suis heredibus unam casam pro annua pensione in hegdomada Nativitatis Domini 11. denariorum bonorum Lucensium. Anno Incarnationis 1161. octavo Kalend. Octobris Ind. X. testibus Bernardino filio Fenceri, Buonetto filio Martini, & Francisco Ioannis. Enricus Iudex, & Notarius.

1164. Guilielmus Prior Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris concedit in emphiteusim Orlandino genero Galli, & Mingardinae uxori olim Galli, petium terrae cum casa in Burgo de Campo Corbulini, cui confinant Vecellitti Bruni, & Ianucoli de Calenzano, pro annua pensione in Nativitate Domini denariorum sex. Anno Domini 1164. 18. Kalendas Iulii Ind. 12. Testibus Caiterino filio Nigri, & Vbaldino filio Malchiavelli, & Gualcherimo de Burgo de Campo Corbulini, & Bonguanello filio Petrucci Orearii, & Bellincionis, &c. Bubuleus Iobic. Presbyter Renerius consentiens subsc. &c. Ingilbertus Iudex, & Notarius, &c.

1183. Albertus Magister, & Berta uxor eius, offerunt Domino Rainerio Priori Sanctae Mariae Maioris casas, & terras Florentinae, & in Comitatu, reservato usufructu. Anno Incarnationis 1183. Idibus Octobris Ind. 14. In praesentia Bonacursi filii Iacobi, & Guiglielmetti filii Ioannis della Schiatta, & Opizini filii Bernardini, & Donusdei filii Acritolchi, & Borghensis filii Donaroli, & Rinerii Medici testium, &c. Pax Iudex, & Notarius, &c.

1181. Pratulus q. Magnolini, & Contessa iugalis eius, donant Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris, ubi Ioannes erat Prior, casas, terras, & vineas, &c. in Campo Corbulini, & terras, & vineas ad Arcum positas. Anno Incarnationis 1182. pridie Kalendas Augusti Ind. 12. Actum inter Arcora in praesentia Donosdei filii Azonis, & Opizini filii Bernardini Fenei, & Riceomanni filii Bellini, & Vgieclonis filii Buiardi, & Palmieri filii Necoli testium, &c. Galitius Iudex, & Not.

1184. Clarus Prior Castoa, & Administrator Ecclesiae, & Canonicae Sanctae Mariae Maioris, concedit ad livellum Seniorello filio Russi, & heredibus casam in Campo Corbolini, cui casa Gualfredi, & casa Ioannis Fabri. Anno 1184. ab Incarnatione Nonis Novembris Ind. 3. &c. Testes sunt Raynaldus filius Gherardi, & Clarus filius Baiardi, & Bene fil. Ioannis, & Vallonellus

Aaaaaaaaaaa filius

Eugenius IV. Parthenonem S. *Barptolemaei* Gignori, seu S. *Mariae Reginae Caeli*, in Via S. Galli subpressisset; ibi Carmelitae

filios Rustici, &c. Ioannes Iudex, & Notarius, &c.

Di Prior praedictus concedit ad livellum unam casam positam Florentiae prope Turrem Caruca Bernardino filio E . . . tis, & heredibus. Anno Incarnationis 1184 Idibus Novembris Ind. 6. in praesentia Gerentis filii Bertuldi, & Ricoveri filii Balduvini, & Orlandi filii Guicciardi, & Ardingoli, testium.

1185. Magnarius, & Bagnus, germani filii olim Seniorelli Tebaldi, & Gualando filius eiusdem Magnarii, consensu dicti sui patris, & Fretia uxor dicti Magnarii, & Altucle a uxor dicti Bagni, offerunt Claro Priori Ecclesiae, & Canonicae Sanctae Mariae Maioris petium terrae in loco dicto Casala, cui a primo Gentile fil. quondam Azati fil. Guitte, a secundo Benincasae fil. Passerini, a quarto Ioannis filii Franculi. Actum Sexto in domo dictorum fratrum, Comitatu Florentino. Anno 1185. 8. Kalendas Martii, Ind. 4. Testibus Lombardo filio quondam Orlandi, Sal. . . . filio Barge Carissimo filio Biandolfini, & Bernardino filio Guidise. Petrus Iudex & Not. rog.

1194 Beittus fil. olim Sitae facit pactum, quod homines qui in futurum habitabunt super terram quam eadem die acquisivit ab Ecclesia S Mariae Maioris, venire facient ad officia divina audienda ad ipsam Ecclesiam, & ad sepulturam. Insuper pro emptione terrae positae in Hurto S. Mariae a dicta Ecclesia facta, sepulturam in dicta Ecclesia pro se, & descendentibus natis, & nascituris infra septennium morituris eligit. Anno ab Incarnatione 1194. 6. Kalendas Aprilis Ind. 12. in praesentia Silvii Ambrusii filii Nigri Toppoli, & Gianni filii Rusticbelli, Manni, & Arrighi filii Bonctoli, testium, &c. Ioannes Iudex, & Not. &c.

1198. Ildebrandinus q. Guittonis, & Brunicta uxor eius, concedunt Domino Claro Priori Sanctae Mariae Maioris pro sua Ecclesia petium terrae a Casciulis in dominicatam dictae Ecclesiae. Anno 1198. 15. Kalendas Ianuarii Ind. 2. &c. Testes sunt: Ofriazinus filius Demerdini, Baiocinus filius Buonis, Trebaldus filius Ildebrandini. Bal . . . e fil. Buiamontis, Marchius filius Calteriti, &c. Ioannes Iudex, & Notarius. &c.

1227. Arriguccius, Vguccione, & Ioculus fratres, & filii olim Compagni Arriguccii, vendunt sive renonciant petio terrae posito in Arcovata D. Presb. Dietifeci Priori Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia recipienti pro solidis quinque Pisanis. Anno 1227. 6. Idus Maii, Ind. 15. &c. Restaurus Iudex, & Tabellio. &c.

1231. Buonamus, & Buonella fratres, & filii q. Davanzati, pro se, & Iacobo, & Adimario, eorum fratribus, vendunt Domino Henrico Canonico Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris, fil. Ferrantis, pro se, & eius heredibus recipienti duas petias terrae infra territorium de Quinto loco dicto Alle Producte, & ibi prope, quibus inter alios Renuccius Savini, & Bartolus Gennarii, pro libris 46. & denariis 15. bonorum denariorum Pisanorum ad rationem denariorum 55. Anno 1231. nono Kalendas Ianuarii, &c. Iacobus Iudex, & Notarius.

Actavianus del Davanzato vendit Vbaldo Diacono, & Canonico Sanctae Mariae Maioris Florentiae petium terrae, & rei, positum in territorio Sexti pro se, & suis heredibus. Anno Incarnationis 1231. 13. Kalendas Martii Ind. 5. Testes sunt Dietifeci Prior S. Mariae Maioris, Giannes Presbyter de Columnata, Aulelmus filius Doni, & Balduvinus, &c. Mainettus Iudex, & Notarius.

1232. Riccius q. Bonaccursi, & Davanzatus eius filius, vendunt Diotefeci Priori Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia petium terrae, & vineae, & rei, positum ad Casciullam prope Refredum, a 4. Lamberti filii Clariti Pilli, & pro eis fideiubet Dunos filius q. Manetti Donusdei, & praedd. consensit Marchiesa uxor dicti Riccii. Anno 1232. Nonis Augusti, Ind. 5. &c. Testes sunt Presbyter Mazzettus Ecclesiae Sancti Stephani de Sertiano, Donus Bernalotti, Gavinus filius Duppli, Petrus filius Paganelli. Ioannes Amatoris de Calenzano Notarius, ex Imbreviaturis Ser Bonivi.

Bonaccursus filius olim Cambii Rafoadoris de Sexto vendit Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris petium terrae, & rei positum in Casale novo prope viam Petrosam in territorio Sexti, cui a primo, & secundo Ruggerii, & Reynaldi filiorum Gianni Soldanerii, a tertio Gherardi Malagalliae, a quarto Meliorelli fil. Bonacursi Malagalgue pro pretio lib. 12. & sold. 6. minus unum pane. Anno Incarnationis 1232. 7. Idus Februarii Ind. 6. & promittit pro dicto venditore Siminettus de Campo Corbolini filius olim Bellindoti. Item dicto anno X. Kalend. Martii, Ind. 6. Christiana mater, & Iouanna uxor

tae illi etiam habitarunt; donec anno MCCCCLIII *Nicolaus* V. Sanctimonialibus illum restituit. Sciendum siquidem est, Carmelitas quosdam eorum, qui Florentiae in Monasterio Sanctae *Mariae* Montis Carmeli morabantur, amore severioris disci-

xor dicti venditoris ratificant, &c. Actum Sexti io praefentia Vbetti de Dulci de Colonnata, & Ruggerii q. Ardiccionis de Sexto testium, &c. Donatus Iudex, & Not.

1233. Bona filia olim Orlandini, & uxor q. Gianichini, donat D. Diotifeci Priori Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia domum, & possessionem, & rem positam in Campo Corbolini, quibus a secondo Boonaiuti, a tertio Ventorae Gualfredi, cum consensu Benincasae Giannonis sui Mundoaldi, qui etiam pro ipsa fideiubet. Anno Incarnationis 1233. Indi 7. le..timo Idus Martii, praesentibus Gottolu Sarto, Bernardino filio Viviani de Coldipreta, Gianni de Montebuiano, & Ioanne Canonico Sanctae Mariae testibus, &c. Bonagiunta Burnetti Notarius ex commissione Iacobi Not. rogati.

1234. Melioratus q. Ildebrandini de Villa de Colonnata de loco ubi dicitur Fonte vendit Diotifeci Priori, & Yconomo Ecclesiae, & Canonicae Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia petium terrae, & rei positae in dicta Villa in loco dicto Fulignano, cui a secundo Vberti Tedaldi, a tertio Guistonis Ildebrandini, a quarto dicti Meliorati, & fil. Compagni, & Guidonis, pro libris 18. bonorum denariorum Pisanorum. Anno Incarnationis 1234 pridie Nonas Aprilis, Ind. 7. &c. & deinde 13. Kalendas Maii anni praedicti Abernante oxor dicti Meliorati consensit in praesentia D. Matthaei Canonici Sanctae Felicitatis, P. Ioannis Rectoris Ecclesiae Sancti Romuli de Colonnata, & D. Henrici Canonici Sanctae Mariae Maioris, testium, &c. Benvenutus Martinelli Notarius, &c.

1236. Presbyter Diotifeci Prior Ecclesiae, & Canonicae S. Mariae Maioris cum consensu DD. Vbaldi, Henrici, & Ioannis, & Bencivenni Canonicorum eius ex una; & P. Rainaldus Rector Ecclesiae S. Mariae de Paterno, ex altera parte; quum Ecclesia ipsa de Paterno, & ipsius Cappellani, vel Rectores pro tempore tenerentur annuatim praestare Ecclesiae suprascriptae S. Mariae Maioris starios quindecim, & unam eminam grani nomine ficti ad rectum starium Florentinum rasiere, qui currebat tempore quo confecta fuit publica scriptura de ipso affictu solvendo sub 1195. pridie Kalendas Octobris Ind. 14. & unam tortam de sex filiquis ovorum cum tanto caseo qui bene sufficerat, pro terris, & rebus, quas dicta Capella de Paterno a dicta tenet Ecclesia Sanctae Mariae Maioris: redigunt dictum affictum ad starios 15. boni, & puri grani ad rectum starium Florentinum qui nunc est; & starius ille esse intelligatur qui datus fuit, & inventus aeneus, pro Communi Florentiae anno praeterito, tempore D. Campagnonis Poltronis tunc Potestatis Florentiae, & ab ipsa Potestate; & actum est expresse inter eos, quod si aliquo tempore dubium, discordia, vel quaestio, oriretur inter eos, vel successores eorum, de stario isto aucto, vel diminuto, debeant recurrere ad libras, & pondus, & ponderare frumentum quantum sine vasa, & absque sacculo, capiat in pondere librarum 40. & intelligatur esse sextarius. Anno ab Incarnatione 1236. sexto Kalendas Octobris Ind. 10. testibus P. Confrate Canonico Plebis de Vallis, P. Ioanne Rectore Ecclesiae de Cetreto, Bencivenne de Lonsegna, Bernardo filio Giani Brunulde, Gualterio Clerico servitore dictae Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris, & Furso filio olim Buonaccursi Gherardi, &c. Albertus magnae Curiae Friderici Romani Imperatoris Iudex, Iacobus Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius.

1238. P. Diotifeci Prior Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia ex una, & Falconerius Benincasa ex altera, compromittunt eorum differentias super petio casolaris unius brachii cum quarta parte alterius in Apollonium Tribaldi, Benincasam Gherarduccii, & Ricoverum Tavernarium, & ipsi arbitri laudant super dicta differentia. Anno 1238. 7. Kalendas Aprilis Ind. 11. testibus Aldobrandino Guittoni, Iacobo de Cerreto Iudice & Notario, Cosa Ciccii, & Grifone Vbaldini Allii, &c. Reustius de Montecicalli Notarius.

1239. Batone, & Giunta filii Bencivenni Boni, emancipati ab eorum patre, vendunt D. Diotifeci Priori Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia petium rei positum infra populum Sanctae Mariae de Quintu, in loco dicto Nebbia; & praedictis consenserunt Pacilia uxor dicti Batonis, & Melliore uxor dicti Giuntae. Anno Incarnationis 1239. 18. Kalendas Ianuarii, Ind. 13. & fideiussit Donatus Zoccolarius fil. Gianni, populi Sanctae Mariae Novellae. Testes fuerunt Baldacchinus

sciplinae, & pristinae observantiae studio, in montem Florentia VIII. M. P. distantem, & sinistrae Arni ripae imminentem, ad Occasum, secessisse, & in Coenobium Sanctae *Mariae* Silvarum, quod nomen Pago est, Lastrae Oppido, & Gan-

nos Canonicus Ecclesiae, & Plebis Sancti Petri in Save, Gualterius filius Carfagnani, Bonacursus filius Follae, Beninc asa filius Casferini, & Bencomiatus filius Rustichelli Magistri, &c. Bonitus Iudex D. Frederici Imperatoris, & Notarius, &c.

1241. Barone filius Beneivenni vendit D. Dietifeci Priori Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia petium terrae, & rei positae infra territorium de Sexto in loco dicto la Strada alla Ragna, cui a 2. filii Gianni Soldanieri, a tertio Nepi, a quarto Giunte filii Gianni, pro libris tredecim, & solidis tredecim, & denariis decem Pisanis, & consensit Piacilia uxor eius, & pro eis promittit Gionta frater dicti Baronis, Anno Incarnationis 1241. 18. Kalendas Octobris, Ind. 15. Testes sunt P. Ioannes Ecclesiae Sancti Romuli de Colonnata, Bonacursus filius Folle, Amadure fil. Cambii de Castillione, & Donus filius Compagnini. Item quarto Nonas Decembris dicti anni dictus Beneivenni pater dicti venditoris ratificat dictam venditionem, testibus Ciccia filio Ricciolo, Spinello filio Minetti, Dono filio Compagnini, & Bencivenni filio Mangiafini. &c. Bonizus D. Frederici Imperatoris Notarius.

Montanccullus filius quondam Montancolli de Campi vendit Dietifeci Priori Sanctae Mariae Maioris pro eadem Ecclesia petiam terrae cum vinea & re positam a Campi in populo Plebis, Star. 25. & unius Panoris ad rectam mensuram Florentiae pro pretio lib. 169. & solid. 11. & den. 8. Pisanorum ad rationem lib. 6. & solid. 15. & pro eo promiserunt Grandone fil. . . . . de Campi, & Iacobus filius Cazecte; & etiam consenserunt domina Maria mater dicti Montancolli, & Adalascia uxor eius. Actum Florentiae anno 1241. 11. Kalendas Februarii, Ind. 15. in praesentia Alberti Ristori Iudicis, & Notarii, & P. Mazecti de Scitiano, & Gianni Rabellini, & Bencivenni Clerici fil. Mangernis, & Doni Clerici filii Magninii Melioris, & Giuntae qui moratur in Ecclesia Sanctae Mariae Maioris, testium, &c. Drudolus Iudex, & Notarius, &c.

1242. D. Ardengus benignitate divina Florentinus Episcopus concedit licentiam P. Dietifeci Priori Sanctae Mariae Maioris alienandi quascunque pensiones totius Parochiae, & omne ius quod habet dicta Ecclesia in quibuscunque domibus, & casolaribus in dicta Parochia, exceptis 4. domibus prope dictam Ecclesiam inter domum Apollonii, & domum Bonaiutr de Bagheria, & Favignani Caii, quas domos dictus Dominus reservavit pro pensione 18. denariorum Pisanorum, quam annuatim habere debet a dicta Ecclesia, quam pensionem 18. denariorum promisit annis singulis solvere. Anno 1242. Nonis Iulii, Ind. 15 &c. Testibus P. Pagano de Riuocumaclario P. Guglielmo Bombardo, & Augustino Canonico Plebis de Burgo, &c. Iacobus Iudex, & Notarius.

Bellincione de Tassinsia filius quond. Tignosi, & Perfecta eius uxor, cum consensu Uberti, Lei, & Carbonis, filiorum Orlandi dominorum suorum, vendunt Domino Dietifeci Priori Sanctae Mariae Maioris petium terrae, & rei positae infra populum Sanctae Mariae de Quinto, cui confinante Albertinus Alamanni filii Brandelli, filia Aldobrandini de Male, Bonaccorsi Compagni, &c. stariorum septem minus duo Panora pro lib. 14. & solid. 14. denarior. Pisanor. & pro eis promisit dictus Carbone. Anno 1242. 6. Nonas Octobris Ind. prima. Bonizus D. Friderici Imperatoris Notarius, &c.

1247. D. Dietiseci Prior Ecclesiae S. Mariae Maioris cum consensu P. Bencivenni, P. Dietisalvi, P. Donati, & Doni. Canonicorum dictae Ecclesiae, locat ad affictum Ricovero quondam Rustichelli petium terrae, & coltus in loco dicto Arcovata, praeter vineam quam dedit eidem Ricovero ad laborandum, & inter pacta conductor promittit non facere aliquid Caputgattum. Anno 1247. Ind. 5. 6. Idus Iulii, &c. Testes sunt Ranerius de Acerbino, Buonus filius Bonfantis, & Galiossa filius Mercatantis, &c. Bonictius D. Friderici Imperatoris Notarius, &c.

1250. Giunta filius quond. m Ugollini, & Ortolano eius filius, renunciant iuri cuicunque super bonis positis ad Casciollam populi Plebis Sancti Stephani, & in planitie de Quinto in loco dicto Casale, cui filiorum Soldanerii, Gherardi, Malagallie, & Meliorelli Bonacursi, in favorem Capituli Sanctae Mariae Maioris, & pro eis promittit Bartolus filius Burnetti de Corte Ugonis emancipatus. Anno Incarnationis 1250. 6. Kalendas Martii, Ind.

Gangalandi Pago, confini, se contulisse; ibique reformata vivendi ratione, eorum sanctimoniae famam late percrebuisse. Hinc in alias regiones propagati sunt, praecipuumque Coenobium Mantuae anno MCCCCXXV. habuerunt, a quo Congre-

Ind. 9. testibus P. Barone de Cerreto, Iacobo filio Bencivenni, Diotaiuti Mancini, & Buonagiunta Notario filio Burnetti, &c. Iacobus Not. ex commissione d. Iacobi, &c.

1256. Siminettus filius quondam Aldubrandini de Quinto vendit Domino Arrigo Priori Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris petium terrae, & rei positae in Casali, cui filii quondam Gianni Francoli, Gennais hered. quondam Falconerii Passerini, &c. & Donna Gemma mater dicti Siminetti consentit, & insuper fideiubet Meliore quondam Brunellini de Brunelleschis. Anno Incarnationis Dominicae 1256. nono Kalendas Septembris, Ind. 14. testibus Piero filio Guidi de Pescine, & Guidone filio Domini Herb..tti, &c. Piecus quondam Piaciti Iudex, & Notarius.

1256. Rogerius Albertini Syndicus Communis, & Populi Florentini vendit Domino Henrico Priori Canonicae Sanctae Mariae Maioris Florentiae 317. pedes terreni ipsius Communis ad pedem simplicem quadrum Aliprandi, quod terrenum dictum Capitulum habet occupatum extra murus veteres Civitatis Florentiae, & pro pretio Frater Iacobus de Septimo Camerarius Populi Florentini ad rationem duorum solidorum, & sex denariorum parvorum in summa lib. 39. & solid. 2. & denarior. 6. Anno Incarnationis 1256. 10. Octobris, Ind. 15. quo tempore Dominus Piccuccius de Concesia Vicarius Capitanei Florentini Populi, & Dominus Guiglielmus eius Iudex, &c. Testes fuerunt Iosephus filius Iacobi, & Rainerius Bucnetti. Rustichinus Benintendi Notarios, &c.

1257. Benintendi filius Benvenuti de Quinto vendit Domino Henrigo Priori Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris petium terrae, & rei positae in populo Sanctae Mariae de Quinto loco dicto N bbiaia, cui confinant Giunta filius Brandelli, Bonacursus filius Compagni, Donatus filius Gherardi, & Bencivenni Talenti, ad rationem lib. 3. & solid. 7. denariorum Pisanorum pro stariora. Anno Incarnationis 1257. 12. Kalendas Septembris, Ind. 15. Die vero sequenti, Benvenutus quondam Dandi pater dicti Benintendi ratificat dictum Instrumentum, & Ciarda dicti Benvenuti consentit. Testibus Cambio filio Bencii, Ventura filio Giuntae, Benvenuto filio Benaccorde, Bonuomo Canonico filio Petri Strada, Do. Gianni de Cazza, & Aldobrandino filio Gianni. Praeterea Ioannes filius Benvenuti praedicti fideiubet, &c. Alemannus Vgolini Notarius.

1262. Cambius quondam Beliotti de Quinto vendit Domino Dono filio quondam Compagnini Canonico Sanctae Mariae Maioris, & suis heredibus, petium terrae, & rei, positae alla Quercia in populo Sanctae Mariae de Quinto, cui a 3. heredum Domini Meliorelli Malagalliae, & Doni Donati de Quinto, a 4. Vintae filii Brandelli; & Gherardus quondam Alberti de Quinto fideiubet pro dicto venditore, & Domina Arriga uxor quondam dicti Beliotti, & mater dicti Cambii, & Domina Dilecta uxor dicti Cambii, consentiunt. Anno 1262. 15. Kalendas Maii, Ind. 5. Testes sunt Dominus Arrigus Prior dictae Ecclesiae, Latinus quondam Piovani, Guido Clericus quondam Domini Herlotti, Maffeus Clericus filius quondam Attaldi, Magister Benvenutus Medicus filius quondam Tebaldini, & Petrus Mensurator quondam Aldobrandini de Bruzzi, &c. Bonovardus q. Ruggerini Notarius, &c.

1262. Roggerius quondam Maffei, populi Sancti Pancratii, & Cambius eius filius emancipatus, vendunt Domino Henrico Priori Sanctae Mariae Maioris pro dicta Ecclesia petium terrae, & rei positae ad Cisciollam, populi Plebis Sancti Stephani in Pane, cui a 3. Guccii Siminetti. Anno 1262. Ind. 6. 4. Idus Februarii, testibus Domino Presb. Orlando Rectore Ecclesiae de Carigia, & Magistro Benvenuto Medico filio quondam Tebaldini, Incontro de Cascia, & Domino Iacobo Iudice de Cirignano. Item Domina Bellilia uxor dicti Ruggerini, & Domina Contessa uxor dicti Cambii, consentiunt dicta die, &c. Bonovardus quondam Ruggerini Notarius, &c.

1265. Dominus Henricus Prior Ecclesiae S. Mariae Maioris, P. Bencivenni Canonicus d. Ecclesiae, & Recoveratus de Florentia, Socius Magistri Benintendi, executores testamenti Magistri Benvenuti Medici quondam Tebaldini de Florentia, pro solvendis legatis dicti testamenti vendunt Presbytero Salvi Canonico dictae Ecclesiae pro eadem Ecclesia petium terrae, & rei positum nel Simbiule, pop. Sanctae Mariae de Quinto, quam dudum

Bbbbbbbbbbb ven-

gregatio huiusmodi *Mantuana* deinde cognominata est; quae quidem ab *Eugenio IV.* Pont. Max. anno videlicet MCCCCXLIII. confirmata fuit. In Vrbe tamen Florentia sedem nondum habebant, donec, ut quidam perhibent, Sanctimonialibus

vendidit dicto Benvenuto Mannel'us q. Sinibaldi, de dicto loco, cui confinant Guicciardus Vberti Lei, & cedunt iura contra dictum Mannellum, & contra Latinum Victoril Populi S. Trinitatis, & Guidorossum, voc. R ssellinum q. Domini Gottifredi de Tusinghis, & Dom. Reccam uxorem dicti Mannelli, &c. & Dominus Cambius de Peretola, Vicarius Domini Ioannis Dei gratia Episcopi Florentini, dictae venditioni consentit, ut pia dicti testatoris voluntas impleatur. Anno Incarnationis 1265. Ind. 8. 12. Kalendas Ionii, testibus Domino Buono, qui moratur in dicta Ecclesia Sanctae Maria Maioris, Bencivenni Clerico filio Bruni Bonaguide, & Ioanne Clariti, &c. Raynerius Vincii Notarius.

1271. Domina Melior vidua, uxor qoondam Benvenuti, qui Caoriolus vocabator, filii olim Martinuzzi, & filia quondam Melioris, Populi Sanctae Mariae Maioris, cum consensu Benovardi Not. filii quondam Raggerini sui Mandoaldi, pro remedio animae suae, donat Domino Henrico Priori Sanctae Mariae Maioris, pro dicta Ecclesia, unam domum, & rem posit. Florentiae in Populo dictae Ecclesiae, anno 1271. Ind. 14. 5. Idus Maii. Testes sunt Ormannus de Alciano curiae Semifontis, morans Florentiae in dicta Ecclesia, Mannellus quondam Arnoldi, Biliottus Tavernerius quondam Ferani, Vbertus filius Federighi Smilliantis, Spilliatus Magistri Benincasae, Burnettus Cappelli quondam Truffoli, Populi Sanctae Mariae Maioris, &c. Boocambius quondam Azzi Domini Friderici Imperatoris publicus Notarius, &c.

1280. Domina Bice, uxor Puccii, filii Giani de Boriano, Popoli Sancti Martini de Montughi, & filia quondam Domnae Contessae, uxoris quondam Bonaiuti Gianoi della Gherla, & dictus Puccius vir eius, & Fantolinus Notarius, filius quondam Iacobi de Cantoribus, vendunt Domino Dono Priori Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris de Florentia ius, quod habent super domo quadam posita Florentiae in Populu Sanctae Mariae Maioris, quae olim foit dicti Bonaiuti. Anno 1280. Ind. 9. 4. Nonas Decembris, praesentibus Domino Lotto Iudice Doctore legum, filio quondam Borroli de Alleis, & Domino Andrea Iudice, filio Domini Iacobi de Cerreto, Florentino quoodam Raughi Borgognonis, P. Buooo filio Belli de Septignano, & P. Ricco filio Benintendi de Sancto Colombano de Septimo, &c. Boncambius q. Azzi Notarios, &c.

1281. Masnerius quondam Aldebrandini Cypriani populi Sancti Petri Bonconsilii, & Lagherius eius filius, vendunt Domino Dono Priori Ecclesiae S. Mariae Maioris petium terrae, & rei posit. in populo Plebis Sancti Stephani in Pane, in loco ubi dicitur Casciolla, coi a tertio heredes Bindi dell' Avogado, &c. Amerius quondam Alberigi Cypriani populi Sancti Andreae de Florentia fideiubet. Anno Incarnationis 1281. Ind. 10. 16. Kalendas Februarii, testiboa P. Buono filio Billi de Septignano, Lapo Arrighi populi Sanctae Mariae Maioris, Gregorio Bartolocti popoli Plebis Sancti Stephani in Pane, & Ventura Guidi de Montughi, &c. Boncambius filius Azzi Notarius.

Convenevole filius olim Torselli de Sommaria, cui relictus foerat a Lapo quondam Bonaiuti usus unius domus positae in populo Sanctae Mariae Maioris, recognoscit ipsam pertinere dictae Ecclesiae. Anno 1281. Ind. 10. die 14. Februarii, testibus Griso filio Arrighi Bonifatii, Vanni quondam Bozzoli de Aliis, Griso quondam Troni, Barnellino filio Vbaldini de Aliis, & Claravalle qoondam Guerii, &c. Boninsegro quondam Domini Boninsegnae Consibi Nor. &c.

1289. Bartolus quondam Lapi filius olim Ser Bencivieni popoli Sanctae Mariae Maioris Florentiae, vendit Domino Dono Priori dictae Ecclesiae domum positam in dicto populo in Contrata ubi dicitur Classus Legnamini, coi a primo via, a secundo, & tertio dictae Ecclesiae, a quarto dictae Ecclesiae Classo in medio, & Lapus filius quondam Scolai popoli Sancti Salvatoris de Florentia. Anno Incarnationis 1289. Ind. 3. die 31. Octobtis, testibus Chiaravalle filio quondam Guerii Popoli Sanctae Mariae Maioris, Bernarduccio Sartore, filio Gianni de Ferraglia, & Gianni Magistro filio Raynerii de Monticelli, qui moratur Florentiae in dicto populo. Boncambius quondam Azzi Domini Friderici Imperatoris Notarius, &c.

1291. Petrus quondam Borghi populi S. Michaelis de Florentia vendit Domino Dono Priori Ecclesiae S Mariae Maioris de Florentia duas petias terrae, unam in Populo Plebis de Sexto in loco ubi dicitur Prope

Li-

bus Parthenonis S. *Mariae Reginae Caeli* extinctis, in eo Carmelitae hi habitaverunt; sed Sanctimonialibus restitutis, alio migrasse Carmelitas oportet; quo vero, mihi non constat. Illud tantum compertum habeo, anno MDVI. ut dixi, Orato-

Limitem, & aliam in populo Sanctae Mariae de Quinto, ubi dicitur a Gattesi. Anno 1291. Ind. 4. die 12. Iunii, &c. testes sunt Ser Feus Not. quondam Lapi Sartoris populi Sanctae Mariae Maioris, Cambius quondam Beliotti de Quinto, & Fide olim Pieri de Trevigne Vallis Arni, qui muratur in Ecclesia Sanctorum Apostolorum, &c. Boncambius quondam Azzi Domini Friderici Imperatoris Not.

1294. Dominus Donus Prior Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris de Florentia, petit a Domino Andrea Dei, & Apostolica gratia Episcopo Florentinu licentiam permutandi petium terrae dictae Ecclesiae posit. in populo Sanctae Mariae de Quinto, Plebatus Sexti, loco dicto Sambiule, cui a tertio Cambii Domini Duni de Pancis, cum Monasterio Sancti Donati ad Turrim, cum pluribus petiis terrarum posit. in dicto populo de Quinto, quibus Boncambii Domini Betti de Brunelleschis, heredum Lippi Ghiandonis de Brunelleschis, & Ser Donati Ser Pieri Piaciti. Actum apod Monasterium S. Miniatis ad Montem, anno Incarnationis 1294. Ind. 7. die prima Augusti, testibus D. Vgolottu Priore Ecclesiae Sanctorum Apostolorum, & Falcone Clerico filio Domini Bonacursi, de Prato, &c. Ioannes Perfecti Not.

Dictis anno, & Ind. die vero 3. Augusti, Domina Ioanna Abbatissa, & Moniales Sancti Donati ad Turrim, Plebatus Sancti Ioannis Florentiae, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentes, permutant supralcripta bona cum Ecclesia, & Capitulo Sanctae Mariae Maioris, &c.

Maffeus Lapi Raynerii de Florentia.

1296. Manettus quondam Cambii Andreae de Torrigiani populi Sanctae Mariae de Quinto vendit Domino Dono Priori Ecclesiae Sanctae Mariae Maioris petium terrae, & rei in dicto populo de Quinto in loco dicto Prodicta, cui a secundo Lapi olim Domini Brunelleschi de Brunelleschis, a tertio Domini Ioannis de Brunelleschis, & Domina Melliore uxor dicti Manetti consentit, & Cione, & Bernardus fratres dicti Manetti fideiubent. Anno 1296. Ind. 9. die qoarto Iunii, &c. Bellondus Rossi de Colunnata Not.

Dominus Donus Prior Sanctae Mariae Maioris, & duo Canonici ipsius concedunt Nello olim filio Casini Passerini dicti populi Sanctae Mariae, roganti licentiam, & baliam fundandi in terreno Classi ipsius Ecclesiae, qui est in medio a domo ipsius Ecclesiae, usque ad Casolare ipsius Nelli, & fructum, & murum fundamenti, quod nunc domus refectorii ipsius Ecclesiae usque ad planum terrae, dummodo ipse Nellus a plano terrae supra non occupet, vel supra prehendat in aedificando, & salvo iure dicti Classi, & dominio in dicto muro fundamenti fiendo dd. Priori, & Capitulo prout ante erat, &c. Anno ab Incarnatione 1296. Ind. 9. die 28. August. Testibus Salvi Mannelli populi Sanctae Mariae Maioris, Bongia Domini Iacobi de Cerreto populi Sancti Laurentii, & Ser Lippo Bonsantini de Sexto, &c. Vgacc[illegible] de Domini Raynerii Bonduhi de Florentia Notarius rogatus, &c.

1299. Talentos Prior, & Domini Vgolottus, & Vgolinus Canonici S. Mariae Maioris ex una; & Tedicius olim Manouelli populi dictae Ecclesiae ex altera; controversiam inter eos vertentem super bonis infrascriptis, videlicet: Petium terrae in populo Sancti Martini de Montughi, cui a secundo heredum Gherardini Gianius, & Francisci de Aradinghellis, a quarto heredum Casini Sentiboli, & Lapi Martinuzai Linaioli; & petium terrae in populo S. Mariae de Quinto, in loco dicto la Quercia, cui a tertio D. Rossi della Tosa, a quarto D. Betti de Brunelleschis; compromittunt in Arbitrum, &c. Anno 1299. ab Inc. Ind. decima tertia, die duodecimo Novembris, testibus Domino Presbytero Puccio Cappellano Ecclesiae Sanctorum Apostolorum de Florentia, Duccio Domini Baldi de Ascianello populi Plebis Sanctae Agathae de Mucello, Lippo quondam Gasini populi Sancti Michaelis Bertelde, Dino quondam Segnae populi Sancti Laurentii, Piero filio Morandi de Poppio, & Tegna olim Bernardi populi Sanctae Mariae Maioris. Et dictus Arbiter laudat, dicta bona spectare ad Ecclesiam Sanctae Mariae Maioris. Anno 1299. Indictione decima tertia, die ultimo Novembris, testibus Ser Talano Baldi della Tosa de Florentia, Guidetto olim Marsoppini populi Sanctae Mariae Maioris, Gianne quondam Alberti de Piategti, & Pacino Gianni de R[illegible]teri populi Plebis Sanctae Mariae de Fagna, &c. Franciscus quondam Guidonis Not. de Sala, &c.

Quum

torium Sancti *Clementis* in Via Sancti Galli iis ad incolendum fuisse concessum; & biennio post ad Ecclesiam S. *Barnabae*, quae ad Consules Artis Medicorum & Pharmacopolarum spectabat, Reip. auctoritate, transiisse. Denique in hoc Coenobio

Quum in Instrumento apud *Dom. Mar. Mannium Tomo V. Sigillor. pag.* 115. mentio fiat *Casparis* Prioris Sancti *Mariae Maioris*, lubet & illud heic in medium adducere.

In Dei nomine. Amen. Anno ab eius Incarnatione millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto Indict. oar decima die octavo Octubris. Actum in Sacrestia maioris Eccl sie Florent. presentibus testibus Presbytero Borgo Rectore Ecclesie S. Iacobi de Migliano Plebatus S. Petri in Bossole, Presbytero Francisco Rectore Ecclesie S. Petri de Monte Bello Plebatus S. Lazari, & aliis ad hoc vocatis & rogatis. Convocato Clero Civitatis & Plebatus S. Iohannis Flor. de mandato procuratoe. & defensor. instrumenti dicti Cleri per Signum Vannis Nunc. ipsorum & Curie Episcopalis Florentin. & per sonum campane maioris Ecclesie Florent. ut est moris ad ipsum Clerum congregandum & convocandum. Et congregato ipso Clero in supradicto loco, in quo moris est ipsum Clerum congregari, in qua congregatione interfuerunt venerabiles viri Dominus Petrus Plebanus Plebis S. Cecilie de Decimo, Dominus Vannes Plebanus Plebis S. Stephani de Campoli, Dominus Guaspar Prior S. Marie Maioris, Dominus Barna Prior S. Felicis ad Ema, Dominus Rodulphus Canonicus S. Michaelis Berteldi, & Presbyter Franciscus Rector S. Margherite Florentie, procuratores & defensores d. Cleri Florentini; ut etiam

Dom. Nerius Prepos. Florent.

Dom. Raynaldus Plebanus S. Martini de Brozzi.

Dom. Nicolaus Rector S. Cecilie.

Dom. Iacobus Plebanus S. Viti de Sofignano.

Dom. Petrus Prior S. Andree Flor.

Presb. Michael Rector S. Benedicti Flor.

Dom. Adimarus Plebanus S. Appiani.

Presb. Bertus Canonicus Plebis S. Donati in Poçit.

Presb. Mattheus Canonicus S. Michaelis Berteldi.

Presb. Franciscus S. Petri Scheradii.

Presb. Adamus Rector S. Marie Matolene Flor.

Dom. Richus Prior S. Laurentii Flor.

Dom. Baudinus Canonicus S. Marie supra Portam Flor.

Presb. Iohannes Nuti Rector S. Marie Alberiti Flor.

Presb. Bertus Rector S. Lutie de Massa Pagana.

Presb. Franciscus Rector S. Petri Celorum.

Presb. Petrus Rector S. Iusti & Cappellanus S. Marie in Campo Flor.

Presb. Michael Rector S. Proculi Flor.

Presb. Iohannes Canonicus S. Apolenaris Flor.

Presb. Iacobus Rector S. Marie Vgonis Flor.

Presb. Bonavia Cappellanus S. Marie supra Arnum.

Dom. Angelus Canonicus Florentin.

Dom. Petrus Plebanus S. Alexandri de Iogolis.

Dom. Franciscus Prior SS. Apostolorum de Flor.

Dom. Mattheus Plebanus S. Andree de Empoli.

Dom. Agnolus Prior S. Michaelis de Castiglione.

Presb. Loctus Cappellanus S. Felicitatis.

Presb. Iohannes Rector Ecclesie S. Simonis.

Dom. Iohannes Rector Ecclesie S. Christofori del Corso Flor.

Presb. Iohannes Rector Ecclesie S. Angeli de Rovezzano.

Presb. Rodulfus Rector Ecclesie S. Michaelis Vicedominorum.

Presb. Iohannes Rector Ecclesie S. Ylarii de la Fonte.

Presb. Baldus Rector Ecclesie S. Donati de Vecchis.

Presb. Iacobus Rector Ecclesie S. Lutie de Magnolis.

Dom. Miniatus Rector S. Nicolay Flor.

Presb. Pierus Cappellanus S. Bartholomei del Corso, de Civitate & Plebatu S. Iohannis de Florentia ad tractandum & super negotiis dicti Cleri & universitatis Clericorum ipsius Civitatis & Diecesis, dicentes & asserentes se esse duas partes & ultra Clericorum dicte Civitatis & Plebatus S. Iohannis Flor. & facere, & representare universitatem Cleri Floren. Omnes supra nominati unanimiter & concorditer, nemine discrepante, omni via & modo, quibus melius & magis potuerunt, pro se ipsis & quolibet eorum, & dicto Clero, & universitate, volentes evitare litigiorum anfractus, & maxime cum Abbate & Conventu S. Salvatoris de Septimo Cistercien. Ordin. & ut lis & questio,

que

bio S. *Mariae Maioris* quieverunt; quum Sanctimoniales Carmelitae, quae pariter in Via Sancti Galli, non longe a S. *Clemente*, subsistebant, in Oratorio, quod S. *Mariae Pacis* adpellabatur, ad S. *Barnabae* traslatae fuissent. Alia Coenobia in Dioecesi Florentina, praeter Florentinum, & illud Silvarum, hi Carmelitae habent; unum in loco, qui Castellina vocatur, Florentia ad Thrasciam IV. M. P. distans, in colle situm, inter Pagos Castelli, & Quincti, ad Montis Maurilli radices, quod *Ioannes Bonius* Senator eis commisit; alterum in Valle Pesae, in loco, qui Morroccum dicitur, titulo Sanctae *Mariae* insigne; quod anno MCCCCLIX. a *Nicolao Sernisie* conditum fuerat, & anno MCCCCLXXX. Carmelitis iisdem traditum est; ut *Leopol. Ferdin. Meliorius* scriptum reliquit. Morroccum Florentia XVI. M. circiter P. ad Meridiem distat, in Plebatu S. *Petri* in Pyxide exstans.

Ecclesia, & Parthenon, Sancti *Andreae* Apostoli, cuius Sanctimoniales alio antiquitus translatae fuere; de quo late superius disserui [a].

Ecclesia, & Monasterium, Sancti *Paulli* [b], in quo Carmelitae

que est inter dictum Clerum ex parte una, & Dominum Abbatem & Conventum Monasterii predictos cum dicto Clero in Procurationibus Legatorum & Nunciorum Apostolice Sedis, & aliis, que in ipsa compositione inter dictas partes facta continentur; & his, que propterea sunt secuta, ad concordiam devenire, & quod hec discordia per amicos comunes utriusque partis ad concordiam reducatur, deliberaverunt quod pro parte dicti Cleri ad ipsam concordiam faciend. sit venerabilis vir Dominus Guido Prior de Lisignano, & ut predicta exequantur, fecerunt, constituerunt & ordinaverunt eorum & cuiusq. eorum et totius Cleri & universitatis predictorum Syndicum, Procuratorem, factorem, negotiorum gestorem &c. discretum virum Dominum Iohannem Rectorem Ecclesie S. Christofori del Corso de Flor. presentem &c. ad compromittendum, & compromissum generale & speciale simul faciend. cum Abbate, Conventu &c. de omnibus & singulis litibus &c. occasione dicte compositionis dudum facte super Procurationibus Legatorum &c. & occasione sententie dudum late inter predictas partes super expensis per predictum Monasterium factis in procurando Dominum Ebredonen. tunc Legatum in Tuscia, qui ad dictum Monasterium declinavit &c.

Ego Simon quond. Ser Rucchi de Cotignano Imperiali auctoritate Iudex ord. Notar. publ. predictis omnibus & singulis dum agerentur interfui, & ea rogatus scripsi, & publicavi, ideoque me cum solito signo subscripsi.

a *Pag.* 968.

b Prior S *Paulli* memoratur in Charta Capituli Florentini, quam produco.

1293. Ven. viri Domini Thebaldus Archipresb. Rogerius, Aleampius, Magister Perfectus, Thomas, Stephanus, & Aegidius, Canonici Florentini, deputant eorum Nuncium Amadorem Cenni Clericum dictae Ecclesiae Florentinae, ad citandum, & monendum Canonicos dictae Ecclesiae, & alios, quos opus fuerit, anno 1293. Ind. 6. die 28. Augusti, & committunt eidem quod citet Dominum Raynerium Ghilberti, Dominum Cambium, & Dominum Gualterium de Campicubbio, Canonicos Florentinos ad tractandum de nova Dignitate creanda in dicta Ecclesia Florentina, & alia faciendo.

Die Sabbati 29. Augusti d. Amadore refert se citasse Dominum Gualterium.

Die ultima Augusti etiam refert citasse apud Fesulas dictos Dominum Raynerium Ghilberti, & Cambium Canonicos praedictos, & dixit quod ipsi responderunt, quod nondum in-

litae Terefiani habitant, quo de in anteceffum actum fuit[a].

Ecclefia & Monafterium Sancti *Michaelis Bertildae*, quod Clerici Regulares Theatini obtinent[b].

Ec-

interfuerunt praedictis, fed contradixerunt, expreffe, quod Canonica Florentina non indiget tali Dignitate, nec de iure fieri poteft, quia non exercuerunt Ecclefiae facultates &c. Garnes quondam Petri Notarius.

Etiam fub die 18. dicti Canonici, & Capitulum, congregati dicunt, quod deliberaverunt pro sedanda difcordia, quae viget in Ecclefie Florentina, quod de poffeffionibus Hospitalis Sanctae Reparatae fiat una Praebenda pro uno Canonico ultra numerum, five Dignitas.

Dicta die ultima Augufti 1293. Ind. 6. Ven. Pater Andreas, Dei, & Sanctae Sedis Apoftolicae gratia, Florentinus Epifcopus, & Canonici, & Capitulum, videlicet, Domini Thebaldus Archipresbyter, Aleampus Pratenfia Praepofitus, Thomas Prior Sancti Iacobi Vltrarnum, Magifter Perfectus, Stephanus Gualterius Prior Sancti Pauli, Canonici Florentini, Praepofitura Florentine vacante, & ipfe Dominus Andreas Epifcopus vice, & pro Domino Roggerio Plebano Plebis de Empoli, & Canonico Florentino, qui vocem fuam publico inftrumento conceffit, committunt eorum vices, & voces in dictum Dominum Epifcopum, & Dominum Aleampum Praepofitum, & Thomam Priorem, Canonicos fuprafcriptos, ad faciendum quod opus fuerit pro nova conftituenda Dignitate in Ecclefia Florentina, praefentibus teftibus Octavante de Rigilettis Legum Doctore, Presbyteris Dolfo, & Lapo, Cappellanis Ecclefiae Florentinae, & Presbytero Bene Rectore Ecclefiee Sancti Martini Epifcopi, &c. Ioannes olim Perfecti de Podiobonizi Iudex, & Not.

Dicta die fuprafcripti Dominus Epifcopos, & Canonici Commiffarii totius Capituli decernont, quod deinceps in Ecclefis Florentina perpetuo fit & effe debeat Dignitas, & Officium Thefaureriae; & quod eligendus, & inftituendos in ea per Capitulum pro fuo ftipendio, & beneficio praebendali confequator fructus poderis pofiti in populo Sancti Michaelis de Cedde, cui a primo Domini Philippi Stremi de Gherardinis, & a fecundo, de Amideia, a tertio, &c. Item unius petii terrae in populo Sancti Petri de Montieellis in loco dicto Alancuona, &c. Item unius cultus, feu poderia, eum domo pofita in populo Abbatiae de Fefulis, loco dicto al Borgo a Pauciale: ipforum bonorum tamen Ecclefiae Florentinae dominium refervando, penfiones vero, & redditus, & redditos Apothecarum Hofpitalis S. Reparatae, pofitarum iuxte ipfum Hofpitale, cui e primo Platea S. Ioannis, e fecundo domus Plebani Baptifterii S. Ioannis, a tertio via, a quarto dictum Hofpitale, & fi alii funt confines, ufibus pauperum deputandos referveverunt, & alias omnes domos, & habiture dicti Hofpitalis, praeter habiturum ubi pauperes hofpitari confurverunt, & fructus eorum menfae Florentinae Ecclefiae deputaverunt: & Thefaurarius vocem habet in Capitolo, ftallum in Choro, & domum, feu cameram in Ecclefia Florentina, & quotidianas diftributiones, & proventus, tamquam Canonicus. Acti in Epifcopali Palatio, praefentibus Domino Octavante de Rigalettis Legum Doctore, Domino Angelo Canonico Aretino, & Domino Parigio Plebano Plebis de Vallia, Buono Albizi de Caftello, & Fratre Guidone Converfo Monafterii Vallisumbrofae.

De primo Septembris dicti Anni 1293. Ind. 6 dd. DD. Epifcopus, & Canonici Commiffarii totius Capituli ad eamdem novam creandam Dignitatem Thefaureriae eligunt in poftulandum, & poftulant in eligendum, nobilem, providum, & fapientem virum Dominum Aldobrandinum de Cavalcantibus Canonicum Sancti Laurentii Florentiae, & intimant eidem D. Aldobrandino dictam Dignitatis Thefaurariae creationem, & electionem ipfius ad eamdem; qui acceptans fuit admiffus, & receptus, & fuit a Commiffariis immiffus in poffeffionem, & omnia fuprafcripta: & ipfum Thefaurarium recipiunt Canonici, & Capitulum, ficuti deinde Dominus Roggerius Canonicus Florentinus fimiliter ratificat, & Dominus Gualterius Prior Sancti Pauli, & Canonicus, die 2. dicti Menfis etiam ratificat, & deinde Dominus Stephanus, & Dominus AEgidius. Omnia deinde fcripta fuerunt a n dicto Domino Epifcopo eius pontificali auctoritate confirmata, die fecunda Septembris dicti anni 1293. Ind. 6. praefentibus Domino Parigio Plebano Plebis de Vallia, & Cappellano Epifcopi, & Domino Angelo Canonico Aretino Officiali dicti Dom. Epifcopi, &c. D. Ioannes olim Perfecti de Podiobonizi Not. rog.

a *Pag.* 982.

b Adi fuperius *pag.* 983. Quum Prioris

Ecclesia & Monasterium Sancti *Iacobi* Inter Foveas, quod Eremitae Augustiniani Congregationis Langobardae nunc habent, & de quo superius commentati sumus [a].

Ecclesia Sancti *Petri* Cattuarii, apud quam Monasterium Canonici Sancti *Salvatoris*, qui prius ad Ecclesiam S. *Donati* ad Scopetum habitabant, condiderunt. De hac iam actum fuit opportune superius [b].

Ecclesia & Monasterium Sancti *Stephani* ad Pontem, quod Eremitae Augustiniani Congregationis Ilicetanae habent; & de quo paullo ante loquuti fuimus [c].

Ecclesia Sanctae *Luciae* de S. Eusebio, sive Omnium Sanctorum, ubi Fratres Humiliati primum, deinde Canonici Sancti Salvatoris, habitaverunt; de qua dissertavi superius [d].

Monasterium, seu Abbatia, Sanctae *Mariae*, quod a *Willa* Comitissa, *Hugonis* Ducis Etruriae matre, [e] seculo X. conditum, & in-

ris huius Ecclesiae mentio occurrit in Charta Archivi Capituli Florentini, iuvat eius compeodium hic producere.

1257. D. Bonacursus Prior Sancti Michaelis Bertelde auctoritate sibi data per Dominum Vivianum Archidiaconum Aretinum Delegatum Domini Papae, dat in solutum Domino Pagano quondam Domini Gerardini Adimarii fructus omnes communis Canonicae Florentinae possessionia, in Parochia Sancti Iosti de Campi, ad triennium pro libris 100. per dictum Dominum Paganum pro Canonica solutis Domino I. Episcopo Florentino, de mandato Domini Papae, pro stipendiis militum in servitium Romanae Curiae in Apuliam missorum, stante etiam quod idem Dominus Paganus curavit absolutionem debiti lib. 94. ab Adimario, & Berlingherio filiis quondam Domini Iacobi Nesi, creditoribus dictae Canonicae. Anno 1257. Ind. 15. die nono mensis Iunii, praesentibus testibus Bono, & Vgolino Canonicis Sancti Michaelis Bertelde, Cambio Clerico dictae Ecclesiae, Peverada Lamfranchi, & Guglielmino Ricoveri, &c. Dicta die dd. Adimarius, & Berlingherius, quondam Domini Iacobi Nesi, fecerunt absolutionem, sicut etiam dictus Dominus Paganus q. Domini Gherardini Adimarii, &c. Brunettus Bonacursi Latini Notarius, &c.

a Consule superius *pag.* 993.
b *Pag.* 997.
c Adi superius *pag.* 1005.
d *Pag.* 951.

e Consule superius *pag.* 87. & hoc adfirmat etiam *Hugo* Marchio & Dux eius filius in instrumento donationis ab eo factae eidem Monasterio, quae ex *Puccinellio* hic profero.

In nomine D. N. I. Christi Dei Aeterni. Anno ab Incarnatione eius DCCCCLXXXXV. V. Kal. Maii, Indict. VIII. Otto Dei gratia Imperator Augustus, Anno ... Imperii eius, Divinae gratiae munere, & supernae virtutis auxilio, a faucibus Daemoniacae potestatis eruat Omnipotens, & misericors Dominus; aeternae patriae faciat coheredes, fidelis admonitionibus, crebrisque praeceptis informet. Vnde est illud; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos requiescere faciam: & ne quis de via ad eum perveniendi, vel qualiter ab eo recipiendi esset facultas, dubitaret: quod promisit ipse, certis ostendit formulis, cum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis; date & dabitur vobis: & tamen hoc idem, quod docuit, ne seguiter quis ageret, hortatur ipse alibi, cum dixit: Vigilate, & orate, quia nescitis diem, neque horam. Hanc vocem sitiliter omnes debemus frequentissime meditari, quatenus semper prae ocolis mentis habeatur: oportet enim singulos, qui se Omnipotentis Dei misericordia huiusmodi divitiis, vel quibuscumque temporalibus adiumentis noverint consolatos, ex his, quae acceperunt ab eo, quantumlibet illi conferre cum gratiarum actione, a quo sibi noscunt cuncta, quae habent, concessa; quia Regnum Dei tantum valet, quantum habet. Quod e cre-

& institutum fuit; primumque Monasterium est, quod intra moenia renovatae Vrbis, Monachis Ordinis Sancti *Benedicti* exci-

cvedi possit Dominicis instruimur documentis, quia mulierem duo minuta devote offerentem, plus ceteris omnibus offerentibus asseruit obtulisse. Vnde ego Vgo gloriosissimus Marchio, filius D. Vberti, qui fuit Marchio, Lege vivens Salica, optimum duxi pro animae meae remedio, offerre Deo, & tibi Ecclesiae, Monasterio S. Mariae semper Virginis, quae est constructa in Civitate Florentiae, quam D. Willa, quae fuit genitrix mea a fundamentis construxit, idest Casa, & Curte mea illa domuicata, quam habeo infra Comitatum, & Territorium Florentinum, loco qui dicitur Luco, cum Castello illo, quod ibidem aedificatum est, & cum Ecclesia S. Clementis ibi constructa, una cum terris, vineis, hortis, seu domuicatis illis, qui ad ipsam pertinent, & cum CCVIII. inter casas, & cassinas, seu rebus massaritiis, quae ad ipsas curtes, & aedes, seu Castella sunt pertinentes; & cum omnibus suis pertinentiis, seu integritatibus suis; denique ipsa casa, & curte, & domuicata, & praedicto Castello, seu Ecclesia, & cum terris, & vineis, & domnicatis, sive praedictis CCVIII. inter casis, & cassinis, & rebus masseritiis, quae ad ipsam curtem, & Castellum, & Ecclesiam sunt pertinentes, tam in domuicatis, quam in masseritiis, cum fundamentis, & omnibus aedificiis, vel universis fabricis suis, sive curte, hortis, terris, vineis, silvis, olivetis, virgastris, pascuis, pratis, cultis rebus & incultis, sive mobilibus, vel immobilibus, seu se moventibus, tam servum, quam etiam ancillam, sive nutrimentibus maiorum, vel minorum, quascumque res, quocumque, ubicumque, in quolibet loca, vel vocabulo quae ad ipsas casas, curtes, domuicata, & praedictum Castellum, & iam praedictam Ecclesiam, ad praedictas casas, & masseritius sunt pertinentes, una cum omnibus earum pertinentibus, & adiacentibus, seu integritatibus suis in integrum transactis nominibus, tibi Deo, & iam fatae Ecclesiae, & Monasterio S. Mariae Virginis offero, vel eius Rectoribus, qui ibi pro tempore fuerint, omnia, quae superius leguntur ad partem ipsius Ecclesiae, & Monasterii, sit potestas habendi, tenendi, possidendi, imperandi, laborare faciendi, & usufructuandi pro remedio animae meae die, noctuque, & omni tempore, orationes fieri debeant, ibidem Dei Omnipotentis misericordium in Psalmis, Hymnis, seu Missis, & orationibus, & nocturna vigilantia, ut mihi Omnipotens Deus, pius, & misericors esse dignetur pro eorum orationibus, qui in ipso S. Monasterio constituti fuerint, ut obtinere merear indulgentiam meorum peccatorum: & sic esse instituo, & totaliter volo, ut illi Abbates, vel Rectores, qui in ipsum S. Locum pro tempore fuerint, vel eius successores, non habeant potestatem, neque licentiam, de omnibus rebus praedictis vendere, neque donare, nec dare, nec minuere, neque permutare, neque per ullum argumentum & ingenium alienare; sed in ipsa Ecclesia, & Monasterio, eiusque Rectoribus, sit potestas habendi, fruendi, sicut superius, quia sic in omnibus mea decrevit voluntas. Si quis vero, quod in futurum esse non credo; si ego quis Vgo Marchio, quod absit, ut nullus de heredibus, aut proheredibus meis, seu quisque opposita, magna, aut parva persona contra hanc chartulam offersionis meae ire quandoque temptaverit; aut eam reddere, vel minuere de omnibus, quae superius leguntur, quaesieris, inferamus ad partem ipsius Ecclesiae, & Monasterii S. Mariae, vel suis Rectoribus, eorumque successoribus multam, quod est poena auri optimi libras CCC. argenti pondera mille, qui omnibus his, quae superius leguntur, minuere, aut subtrahere, vel fraudare temptaverit, aut alienare quaesierit, aut delere voluerit, deleat Omnipotens Deus nomen eius de libro viventium, & cum iustis non scribatur; fiat particeps cum Datan, & Abiron, quando aperuit terra os suum, & deglutiat eos; fiat socius cum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini; sit deprehensus cum Simone Mago, qui gratiam Spiritus Sancti venundari voluit; sit particeps cum Iuda Iscariote, qui propter cupiditatem vendidit Dominum, & Magistrum; sit separatus a consortio omnium iustorum, ut in die iudicii non resurgat in numero illorum, & quod repetere, & vindicare non valeamus, sed praesens haec chartula offersionis diuturnis temporibus firma permaneat ..... cum stipulatione subnixa. Atramentario, penna, & pergamena manibus meis dextera levavi, & Gherardo Notario, & Iudici Domini Imperatoris ad scribendum tradidi, & scribere rogavi, & testibus obtuli roborandum. Actum Lucae anno supradicto.

✠ *Vgo Marchio Lege vivente Salica.*

Signum manus Dominichi Lege vivente Salica Test.

Signum DD. Ghisalberti, & Ioannis Lege vivent. Salisa Test.

Signum manus Evardi Lege vivente Salisa Test. Si-

excipiendis, constructum fuerit; quare καθ' ἐξοχὴν *Abbatia* vulgo adpellata est; nec, quum ita nominatur, alia usque in praesens

Signum Varnerii Lege vivente Salica Test.
Sighifredus Iudex Domini Imperatoris.
Altipertus Iodex Domini Imperatoris.
Bonizo Iudex Domini Imperaturis.
Egu Gherardus Noturius, & Iudex Domini Imperatoris, post traditam complevi, & dedi.

In Nomine Dei AEterni. Otto gratia Dei III. Imperator Augustus, anno Imperii eius primo, mensis Ianuarii, Indict. IX. Divinue gratiae munere, & supernae virtutis auxilio, a faucibus Daemoniacae potestatis adsnti, ut nos misericurs Duminus, aeternae patriae gaudiis faciae cuheredes, sedulis admonitionibus, crebrisque praeceptis informet. Vnde est illud: Venite ad me omnes, qui laburatis, & onerati estis, & egu requiescere vus faciam: & ne quis de via ad eum perveniendi, vel qualiter ab eu recipiendi esset facultas, dubitaverit, quud promisit ipse, certam ostendit furmulam, quum dixit: Dimittite, & dimittetur vobis, date & dabitur vobis: & tumen huc idem, quud docuit, ne segniter quis ugeret, hortatur ipse Dominus cum dixit: Vigilate, & orate, quia nescitis diem, neque horam. Hanc vocem scilicet, ita umnes debemus frequentissime meditari, quatenus semper prae oculis mentis habeatur. Oportet enim singulus, qui se Omnipotentis Dei misericordia huiusmodi divitiis, vel quibuscumque tempuralibus adiumentis nuverint consolatos, ex istis, quae accepit ab eu, quantumlibet illi conferre, a quo sibi noscuns cuncta, quae habent concessa; quia Regnum Dei quantum habet, tantum valet: quod ut credi possit, Dominicis instruimur documentis, quia mulierem duo minuta devute ufferentem, plus omnibus ceteris usferentibus asseruit attulisse. Vnde ego in Dei numine Vgu gloriosissimus Marchio, filio b. m. Vberti, qui fuit itidem Marchio, optimum duxi pro animae meae remedio offerre Deu, & tibi Ecclesiae, & Mounsterio B. Mariae, quae est posita in Civitate Florentina, quam Genitrix mea a fundamentis construxit, idest Castellu, & Colle de Monse, & Burgu & Ecclesia S. Martini cum Curse, & domnicata, quae est posita in loco, qui dicitur Bibiano, cum sortis, & rebus ibidem pertinentibus, quae sunt posita in praedictis nominatis locis. Vna igitur per Andream, aliu per Balduinum, III. per Albertum, IV. per Gregorium, V. per Grutianum Presbyterum, VI. per Iuannem, VII. per Baldum, VIII. per Loprandum, IX. per Petrum, X. per illum Gratianum Presbyterum, XI. per Petrum Presbyterum, XII. per Petrum Iudicem, XIII. per Iouannem, XIV. per Petrum Presbyterum, XV. per Ioannem, XVI. per. Dominicum, XVII. per Ioannem, XVIII. per Venerium, XIX. per Petrum, XX. per Iuannem, XXI. per Iuannem, XXII. per Genasium, XXIII. per Dominicum, XXIV. per Stephanum, XXV. per Theuzonem, XXVI. per Leonem Presbyterum, XXVII. per Stucium, sive Sturtium, XXVIII. per Stephanum, XIX per Vrsum, XXX. per Omatium, XXXI. per Ioannem, XXXII. per Arnolfum, XXXIII. per Petrum, XXXIV. per Lipum, XXXV. per Petrum, XXXVI. per Vrsum, XXXVII. per Dominicum, cum illa casa infra illo Castellu, & infra illud Burgum, quam detinet Bertus cum illa casa infra illud Castellum, & casa in Burgo, quae fuit Hospitale, cum ipsa Ecclesia, ideo praedicta curte cum ipsa Ecclesia, & cum sortis, & rebus, & cum casis, & aedificiis, seu fundamentis, curtibus, hortis, vineis, terris, ulivetis, campis, pratis, pascuis, salicetis, tam domnicatis, quam casis, quam masseritiis, & universis fabricis suis, olivetis, castagnetis cum umnibus terminibus, & accessionibus, & ingressionibus earum, seu cum superioribus, & inferioribus, & cum umni iure, & adiacentiis, & pertinentiis earum, & integritate sua, & umnia, & in omnibus, ubicumque ad iam dictis cartibus, & pertinentiis esse inveniuntur in integrum transactis umnibus, tibi Deo, & iam S. Ecclesiae, & Monasteriu S. Virginis Mariae, pro anima mea offeru, vel eius Rectoribus, qui ibidem pru tempore fuerint, omnia quae supra leguntur a parte ipsius Ecclesiae sit potestas habendi, & tenendi, possidendi, laborare faciendi, imperandi, atque fruendi, & pro animae meae remediu, devotae orationes fieri debeant umni tempore ibidem Dei omnipotentis misericordiam in Psalmis, Hymnis, seu Missis, & orationibus, & nocturnis vigilantiis, ut mihi Omnipotens Deus, pius, & misericors esse dignetur; & per eorum orationes, qui in ipsu Monasteriu constituti fuerint, indulgentiam peccatorum meorum merear obtinere; & ita vulo, & sic esse instituo ab illu Abbate, vel Rectore, qui in ipso S. Loco pru tempore fuerit, vel eorum successorum non habeant potestatem, neque licentiam de omnibus, quae supra leguntur, quas in ipsa Ecclesia, quae pru anima mea offeru, vendere, neque donare, neque cummutare, neque ullu argumentu & ingenio alienare, nec dare nec minuere; sed

ſens intelligitur, licet aliae in Vrbe ſint, ut S. *Mariae Angelorum*, Camaldulenſium; S. *Trinitatis*, & S. *Pancratii*, Vallumbroſanorum [a]. Hoc aedificatum eſt iuxta moenia Vrbis, ſive in pomoerio; & ipſis moenibus prope contiguum fuit. Monachi Benedictini illud tenuerunt, qui a ſuis Abbatibus regebantur, donec ſaeculo XIV. Commendatarii Abbates introducti ſunt. Tamdem ſaeculo XV. Abbates Monachi iterum conſtituti ſunt, quum Monachi in Congregationem Sanctae *Iuſtinae* Patavii adlecti eſſent; & horum primus Abbas celebris *Gometius* fuit [b]. Cur hoc Monaſterium Epiſcopatui Florentino aliquo

in ipſa Eccleſia, & in Monaſterio Virginis Mariae eius Rectori ſit poteſtas habendi, & fruendi, ſi ut inſuper imperavi, quia ſic in omnibus mea decrevit voluntas. Et inſuper ego quis Vgo Marchio, a parte ipſius Eccleſiae, Monaſterio Virginis Mariae, vel ad illum Rectorem, qui in ipſo S. Loco pro tempore fuerit, de omnibus, quae ſupra leguntur legiptimam fatio veſtituram, & traditionem, & per Cultellum, Fiſtucum nodatum, & Vuantonem terrae, atque Ramos Arboris, me exinde foris expuli, & verpui, & abſitum feci, & ipſius Eccleſiae, & Monaſterio S. Mariae ad proprietatem, ſicut ſupra legitur, ad habendum reliqui. Si vero, quod futurum eſſe non credo, Si ego quis Vgo Marchio, quod abſit, aut ullos de heredibus, aut proheredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona, quae contra hanc chartulam offerſionis meae ire quandoque temptaverit, aut eam retollere, vel minuere, vel sorrumpere, de omnibus, quae ſupra leguntur, quaeſierimus, inferamus a portione ipſius Eccleſiae, & Monaſterii S. Mariae, & ſuis Rectoribus, & ſucceſſoribus multa, quae eſt poena auri optimi libras CCC. argenti pondera mille, qui ad omnia, quae ſuperius leguntur minuere, aut ſubtrahere, vel fraudare temptaverit, aut alienare quaeſierit, deleat Omnipotens Deus nomen eius de libro viventium, & cum iuſtis non ſcribatur, fiat partiseps cum Datan, & Abiron, quando terra aperuit os ſuum, & deglutiat eos; fiat ſocius cum Anania, & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini ſui; ſit deprehenſus sum Simone Mago, qui gratiam Spiritus Sancti venumdare voluit; ſit particeps cum Iuda Iſchariote, qui propter cupiditatem vendidit Dominum, & Magiſtrum; ſit ſeparatus a conſortio iuſtorum, ut in die Iudicii non reſurgat, &c.

Actum in loco Foſci.

✠ *Vgo Marchio Lege vivente Salica.*

Signum, &c. manibus Varnaldi, & Vberti, & Rozi, & Iberti Lege vivente Ribuariorum rogati Teſtib.

✠ *Ego Albertus Not. rog. Teſt. ſubſcripſi.*

Petrus rogat. Teſt. ſubſcripſi.

Sauruzo rogatus Teſt.

Ioannes rogatus Teſt.

Ego Ioannes Not. ſcripſi, poſt traditam complevi, & dedi.

a Conſule ſuperius *pag.* 117.

b Conſule *Puccinellium Chronic. Abbat. Florent. pag.* 26. & 33. qui tradit, primum omnium Abbatem Commendatarium fuiſſe *Ioannem Vrſinum* Cardinalem Sancti *Theodori*, cuius Charta extat apud *Mannium Tomo V. Sigillorum pag.* 6. atque ita habet.

Iohannes miſeratione Divina Sancti Theodori Diaconus Cardinalis, Apoſtolicae Sedis Legatus, ac Adminiſtrator Monaſterii Sancte Marie Florentin. Ordinis S. Benedicti, Abbatia Florent. vulgariter nuncupati. Venerabili in Chriſto Patri . . . . . Epiſcopo Feſulan. ſalutem in Domino. Pro parte dilectorum in Domino Conventus Monaſterii Sancte Marie predicti fuit nobis humiliter ſupplicatum, quod cum idem Monaſterium propter mortem quorumdam olim ipſius Monaſterii Monachorum indigeat aliquibus perſonis idoneis reformari, qui eidem ſerviant in Divinis, & alia incumbentia onera ipſius ſupportent, dilectos in Chriſto fratres Gregorium Tuccii, & Bartholomeum quondam Peri, Monachos Monaſterii Sancti Salvatoris de Septimo Ordinis Ciſtercien. Florentin. Dioc. viros, ut aſſerunt, ſufficientes & providos, quoſque extimant ipſi Monaſterio profuturos, de ipſo Monaſterio Sancti Salvatoris ad Monaſterium Sancte Marie prefatum transferre de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur huiuſmodi eorum ſupplicationibus inclinati ipſi Monaſterio de perſonis idoneis provideri, Paternitati veſtre, de qua ſpetialem in his

quo modo obnoxium sit, dixi superius, ubi de Ecclesia Sancti *Proculi* egi. Variae solutiones annui census factae ab Abbate, & Monachis, huius Coenobii *Antonio* Episcopo Florentino, occurrunt *Regestum Episcopatus* evolventi. Plura Monasteria, & Ecclesiae, huic Monasterio, adnexa vel subdita fuere, ut Monasterium Campi Maioris in Dioecesi Lucensi, vulgo *Camaiore* [a]. Monasterium Sancti *Martini* la Melsola [b]. Monasterium SS. *Mariae*, *Michaelis*, & *Petri*, Buiani, vulgo *Buggiano* [c]. Monasterium Sancti *Michaelis* Tedaldae [d] in Alpibus. Monasterium S. *Baronti* in Dioecesi Pistoriensi [e]. Ecclesia Sancti *Barptolomaei* in Tuto, seu ad Scandices. Ecclesia S. *Martini* pariter ad Scandices [f]. Ecclesia Sancti *Proculi* Florentiae [g]; Ecclesia SS. Apostolorum *Simonis* & *Iudae* Florentiae [h]. Archipresbyteratus Sancti *Ioannis Baptistae* Syllani, in Dioecesi Volaterrana [i]; Plebes S. *Cassiani* Caprensis [k]; Ecclesia S. *Mariae* de S. Sepulcro, vulgo *Le Campora* [l]; Ecclesia S. *Andreae*, & Sancti *Stephani*, Abbatiae Thedaldae adnexae [m]. Ecclesia *S. Mariae* Muscheri in Alpibus [n]. Oratorium Sancti *Benedicti* Miratorii ad Thedaldam [o]. Ecclesia Sancti *Stephani* Florentiae [p]; Ecclesia Sancti *Martini* Episcopi Florentiae [q]; ambae olim Paroeciae. Oratorium *S. Frigidiani* apud Buianum [r]. Ecclesia *S. Martini* Rasorii in Plebatu *S. Martini* Corellae in Mucillo [s]. Ecclesia S.

hiis & aliis fiduciam gerimus; auctoritate qua fungimur presentium tenore committimus, & mandamus, quatinus predictos fratres Gregorium & Bartholomeum, si eos idoneos repereritis, & ipsi Monasterio utiles, de prefato Monasterio Sancti Salvatoris ad Monasterium Sancte Marie antedictum auctoritate vestra transferatis, eosdemque in ipso Monasterio recipiatis, & recipi faciatis in Monachos, & in Fratres, ac sincere in Domino caritate tractari, exhibentes eis ipsius Monasterii habitum, ac facientes de communibus eiusdem proventibus sicut aliis dicti Monasterii Monachis portionem integram ministrari. Non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus Ordinum & Monasteriorum premissorum contrariis etiam iuramento vallatis, dum tamen per Sedem Apostolicam non fuerint confirmate: contradictores per censuram Ecclesiasticam compescendo. Dat. Rome VI. Kal. Augusti Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini nostri Domini Iohannis PP. XXII. Anno Quintodecimo. Confirmat haec *Io. Villanius Lib. X. Cap. LIV.*

a *Puccinellius Chronic. pag.* 24.
b Idem *pag.* 48. 256. 289. 291. sup. 971.
c Idem *pag.* 77. 87. 91. 271. 276.
d Idem *pag.* 78. 80. 81. 82.
e Idem *pag.* 91. 92. 93. 99. 103.
f Idem *pag.* 34. 65. 77. 87. 118. 126. 130. 200. 255.
g Idem *pag.* 256. 278. 280. usque ad 286. Adi *Richam Tom. I. pag.* 233. & superius *pag.* 986.
h Idem *pag.* 19. 20. 53. 292. supra *pag.* 113. 119. Consule *Richam Tom. I. pag.* 244.
i Idem *pag.* 53. 54. 87. 91.
k Idem *pag.* 78. 81.
l Idem *pag.* 80. 87. 118. 119.
m Idem *pag.* 81.
n Idem *pag.* 82.
o Idem *pag.* 85.
p Adi *Richam Tom. I. pag.* 236. sup. 988.
q *Puccinellius pag.* 256. Consule superius *pag.* 99.
r Idem *pag.* 89.
s Idem *pag.* 109. *Descript. MS. Eccles. Dioeces. Florent.* iussu *Petri Nicolinii* Archiepiscopi facta.

a Puc-

SS. *Laurentii* & *Ioannis* Exineae [a]. Ecclesia S. *Clementis* de Luco [b]. Ecclesia S. *Martini* Collis de Monte, seu Bibiani [c]. Ecclesia S. . . . . . de Viclo [d]. Ecclesia S. . . . . Grumuli; Ecclesia S. *Nicolai* Raddae; Ecclesia S. *Nicolai* in Campo Clarentis; Ecclesia Sancti *Martini* de Confluenti [e]; Ecclesia Sancti *Alexandri* Vitiliani; & Ecclesia Sancti *Nicolai* ad Turricellam, in Plebatu Sancti *Stephani* in Botena, in Mucillo [f]. Quin huius Monasterii Ecclesia fronte ad Occidentem spectaret, non est dubitandum, ut de aliis antiquis Ecclesiis iam superius [g] opportune diximus. Immo res in comperto est, *Io. Villanio* tradente [h], quod anno MCCLXXXV. chorus & aediculae huius Ecclesiae, Viae Palatii (Via ita adpellatur, quod ibi Praetorium, seu Palatium sit; vel forte quod in ea gens *a Palatio* habitaret) contermina sunt: Via autem Palatii ab hac Ecclesia Orientem versus protenditur; quare ei postica erat. Ad haec Caeli puncta regionesque Ecclesia conversa fuit, usque ad recentiorem instaurationem, quae saeculo XVII. contigit [i]; tunc enim eius frons ad Septemtriones directa fuit, ut adhuc permanet. Praeter *Villanii* auctoritatem, confirmat etiam, quod dixi, antiqua pictura, quae in vestibulo aedium Bigalli exstat, quaeque D. *Zenobii* Episcopi imaginem exhibet, quae Vrbem Florentiam infra pedes eius iacentem suo pallio protegit. In hac pictura, non forma tantum Ecclesiae S. *Ioannis Baptistae*, qualis nunc est, cernitur; sed figura etiam Ecclesiae Monasterii huius cum turri campanaria in longam pyramidem desinente, quomodo & in praesens se habet. Florentiae imago ita habet, ut prospectus Septentriones respiciat, & Porta Domus seu Episcopi prima intuenti se obferat. Quare, ubi figura Ecclesiae Abbatiae spectatur, facile est comprehendere, eam facie anteriori ad Occidentem conversam esse; & ampla fenestra adhuc ibi patere cernitur. Pictura illa ela-

a *Puccinellius pag.* 200. Consule superius *pag.* 87. 120. 148.

b Idem *pag.* 212. supra *pag.* 1028.

c Idem *pag.* 214. 255. 256. sup. *p.* 1029.

d Idem *pag.* 255.

e Idem *pag.* 256. 257. 258. 261.

f Descriptio Ecclesiarum Dioeces. Florent. MS. iussu *Petri Nicolinii* Archiepiscopi facta. Ceterum de plerisque omnibus his Ecclesiis & Monasteriis agitur etiam superius *pag.* 107. 120. & consuli quoque potest *Ferd. Vghellius* in *Episc. Florent. pag.* 42. 46. 49. 52. 57 59. 60. 97. *Tom. III. primae editionis*.

g *Pag.* 1004.

h *Lib. VII. Chronic. Cap. IIC.* Idem innuit *Admiratus* ad hunc annum; & fallitur *Richa Tom. I. pag.* 195. dum scribit, contigisse id anno MCCLXXXVI. Recte tamen scribit *Plac. Puccinellius Chron. Abbat. Florent. pag.* 2.

i Anno scilicet MDCXXVI. ut scribit *Richa Tom. I. pag.* 197. Adi *Puccinellium pag.* 111.

a *Ri-*

elaborata est anno MCCCXLII. ut in subiecta epigraphe legitur; postquam scilicet sub *Ioanne* Cardinali S. *Theodori*, & Abbate Commendatario, turris campanaria in eum modum, quo nunc se habet, anno MCCCXXX. refecta est [a]. Haec enim anno MCCCVII. bonam partem a Florentinis temere deiecta fuerat [b]. Accedit etiam testis locupletissimus *Placidus Puccinellius* Chronici huius Monasterii Scriptor, qui adfirmat, antiquam Ecclesiae portam primariam fuisse, ubi nunc gentis *Covoniae* aedicula est; & altare maximum, ubi in praesens sepulcrum *Hugonis* Comitis adsurgit. Ceterum Ecclesia huius Monasterii exigua principio fuit, & indecora, laudato *Villanio* teste [c]; cui mirari subit a *Ios. Richa* contradici: vult enim hic, eam fuisse magnificam [d]. Sed nec situs ipse, amplam fuisse & magnificam, permittebat; nam ante se Ecclesiam & Plateam S. *Martini* deinde habuit; & iuxta, Ecclesiam S. *Stephani* se vetustiorem; quae quidem Ecclesiae angustum intervallum, per quod Monasterium hoc extenderetur, relinquebant: quum insuper antiquitus Vrbis moenia proxima essent, ut diximus, & prope contigua [e]. Quum anno MCCL. Praetorium in Platea S. *Apollinaris* aedificatum fuit [f], quaedam Monachorum domus, & pars huius Ecclesiae postica, destructae fuere [g]; sed Civitatis Rectores XXXV. post annos in meliorem ampilioremque formam, *Arnulfo* Architecto, redegerunt; ut *Scipio Admiratus* memoriae prodidit; & nos superius ex *Villanio* insinuavimus. Sed *Puccinellius* a Monachis refectam fuisse, adfirmat. Tunc Tribunal seu Presbyterium magnificentius erectum est, ad quod per spatiosam undecim graduum scalam adscendebatur. Tunc antiqua porta clausa fuit, ibique e regione Presbyterii chorus constructus est, & aliae due portae apertae fuere: una quae Viam Palatii, & Gibellinam respiceret; alia, quae ad Ecclesiam S. *Margaritae* vergeret; & similes adhuc perseverant [h].

Monasterium S. *Felicis* in Platea [i]; quae Ecclesia antiquam Paroeciam habet [k]. Eam habuerunt olim Monachi Silvestrini, seu Congregationis Ordinis S. *Benedicti* de Montefano; quamquam

a *Io. Villanius Lib. X. Cap. CLXXVII. Richa Tom. I. pag. 195.*
b *Villanius Lib. VIII. Cap. LXXXIX.*
c *Villanius Lib. VII. Cap. IIC.*
d Loco citato.
e *Placid. Puccinellius Chronic. Abbat. pag. 1.*
f *Villanius Lib. VI. Cap. XL.*
g *Richa Tom. I. pag. 195. Placid. Puccinellius Chronic. Abbat. pag. 1. & 2.*
h Consule *Puccinellium pag. 2.*
i Huius mentio in Charta Archivi Capituli Florentini
k Superius *pag. 272. 297. 755.*

quam anno MCCXXXIII. nondum Monasterium fuisse videatur [a]. Erat tamen saeculo XIII. medio & exeunte [b]; & postea *Ioannes* XXIII. Pont. Max. rogatus a *Cosma Mediceo* Monachis Camaldulensibus eam concessit. Sed quum tamdem commendata fuisset filio fratris *Blasii* Abbatis; & Sanctimonialibus Sancti *Petri*-Martyris, Ordinis Praedicatorum, ob nova Vrbis munimenta saeculo XVI in Suburbio S. *Petri* Cattuarii exstructa, locus deesset; (nam inter Portam S. *Petri* Cattuarii, & Portam S. *Frigidiani*, Parrhenonem habebant), iisdem concessa fuit [c]. Ius in hoc Monasterio Episcopum habuisse, arguere est, quod *Ioannes Mangiatorius* Episcopus, voluit, & mandavit, quod *Morandinus Perfecti F.* a Podio Bonitii, Clericus pauper, in hoc Monasterio victum, & vestitum, suae vitae tempore haberet [d]. Cur Ecclesia Sancti *Felicis in Platea* adpelletur, in caussa est, quod locus, qui a capite Pontis Veteris usque ad confinia saltem S. *Petri Cattuarii* exporrigitur, Burgum Plateae antiquitus nuncupabatur; quod, ut opinor, spatium amplum illac esset, plateae instar, domibus vacuum. Nam Parthenon & Ecclesia Sanctae *Felicitatis*, *In Platea* dicta olim occurrit; quod istuc ipsum perspicue & diserte confirmat [e]. Ecclesia haec, quin prin-

[a] Consule superius *pag.* 117.

[b] Superius *pag.* 531.

[c] *Paull. Minaccius Eccles. Florent. MS. Poccinntius Eccl. Florent. pag.* 152. *Meliorius* tamen *pag.* 325. tradit, multo ante hoc Monasterium Camaldulensium fuisse, & illorum, qui Monachi Montis Coronae vocabantur. Fuisse Ordinis Camaldulensis exstat etiam ex Charta *Ioannis* Archiepiscopi apud *Mannium Tom. V. Sigillorum pag.* 92. quam produco:

Iohannes Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Florentinus. Dilectis nobis in Christo Venerabilibus Priorisse, Monialibus, & Conventui, Sanctorum Stephani, & Vincentii, Ordinis S. Dominici de Florentia, salutem, & sinceram in Domino caritatem. Exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod nobilis & honesta mulier Domina Annaelena zelo devotionis, quem erga Ordinem, & Religionem, Sancti Dominici gerebat, accensa, ex domibus olim sui viri Oratorium, sive Monasterium, in honorem omnipotentis Dei, & Sancti Dominici, sub vocabulo Sanctorum Stephani, & Vincentii, sibi Apostolica licentia impartita constituit, & ordinavit; quodque Monasterium praedictum in Parochia Abbatiae Sancti Felicis in Platea Ordinis Camaldulensium est, & quod certo tempore unus ex Monachis dicte Abbatie confessiones vestras audivit, Missas, & alia Divina Officia celebravit, & Ecclesiastica Sacramenta ministravit, &c. *concedit eis rogatu etiam* Magnifici Viri Petri Francisci de Medicis Oratoris Florentini, *ut Confessarium, & Sacramentorum Ministrum pro suo lubitu eligere possint, &c.* In quorum fidem & testimonium, presentes nostras literas fieri fecimus nostrique maioris Sigilli, quo in similibus utimur, iussimus appensione muniri. Dat. Rome in domibus nostre solite habitationis, die vigesimo secundo mensis Decembris millesimo quadringentesimo sectuagesimo, Pontificatus in Christo Patris & Domini nostri Domini Pauli divina providentia Pape Secundi anno sectimo. Hic *Ioannes* Archiepiscopus, est *Ioannes Neronius*, qui quum exsul esset, Romae morabatur; ut apud *Mannium* laudatum videre est.

[d] Supra *pag.* 246.

[e] Id constat ex monumentis, quae habentur in Archivo Parthenonis S. *Felicitatis*, & quorum compendia producentur inferius. *Ioann. Villanius Lib. IV. Chron. Cap. VII.* ita

principio, quum aedificata fuit, fronte ad Occidentem ſpectaret, in dubium revocandum haudquaquam videatur; licet huius poſiturae nulla veſtigia, & indicia, ſuperſint. Diverſae enim eius inſtaurationes factae fuiſſe deprehenduntur. Paries enim lateralis, qui ad Septemtrionem reſpicit, extrinſecus tres differentis conſtructionis ſpecies intuentibus obfert: unam quidem, quae ſaeculum XII. anteceſſerit; aliam ſaeculo XIII. perfectam; tertiam denique ſaeculo XV. elaboratam.

Monaſterium & Eccleſia Omnium Sanctorum, in quo Fratres Humiliati habitabant, ab iiſdem conſtructum fuit, *Ioanne Mangiatorio* Epiſcopo Florentino primum lapidem fundamentorum ponente, dum Eccleſiam S *Luciae* ad S. *Euſebium* obtinebant [a], ad quam ex Eccleſia S. *Donati* ad Turrim migraverant [b]. Hoc quidem ab Praepoſito Humiliatorum S. *Michaelis* Alexan-

ita ſcribit: *L' altro Borgo era quello di S. Felicita, detto il Borgo di Piaza, che avea una Porta, ove è oggi la Piaza di S. Felice, onde vae il cammino da Siena.* Et *Lib. XI. Cap. I.* legitur: *Oltr' Arno ſalì nelle rughe lunge l' Arno in grande altezza, e ſpezialmente da San Niccolò, e in Borgo Pidiglioſo, e in Borgo S. Friano, e da Camaldoli, con gran diſertamente delle povere perſone, che abitavano in terreni. E ſalì in Piazza inſino alla Via Traverſa, e in Via Maggio inſino preſſo a San Felice.* De exundantis Arni adluvione loquitur, quae anno MCCCXXXIII. contigit.

a Id ex Chartis inferius producendis adparebit.

b Conſule ſuperius *pag.* 839. 948. 953. Sed lubet heic inſtrumentum proferre, quo *Ardingus* Epiſcopus Florentinus Eccleſiam S. *Donati* ad Turrim Humiliatis concedit, ex Archivo Pontis Ormae depromtum.

In Dei nomine amen. Hoc eſt exemplum Literarum Domini Pape.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri ... Epiſcopo Florentino ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum quedam Monaſteria Monialium, & aliarum religioſarum perſonarum Civitatis, & Diecefis Florentine, in ſpiritualibus, & temporalibus graviter fuerint collapſa, nos de tua devotione gerentes fiduciam pleniorem Fraternitati tuae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impendens eiſdem viſitationis officium vice noſtra, & ſollicite, ad eorum reformationem intendens corrigas, & reformes ibidem, tam in capite, quam in membris, que correctionis, & reformationis officio noveris indigere, remotis ab illis, & in locis aliis collocatis perſonis, quas removendas; & ſubſtitutis quas ſubſtituendas videris in eiſdem, exceptis Monaſteriis Monialium noſtrarum incluſarum, de quibus te nullatenus intromittas. Electiones autem ſi quas in Eccleſiis Civitatis, vel Diecefis tue inveneris celebratas, diligenter examinans, inquiſita de modo electionum, eligentium ſtudiis, & electorum meritis, diligentius veritate, illas quas de perſonis idoneis inveneris Canonice celebratas, reprobatis aliis, ſublato apellationis obſtaculo, confirmare procures. Contradictores, vel rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, illis dumtaxat exceptis, quas ex certa ſcientia Iuriſprudentibus dicimur commiſiſſe. Datum Rome IIII: Kal. Iulii, Pontificatus noſtri anno Quinto.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius publicus autenticum dictarum Literarum Domini Pape, bullatum plumbea bulla ipſius, vidi, & legi, & cuncta que in eo erant hic per ordinem, de mandato dicti Domini Epiſcopi, fideliter exemplavi, & reſcripſi, ideoque ſubſcripſi, &c.

Ego Barone Iudex, atque Notarius autenticum Litterarum Domini Pape, bullatum plumbea bulla ipſius, vidi, & legi, & cuncta que in eo erant hic per ordinem exemplata repletaque reperi, & tranſcripta, ideoque ſubſcripſi.

In Dei Omnipotentis nomine amen. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo docente-

xandriae dependebat; & quum Humiliati Florentini ei parere detrectassent, gravis controversia inter eos orta est, quae a Romano Pontifice *Alexandro IV.* commissa fuit Fratri *Chunrado* Praeposito Vicobaldoni Dioecesis Mediolanensis, & Fratri *Mi-*

tesimo trigesimo nono, sexto Kalendas Octobris, Indictione tertiadecima. Ad honorem Omnipotentis Dei, eiusqoe Matris Virginis gloriose, & Beati Iohannis Baptiste, Beatissimi Michaelis Arcangeli, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Volens Dominus Ardengus benignitate divina venerabilis Episcopus Florentinus, ut Ecchlesia, & Canonice incliti Confessoris, & Martiris Beatissimi Donati de Turri, Diocesis Floreotine, que sicut dixit in statu religionis dedicata, extitit ab antiquo, set collapsa est graviter in spiritoalibus, & temporalibus, & a consueta religione divisa, ulterios ad statum religioois melioris, & maioris reducatur, & in eo coonservetur, & crescat. Et per viros providos, & honestos, fame laudabilis de Ordine Humiliatorum de Misericordia Sancti Michaelis de Alexandria, quorum obsequis grata esse reputantur Altissimo, regator spiritualiter, & temporaliter, secundom ipsorum Regule disciplinam, tam auctoritate ordinaria, quam & propria. Igitur ex delegatione generali Domini Pape, qua fungitur, seppotuit, & concessit eandem Ecchlesiam cum suis pertinentiis universis venerabili viro Domino Amico, Preposito Ecchlesie predicte Sancti Michaelis de Alexandria Humiliaturum Ordinis recipienti pro se seuque Conventu, & pro sua Ecchlesia de Alexandria memorata, modo, & ordioe, infrascriptos ite videlicet, qood ipsa Canonica Sancti Donati sit admodo subiecta Regule, & Ordini Humiliatorum Fratrum regenda, & gubernanda, ad laodem Dei, secundum ipsius Ordinis disciplinam, salvis, & reservatis sibi Episcopo suisque successoribos, & Episcopatui Florentino, iurisdictione, & honore Episcopali, & reverentia, & obedientia, procuratione ordinaria, & consuetudine laudabili, matricis Ecchlesie Florentine. Set actum suis expresse in concessione predicta, qood secundum consuetudines, & privilegia, Ordinis supradicti; secundum constitutiones Homiliatorum; ipsorum Prior qui pro tempore fuerit, ibi instituatur, & destituatur a Preposito predicto, & eius successoribus pro tempore existentibos. Et Fratres & Sorores, qui fuerint ibi, similiter instituantur, & destituantur ab ipso. Set Prior qui fuerit instituendus ibi representetur a Fratribos Sancti Doneti Episcopo Florentino. Et si talis

lis Prior sic institutus correctione tempore aliquo indigeret, & Prepositus facta ei denunciatione ab Episcopo Florentino super his, & de his, in quibus corrigendus esset, eum non corrigeret, tunc infra tres menses post denunciationem illam Episcopo liceat amovere eum, salvo tamen quod institutio alterios Prioris remaneat Preposito, & ita successive intelligatur fieri debere perpetuo imposterum. Item actum fuit inter eos quod Priores, & Fratres, qui pro tempore fuerint ibi, nullo modo alienare possint ea, que modo habet Ecchlesia memorata sine Episcopi licentia speciali. Ea vero bona, que de cetero ad eos qualicumque titulo pervenerint, ordinare possint, & vendere, pro voluntate sua, sicut eis per ipsorum privilegia licet, dum tamen illorum pretium in utilitatem Canonice Sancti Donati convertatur. Item adhuc actum fuit ioter eos, qood Priores, & Fratres dicti loci, debeant in summa solvere annuatim io mense Novembris pro universis procurationibus Ecclesie Romane soldos triginta Pisanorum, & ut nihil amplius contribuere pro ipsis procurationibus, aut solvere teneantur. Hec autem omnia, & singula ut dicta sunt, & acta superius, dictus Dominus Episcopus vice, & nomine Episcopatus sui ex parte una; & dictus Dominus Amicus, Prepositus, vice, & nomine suo, & sui Conventus ex altera; promiserunt sibi ad invicem attendere, & observare perpetuo: quibus ordinandis nihil obstare possit. Set in aliis omnibus salva sint omnino privilegia dictorum Fratrum Humiliatorum, constitutiones, ordinationes, institutiones, & destitutiones, correctiones, & visitationes, Ordinis, & alia universa, que pertinent ad Ordinem eorumdem, &c. Acta sunt hec apud Plebem Sancti Salvatoris Maioris, presentibus testibus ad hec rogatis Domino Lamberto Priore Viterbiensi. Domino Plebano Plebis Sancti Salvatoris Maioris. Presbitero Giunta de Borgo. Presbitero Pagano de Rivocornaclario. Presbitero Guilielmo Lobardo, & Loeterio Canonico Sancti Salvatoris Maioris, &c.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius publicus hec cuncta me presente acta de mandato dictorum Dominorum Episcopi, & Prepositi, scripsi, & in publicam formam redegi, &c.

Hi-

Mirano Ordinis Humiliatorum Braidae, Iudicibus delegatis ad eam examinandam, & dirimendam [a]. Vetus Omnium Sancto-rum

[a] Historia huius controversiae continetur in sequentibus Chartis, quas ex Archivo Pontis Ormae hic produco.

In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. Die Martii, tertiodecimo die Iunii, Indictione quinta decima. Coram Dominis Fratre Conrado, Preposito de Vicoboldono, & Fratre Mirano Domus Humiliatorum Braide Mediolani, a Summo Pontifice delegatis, & Fratre Tuta Bello, Ministro Domus Humiliatorum Sancte Agathe de Modecia, & Fratre Gabriello de Brixia, assumtis in consiliarios per ipsos Delegatos. Frater Melliorellus Sindicus, & Procurator Domus Omnium Sanctorum prope Florentiam nomine ipsius Domus, sive Prioris, & Conventus ipsius Ecclesie, contestando dixit, narrata, prout narrantur in infradicta petitione, non esse vera; petita prout petuntur in predicta petitione fieri non debere. Cuius petitionis tenor talis est. Coram vobis Dominis Preposito de Viroboldono Mediolanensis Diecesis, & Fratre Mirano de Braida, Ordinis Humiliatorum, a Summo Pontifice delegatis significant, & proponunt Frater Rolandus Propositus Fratrum Humiliatorum Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria, & Frater Guillelmus, & Frater Roffinus de Salleria, Domus eiusdem Ecclesie Sindici, & Procuratores dicti Prepositi, & Conventus eiusdem Domus Sancti Michaelis, nomine ipsorum Prepositi, & Conventus, & cuiuslibet insolidum. Quod Frater Amicus, olim Prepositus dicte Domus Sancti Michaelis, emit fundum, seu terram, super qua edificata est Domus, seu Ecclesia Humiliatorum, que dicitur Domus Omnium Sanctorum prope Florentiam, ad hoc ut illa Ecclesia ibidem construeretur, & in eadem Domo, seu Ecclesia, Ordo Humiliatorum primi Ordinis institueretur, & perpetuis temporibus servaretur. Et quod ad dicti Fratris Amici preces Episcopus Florentinus primarium lapidem posuit, & postmodum Fratres, qui postea fuerunt in eadem Domo Omnium Sanctorum, & approbantes, & ratum habentes quod factum fuerat in hac parte, se & ipsum Domum, & bona, & iura illius Domus predicto Fratri Amico presenti, predicto nomine cum iuris solemnitate tradiderunt, & eidem manualem obedientiam, & reverentiam prestiterunt, tamquam suo Proposito, Domino, & Prelato; quod totum postmodum ratificatum, & approbatum, extitit post per suprascriptum Episcopum, qui tunc temporis erat. In cuius Domus Omnium Sanctorum possessione, & quasi possessione, & regimine, & prepositione ipsius, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, & iurium predictorum, steterunt, & fuerunt Prepositus, & Capitulum, & Conventus predicte Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria per decem annos, & & viginti, & plus, nullo penitus contradicente. Ipsi quoque Fratres dicte Domus Omnium Sanctorum admiserunt dictum Fratrem Amicum in Prepositum, & tamquam Prepositum Domorum, & Ecclesiarum Sancti Michaelis de Alexandria, Sancte Marthe de Ianua, & Sancti Marchi de Terdona, & Domus, seu Ecclesie Sancte Trinitatis de Asti, & dicte Domus Omnium Sanctorum, scientibus Episcopo, & Capitulo Florentie, & non contradicentibus; & idem Frater Amicus recepit professionem a Fratribus dicte Domus Sanctorum Omnium, tamquam Prepositus Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria, & instituit Domorum, & Ecclesiarum; & tamquam Prepositus ordinavit per tempora in ipsa Domo Omnium Sanctorum, Priores, Canevarios, Negociatores, & alios Officiales; eosdem etiam revocabat sicut ei placebat; eidemque Preposito ipsi Priores, Canevarii, Negociatores rationem reddiderunt. Domus etiam, & edificia in ipsa Domo Omnium Sanctorum fecit construi, ipsis Fratribus Domus scientibus ipsum esse Prepositum Sancti Michaelis de Alexandria, & in possessione, & quasi possessione predictorum stetit, & fuit hic vero Prepositus predicte Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria, regendo, & administrando, & curam animarum exercendo, tam in temporalibus, quam spiritualibus, in predicta Ecclesia, que dicitur Domus Omnium Sanctorum. Nuper vero cum Prepositura ipsius Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria, & aliarum predictarum Ecclesiarum de Terdona, & Ianua, & Astensis, & Florentine, vacaret per resignationem Domini suprascripti Amici quondam ipsarum Ecclesiarum Prepositi, & ipse Frater Rolandus in ipsarum Prepositum fuisset electus, per Magistrum totius Ordinis Humiliatorum solempniter approbatus, iidem Fratres Domus Omnium Sanctorum turbant, inquietant, & molestant, & iniuriantur, ipsum Prepositum super predicta possessione, vel quasi, administrandi, & gerendi & regendi, predictam Domum, & Fratres ibidem commorantes, non admitendo ipsum, ut Prepositum, nec prestando eidem obedientiam, & reverentiam, tanquam Preposito, ut tenentur; & non permittendo eidem uti officio Prepositure in predicta Ecclesia, seu Domo Omnium Sanctorum; & ea gerere, & exercere, que ad officium, & ius Prepositure, & subiectionem per-

rum Ecclesia ab Occasu in Ortum per longitudinem extendebatur; & fronte quidem ad Occasum spectaverit, antiquo more.

tibere nosuntur, & alienas pertinere consueverunt; & etiam eligendo, & instituendo de facto, & non de iure, Fratrem Belingerium in Priorem dicte Domus; quare petunt, & requirunt, quatinus auctoritate predicte delegationis cogatis, & per censuram Ecclesiasticam distringatis, pronuntietis, & per sententiam condemnetis, Fratres predicte Domus Omnium Sanctorum, ut de cetero reverentiam, & obedientiam prestent in omnibus, & exibeant dicto Preposito Sancti Michaelis de Alexandria; & ut non perturbent, vel inquietent, nec aliquo modo molestent, vel iniurientur, eundem super possessione, & quasi ponendi, & statuendi, seu Priorem, seu Priores, in predicta Domo Omnium Sanctorum; & destituendi eosdem, & ordinandi inde canonice, & revocandi eosdem, & administrandi, & regendi predictam Domum Omnium Sanctorum, & Fratres illius Domus; & omnia alia exercendi, & faciendi que ad ius plene subiectionis, seu prelationis pertinere noscuntur: sed libere permittant ipsum Prepositum uti officio Prepositure in ea Ecclesia, seu Domo Omnium Sanctorum, & facere, & exercere premissa, & alia que ad regimen Prepositure, & Prelationis pertinere noscuntur, & in quarum possessione, & quasi, dictus Frater Amicus olim Prepositus fuit, & stetit tempore sue Prepositure; & nunc dictus Frater Rolandus Prepositus dicte Ecclesie, seu Domorum, & Ecclesiarum, de iure esse debet, & predicta facere, & libere exercere: & ut eodem auctoritate delegationis statuatis, & pronuntietis institutionem, nominationem, postulationem, seu electionem de facto, factam in persona, seu tuta persona dicti fratris Bellingerii ad Prioratum, seu de Prioratu, dicte Ecclesie Omnium Sanctorum non tenuisse, nec valuisse, nec potuisse fieri de iure; & ipsum Fratrem Bellingerium ab dicto Prioratu, & administratione eiusdem in totum possessione amoveatis, & ipso Fratri Bellingerio, super eodem Prioratu, & administratione, per sententiam perpetuum silentium imponatis. Que omnia fieri debent de iure, salvo, quod non constringunt se ad probandum omnia, sed illud solum quod iisdem sufficere debeat ex perdictis, & quod intentionem suam volunt consequi eo iure, & modo, quo melius possunt, & eisdem competit. Item petunt expensas per constant faciendas, salvo iure addendi, & meliorandi, & aliorum suarum petitionum. Actum in Domo Conventus Senedorbe. Interfuere ibi testes Churadus filius quondam Anselmi de Somoeco, & Frater Christophorus Bocardus; & Frater Zanebellus de Parozolia; Fratres Conventus de Vicoboldono.

Ego Bellonus filius quondam Lobe Ponigarole Notarius, Civis M. pen . . . cum, mandato ipsorum Delegatorum tradidi, & scripsi.

Ego Dominus de Bovato, Notarius Mediol. de Gallente scripsi, iussu Belloni Ponigarole Notarii, qui eum tradidit, & ad scribendum dedit.

In nomine Domini. Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo. Die Lune, sexto die Augusti, Indictione quintadecima. Causa, sive questio vertebatur inter Fratrem Rolandum, Prepositum Humiliatorum Sancti Michaelis de Alexandria; sive Fratrem Guilielmum, Sindicos, & Procuratores dicte Domus, & Conventus, ex una parte; et Fratrem Meliorellum, & Fratrem Beniviennum, Fratres Domus Humiliatorum Omnium Sanctorum, site apud Florentiam, Sindicos, & Procuratores Domus Omnium Sanctorum de Florentia; & Mansionis, & Capituli & Conventus eiusdem, nomine ipsius Domus, & Mansionis, & Capituli, & Conventus eiusdem, sive ipsam Domum, & Fratres, & Mansionem, & Capitulum, & Conventum eiusdem ex altera parte. Coram Fratre Chonrado, Preposito de Vicoboldono Mediolanen. Dioc. & Fratre Mirono, Ordinis Humiliatorum de Braida, a Sede Apostolica delegatis, videlicet in hac forma. In nomine Domini. Coram vobis Dominis Preposito Domus de Vicoboldono Mediolanen. Dioc. & Fratre Mirono de Braida, Ordinis Humiliatorum, a Summo Pontifice delegatis proponit Frater Rolandus, Prepositus Fratrum Humiliatorum Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandrie Sindicus, & Procurator Conventus eiusdem Domus Sancti Michaelis, nomine meo, & Capituli, seu Conventus illius Domus. Quod Frater Amicus, olim Prepositus predicte Ecclesie Sancti Michaelis emit fundum, sive terram, super quo edificata est Domus, seu Ecclesia Humiliatorum, que dicitur Domus Omnium Sanctorum, prope Florentiam, ut in eadem Domo, sive Ecclesia, Ordo Humiliatorum, primi Ordinis institueretur, & perpetuis temporibus servaretur, & ad eius preces Episcopus Florentinus primarium posuit lapidem ipsis Fratribus Domus Omnium Sanctorum scientibus, & predicta omnia approbantibus, & ratificantibus, ac se, & ipsam Domum, & bona & iura illius Domus predicto fratri Amico recipientes

re. Eccleſia illa magnam adhuc partem ſubſiſtit, & eſt recentis Eccleſiae portio, ad quam per gradus adſcenditur, & tranſver-

ti predicto nomine ſolemniter tradiderunt, eidem tanquam ſuo Prepoſito, & Prelato obedientiam, & reverentiam exhibendo, & in eius Domus Omnium Sanctorum, ſeu Sancti Donati in commutatiune Sancte Lucie dati, & conceſſi, poſſeſſione, & quaſi, & regiminis, & Prepoſiture in ſpiritualibus, idem Prepoſitus, & Conventus dicte Eccleſie Sancti Michaelis ſteterunt per tempora; ipſique Fratres Omnium Sanctorum, ipſum Fratrem Amicum, tanquam ſuum Prepoſitum admiſerunt, & tanquam Prepoſitus ordinavit per tempora in ipſa Dumo omnium Sanctorum Priores, Canevarios, & Negotiatores, & alios Officiales; eoſdem etiam revocabit ſicut ei placebat, domos etiam, & edificia in ipſa Domu Omnium Sanctorum, fecit conſtrui ipſis ſcientibus idemque Prepoſitus, & in poſſeſſione, vel quaſi, omnium predicturum ſtetit; & fuit idem Prepoſitus regendo, & adminiſtrando, & curam animarum exercendo in ſpiritualibus in predicta Eccleſia Omnium Sanctorum, non ſolum tanquam filie prefate Eccleſie Sancti Michaelis de Alexandria; ſed pleno iure tanquam Prepoſitus ipſius Eccleſie Omnium Sanctorum, ſicut illius Eccleſie Sancti Michaelis. Nuper vero vacante Prepoſitura dicte Eccleſie Sancti Michaelis de Alexandria, & per conſequentiam aliarum Eccleſiarum, videlicet de Terdona, Ianua, Aſtenſis, & Flurentie, per reſignationem dicti Fratris Amici, olim Prepoſiti; cum ipſe Frater Rolandus in ipſarum Prepoſitum fuiſſet electus, & per Magiſtrum totius Ordinis ſolemniter approbatus; Iidem Fratres Domus Omnium Sanctorum turbant, inquietant ipſum Prepoſitum, & iniuriantur eidem, ſuper predicta poſſeſſione, vel quaſi, adminiſtrandi, & gerendi, & regendi predictam dumum, & Fratres ibidem commurantes, ac eumdem poſſeſſione, vel quaſi, omnium predictorum indebite ſpoliarunt, non admittendo ipſum ut Prepoſitum, nec preſtando eidem obedientiam & reverentiam; & non permittendo eidem ea gerere, facere, & exercere, que ad officium, & ius Prepoſiture, & ſubiectionem illius Eccleſie Omnium Sanctorum, tamquam filie, pertinere noſcuntur. Quare petit & requirit quatenus auctoritate predicte delegationis cogatis, & per cenſuram Eccleſiaſticam deſtringatis, & pronuntietis, & per ſententiam condemnetis Fratres predicte Domus Omnium Sanctorum ut deceтero reverentiam, & obedientiam preſtent in omnibus & exhibeant dicto Prepoſito Sancti Michaelis de Alexandria, & eum non perturbent & inquietent, nec aliquo modo moleſtent, vel iniurientur, ſuper poſſeſſione, vel quaſi, ponendi, & ſtatuendi Priorem, ſeu Fratres in predicta Domo Omnium Sanctorum, & deſtituendi eoſdem, & ordinandi ibidem Canevarios, revocandi euſdem, & adminiſtrandi, & regendi predictam Domum Omnium Sanctorum, & Fratres illius Domus, & omnia alia faciendi, & exercendi, que ad ius plene ſubiectionis, & prelationis pertinere noſcuntur, ſed libere permittant ipſum Prepoſitum uti officio Prepoſiture in ea Domo Omnium Sanctorum, & facere, & exercere premiſſa & alia que ad regimen Prepoſiture, & Prelationis pertinere noſcuntur, & in quorum poſſeſſione, & quaſi, dictus Frater Amicus olim Prepoſitus fuit, & ſtetit, tempore ſue Prepoſiture. Et nunc dictus Frater Rolandus Prepoſitus dicte Eccleſie, ſeu Domorum, & Eccleſiarum, de iure debet*, & predicta facere; & libere exercere; & ut pronuntient ipſum Fratrem Rolandum Prepoſitum reſtituendum eſſe, & reſtituatis in poſſeſſione, vel quaſi, omnium predictorum. Et ut eadem auctoritate delegationis, ſtatuatis, & pronuntietis inſtitutionem, nominationem, ſeu poſtulationem, ſeu electionem, de facto factas in perſona ſeu citra perſonam Fratris Berlin..eri ad Prioratum, ſeu de Prioratu illius Eccleſie Omnium Sanctorum non tenuiſſe, nec potuiſſe fieri de iure; vel ſaltem pronuntietis, & per ſententiam declaretis predictam Dumum ſeu Eccleſiam Omnium Sanctorum de Florentia, & Fratres, & Conventum eiuſdem velut filiam ſubiectam, & ſubditam eſſe, & ſtare perpetuo Eccleſie, & Prepoſito & Conventui dicte Eccleſie Sancti Michaelis de Alexandria tamquam matri eius; & ipſam Eccleſiam Sancti Michaelis habere debere inviolabiliter viſitationem illius Domus, ſeu Eccleſie Omnium Sanctorum, & Fratrum & Conventus eiuſdem, & ea omnia iura in ſolidum, quae mater in filiam habere debet, & poteſt; & ſicut Ordo Humiliatorum habet, & habere conſuevit in filiabus ſuis, & ad predicta omnia Priorem, Fratres, & Conventum Domus Omnium Sanctorum condemnetis, Que omnia facere debetis, & tenemini, & fieri debent de iure, Super qua petitione lite legitime inter ipſas partes coram ipſis Delegatis conteſtata, ut per omnia continetur in quodam publico inſtrumento hu-

versum crucis Ecclesiae hodiernae tractum efficit. Aediculae, seu Cappellae, quae hinc inde erant, plures adhuc supersunt, nisi

hodie per me Notarium tradite earum Delegatis. In nomine Domini. Nos suprascripti Frater Chunradus Mintegatius Prepositus Ecclesie, seu Canonice de Vicubaldono Mediolanensis Diocesis, & Frater Miranus Domus Humiliatorum Braide Mediolani, e Summo Pontifice Delegati, Visis, & auditis allegationibus, & rationibus, & iuribus utriusque partis, & predicta litis contestatione, & confessionibus, & negationibus ab utraque parte in ea causa factis & productis, & instrumentis, & actis, & omnibus in ea cause productis. Et habitis etiam super iis consilio Fratrum Tutobelli Ministri Domus S. Agathe de Modoetia, Mediolanensis Diocesis, & Fratris Gabrielli de Brixia, & Dominorum Iacobi de Luirago, & Rogerii Lipraodi utriusque iuris peritorum. Dicimus, & pronuntiamus predictos Fratrem Meliorellum, & Fratrem Benzivienum, Sindicos, Nuntios, & Procuratores dicte Domus Humiliatorum Omnium SS. site aput Florentiam, suo nomine, & nomine ipsius Domus Humiliatorum Omnium SS. de Florentie, & Fratrum, & Capituli, & Conventus eiusdem; & per ipsos Fratrem Meliorellum, & Fratrem Benzevienum, ipsam Domum, & Fratres, & Capitolum, & Conventum eiusdem esse cogendos, & per censuram Ecclesiasticam destringendos, & per sententiam condemnandos. Et eosdem Fratrem Meliorellum, & Fratrem Benzevienum, & per eos ipsam Domum, & Fratres, & Capitulum, & Conventum eiusdem cogimus, & per censuram Ecclesiasticam destringimus, & per sententiam declaramus, & condemnamus subesse, & subditam, & subiectam, & subditos, & subiectos esse, & stare perpetuo debere Preposito, & Conventui Domus seu Ecclesie Sancti Michaellis de Alexandria, tamquam matri eius, & eorumdem; & ipsam Ecclesiam Sancti Michaellis habere debere inviolabiliter paternitatem, & potestatem, & visitationem, & correctionem, & institutionem. & destitutionem dicte Domus, seu Ecclesie Omnium Sanctorum de Florentia, & Fratrum, & Conventus eiusdem, & ea iure insolidum, quo mater in filiam habere debet, & potest; & precipue sicut Prepositus, & Fratres, & Ecclesia Domus de Rondanario habent, & habere consueverunt in Ecclesia seu Domo Sancti Luce de Brixia, & Fratribus, & Conventu eiusdem, Humiliatorum Sancti Luce de Brixia. Ab aliis vero suprascriptis petitionibus in libello comprehensis predictos Fratrem Meliorellum, & Fratrem Benzivenum, & per eos ipsam Domum, seu Ecclesiam, & Fratres, & Capitolum, & Conventum eiusdem, & quemlibet de ipsa Domo Humiliatorum Omnium Sanctorum de Florentia, absolvimus, & eos, & quemlibet eorum, reddimus absolutos. Et hec omnia pronuntiavimus, salvo semper in omni casu, & in quolibet capitulo, reverentia, & obedientia, & auctoritate, & dominatione Magistri totius Ordinis Humiliatorum, & eius visitatione, & correctione, & dominatione. Et hec omnia, & singula dicimus, & per sententiam diffinitivam pronuntiamus, auctoritate Domini Pape, qua fungimur, ex infrascriptis: presentibus predictis partibus, & volentibus, & consentientibus. & predicta omnia & singula, & suprascripta rata, & firma habentibus, & volentibus predictam sententiam & ea omnia & singula que in ea continentur per predictas partes debere perpetuo attendi, & inviolabiliter observari. Et ex nunc per sententiam excommunicamus infrascripta auctoritate Domini Pape, qua fungimur, partem de predictis partibus, & omnes personas, & singulos, & Domum, Fratres, & Conventum illius Ecclesiae, qui venerint contra predictam sententiam, & ea que in predicta sententia continentur. Et hec omnia, & singula facta & dicta, & pronuntiata sunt per subscriptos Delegatos, presentibus supradictis partibus, & presentibus supradictis Fratre Tutobello, & Fratre Gabriello, assumptis in consiliarios, & socios in hac causa per ipsos Delegatos, & presentibus testibus infrascriptis. Et coram Domino Fratre Beltramo totius Ordinis Humiliatorum Magistro, & eo iubente, & ordinante, & statuente predicta omnia, & singula, & predictam sententiam, rata, & firma inter predictas partes debere perpetuo haberi, & teneri, & attendi. & inviolabiliter observari, & non contraveniri. Et ex nunc idem Dominus Magister Beltramus dicti totius Ordinis Humiliatorum, voluntate Capituli Generalis, secundum tenorem infrascripti instrumenti, per sententiam excomunicavit in scriptis partem de predictis partibus, & omnes personas, & singulas, que venerint contra predictam sententiam, & ea que in predicta sententia continentur. Et insuper predicti Delegati, & predictus Dominus Magister Beltramus cum eis, in principio, & in medio, & in fine huius sententie dixerunt, & protestati fuerunt, de voluntate partium subscriptarum ibi presentium, quod predictam sententiam profati

nisi quod renovatae, & ornatae, sunt. Locus, ubi modo ara maxima surgit, duas illarum occupat; per quatuor vero Cappel-

fati sunt, & protulerunt, & aliis non facti videlicet, quod ipsa sententia ita demum valeat, & teneat, si pars illa pro qua lata fuerat, voluerit attendere, & observare, & attenderit, & observaverit, cum effectu, & attendi, & observari curaverit, & fecerit per Fratres Domus sue omnia, & singula precepta, & arbitria, pronunciationes, & sententias, tam arbitraria, quam delegata potestate facta, pronunciata, seu pronunciate fuerint, & sicut pro eisdem nec aliter, nec alio modo aliqua partium uti possit sententia, vel sententiis pro se latis, nec uti commodo earumdem. Cui protestationi ambe partes voluntarie assenserunt per pactum, & ex certa scientia. Tenor autem iurisdictionis istorum Delegatorum, sive Litterarum Domini Pape ab ipsis impetratarum talis est. Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis. . . . . . filiis Preposito Ecclesie de Vicobaldono Mediolanen. Dioces. & Fratri Mirano Domus Braide Mediolani, Ordinis Humiliatorum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sua vobis, dilecti filii . . . . . Preposito, & Conventus Domus Sancti Michaelis de Alexandria, & Sancti Marchi Terdonensis, & Sancte Trinitatis Astensis, & Omnium Sanctorum de Florentia, Ecclesiarum Priores, & Fratres Ordinis Humiliatorum, petitione monstraverunt, quod inter ipsos foret eo quod dicti Prepositus, & Conventus Ecclesias ipsas, ac Priores, & Fratres predictos sibi subiectos fore dicebant, & aliis diversis articulis orta materia questionis; eedem partes de assensu dilectorum filiorum Magistri, & totius Generalis Capituli eiusdem Domus, consenserunt quod vos causas super hoc inter easdem partes exortas, fine debito terminetis. Ut autem, quod super hoc factum fuerit, robur obtineat firmitatis fuit nobis ex parte ipsorum Patrum humiliter supplicatum, ut vobis super hoc prestare auctoritatem paterna solicitudine curaremus. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, causas audiatis easdem, & eas de plano, & sine iudicii strepetu, si de partium voluntate ipsarum processerit, iuditio, vel concordia, terminare curetis, facientes, quod decreveritis, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio aut timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Dat. Ana-

Anaguie, octavo Kal. Novemb. Pontificatus nostri, anno secundo. Tenor autem auctoritatis, & consensus, & parabole, & consilii, & capituli Fratrum Humiliatorum talis est. In nomini Domine. Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, die Dominico, ultimo die Aprilis, Indictione quartadecima, presentibus Rodulfo Ribaldo de Turri Modoetia, & Leone Montegirio, civibus Mediolanen. & Fratre Roffino de Axeno de Vercellis, testibus rogatis. Dominus Magister Beltramus Ordinis omnium Humiliatorum de Capituli Generalis, congregati in Palatio Ecclesie Sancti Petri, site ad Corum de Vicobaldono, seu maioris, & sanioris partis, voluntate pro eo, quod variis de causis impeditus infradictis insistere non potest, omnes lites, & questiones que sunt, & fiunt, & vertuntur, & esse, & verti possent, aliqua occasione, que dici, vel excogitari posset; inter Domum, & Fratres, & Conventum Domus Humiliatorum Sancti Michaelis de Alexandria ex una parte, de qua Domo, & Conventu Sancti Michaelis aderant presentes infradicte commissioni Frater Rolandus Prepositus, & Frater Gavarius Baxagus, & Frater Roffinus de Salerio, & Frater Bernardus Baxagus; & Domum, & Fratres, & Conventum Omnium Sanctorum de Florentia, de qua Domo aderant presentes Frater Melioratus, & Frater Albertinus, & Frater Donatus, Fratres Omnium Sanctorum de Florentia, ex altera parte; commisit cognoscendas, & diffiniendas Domino, & Preposito de Vicobaldono, & Domino Fratri Mirano de Braida Guercii Mediolanensi, & Domino Fratri Tutobello Prelato Sancte Agathe de Modoetia, et Domino Fratri Gabriello de Brixia. Et si ille Frater Gabriellus adesse non posset, vel non vellet, substituit loco eiusdem Domini Fratris Gabrielli, Dominum . . . . Prepositum Sancte Crucis de Novaria, ita quod predictas lites, & questiones diffinire debeant iure, vel conventu, vel amicabili compositione. Et si omnes predicti, ad quos predicta sunt commissa, interesse non possent, duo ad minus ex eis de ipsis questionibus audire, & intelligere possint, dum tamen diffinitive sententie, seu diffinitivis sententiis, omnes intersint. Quare predictus Dominus Magister Beltramus de voluntate Fratris Lafranci de Parma, & Fratris Iacobi de Vignate de Alexandria, & ipsius Fratris Mirani de Braida, & Fratris Tutobelli de Ma-

pellarum ſpatium nova Eccleſia dilatatur, quae a Septentrione ad Meridiem protenditur. Antiquae Eccleſiae fornicum con-

Modoctia, & Fratris Guidonis, Prepoſiti de Ticino de Papia, & Fratris Chunradi Prepoſiti de Vicobaldono, & Fratris Bacii Prepoſiti Domus de Gilgbees de Pergamo, & Fratris Stephani Prepoſiti de Rondsuaria de Comis, ad ſſinitorum illiue Ordinie, preeepit predictis partibus, & euilibet eerum, & ipſis Fratribus, qui ex ipſis Domibus ibi aderant preſentes ut ſupra, eorum, & euiuslibet eorum nomine, & nomine omnium Fratrum, & Conventuum ipſarum Domorum, & cuiuslibet eorum, & pro nis, & ipſis Fratribus, & Domibus, & Conventibus, & quolibet eorum, ſub pena exeommunieationis ut hinc ad diem Dominieam prefixum, & quindecim dies, ſint coram predictis Fratribus, quibus commiſſa ſunt predicta in Civit. Mediolanen. vel ad minus coram duobus ex eis, cum omnibus ſuie iuribus, de ſuis & ipſarum Domorum, & Conventuum iuribus allegaturi, & hoc ſub pena excommunicationis. Quem terminum eis ſtatuit, & ordinavit unum pro omnibus ſcilicet, pro primo, & ſecundo, & tertio, & peremptorium. Item precepit ſub pena exeommunicationis predictis partibus, & cuilibet earum, & Fratribus, & Conventibus ipſarum Domorum, ut de cetero non utantur, nec uti debeant, aliquibus Reſcriptis per eos, vel aliquem eorum, ſeu eorum nomine, impetratis ab illa die citra, qua prohibitum fuit per ipſum Dominum Magiſtrum, ut non impetrarent aliquam Litteram, ſeu Reſcriptum e Curia Summi Pontificis, nec a Summo Pontifice. Et quod ſi aliquibus uterentur, ex nunc idem Dominus Magiſter eos excommunicat, & exeommunicationis laqueo innodat. Actum in ipſo Conſilio generali. Poſtea vero die Luna, primo menſis Maii, preſentibus Guifredo Baso Not. Civitat. Mediolanen. & Dominis Amizone Prepoſito Sancte Marie que dicitur Domus Fratris Ottatii Porte Vercelline, & Fratre Arivabene Prepoſito de Rubono, teſtibus, predictus Dominus Magiſter Beltramus de voluntate ipſorum Diffinitorum, & aliorum Prelatorum, in ipſo Capitulo generali congregatorum, ſtatuit, & ordinavit, quod ibi, ubi dicit, Et ſi omnes predicti ad quos predicta ſunt commiſſa intereſſe non poſſent, duo ad minus ex eis de ipſis queſtionibus audire, & intelligere debeant, & preſidere ad recipienda iura partium. Et quod ex illis duobus debet eſſe unus Prepoſitus, & alter ſit Frater Miranus, vel Frater Turobellus, qui iura partium recipiant, dum tamen non procedant in cauſa, ſeu cauſis, niſi omnes quatuor, ad quos predicta ſunt commiſſa, fuerint perſonaliter. Item ubi dicit, Ab ea die citra, qua prohibitum fuit per ipſum Dominum Magiſtrum; intelligit idem Magiſter, ab ea die infra quam ipſi de Alexandrie venerunt ad preceptum ordinis. Item precepit ipſis partibus, ut non procedant ſub aliquo Iudice de aliqua cauſa, quam ipſe Domus inſimul habeant, vel habere poſſint, niſi ſub iſtis Iudicibus ſuperius nominatis, ad quos predicta ſunt commiſſa, & hec precepit ſub pena exeommunicationis. Actum ut ſupra. Ego Gualterius Not. filius quondam Brinmè Panigarole de Gallate, qui habito in Civit. Mediolanen. tradidi, & ſcripſi. Tenor autem inſtrumenti Sindicatus predictorum Fratris Rolandi Prepoſiti Domus Humiliatorum Sancti Michaelis de Alexandria, & Fratris Petri Rubei eiuſdem Domus, talis eſt. Anno Nativitatis Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione quintadecima, die Sabbati, quarto exeunte Iulii. In Alexandria in Capitulo Sancti Iohannis ſive Humiliatorum Sancti Michaelis de Briniola, Dominus Frater Oddegeuus Buttinus ipſorum Fratrum Eccleſie, & Capituli, & Collegii, & Manſionie, & Conventus Eccleſie Sancti Iohannis, Ordinis Humiliatorum de Alexandria, de conſenſu, & parabola, & voluntate, & auctoritate infraſcriptorum Fratrum ſuorum dicte Eccleſie, & Capituli, & Conventus, videlicet, Fratrum Amici quondam Prepoſiti, Ottonis, Crottani, Baiani, Bonſegnioris de Malta, Armani de Atrosbellis, Guilielmi Pugni, Amici Vace, Guilielmi Rucilini, Lafranchi Cogni, Amici Vace Muſſi, Calvagni Matii, Simonis de Alba, & Addezeni de Quargenta, Vgonis Muzii, Iacobi Tealdi, Roffini Caleaci, Gavare Lenſatii, Stepheni Mancati, Ottolini de Sancto Salvadore, Petri Feoamente, Gallielmi de Canellis, omnes inſimul unanimiter, & concorditer pro ſe ipſis, & vice, & nomine predicte Eccleſie, & Manſionis, Collegii, & Capituli, & Conventus, & tamquam ipſum Capitulum, & Conventus, fecerunt, & conſtituerunt, creaverunt, atque ordinaverunt Dominum Fratrem Rolandum, Prepoſitum dicte Eccleſie, & Manſionis, abſentem; & Fratrem Petrum Rubeum Prepoſitum dicti Ordinis, & quemlibet eorum inſolidum, ita quod occupantis non ſit melior conditio; eorum, & dicte Eccleſie, & Capituli, & Collegii, & Manſionis, & Conventus Sindi-

concava in acutum desinunt adhuc, reformatis exceptis, quod quidem saeculi XIII. architecturam redolet, quo vere saeculo Ec-

dicos, & Procuratores, Actores, & Factores, & Nuntios, speciales in omni lite vel litibus, cause vel causis, quam vel quas ipsi, vel dicte Ecclesie, seu Capitulum, & Conventus habent, vel spectant habere, aut habere possunt, seu possent, cum Domino Fratre Bellingerio, & Capitulo Ecclesie Omnium Sanctorum de Florentia, & cum Fratribus, & Capitulo, & Ecclesia Domus de Asti, & cum Fratribus & Capitulo, & Ecclesia Sancti Marcii de Terdona dicti Ordinis, vel cum aliqua alia persona vel personis, loco vel locis, coram Venerabili Patre, & Magistro, & Domino Generali totius Ordinis Fratrum Humiliatorum, vel quacumque alia persona vel loco, seu personis vel locis, vel coram quocumque alio Iudice, seu Curia; ad agendum, causandum, petendum, & recipiendum, & exigendum, & conquerendum, & defendendum, & respondendum petitioni, & libello, dandas & recipiendas exceptiones, proponendum litem, contestandum, & iurandum de calumpnia, seu de veritate dicenda in anima, & super anima omnium Fratrum dicte Ecclesie, & Capituli, & Conventus; & positiones, & confessiones faciendum, & vera confitendum, & non vera diffitendum, & testes inducendos, & dandos, & publicandos, & testes adverse partis iurandos, & inde omnia eadem dari, & recipi, & publicari, videndum, & ad sententiam, vel sententias audiendum & ad omnia, & singula generaliter, & specialiter facienda, & gerenda, & procuranda, & procurari facienda, que circa predicta, vel aliquod predictorum, vel alia necessaria facienda, & gerenda, & procuranda eisdem Sindicis, vel alicui eorum videbitur expedire. Dantes, & concedentes eisdem, et cuilibet eorum insolidum pro se, & ipsis, & vice, & nomine dicte Ecclesie, & Conventus, & Capituli in predictis, & suprascriptis, & quolibet predictorum, & suprascriptorum plenum, & liberum, & generale mandatum; & etiam faciendi, & constituendi, & creandi pro eis, & dicta Ecclesia, & Capitulo, & Conventu Sindicos, & Procuratores, & obligationes, & promissiones, & pacta, & compositiones, & compromittendi, & compromissa si expedierit faciendi, & ad pecuniam mutuo acquirendum, & confitendum, & alias quascumque res a qualibet persona, et loco, que ipsis, vel alicui eorum, et dicte Ecclesie, vel Capitulo, & Conventu, ex quacumque causa deberentur, & pro eisdem, & dicta Ecclesia, & Capitulo, & Conventu, confitendum, & recipiendum, & finem ut expedierit exinde faciendum, & componendum, & predicta omnia, & quelibet predictorum faciendum, & fieri faciendum, & promittendum cum promissione, seu promissionibus, penis, & obligationibus bonorum ipsorum Fratrum, & dicte Ecclesie, & Capituli, & Conventus presentium, & futurorum, secundum formam, & naturam contractus, seu contractuum, & secundum quod eisdem Sindicis, & Procuratoribus, vel alicui eorum, videbitur expedire; & sicut ipsi Procuratores, & Fratres, & Capitulum, & Collegium, & Conventus facere, & exercere, & confiteri, & componere, & compromittere, & procurare, & constituere, & promittere, & gerere possent, si tunc presentes essent, promittentes se vice, & nomine illius Ecclesie, & Collegii, & Mansionis, & ipsius Capituli, & Conventus, habere semper ratum, & firmum. Et ex nunc approbantes, & ratificantes quicquid & totum quod super predictis, vel aliquo predictorum, factum, gestum, promissum, confessum, & compositum, & procuratum, vel procurari factum fuerit ab eisdem, vel aliquo eorumdem, sub hypothecis, & obligatione bonorum presentium, & futurorum dicte Ecclesie, & Mansionis, & Capituli, & Conventus. Et inde dictus Prepositus unanimiter cum Fratribus suprascriptis hanc cartam fieri rogavit, ut supra. Interfuerunt ibi testes rogati, & vocati, Thomas de Alba, Ametus de Comio, & Franciscus Calcarius. Ego Iacobus Gravaclus Not. Sacri Palatii, hanc cartam scripsi, de mandato suprascripti Prepositi. Tenor autem alterius Sindicatus predictorum Sindicorum Domus Omnium Sanctorum de Florentia talis est. In Dei nomine. Anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, Indictione quintadecima, die Lune, vigesimo sexto mensis Martii. Dominus Frater Bellingerius Prior Fratrum Ecclesie, et Capituli, et Collegii, et Mansionis, et Conventus Ecclesie Omnium Sanctorum prope Florentiam, Ordinis Humiliatorum, de consensu, et parabola, et voluntate, et auctoritate, infrascriptorum Fratrum suorum dicte Ecclesie, et Capituli, et Conventus, videlicet Fratrum Guidonis, Philippi, Bernardi, Thomasii, Gutere, Donati, Guidalcti, Pacis, Romani, Danizzini, Guidotti, Iosonis, Meliorelli, omnes simul unanimiter, et concordi-

Ecclesia illa aedificata fuit. Tabula adhuc superest in altari super suggestum erecto ad Occidentem, quam illam esse puto,

diter pro se ipsis, et vice, et nomine dicte Ecclesie, et Mansionis, et Collegii, et Capituli, et Conventus, et tamquam Prepositus Capitulum, et Conventus, fecerunt constituerunt, creaverunt, atque ordinaverunt Fratrem Benzevenem, et Fratrem Meliorellum, dicti Ordinis presentes, et quemlibet eorum in solidum, et in totum; ita quod occupantis non sit melior conditio eorum, et dicte Ecclesie, et Capituli, et Collegii, et Mansionis, et Conventus Sindicos, et Procuratores, et Actores, et Factores, et Nuncios speciales in omni lite vel litibus, causa vel causis, quam vel quas, ipsi vel dicta Ecclesia, seu Capitulum, et Conventus habent, vel possent habere, aut habere possunt, seu possent, cum Domino Preposito, et Capitulo Ecclesie Sancti Michaelis de Alexandria, dicti Ordinis, vel cum aliqua alia persona vel personis, loco vel locis: Coram venerabili Patre, et Magistro, et Domino Generali, totius Ordinis Fratrum Humiliatorum, vel quocumque alia persona vel loco, seu personis vel locis, vel coram quocumque alio Iudice, seu Curia, ad agendum, causandum, petendum, et recipiendum, et exigendum, et conquerendum, defendendum, respondendum petitioni, et libellis dandis, et recipiendis, exceptiones proponendum, litem contestandum, et iuramentum de calumpnie, seu de veritate dicenda in animas, & super anima omnium Fratrum dicte Ecclesie, & Capituli, & Conventus, & positiones & confessiones faciendas, & vere confitendum, & non vera diffitendum, & testes inducendum, & dandum, & publicandum, & testes adverse partis iurandum, & inducendum, & dari, & recipi, & publicari videndum, & ad sententiam vel sententias audiendum, & ad omnia, & singula generaliter & specialiter faciendum, gerendum, procurandum, & procurari faciendum, que circa predicta, vel aliquod predictorum, vel alia necessaria facienda, & gerenda, & procuranda eisdem Sindicis, vel alicui eorum videbitur expedire, dantes, & concedentes eisdem & cuilibet eorum insolidum pro se ipsis, & vice, & nomine dicte Ecclesie, & Conventus, & Capituli in predictis, & infrascriptis, & quolibet predictorum, & infrascriptorum, plenum, liberum, & generale mandatum, & etiam faciendi, constituendi, & creandi pro eis, & dicta Ecclesia, & Capitulo, & Conventu, Sindicos, & Procuratores, & obligationes, & promissiones, & pacta, & compositiones, & compromittende, & compromissa, si expedierit, facienda, & pecuniam mutuo exquirendum, & confitendum, & alias quascumque res a qualibet persona, & loco, que ipsis, vel alicui eorum, vel dicte Ecclesie, & Capitulo, & Conventu ex quacumque causa deberentur, & pro eisdem, & dicta Ecclesia, & Capitulo, & Conventu confitendum, et recipiendum, & finem si expedierit exinde faciendum, & componendum, & predicta omnia, & quelibet predictorum faciendum, & fieri faciendum, & promittendum, cum promissione, seu promissionibus, penis, & obligationibus bonorum ipsorum Fratrum, & dicte Ecclesie, & Capituli, & Conventus presentium, & futurorum, secundum formam, & notorum contractus, seu contractuum, & secundum quod eisdem Sindicis, seu Procuratoribus, vel alicui eorum videbitur expedire. Et sicut ipsi Prior, & Fratres, & Capitulum, & Collegium, & Conventus facere, & exercere, & confiteri, & componere, & compromittere, & procurare, & constituere, & promittere, & gerere possent, si tunc presentes essent, promittentes se vice, & nomine dicte Ecclesie, & Collegii, & Mansionis, & ipsius Capituli, & Conventus, habere semper ratum, & firmum. Et ex nunc approbantes, & ratificantes quicquid, & totum quod de supradictis, vel aliquo predictorum, factum, gestum, promissum, confessum, & compositum, vel & procuratum, vel procurari factum fuerit ab eisdem, vel aliquo eorumdem, sub hypotheca, & obligatione bonorum presentium, & futurorum dicte Ecclesie, Mansionis, & Capituli, & Conventus. Actum in Claustro dicte Ecclesie Omnium Sanctorum, prope Florentiam, presentibus, & rogatis testibus ad hec, Orlandino Donati, Populi Sancti Fridiani; Angeloto Franzeti eiusdem Populi; & Astulfo Bondii, Populi Sancti Pancratii. Ego Detauri Azonis de Florentia, Imperiali auctoritate publicus Not. hec omnia coram me acta publice scripsi. Que sententia suprascripta, & protestationes, & excommunicationes, & ea omnia, que superius continentur, lata, & facta fuerunt ut supra, in Domo Fratrum Humiliatorum Domus Nove site extra portam Civit. Mediolanensis, & coram suprascripto Domino Fratre Beltramo totius Ordinis Humiliatorum Magistro, & eo approbante, & ratificante, & auctoritatem suam, suumque Decre-

to, quae prima in veteri Ecclesia super altare maximum collocata fuerit. Penteptycha quidem est, & octo Sanctorum Ho-

cretum ad predicta omnia interponente, prestante, & dante in umoibos, & per omnia, ut superios continsotur. Interfuerunt ibi testes Frater Erithos Minister Domus nove, & Fratet Petrus de Misens, & Frater Thomax Prior de Asti, & Frater Thomasius Domus Humilistorum de Asti, & Frater Iohaones Biantbus Domus Humilistorum de Vicobaldono, & Frater Lafrancus Presbiter, & Frater Iacobus Domos Humilistorom Sancti Marchi de Terdona.

Ego Bellonus, filius quondam Iulii Panigsrole Notarius, Civitatis Mediolani, ... rogatus hanc seotentiam comptehensam in his tribus cartis tradidi, & ad scribendum dedi infradicto Antonio, &c.

Ego Antonius filius Montensrii Conia de Burgo Gallante Not. iussu suprascripti Belloni subscripsi.

Nicolaos Episcopos, Servus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Petro Sancti Georgii ad Velum Aureom Diacono Cardinali, salutem, & Apostolicam benedictiorem. Dom operosum. . . . . qood Apostolatos offitium humeris nostris debilibos obligavit, revolvimus in claustris nostre mentis; dum onerosum opus, quod solertia pastoralis nostris sensibus coniunxit patenter advertimos, opus est, ut in vineam Domini Sabaoth; quam Pater familias agricola summus plantavit, & coluit, operarios advocemus, qui in solicitudinis partem assumpti cum Apostolo sentientes, alter scilicet alterius onera secum portent; & in huiusmodi executione regiminis viros Idoneos eligamus, qui iuxta exigentiam gentium regendarum virtutum nitore presulgeant, & potentes in opere, ac sermone, commissas eis personas, exemplis operom instruant, & sermonum salutarium reddant dogmatibus informatas, ot impleatur Summi Pastoris imperium, & peculiaris populus ad ovile Domini, qui Pastores eius soper greges suos vigilare voluit, sanus reducatur. Ad hoc siquidem circa regularis observantie professores eo sollicitios laboramus, quo salubrius illorum religio fructum in eis afferat salutarem, & laudabilius possint in Domino proficere Incrementis. Cum itaque primus, & secondus Ordo Humiliatorum apud Deum, & homines, commendabilis habeatur, sitque conveniens ut ad eorum statum salubrem, & prosperum, diligentiam impendamus, talemque personam ad conservationem depuremus ipsorom, per cuius industriam possint ad salutaria dirigi, & a noxiis liberari, Nos attendentes tui sensus rectitudinem, conscientie puritatem, scientie magnitudinem, aliaque virtutum dona, quibus personam tuam virtutum Dominus insignivit; & spetantes firmiter quod cum imposita tibi hactenus, & precipue Sancte Romane Ecclesie Cancellarie offitium constanter gesseris, & prudenter; quo tamquam experimento prohatus ea, que probitati tue iniungentur deinceps, diligenter, & efficaciter exsequeris, tibi curam, & defensionem ipsorum Ordinum omniumque membrorum suorum, ac eorum personarum utriusque sexus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, cum multa securitate, Apostolica auctoritate committimus; tibique ordinandi, statuendi, & faciendi omnia per te, vel per alium, aut alios, que ad correctionem, reformationem, & utilitatem ipsorum Ordinom, & membrorum suorom, ac personarum eorum pertinere noveris, et specialiter confirmandi electionem Magistri sopradictorum Ordinum, quoties ingrueret pro tempore confirmanda, maxime cum electiones Magistrorum dictorum Ordinum hacteous per diversas temporum vices factas per felicis recordationis Innocentium IIII. primo, et demum Alexandrum, ac deinde Adrianum, cui tunc Sancti Adriani Diacono Cardinali cora predictorum Ordinum fuerat ab Apostolica Sede commissa, Roman. Pontifices predecessores nostros, quibus fuerunt electiones huiosmodi presentate, invenerimus fuisse Apostolica auctoritate confirmatas, plenam eamdem nunc concedimus facultatem. Quocirca Discretioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus onus huiusmodi prompta devotione suscipiens, et circa commissam tibi curam vigilanter intendens, predictos Ordines, et eorum personas, et loca, regere, defendere, ac manutenere procures, contradictores, et molestatores quoslibet per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibos contrariis eorumde Ordinum consuetudinibos, et statutis, iuramento, confirmatione Sedis Apostolice, vel qoacumqoe firmitate alia roboratis, sive si aliquibus predictorum Ordinum, aut quibuscomque aliis personis, cuiuscorque dignitatis, conditionis, preeminentie, ordinis, seu status, existant, communiter, vel divisim, a Sede sit indultum eadem, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, non possint, per lit-

Hominum imagines diſtinctis in loculis pictas exhibet. Inter has Sanctae *Luciae* Virginis, & Martyris, prima a dextris occurrit,

litteras Apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, vel quavis alia Sancte Sedis indulgentia generali, vel ſpetiali, cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus preſentium impediri valeat, vel differri; et de qua in noſtris litteris plena, et expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio ſit habenda. In huiuſmodi autem commiſſa tibi cura, Deo previo, ſic volumus te habere, ut vigente in Ordinibus ipſis gratia ſolide caritatis, ac producentibus ipſis ſalutiferos fructus ad honorem Divini Nominis, et commodum animarum, condigna tuis laboribus premia ſuperna providentia recompenſet. Datum Reate XVII. Kalen. Iulii. Pontificatus noſtri anno primo.

Nicolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Lodereugo Magiſtro, & Capitulo, Generalibus, necnon Prepoſitis, Prelatis, & Conventibus Fratrum, & Sororum univerſarum Domorum Ordinis Humiliatorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Per humilitatis exemplum in lege Domini gradientes illuminati verbo Domini, qui venientes in mundum inſtruit verbo ſuo, ut qui ſe humiliat exaltetur, cum humilitatis ſpiritu ſub obſervantia regulari, una cum Deo decreviſtis ponere portionem, ac filii ſui Domini noſtri Domini Ieſu Chriſti doctrinis edocti, qui in humilitate ſua humilium exhibuit ſe Doctorem, ut Humiliati dicamini a veritate rei ſortiti etiam vocabulum elegiſtis, unde nos, quos licet indignos, ad ſummum Apoſtolatus apicem diſpoſitio divina vocavit, talem doctrinam ipſius Domini imitantes, benigno favore complectimur, voſque, ac Ordinem veſtrum, qui in vinea Domini palmites fructiferos multos fecit, a noxiis libenti animo preſervamus. Sane dudum, ſicut accepimus, recolende memorie Innocentius Papa III. qui in angulari lapide Chriſto Ieſu Ordinis veſtri fundamenta locavit, ad profectum ipſius Ordinis, & promotionem intendens, inter alia noſcitur auctoritate Apoſtolica ſtatuiſſe, ut in eodem Ordine quatuor eſſent Prepoſiti principales, de Rondanario, de Vicobaldono, de Vigaloro videlicet, & de Laude, ubi ſuas Domos obtinet dictus Ordo, quorum ſinguli annis ſingulis ſucceſſive, uno ſcilicet anno unus, ſecundo ſecundus, tertio tertius, & quarto quartus, univerſis Domibus profeſſionis veſtre officium viſitationis impenderent, & que ſtatuenda, vel corrigenda invenirent ſtatuerent, & emendarent, ſecundum Deum, & ipſius Ordinis Inſtituta per Sedem Apoſtolicam approbata, diſpoſitionem, & poteſtatem ſuper minores Prepoſitos obtinentes, ſicut in Ciſtercienſi Ordine Patres Abbates in minoribus conſueverunt Abbatibus obtinere, & ipſi cum quatuor Prelatis medii ordinis, & totidem tertii, ſingulis annis ad minus generale Capitulum convocarent, in quo ea, que ad reformationem, ſtatum, & profectum religionis veſtre ſpectarent, ſine contentione, ſalubriter, & utiliter pertractarent. Et ſi aliquis ex quatuor maioribus Prepoſitis notatis aliquid forte committeret, per quod ab adminiſtratione eſſet merito removendus, a reliquis deponeretur, & adminiſtratione huiuſmodi privaretur. Felicis quoque recordationis Gregorius Papa IX. predeceſſor noſter, Regulam veſtram per dictum Innocentium predeceſſorem tunc correctam, & apud Sedem Apoſtolicam reſervatam fecit ſuis litteris annotari, & poſtmodum plene conſiderans, quod Romanus Pontifex correctioni ſubditorum immediate dicte Sedis nequit, ut expedit, imminere, cuidam Rogerio Superiori Fratrum Predicatorum Bononienſium, & Collegis ſuis primo, & deinde diverſis Prioribus, & Perſonis eiuſdem Ordinis Predicatorum, & Superiori Provinciali Fratrum Predicatorum in Lombardia per ſuas diverſas litteras, ut Monaſteria exempta Ordinis S. Benedicti, S. Mauri, & Canonicos Regulares cuiuſcumque . . . . . Ordinis, Humiliatos quoque, & Hoſpitalia, necnon Eccleſias, & loca, in quibus correctio ad Dioceſanos non pertinebat, vel que in poſſeſſione libertatis exiſtebant, in Provincia Lumbardie, & quibuſdam aliis partibus, omni anno donec ſibi placeret ſemel, & pluries prout videretur expediens, privilegiis eorum, & indulgentiis nequaquam ob . . . . . ſtandi commiſit. Poſtmodum vero . . . . Innocentius Papa IIII. predeceſſor noſter volens Religioni veſtre accepte Deo, & hominibus, pacem, & quietem paterne diligentie ſtudio procurare, ut quaſi unum corpus, unum caput haberet, auctoritate Apoſtolica ſtatuit, ut in Ordine veſtro unus eſſet Magiſter, ſub cuius regimine valeretis Deo, & Sancte Romane Eccleſie, devote, ac utiliter ſ . . . . eidem Ordini provideat, & intendat, ac viſitationis, & correctionis ſuper illo, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, plenam detineat poteſtatem. Univerſis vero ipſius veſtri Ordinis Domibus,

vel

rit, quam ibi depictam opinor, ut morae in Ecclesia Sanctae *Luciae* ad Sanctum *Eusebium* ab Humiliatis, antequam huc migra-

vel per se ipsum, si commode potuerit, alias autem per idoneas personas in generali Capitulo ad hoc electas, officium visitationis impendat, & que . . . . . . igenda reppererit statuat, & emendet secundum Deum, & ipsius Ordinis instituta. Electio vero, & depositio ipsius Magistri ad ipsius Ordinis Capitulum Generale, Prepositorum autem electorum od Preposituras eiusdem Ordinis approbatio, & amotio, ad Magistrum pertineat supradictum. Inhibuit etiam dictus predecessor Innocentius, ut nu . . . . . . quelibet alia persona regularem electionem Prepositi, vel Prelati eiusdem Ordinis impediat, aut de instituendo, vel destituendo eo qui pro tempore fuerit se aliquotenus intromittat. Cogitans etiam dictus predecessor Innocentius de illis Ecclesiis specialiter, que ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinebant, & intendens earum correctioni, cui per se propter occupationes varias imminere nequibat, consuevit plerumque aliquos deputare, qui vice sua huiusmodi officium visitationis, & correctionis exequerentur in Ecclesiis nominatis, ipsum officium in predictis Ordinibus, & locis quondam Fratri Stephano de predicto Ordine Predicatorum, Capellano, & Penitentiario suo, duxit sub forma simili committendum. Superior vero, & College, ac Priores persone, & Penitentiarius memorati, in domibus, & locis vestri Ordinis de predictis partibus Lombardie premissum visitationis, & correctionis officium exercuerunt libere pluries nullo alio eumdem Humiliatorum Ordinem visitante. Alias etiam Fratribus, & personis vestri Ordinis supplicantibus eidem predecessori Innocentio Pape IIII. ut uni de Fratribus suis Fratrum vestri Ordinis custodiam commendaret, cuius fulti patrocinio, & consilio gubernati, possent firmius figere gressus suos, dictus predecessor Innocentius huiusmodi sollicitudinem bone memorie Octoni Episcopo Portuen. commisit, & etiam electionem factam de quondam Fratre Bertramo tunc Preposito Domus Sancti Luce Brixien, in Generalem Magistrum vestri Ordinis, & presentatam sibi ab eisdem Fratribus confirmandam ab eo, de Fratrum suorum consilio confirmavit, ac deinde statuit, ut per omnes Ordinis vestri Domos, & Ecclesias unus in divinis cantandi, & psallendi modus debeat observari; ac denique dicto Beltrammo viam universe carnis ingresso, Generale Capitulum vestri Ordinis convenientes in unum, quendam Petrum tunc eiusdem Domus S. Luce in Magistrum predicti vestri Ordinis, canonice,

&

& concorditer elegerunt. Pie quoque memorie Alexander Papa predecessor noster, presentatam sibi electionem huiusmodi, quia invenit eam de persona ydonea canonice celebratam, de Fratrum suorum consilio confirmavit; ac exposito postmodum sibi quod licet idem predecessor Innocentius Papa IIII. ut premittitur statuisset, ut huiusmodi modus cantandi, & psallendi per omnes infrascriptas vestri Ordinis Domos, & Ecclesias servaretur; quia tamen quidam Fratres vestri Ordinis Mediolan. Civitatis, & Dioc. consuetudinem Mediolanen. Ecclesie imitantes, statutum huiusmodi non servabant, dictus predecessor Alexander Magistro vestri Ordinis, per suas mandavit literas, ut predicti Fratres Civitatis, & Diocesi. predictarum ad observationem ipsius statuti, consuetudine predicta nequaquam obstante, per censuram Ecclesiasticam coarctaret. Post hec bone memorie Gregorius Papa X. predecessor noster, sancte recordationis Adriano Pape predecessori nostro, tunc Sancti Adriani Diacono Cardinali, curam, ac defensionem vestri Ordinis, ac omnium Domorum, & membrorum vestrorum, tam spiritualiter, quam temporaliter, per litteras suas commisit, ut ibi ordinaret, statueret, & faceret omnia per se, vel per alium, aut alios, que ad correctionem, reformationem, ac utilitatem vestram, & Domorum, ac membrorum predictorum expedire videretur, confirmandi specialiter electionem Magistri supradictorum Ordinum Humiliatorum, sibi ab eo concessa nichilominus potestate, qui demum huiusmodi fretus auctoritate, quia idem Frater Petrus tunc Magister regimini Magisterii dicti vestri Ordinis sponte cessit, & renuntiavit expresse, te, fili Magister, tunc Prepositum Domus de Mirasole, qui per concordem electionem vestri Capituli Generalis electus fueras in Magistrum, canonice confirmavit, ac postea bone memoriae Honorius Papa predecessor noster, vobis per litteras suas concessit, quod Magister vester cum unanimiter, & concorditer electus fuerit, libere administret, donec petendi, & obtinendi confirmationem a Sede Apostolica, vel ab alio, cui hoc esset per . . . . habuerit facultatem: pro ut hec omnia tam in Regestris, quam in litteris dictorum predecessorum plenius continentur. Verum inter vos, & venerabiles Fratres vestros . . . . . Archiepiscopum Mediolanensem, ac . . . . . . Brixiensem . . . . . . & quosdam alios Episcopos, in quorum Civitatibus, & Diocesibus Domus vestri Ordinis plures habetis, super

oo

grarent, tractae memoria servaretur. In medio S. *Ioannes Baptista* exstat, utpote Civitatis Florentinae patronus. Visitur etiam

eo . . . . mos, & loca ipsa eis fore subiectu, & super subiectione, ac libertate huiusmodi, necnon visitatione, correctione, ac procurationibus, quas iidem Ordinarii sibi deberi in domibus, & locis predictis, & habere contendunt, & quibusdam aliis articulis diverse questionum, & controversiarum materie sunt exorte; quorum . . . . predictus vester, qui olim florere in spiritualibus, & habundare in temporalibus consuevit, gravia sub it onera expensarum, in eo etiam periit observantia regularis, & antiqua elemosina, que affluenter erogabatur pauperibus, aliaque pietatis opera in eodem servari Ordine consuetu, sunt non modicum diminuta. Su . . . . ter hoc, tum propter alias oppressiones, & perturbationes varias prefatus Ordo adeo in spiritualibus, & temporalibus est collapsus, quod nisi per ipsius Sedis providentiam succurratur eidem, vix adicere poterit, ut resurgat. Cum igitur ex predictis litteris, & commissionibus dictorum predecessorum nostrorum colligi possit, quod ipsi predecessores vos pro exemptis hactenus habuerunt, nos quieti vestre in hac parte opportuno remedio providere volentes, ac omnem dubitationis, ambiguitatis, & querele . . . . funditus amputare, & nihilominus gratiam vobis facere specialem, vos, ac successores vestros in Ordine vestro Domino servituros, & predictum Ordinem, vestras Domos, & lotu vestra, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum prestante Domino poteritis adipisci, controversiis, questionibus, seu litigiis quibuscumque, super hoc hactenus suscitatis, & processi us, tam in causis conventionum, vel perquisitionum, seu aliis quibuscumque coram quibusvis Iudicibus, seu Auditoribus, huiusmodi occasione factis, vel habitis, nequaquam obstantibus, ab Archiepiscoporum, Episcoporum . . . . . quorumcumque Ordinariorum iurisdictione omnimoda prorsus eximimus de Apostolice plenitudine potestatis. Decernentes vos, & successores predictos, & eumdem Ordinem vestrum, domos, loca, & bona alia predicta soli dumtaxat immediate Romano Pontifici, & Romane Ecclesie subiacere.; ac districtius inhibentes ne quis Diocesanus, vel Ordinarius super visitatione, correctione, procurationibus, aut earum exactione, sive aliis iuribus, vos, successores vestros, aut personas vestri Ordinis predicti cuiuscumque dignitatis, vel condicionis, aut sexus existant turbare, vel molestare, sive in vos, & successores ipsos, aut Domos, & loca, & eorum personas aliquam censuram Ecclesiasticam exercere quoquo modo presumat. Nos enim omnes excomunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, quas contra tenorem exemptionis, & inhibitionem huiusmodi promulgari, & processus quoslibet, quos per quoscunque fieri, & haberi contigerit, ex nunc decernimus irritos, & inanes, & nullius existere firmitatis. Ad . . . . . . autem huius precepte a Sede Apostolica libertatis vobis, & successoribus vestris, duas libras auri annis singulis persolvetis. Volumus tamen quod in questionibus, & litigiis preteritis iam inceptis, tam ipsis Diocesanis, seu Ordinariis; quam vobis ratione dampnorum, & expensarum, seu quacunque alia occasione . . . prosec . . . . volueritis ius agendi, & defendendi ratione preteriti temporis reservetur; exemptione, decreto, ac inhibitione huiusmodi . . . . in omnem eventum iudiciorum nihilominus in perpetuum in suo robore duraturis, & si dicti Ordinarii, seu alii, aut vestrarum domorum, seu locorum fundatores, sive donatores, aut benefactores vestri censum aliquem, seu canonem, aut aliam prestationem, aut iuspatronatus, seu confirmationis, aut institutionis presentati in Ecclesia, seu Ecclesiis vobis donatis, & in quibus iuspatronatus habetis, seu habebitis, sive quodlibet aliud . . . . . . in domibus, locis, aut aliis bonis vobis pia largitione concessis, sive concessionis, fundationis, & donationis tempore reservarent qui ad perceptionem, & retentionem huiusmodi censas, vel canonis, aut prestationis, vel iuris cuiuscunque taliter reservati, per hoc nullum eis in posterum preiudicium generetur. Decernimus . . . . . . omnino hominum liceat hanc paginam vestre exemptionis inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. . . . . eate IIII. Non. Septembris Pontificatus nostri . . . . . . primo.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Mediolanensi, & Florentino ac Taurinensi Episcopis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Militanti Ecclesie, licet immeriti, disponente Domino presidentes circa curam Ecclesiarum, & Monasteriorum omnium soler-

etiam in alio loculo S. *Petrus*, cui S. *Benedictus* adhaeret: Sancti enim *Benedicti* institutum Humiliati sectabantur. In parte ta-

lertia reddimur indefessa folliciti, ut iuxta debitum Pastoralis efficii eorum occurramus dispendiis; & profectibus, divina cooperante clementia, intendamus. Sane dilectorum filiorum Magistri Generalis . . . . Ordinis Humiliatorum conquestione percepimus, quod nonnolli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prelati, ac Clerici, ac Ecclesiasticarum persone, tam Religiose, quam etiam Seculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, & Nobiles, & Laici, Communia Civitatum, Vniversitates Oppidorum, Castrorum, Villarum; & aliorum locorum, & alie singulares persone Civitatum, & Dioc. & aliarum partium universarum, occuparunt, & occupari fecerunt Castra, Villas, & alia loca, terras, domos, possessiones, & iura, iurisdictiones, necnon fructus, census, redditus, & proventus, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia ad, Magistrum . . . . . . ac Ordinem predictos spectantia, & ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium, & favorem. Nonnulli etiam Civitatum, Dioc. & partium predictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eidem Magistro . . . . . . super predictis Castris, Villis, & locis aliis, terris, domibus, possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus, & proventibus eorumdem, & quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, & aliis rebus ad eosdem Magistrum, & . . . . & Ordinem, ut prescribitur spectantibus, multiplices molestias inferunt, & iacturas, ac iniurias. Quare dictus Magister . . . . . . nobis humiliter supplicavit, ut cum eidem valde reddatur difficile pro singulis querelis ad Apostolica Sedem habere recursum, provideri sibi, & dicto Ordini, ipsi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, presumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, illo volentes eisdem Magistro, & . . . . Ordini remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia precludatur; Fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Iudices, prefatis Magistro, & Ordini . . . . . . efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eosdem super his, & quibuslibet aliis bonis, & iuribus ad eosdem Magistrum . . . . ac Ordinem spectantibus ab eisdem, vel quibusvis aliis, indebite molestari, vel eis gravamina, seu dampna, vel iniurias irrogari, facturi dictis Magistro . . . . . . cum ab eis, vel Procuratoribus suis . . . . fueritis requisiti de predictis, & aliis personis quibuslibet, super restitutione huiusmodi Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum locorum, iurisdictionum, iurium, & bonorum immobilium, & mobilium, reddituum quoque, & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis, atque dampnis presentibus, & futuris, in illis videlicet, que iudicialem non requirant indaginem, summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii; in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit, iusti tie complementum: occupatores, detemptures, molestatores, seu presumptores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis, extiterint, quandocumque, & quotiescumque expedierit, auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis: non obstant bus tam felicis recordationis Bonifatii Pape VIII. predecessoris nostri, in quibus cavetur ne aliquis ultra suam Civitatem, & Dioc. nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine sue Dioc. ad iudicium evocetur; seu ne Iudices, & Conservatores a Sede deputati predicta extra Civitatem, & Dioc. in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii, vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine Dioc. eorumdem trahere presumant; dummodo ultra duas dietas aliquis, auctoritate presentium, non trahatur; seu quod de aliis, quam de manifestis iniuriis, & molestiis, & aliis que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, & in id procurantes adiectis; Conservatores se nullatenus intromittant; quam aliis quibuscumque Constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad iuditium non vocandis, aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdictioni, & potestati eiusque libero exercitiu quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter, vel divi-

Iiiiiiiiiii fim

tabulae inferiore, seu exergo, turmae Sanctorum plures depictae sunt; quae Ecclesiae titulum nobis ingerunt, *Omnium Sanctorum* videlicet. Mirum est, in hac tabula Sanctorum Patrem, ac Regem, *Iesum Christum* Deum pictum non fuisse; & multo magis mirandum, si verum est, hanc Ecclesiam duplici titulo, *Sancti Salvatoris*, scilicet, & *Omnium Sanctorum*, fuisse insignitam. Quum huius Monasterii Fratres Humiliati pauci evasissent, & Minoritae S. *Francisci*, ab Observantia dicti, ab Coenobio Faesulano ad Coenobium Sancti *Francisci* in Monte Sancti *Miniatis* transgressi, tamdem in Vrbem descendissent, consedissentque in Ecclesia S. *Catharinae* prope Arcem S. *Ioannis Baptistae*, contigit, ut Humiliati loco [a] cederent, & Minoritae illi Monasterium Omnium Sanctorum obtinerent [b]: ubi adhuc manent, illudque ampliaverunt, ut innui, & eleganter exornarunt. Eatenus autem Humiliati Monasterii Omnium

sim a presata sit Sede indultum, quod excomunicari, suspendi, vel interdici, seu extra, vel ultra certa loca ad iudicium evocari, non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; & quilibet alia indolgentia dicte Sedis generali, vel spetiali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam, vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet inpediri, & de qua euiusque toto tenore de verbo ad verbum io nostris litteris babenda sit mentio spetialis. Ceterum volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium incboatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus, qoodque a data presentium sit vobis, & unicuique vestrum in premissis omnibus, & eorum singulis, ceptis, & noo ceptis, presentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus, ceptis & non ceptis, presentibus & foturis, & pro predictis, procedere, ac si predicta omnia, & singula coram nobis cepta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum, in predictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium, perpetuata legitime extitisset, Constitutione predicta super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obstante presentibus post quinquennium minime valituris.

Dat. Avinion. XII. Kal. Iulii Pontific. Nostri Anno Nono.

In Dei nomine amen. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, Indictione quarta, die primo Mensis Aprilis. Hoc exemplum per me Michaelem subscriptum Not. suprascriptum ex autenticis, & originalibus licteris Domini Clementis, Divina providentia Pape Sexti, plumbea bulla bullatis, in presentia sapientis, & discreti viri Domini Guidonis de Bonciani de Florentia, Prioris Ecclesiae Sancti Stephani de Licignano, Florent. Dioc. Vicarii Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Fratris Angeli Episcopi Florent. eo pro tribunali sedente ad suum solitum banchum Iustitie situm Florent. in Ecclesia Sancti Salvatoris, insinuatum fuit, & a me ipso Michaele, & aliis subscriptis Not. diligenter, & fideliter cum autenticis licteris ascultatum. Et cum idem Dominus Guido . . . . ncordare . . . . exemplo adhibeatur de cetero plena fides; suam, & dicti Domini Episcopi, qua fungitur, auctoritatem eidem exemplo imposuit, & . . . . Ordinis Humiliatorum.

a Humiliati io Monasterium Omnium Sanctorum primum migrarunt anno MCCLVI. Adi *Richam*, & *Mannium* infra citandos.

b *Pocciantius Eccles. Florent. pag.* 180. *Richa Tom. IV. pag.* 287. contigit id anno MDLXIV. Consule *Mannium Tom. VII. Sigill. pag.* 91. Religio Homiliatorum deleta est a S. *Pio V.* Pont. Max. anno MDLXXI. ut legitur in *Histor. Religiosum Tom. VI. pag.* 169.

In *a* Vsque

mnium Sanctorum Episcopatui Florentino obnoxii erant, quatenus Ecclesiam Sanctae *Luciae*, etiam post migrationem in Monasterium Omnium Sanctorum, retinere & administrare perrexerunt [a], pro qua Ecclesia eis census cerei unius librae ab *Ioanne* Episcopo impositus fuerat [b]. Hinc Praepositus Omnium Sanctorum, etiam nomine sui populi, *Andreae* Episcopo Florentino obedientiam praestitit [c]. Quumque Humiliati huius Monasterii elegissent Fratrem *Meliorellum* suum Praepositum, *Ioanni* Episcopo electionem factam iam praesentaverant [d]; & Episcopo *Francisco* consuetum censum solverunt, per Fratrem *Deodatum* Syndicum Ecclesiae & Conventus Omnium Sanctorum [e].

Sunt

a Usque ad annum MDXLVII. quo Ecclesia S. *Luciae* Canonicis S. *Salvatoris* Scopetinis data est. Consule superius *pag.* 998.

b Supra *pag.* 244.

c Supra *pag.* 247.

d Supra *pag.* 253.

e Supra *pag.* 261. Quoniam Humiliatorum plurima dedimus, iuvat heic addere de eorum Comitiis generalibus Senis celebratis chartam, quam *Placidus Puccinellius* in Chronico Abbatiae Florent. profert.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili Fratri Thomae Episcopo Traguriensi, & dilecto filio Iohanni Abbati Monasterii S. Mariae Florentinensis, salutem, & apostolicam benedictionem. In supremae dignitatis specula, licet immeriti, disponente Domino, constituti, quamvis omnium religiosorum Ordinum generalem curam gerere teneamur; de illis tamen propensius cogitare debemus, quibus maior provisionis necessitas dignoscitur imminere; ut ipsi nostrae sollicitudinis studio a quibuslibet sublevati dispendiis, ad statum prosperum reducantur; & votivis, dante Domino, iugiter proficiant incrementis. Dudum siquidem per nos accepto, quod Ordo Humiliatorum Generali Magistro careret, & ex defectu non celebrati in eo a longis temporibus Generalis Capituli, prout antiquitus consueverat celebrari, gravia sustinuerit in spiritualibus, & temporalibus detrimenta; Nos, cupientes, Ordinem ipsum, ac singulas eius Praeposituras, & loca, ubilibet consistentia, debite reformari, per alias nostras certi tenoris litteras Generale Capitulum in Civitate Senarum, in Domo S. Thomae Apostoli, dicti Ordinis, per omnes, & singulos Praepositos, & Praelatos, & Religiosos dicti Ordinis, qui secundum illius consuetudinem, & statuta in quocunque Generali ipsius Ordinis Capitulo, dum illud pro tempore celebrari contigerit, insimul convenire tenentur, XV. die post Pascha Resurrectionis D. N. I. C. proxime praeteritum, decrevimus celebrari; prout in eisdem plenius continetur. Cum autem finis dicti termini iam prope instare noscatur; & pro praefato Capitulo salubriter dirigendo aliquos Praelatos scientia claros, providentia circumspectos, & in Religionis observantia expertos, huiusmodi Capitulo praesidere necessarium sit, & etiam opportunum; Nos, super his opportune providere volentes, ac gerentes de vestrae circumspectionis industria in Domino fiduciam specialem, devotioni vestrae eidem Capitulo, postquam ad id celebrandum Praepositi, Praelati, & Religiosi antedicti congregati fuerint, praesidendi pro executione praedictorum, ac omnia, & singula, quae pro reformatione huiusmodi utilia visa fuerint, faciendi, gerendi, exercendi, mandandi, statuendi, ordinandi, & decernendi, prout vobis videbitur expedire; contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia, appellatione postposita compescendi, plenam, & liberam tenore praesentium concedimus facultatem; volentes, ac praesentium auctoritate statuentes, quod omnes, & singuli Praepositi, ac Praelati dicti Ordinis, qui celebrationi dicti Capituli interfuerint, in electione praefati Generalis, & aliis, ut vobis videbitur hac vice expedire, certis rationabilibus causis moti, vocem, & voces habeant in Capitulo. Insuper decernentes, quod eligendus hac vice in Generalem Magistrum dicti Ordinis, de ipso Ordine dumtaxat, & in Sacerdotio constitutus, non ad vitam, sed ad tempus, per vos terminandum, eligatur, & per vos auctoritate Apostolica, si vobis videbitur idoneus, confirmetur; nec possit iterum in posterum in dicto officio confirmari, nisi decenter, & discrete se gesserit tempore, quo fuerit in ipsius Magistri Generalis officio, & a tribus ex quatuor partibus ipsius Capituli fuerit de novo electus; nec dicta confirmatio, nisi ad aliud tem-

tem-

Sunt qui tradant, hoc Monasterium proprie vocari *Sancti Salvatoris Omnium Sanctorum*. Ipse tamen numquam hactenus offen-

tandem tempus possit extendi; quo elapso, nisi toto tempore transacto, quantum in totum praefuerit Magister Generalis, iterum eligi, aut confirmari non possit; addentes, & penitus declarantes, quod de cetero nullus de novo in Generalem Magistrum intelligatur electus, nisi in quem ad minus duae partes Generalis Capituli dederint voces suas. Volentes insuper, ac tenore praesentium statuentes, quod praefatus in Generalem dicti Ordinis electus ullam Domum, Praepositum, vel Praelatum dicti Ordinis, nisi adhibitis secum duobus ad minus dicti Ordinis Visitatoribus, non valeat visitare. Licentiam insuper quoquomodo alienandi in perpetuum, vel ad longum tempus possessiones, & bona dicti Ordinis, pretiosa, mobilia, vel immobilia, nec dantibus, vel alienantibus consentire, & data, & alienata nullius roboris obtineant firmitatem. Quaeque etiam hac vice de Definitoribus, & Visitatoribus fiendis, possitis, prout vobis opportunum videbitur, providere. Volentes insuper, quod in futurum super praedictis, & super vocibus Praepositorum, & aliorum, ut supra, ac etiam de tempore, quod debeat stare Generalis Magister, ac de Constitutionibus dicti Ordinis revidendis, corrigendis, cassandis, addendis, & diminuendis, & denuo fiendis, & Definitoribus, Visitatoribus supradictis, & circa reformationem Praepositurarum, & locorum, ac personarum dicti Ordinis, de consensu tamen maioris partis dicti Capituli, plene disponere, & providere possitis, Constitutionibus dicti Ordinis; illa videlicet, qua cavetur, quod per XXIV. Praepositos, videlicet XII. Mediolanenses, & XII. extra Mediolanum, Generalis Magister dicti Ordinis debeat electio celebrari; ac etiam, qua cavetur, quod nulla Constitutio in huiusmodi Capitulo facta, vim Constitutionis obtineat, nisi fuerit per tria Generalia Capitula approbata, nec non aliis Constitutionibus dicti Ordinis, & Apostolicis, generalibus, vel specialibus in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Vos igitur vobis iniunctum ministerium reverenter suscipientes, sic illud ad laudem, & gloriam Altissimi praefatique Ordinis directionem salutarem, iuxta datam vobis a Deo prudentiam exequi studeatis, quod, favente Domino, desiderati fructus proveniant, quos speramus; vosque apud nos, & Sedem Apostolicam dignis laudibus merito commendari possitis. Datum Florentiae, Anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXV. Pridie Kal. Maii, Pontificatus nostri, Anno V.

Thomas Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Traguriensis, & Ioannes Abbas S. Mariae de Florentia, universis, & singulis Praepositis, Praelatis, Fratribus, & Sororibus, Ordinis Humiliatorum salutem, & Sacrae Religionis augmentum. Notum facimus vobis per praesentes, quod Sanctissimus in Christo P. & Dominus noster, Dominus Eugenius divina providentia Papa IV. per suas litteras constituit nos Praesidentes in Capitulo Generali dicti Ordinis celebrando in hac Civitate Senarum, in loco S. Thomae dicti Ordinis; Nobis mandans, & iniungens, ut personaliter nos ad dictum Capitulum transferremus, & praesideremus eidem. Dictarum autem litterarum Apostolicarum tenor sequitur: Eugenius, &c. ut supra. Nos igitur volentes, ut tenemur, mandatis Apostolicis obedire, & exequi ministerium nobis iniunctum, ad praesens Capitulum venimus, & praesentialiter residemus, &c.

De Humiliatis agitur quoque in Instrumentis Archivi Capituli Florentini anno MCCCXIX. & sequenti confectis, in quibus legitur quod

1319. R. vir Fr. Thomasius Flor. Ordinis Humiliatorum, Praepositus divinae Domus, & Ecclesiae Omnium Sanctorum dicti Ordinis, & alii Fratres dicti Conventus, faciunt eorum Procuratores aliquos ex eis ad plura peragenda. Anno Incarnationis 1319. Ind. 3. die 27. Ianuarii, testibus Ser Vghetto Lapini, Cini Vghetti Not. de Monaldis, & Bertoldo de Rignanis de Campi, & Moccio Ioannucci de Quaracchi.

Ser Dietisalvi olim Beneventis Civis, & Not. Florent.

1319. Fr. Deodatus Fr. Divinae Domus Ecclesiae Omnium Sanctorum Ordinis Humiliatorum de Florentia, & Frater Cambius Conventus eiusdem Domus, Procuratores aliorum Fratrum, & cum consensu Rev. Patris Thomasini Praepositi d. Domus, vendunt Domino Presbytero Netio q. Puccii Pieri de Muntaione, Rectori Ecclesiae S. Christophori, pro se, & suis heredibus recipienti, bona posita in Populo S. Mariae de Carpineto: Anno Incarnationis 1319. Ind. 3. die 7. Martii, testibus Michaele Ioannis Populi Sanctae Luciae Omnium Sanctorum, Piero Ser Philippi Populi S. Pancratii, & Presb. Vgolino Cappellano Canonicae S. Reparatae, &c.

Ser Fridericus q. Nerii de Signa Not.

1320. Fr. Benedictus Ordinis Humiliatorum Generalis Magister, per suas litteras

fendi in antiquis monumentis hunc *Sancti Salvatoris* titulum; & licet eorum non pauca huc usque in medium adduxerim, in ipsis nulla unquam huius tituli mentio facta fuisse cognoscitur [a]. Quare recentior titulus dicendus, quem Minoritae imposuerint, memores tituli Coenobii Sancti *Salvatoris* in Monte, quod antea incolebant, & deseruerant; & isthuc ipsum In-

directus Fr. Thomasio Praeposito Domus Omnium Sanctorum de Florentia, concedit facultatem permutandi, vel aliter alienandi bona d. Conventus, usque ad summam flor. 100. auctoritate Apostolica, qua fungitur: & approbat venditionem factam sub anno a Nativitate 1320. Ind. 3. die 3. Iulii, & de suprascriptis litteris fit trasumptum per Ser Iacobum Vanois de Signa, & Ser Dusom filium Cialni de Signa, & Ser Tredutium q. Nerii de Signa, coram Domino Christophoro de Saxoferrato Iudice, & Assessore Domini Ioannis de Saxoferrato, Vicarii Regii Civitatis, Comitatus, & districtus Florentiae, sub 1320. anno ab Incarnatione, Ind. 13. die 6. Mensis Augusti.

Constitutiones, seu Statuta, Communis Florentiae *Lib. IV.* Parte postrema, cuius titulus: *De Artibus, & aliis rebus, ex quibus foetor oritur, non fiendis, seu tenendis, in Civitate, vel aliis certis locis. Rubrica CXXIV.* habent: Teneatur Dom. Capitaneus, & Defensor, proprio iuramento, primo mense sui Regiminis, banniri facere per Civitatem Florentiae, in locis consuetis, & maxime in Burgo Omnium Sanctorum, quod nulla persona audeat, vel presumat, proiicere, vel proiici facere aliquod pascadum, vel aliquod tinum vagelli evacuare, directe in goram, seu per goram Molendinorum, seu Gualcheriarum Fratrum Omnium Sanctorum, & & eorum consortium, in praedictis Molendinis, seu Gualcheriis; sed cuilibet liceat pascadum proiicere, seu proiici facere, in flumen Arni extra goram. Nec etiam aliquis possit, vel debeat ponere, mittere, vel poni facere aliquod pascadum, seu aquam de vagello in aliquo loco prope plateam Ecclesiae Omnium Sanctorum per viginti brachia, vel in ipsa platea. Nec etiam debeat aliquis guadum ponere, vel mittere in macerom in aliquo loco prope Ecclesiam Omnium Sanctorum per quinquaginta brachia. Qui vero contra praedicta, vel aliquod praedictorum fecerit, puniatur per Dominum Capitaneum, & Defensorem, provice qualibet in libras decem flor. parv. & liceat cuilibet accusare, & habeat dimidiam condemnationis propterea fiendae. Hactenus Lex.

Hinc intelligere est magnam curam Florentinos habuisse Fratrum Homiliatorum, qui pannorum textura incredibilem utilitatem attulerant Civitati. Intelligimus etiam pistrina, quae prope Pratum erant, ad eos olim spectasse, & eamdem foveam, quae gora hic vocatur, aquam ex Arno derivasse ad eorum molas vertendas, & ad Gualcheriarum rotas pro pannis oleo purgandis circumvolvendas; quae non procul a Molendinis illis esse debuerunt. Fovea illa fuisse videtur, ubi etiamnum Via *Gora* adpellatur, vel saltem proxima: a Platea enim Omnium Sanctorum incipit, & ad Pratum Sanctae *Luciae* desinit.

Animadvertendum tamen est, Humiliatos, non in texendis pannis tantum, quod omnibus notum est, se exercuisse, sed etiam in aliis artibus profitendis. Nam constat, Humiliatos Florentinos pingendis vitris fenestrarum Ecclesiarum specularibus praestitisse; & ex chartis Archivi Coenobii S. *Mariae Novellae* liquet, eos vitra Ecclesiae huius Coenobii fenestris aptanda discolori varietate, & sacris figuris, distinxisse. Hinc non mirum, si in fenestra Ecclesiae veteris Omnium Sanctorum portio quaedam huiusmodi vitrorum adhuc superest. Porro & describendis atque ornandis Ecclesiasticis libris incubuisse; nam Codices manu exaratos, qui ad eos, & eorum Coenobium olim pertinebant, Sanctimoniales Parthenonis Sanctae *Marthae* ad Florentiam, in Monte Vgonis siti, & Ordinis Homiliatorum, plures huiusmodi possidebant; quos tamdem emit Vir Clarissimus *Gabriel Riccardius* Ecclesiae Florentinae Subdecanus. Quum Coenobia, quae Homiliati in Tuscia habebant, superius *pag.* 952. recensui, omisi Monasterium Vrbis Pistorii, de quo loquitur *Michael Angelus Salvius Hist. Pistoriens. Tom. I. in Appendice pag.* 63. & quod in Quartero Portae Lucensis collocatum erat. Omisi etiam Monasterium Senense; aliaque silentio praetetierim, quae mihi ignota sunt hactenus.

a *Io. Bapt. Casottius Histor. S. Mariae Imprunet. pag.* 14. hunc titulum habere tradit.

 a Haec

Inscriptio confirmat, quae marmori incisa, & parieti Ecclesiae infixa, legitur [a].

Parthenon Sanctae *Felicitatis* cum Ecclesia, & Paroecia, quam Prior, & alii Clerici, procurant atque gubernant [b]. Eius antiquitas mille annos antecedit [c]; & conditus est in loco, ubi vetustum Coemeterium Christianorum erat [d]. Illum habent Sanctimoniales Ordinis S. *Benedicti*; & *Theibergae*, ac *Bertae* [e], eius Antistitarum, fama saeculum XI. inclaruit. Quum illum [f] pe-

a Haec Inscriptio ita habet:

CONCEDENTE R.^{MO} D. D. ALEXANDRO MED.
ARCHIEPI. FLOR. R.^{MVS} D. MASSEVS BARDVS
ORD. S. F. DE OBS. EPISCOPVS CLVSINIVS AD
HONOREM SANCTISS. SALVATORIS HOC
TEMPLVM VNA CVM ARA SVA SVPERIORI
MAXIMA POPVLORVM FREQVENTIA
CONSECRAVIT: SVOQVE DVLCISSIMO
NOMINI DEDICAVIT: ATQVE INDVLGENTIAM
PER EPISCOPOS CONSVETAM HVC
ACCEDENTIBVS CONDONAVIT PRIMA
DIE AVG. AN. SAL. M. D. LXXXII.
F. PETRVS IOHANNES BRVNETTVS II. P.

b *Mich. Pocciantius Descript. Eccles. Florent. pag.* 152.

c *Pocciantius Eccles. Florent. pag.* 152. *Brocchius Vit. Sanct. Dioeces. Flor. Part. II. pag.* 208.

d *Brocchius* loco laudato. *Ant. Franc. Gorius Inscript. Tusciae Tom. III. pag.* 306. & seq. Supra *pag.* 28.

e *Bertae* Abbatissae nomen, & obitum memorat Necrologium vetustùm, quod in Bibliotheca Sanctae *Crucis* Florentiae exstat. *Theitberga* autem haec forte est eadem ac illa de qua agit instrumentum, quod superius produxi *pag.* 938. &c.

f Produco Bullam ex *Vghellio*.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Theibergae Abbatissae Monasterii Sanctae Felicitatis iuxta Florentiam siti, sibique successoris, & in sancto proposito permansuris in perpetuum.

Quoniam Omnipotentis dignatio suo gratuito munere, nullo digno praecedente opere, ad hoc nostram humilitatem dignata est provehere, quatenus per nos ubique terrarum proprio sanguine redemptae Ecclesiae lumen administraret indeficiens: profecto rationabile ducimus, cooperante ipso, de quo loqui praesumimus, secundum proprias vires unicuique acceptum talentum distribuere, ne apparente ipsius maiestate (quod absit) sine acquisito lucro, vel ut inutiles servos videamur remeare. Quod utique per divinam misericordiam consequi posse speramus; si membris eius adhuc per fidem in terra coelestia anhelantibus, praesidia, quae possumus, sereno affectu suppeditare curamus. Sic enim profecto, & supernum nostrae fragilitati conciliamus auxilium, & puta intra cordis hospitium manente intentione, hominum consequimur favorem honestum, cum, licet universis debitores simus gentibus fidei lumine clarentibus, domesticis quoque nostris benevolentiae studio singularem curam impendimus, Magistrum gentium sequentes, qui bonum opus adimpleri praecepit in omnes, ad domesticos fidei maxime. Monasterium itaque Sanctae Felicitatis, cum omnibus sibi pertinen-

pene deſtructum *Nicolaus* II. Pont. Maxim. iterum excitaſſet, & reſtituiſſet, illuſtri Sanctimonialium coetu ibidem collo-

nentibus rebus, quod noſtra Epiſcopalis ſimplex adhuc diſpenſatio, quorumdam praedeceſſorum noſtrorum negligentia deſtructum, cooptato nobilium Sanctimonialium plurimarum collegio reaedificare curavit ex integro; nunc etiam ſecundum Apoſtolicae Sedis, cui deſervimus, valentiam, per noſtras manus dedicatum, ſtabilitate perſeveranti roboremus, & confirmamus, atque ut perpetua vigeat religione, ſequeſtrata pravorum infeſtatione, Omnipotentis Dei committimus tutelae. Cui etiam, ſicut dignum nobis videtur, quia incuria Florentinorum Epiſcoporum ſua praedia nequiter ſunt diſtracta, & ſacrilegorum quorumdam temeritate invaſa: concedimus, & Apoſtolica auctoritate ſtabilimus, manſos, & fundos, venerabili loco pia devotione oblatos, & offerendos, ubicunque veraci relatione ejus nomini fuerint titulati, ſuoque iure religioſa ſolicitudine inveſtiti, erque inveſtiendi. Liberum praeterea idem reddimus Monaſterium, atque abſolutum ab omni ſeculari, & mundana conditione, ſive diſtrictione, ne liceat alicui magnae, parvaeque perſonae a nobis reſtituta praedia, firmiterque ſtabilita, decimales proventus ſcilicet quoſdam a nobis conceſſos aliquo ingenio invadere, aut aliqua fraude ſubripere, ſive diminuere; fiſcum denique, ſeu debitam ſubiectionem exigere: ſed maneat venerabilis locus, noſtra tutela firmatus in ſancto propoſito, nullique alii ſit obnoxius, niſi Florentino Epiſcopo, qui memor noſtrae devotionis, ſuaeque fragilitatis, iuſtitiae norma ſervata, ſecundum Doctoris gentium praeceptum, eiſdem Sanctimonialibus honorem congruum exhibendo, nil praeter blandum dominium requirat ex debito. Si autem (quod non credimus) aliquis temerarius hanc Apoſtolicam ſanctionem crudeli mente tentaverit infringere, noſtramque inſtitutionem, ſecundum locum laedendo, caſſare, niſi admonitus reſipuerit, ac digne emendaverit, anathematis gladio percutiatur ab Omnipotenti Divinitate, iaculata ſibi de Coelo ultione in hac praeſenti carne; interficiatque eum Deus ſpiritu oris ſui, dum venerit iudicare ſeculum. Qui vero noſtrae roborationis pius conſervator extiterit, in ſecundo adventu mereatur illam mellifluam vocem audire: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Praeterea, ut haec pagina fidem legentibus aſtruat, & propriae manus ſubſcriptione, & Apoſtolici ſigilli munire ſtuduimus impreſſione.

✠ Sigillum Nicolai Papae.

Ego Bonifacius Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi;

Ego Ioannes Portuenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Petrus Lavicanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Brunus Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Petrus Peccator Monachus ſubſcripſi.

Huic Bullae conſonat Inſcriptio quae in pariete Cavaedii Canonicae S. *Felicitatis*, licet admodum recens, legitur, & quam *Ughellius*, *Cerracchinius*, & *Minuccius*, proferunt, atque ita habet:

TEMPLVM HOC DEO, ET B. FELICITATI DICATVM
ET ANNIS IAM DCC. ET VLTRA PERACTIS
SACRIS HISCE VIRGINIBVS ROM. PONT. NICOLAVS II.
QVI EORVM MONAST. FERE DESTRVCTVM
DVM EPISCOPALI MVNERE FVNGERETVR COOPTATO
NOBILIVM SACTIMONIALIVM COLLEGIO
REAEDIFICANDVM CVRAVERAT SVMMVS PONTIFEX
FACTVS ANNO D. MLIX. VII. ID. NOVEMB.
QVAE FVIT DIES DOMINICA POST FESTVM OMNIVM
SANCTORVM SOLEMNITER CONSECRAVIT
QVARVM RERVM NE MEMORIA PEREAT SANCTES ASSETATVS
EIVSDEM TEMPLI PRIOR MONVMENT. HOC PON. CVR.
ANN. D. M. DC.

Char-

locato; qui insuper eius Ecclesiam dedicare voluit; bona & fundos, & iura, confirmavit; & soli Florentino Episcopo subiecit.

Chertam ad *Bertam* Abbatissem spectantem profert *Lud. Ant. Muratorius Tom. I. Antiq. Ital. pag.* 311. quam heic exhibeo.

Dum in Dei nomine in Civitate Florentia intra Palatium de Dumo Sancti Iohannis ibidem residebat Domna Beatrix Ductrix, & Marchionissa Tuscie, ad iustitiam faciendam, & alias intentiones faciendas, & deliberandas, adstantibus cum ea Paganus de Corsina, & Widu Comes, & Ardericus, & Gherardu, & Vbertu, & Lambertu, & Florentio Iudices, & Adigerius, & Viginitio Causidici, & Albitio filio bone memorie Azzi, & Teuderico filio bone memorie Ildebrandi, & Wido de Cona, & Ildebrando filio bone memorie Teoderichi, & Iohannis filio bone memorie Donati, & Gherardu filio bone memorie Florentii, & alii plures. In eorum presentia Iohannes filio bone memorie Voganelli, qui fuit Clericus, & dixit & confirmavit, quod duo sestaria de terra, que est posita in loco Colombaria, & Plazza, propria esse Eeclesie Sancte Felicitatis, & de ipsa terra ipse Iohannes Cartulam fecit Raineri filio Pagani. Et tunc Berta, que est Prior iam dicte Ecclesie Sancte Felicitatis sita foris muros Florentie Civitatis, una cum Iohanne Advocato predicte Ecclesie & Monasterii, ceperunt mercedem querere ad predictam Domnam Beatricem, ut ipse propter Deum, & anime Domni Regis, suoque mercedem, bannum super eos, & ad vicem supradicte Ecclesie & Monasterio mitteret, super iam dicti duo sestaria de iam dicta terra, & super duo alia sistaria iuxta ipsa, que fuit Bosi filio Boniti, & Hermiogarda Iugalibus filie Vogarelli, & super omnibus casis, terris, vineis, fortis, & domicatis, & rebus, quas pertinent ad supradictam Ecclesiam, & Monasterio Sancte Felicitatis, vel ex parte iam dicti Monasterii abere & tenere videtur infra Comitatu Florentino, & Fesolano, & in locibus nominantes Sancto Donato, Romulaoa, Caldie, Camporigis, Legnaria, Iugulo, & iuxta flovio Ima, & prope Greve, & in Gurgo, & in Poltoe, & in aliis locis. Ad hec predicta Domna Beatrix per fustem, quam suam detinebat manu, misit bannum Domni Regis super predicta Berta, que est Prior, & Advocatum eius ad partem supradicte Ecclesie & Monasterio, & super omnes iam dictas terras, & vineis, & rebus, & super iam dicte quatuor sistatiorum, que dicte sunt. Vt si aliquis homo, magna parvaque persona de prenominatis terris, vineis, & supradicta quatuor sestariorum predictam Bertam, que est Prior, & Advocatum eius, vel ad partem supradicte Ecclesie & Monasterii devestire presumat sine legali iudicio: qui hoc vero fecerit duo milia Bisantios aureos compositurum se agnoscat, medietatem parti Camere Domni Regis, & medietatem predicte Berte, & Advocatum eius, & ad partem supradicte Ecclesie, & Monasterii. In eo modo finita est causa. Vnde hec notitia pro securitate predicti Monasterii, eiusque Rectoribus, & futura ostensione fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Iohannes Notarius ex iussione predicte Beatricis, sed & Iudicum ammonicione scripsi, Anno Domini nostri Iesu Christi Septuagesimo Secundo post Mille, V. Kalendas Martii, Indictione XI.

Ego Ardericus Iudex interfui & subscripsi.
Gerardus Iudex sacri Palacii subscripsi.
Vbertus Iudex Domni Imperatoris interfui.
Lambertus Iudex sacri Palatii interfui.
Subscripsi dictis presens Ardericus istis.

Quaedam heic adnotanda sunt. *Paganus de Corsina*, seu *Corsena*, qui locus est in agro, & ditione Lucensi, mihi videtur fuisse de gente *Porcaria*, in qua gente nomen *Pagani*, seu *Paganelli*, non semel occurrit, ut videre est superius *pag.* 95. & *seqq.* & 391. 392. & in antiquis Instrumentis *Paganus de Corsena* saepe memoratur, & praecipue in Chartis apud *Florentinium in Mathilda pag.* 69. 93. 120. *novae edit.* cuius *Pagani* filius fuit *Rolandus*; nam & pater *Pagani*, *Rolandus* adpellatus fuisse videtur ex Charta, quae habetur ibidem *pag.* 82. in qua Charta nominatur etiam *Theodoricus*, *Ildebrandi F.* De hoc Pagano agit *Eug. Gamurrinius Tom. III. pag.* 144. ubi de gente *Corsinia* Florentina sermonem habet. *Wido* Comes est *Vido*, seu *Guido*, alterius *Guidonis* filius, ex Comitibus *Guidonibus*, ut patet ex Instrumento apud *Florentinium in Mathilda*, *pag.* 41. & 42. 44. 90. 150. 163. 166. *novae edit.* & patet ex *Admirato* in *Genealogia Comitum Guidonum pag.* 2. *Albitio Azzi* F. de gente *Vbaldinia* fuisse videatur, de quo mentio est superius *pag.* 783. & de hoc agit *Eugen. Gamurrinius Tom. IV. pag.* 6. *Wido de Cona* non dubito quin sit aliquis ex maioribus Gentis a Cona, & a Volumnieno, & a Castelliunculo, quae tam-

iecit. Sed iam sub *Ottonis* I. ut videtur, imperio Episcopatui Florentino obnoxius erat, eique censum duorum solidorum

eamdem *Zanchinia* dicta est. Hunc tamen non reperio in *Stemmate* huius Gentis *Genealogico* publici iuris facto Bononiae anno MDCCLIII. quamquam in eo alii *Guidones* aetatis posterioris occurrunt. *Gamurrinius* tamen meminit, *Vol. II. pag.* 400. & 401. *Ioannes Donati* F. offenditur etiam in Diplomate *Mathildae* apud eumdem *Flurentinium, pag.* 150. dato anno MIC. quum illa Florentiae ius diceret. *Gerardus Florentii* F. erat ne filius *Florentii* Iudicis in hac Charta memorati? An alius *Gerardus*, ut *Caponsaccus*, ut ille *Soavizi* F. ut ille, qui erat ipsius *Mathildae* Gastaldio? qui nominantur in laudato Diplomate? Circa nomina Geographica, *Columbaria* vocatur locus extra Portam S. *Petri Catturini* ab Vrbe D. P. circiter distans, ubi est Ecclesia S. *Hilarii* suburbana, & proxima erat Ecclesia S. *Donati* ad Scopetum; & prope nunc est Coenobium Minimorum titulo S. *Francisci de Paula* insigne. Ecclesia S. *Hilarii* dicitur etiam *ad Fontes*, ob Fontium quorumdam vicinitatem. *Columbaria* dicta puto, quod ibi plura περιστεροτρόφια essent, hoc est, Columbarum habitacula, quae Latine Columbaria dicuntur. Huius loci mentio est superius *pag.* 133. 1002. *Plaza*, seu *Platea*, qui locus diceretur, ostendimus superius *pag.* 1034. *S. Donatus* adpellatur Scopetum prope Columbariа, quod ibi Ecclesia S. *Donati* sacra esset, ut dictum est; de qua superius *pag.* 954. 998. 1027. loquutus sum. *Romulana* locus est hactenus mihi ignotus; at Vrbi proximus esse debet: *Rumula* tamen est in Valle Pesae; sed forte *Romulana*, scilicet arva, seu rura, non alibi erant, quam ubi modo est Coenobium, & Platea, Sancti *Spiritus*; quod ibi Ecclesia S. *Romuli* fundos, & agros possideret, ut ex antiquis Instrumentis liquet. *Caldie* ignoro an sit idem ac *Caldaie*; & tunc esset locus, qui in praesens intra moeniorum ambitum comprehensus est, non procul ab Ecclesia S. *Felicis* in Platea; quare & Via *delle Caldaie* dicitur. Forte ita dictum est, quod fornaces tegulis excoquendis ibi essent; nam & Tegularia in vicinia sunt. *Camporigis*; hoc est *Campus Regis*, non unus ad Florentiam fuit; sed hic agi videtur de *Campu Regis*, qui ad Lignaria erat. *Lignaria* autem est Pagus cum Vico suburbanus ad Occidentem, sinistramque Arni ripam, ita, ut videtur, nuncupatus, quod lignorum strues ibi adservarentur, & venirent; vel quod Via esset, per quam ligna deferrentur ad Vrbem. Nam *Via Lignaria* apud Scriptores finium regundorum occurrit; & *Lignaria negotiatio* apud *Capitolinum*. *Iugulum* est Pagus V. M. P. Florentia distans, ubi Plebes S. *Alexandri*, Romani Episcopi; vulgo *Giogoli*. *Ima* fluvius alterum fluvium Grevem invadit procul ab Vrbe MMM. circiter P. *Gurgum*, seu *Gurges*, locus est suburbanus ad Orientem, extra Portam Crucis, ubi olim erat S. *Candidae* Ecclesia, ut videre est superius *pag.* 7. 34. 568. 569. 592. *Poline* qui locus sit, me prorsus fugit, sed Gurgiti propinquus fortasse fuit; ita autem adpellatus videtur, quod humus aquis scateret, & palustris esset; ut vere erat circa Placentinam, & Vadum Longum: quasi *aquarum pullae*. *Polla* enim apud Italos aquarum scaturigo vocatur; & humus madens, & lutosa, ob aquam infra latentem, *Pollina* ab Tuscanis dicitur. Translatum enim est ad aquas, quod de silvis arboribusque usurpabatur, *Pullare*, & *Pullulare* scilicet. Nunc de *Berta* Antistita quaedam delibanda. Huius *Bertae* mentio in Instrumentis antiquis occurrit ab anno MLXXII. usque ad annum MLXXXXI. Necrologium autem σύγχρονον, quod in Codice MS. Bibliothecae S. Crucis Florentiae exstat, signat obitum *Bertae* Abbatissae S. *Felicitatis* die XVIII. Februarii, saeculo XI. Haec nunquam, ut videtur, hoc Monasterium deseruit, ut ad aliud transiret. Non est igitur eadem ac *Berta* Abbatissa Monasterii *S. Mariae* Capriliae, in Dioecesi Faesulana, quae quidem in Capriliae Monasterio mortua est die XXIV. Martii, ut quidam perhibent; licet eodem tempore vixerit, ut ostendi in meo *Hodoeporico pag.* 1219. & *seqq.* & in *Ephemeridibus Litterariis Florentinis anni MDCCLV. pag.* 19. & *seqq.* Quum igitur haec *Berta* Abbatissa *S. Felicitatis* diversa sit a B. *Berta* Antistita S. *Mariae* Capriliae; nec ulla antiqua documenta indicent, aliam *Bertam* Sanctimonialem, & Abbatissam, in Monasterio S. *Felicitatis* fuisse; patet evidenter, B. *Bertam* cum nostra *Berta* a quibusdam Scriptoribus male fuisse confusam; adeoque credi in praesens errore populari, B. *Bertam* fuisse primum Sanctae *Felicitatis* Monacham, ae deinde Capriliae Abbatissam: & eapropter in Ecclesia S. *Felicitatis* aediculam, & aram, B. *Bertae* dedicatas fuisse; licet ibi Inscriptio nulla sit, quae innuat, hanc sacram Virginem in Monasterio S. *Felicitatis* vixisse. Ludibrium debet Eruditis *Fidelis Soldanius*, qui *Epist.* X. in qua agit de Monasteriis S. *Laurentii* Cultus Boni, & Sanctae *Mariae* Capriliae; duas

rum quotannis mense Iunio solvebat [a]. Hinc *Ildebrandus* Episcopus Ecclesiam hanc cum Coemeterio Monasterio S. *Mineatis* in Monte donavit [b]. Hinc *Ioannes Mangiatorius* Episcopus, tamquam Dominus, Dioecesanus, & Patronus, Monasterii Sanctae *Felicitatis*, eius Abbatissam nomine *Benedictam* elegit, & confirmavit [c]. Sed huius Abbatissae nominatae occasione texamus seriem Antistitarum Sanctae *Felicitatis* a saeculo XI. ad XVI. [d]

Teu-

duas *Bertas* Capsilienses finxit, ut se a difficultatibus, quas ipse obieceram, imaginario commento expediret.

a Supra *pag.* 248.

b Superius *pag.* 28. 44.

c Supra *pag.* 247.

d Hac occurrunt in Chartis Archivi Monasterii, quarum compendia hic producimus.

Anno undecimo Imperii Othonis Imperatoris, & Othonis filii sui Imperatoris quinto, mense Septembris, Indictione prima, &c. Sichelmus Abbas, Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus, confirmat Dominico Presbytero filio Ursi Cardinali Ecclesiae S. Felicitatis ultra fluvium Arni, non longe a Capite Pontis dicti fluvii, bona dictae Ecclesiae, prout ibi non bene descripta reperiuntur. Cum pacto solvendi annuatim in perpetuum dicto Episcopo, & successoribus iuxta Domum Episcopalem S. Ioannis intra Civitatem Florentiae, solidos duos argenteos dicti Communis 12. denariorum pro solido: in quo Instrumento, inter cetera, fit mentio cuiusdam livelli Teodogrimi, Theudici, & Sichelmi fratrum, & filiorum b. m. Ioannis. Actum Florentiae, &c. Signa manuum dd. Sichelmi Episcopi, & Dominici Presbyteri. Item subscribunt Petrus Archipresbyter, Iudo Archidiaconus, Dominicus Presbyter & Cardinalis & Canonicus, Michael Presbyter & Cardinalis & Vicedominus, Petrus Iudex Domnorum Imperatorum, Beraldus Diaconus Primicerius Cardinalis, Leo Presbyter Abbas Canonicus, & multi alii Cardinales. Item Andreas rogatus testis, Rolandus Vicecomes rogatus testis, Aliperto Iudex D. Imperatoris. Ugo Not. scripsit.

Hoc instrumentum est anni DCCCCLXXII. sed exemplatum anno 1598 per Sanctem de Acceptatis a tergo cuiusdam Brevis Pontificii Nicolai PP. secundi ad Teubergam Abbatissam Monast. S. Felicitatis iuxta Florentiam, sub datum Florentiae VI. Idus Ianuarii 1059. in quo videtur dicto Monasterio pene destructo, & tunc restaurato, antiqua privilegia, & bona confirmare. Haec leguntur scripta in Excerptis horum Instrumentorum.

Plura ad hoc instrumentum observanda sunt: & primum, confectum fuisse anno DCCCCLXXII. quando Sichelmus *Florentinae Ecclesiae Episcopus erat; qui in hoc Instrumento* Abbas *etiam nominatur; quemadmodum* Leo *Presbyter dicitur* Abbas, et Canonicus. Sichelmus *Episcopus honoris gratia* Abbas, *hoc est*, Pater, *potuit adpellari*. Nam illud honoris est, ut quotidie Senibus dicamus, Pater; *ait* S. Augustinus *in* Collatione Carthaginiensi Cap. 242. *Non enim puto eum Episcopum simul, & Abbatem alicuius Monasterii fuisse: quamquam nihil video, quod obstet. Annon forte fuerit Abbas Monasterii Sancti* Mineatis *in Monte; & inde translatus Episcopus Abbas esse perrexerit? Annon Monasterium Sancti* Mineatis *ad Episcopatus pertinebat?* Leo *autem Presbyter* Abbas et Canonicus *dici videtur, quod Collegio Canonicorum praeesset. Praesides enim huius modi* Abbates *olim adpellabantur; ut videre est apud* Cangium *in* Glossario, *voce* Abbas Canonicorum. Dominicus *autem Presbyter* Cardinalis Ecclesiae Sanctae Felicitatis *adpellatur, quod* Antistes *eius esset; nam licet etiam Canonici, & Presbyteri,* Cardinales *in ordum vocarentur; numquam tamen, nisi addito* Canonici, *vel Presbyteri nomine, ita dicebantur; de qua consulatur idem* Cangius *eruditissimus. Ideo in hoc Instrumento habetur* Dominicus Presbyter et Cardinalis et Canonicus, Michael Presbyter et Cardinalis, Leo Presbyter Cardinalis, Ioannes Cardinalis et Vicedominus, et multi alii Cardinales. *Cardinales autem erant, & dicebantur, quod certae Ecclesiae adscripti, & addicti, & veluti* incardinati, *essent. In Charta* Raimbaldi *Episcopi Florentini, quam superius produxi* pag. 85. *Presbyteri Canonici & Cardinales plures subscribunt. Discimus etiam ex hoc instrumento, saeculo X. non Pontem super Arnum fuisse in loco, ubi adhuc visitur, qui* Pons Vetus *adpellatur;*

pe- di-

Teutberga anno MLV. & MLXX.
Berta anno MLXXII. & MXC.
Horia, seu *Aurea*, anno MXCV. & MCVIII.
Comtissa, seu *Comitissa*, anno MCXXXV. & MCXLII.
Biandina, seu *Blandina*, anno MCXLV. & MCLIII.
Iulittina anno MCLVIII.

Cae-

discimus domum Episcopalem S. Ioannis intra Civitatem fuisse: discimus tandem, Commune Florentinorum suam monetam argenteam per ea tempora cudisse. Ita de Ecclesia S. Felicitatis in hac Charta agitur, ut ibi Monasterium Sacrarum Puellarum non amplius permansisse videatur; vacuis enim Placentinorum Episcoporum Gerardi praedecessorum destructum fuerat, ut ipse Nicolaus II. in sua Bulla superius pag. 1054. prolata diserte testatur.

Anno 1304. Ind. 3. die 5. Ianuarii. D. Lotterius Dei, & Apostolicae sedis gratia Episcopus Flor. confirmat electionem factam de Dom. Benedicta Moriali Monast. S. Felicitatis de Florentia ad Abbatissam ipsius, & ad honorem Dei, & Beatissimae Mariae Virginis, & S. Felicit. praedictae, nec non ad honorem, & reverentiam BB. S. Iohannis Baptistae, Zenobii Confessoris, & Reparatae Virginis, & S. Vincentii Patronorum, &c. de d. Abbatissata investit Presbyterum Picchinum, Cappellanum d. Monast. & d. Dom. Benedictae Syndicum, per anuli dationem, &c. Actum in Castro de Monte Rotundo in Palatio ipsius D. Episcopi, testibus Domino Contadino Priore, Plebis de Fagna, & Presby-

Florentinos conſtituiſſe; quod deinde errore populari *Mars* adpellatum, variarum fabularum origo fuerit. Ita & in praeſens in ripa ulteriori, & ad idem noſtri Pontis exordium, militis vulnerati, & morientis, brachiis alterius militis ſubſtinentibus impliciti, marmoreum, & vetuſtum ſimulacrum ſuper altam baſin eminet, quod populus falſus *Alexandri Magni* imaginem eſſe fabulatur; nec alio nomine indicat: melius autem iudicant, qui *Aiacem* ſuis vulneribus confectum eo ſigno repraeſentari opinantur. Turpem errorem errant *Ioan. Cinellius*, & *Raphael Brunius*, qui in ſua *Florentiae Deſcriptione* contra fidem

bytero Gerardo de Montale Cappellanis, & Guidone Mergolglieſis de Florentia, Clerico d. D. Epiſcopi.

Rog. Ser Dionifius Bindi de Calenzano.

Anno 1306. Ind. 4. die 4. Iunii. Actum Flor. teſtibus Presb. Bernardo, Picchino, & Tocto, Cappellanis Eccleſiae S. Felicitatis, Guiduccio Mariſcotti, Pop. S. Zenobii de Caſignano, Mattioo Tendi d. Populi, & Margherito Siſmondi, Clerico d. Eccleſiae S. Felicitatis, Guardinus fil. Geri, Pop. S. Andreae de Mulciano, cum conſenſu d. ſui patris, vendit Dom. Benedictae religioſae, & honeſtae Abbatiſſae Monaſt. Eccleſiae S. Felicit. recipienti pro dicto Monaſt. petiam terrae cum domo poſitam in Pop. S. Andreae de Moſciano, cui a primo, & ſecundo d. Monaſt. a tertio Nuzzi de Iudis, a 4. d. Monaſt. foſſatello in medio ad traverſum d. petiae terrae. Item aliam petiam terrae vineatae, ibi prope in d. Populo, cui a primo, & ſecundo d. Monaſt. a tertio, & quarto d. Nozzi de Iudis, habita prius facultate a Communi Florentiae faciendi d. venditionem, de qua patet manu Ser Bonſignoris Guazze Not. pro pretio libr. 420. bonorum denariorum florenorum parvorum.

Rog. Ser Palmerius olim Ser Franciſci Not. de Certaldo Iud. & Not.

Anno 1302. Ind. 15. die 26. Iunii. Actum Florentiae, teſtibus Buto Diedi Sartoris, & Niccolo Mattelli Angiolerii, Dom. Cina filia olim Cacciae, Pop. S. Andreae de Moſciano, cum conſenſu Gaddi olim Corſi, Pop. S. Felicit. de Florentia ſui Mundualdi, vendit Guardi olim Geri, Pop. S. Andreae de Moſciano, petium terrae cum domo, & horto, & arboribus, poſitum in d. Pop. S. Andreae, cui a primo Abbatiſſae S. Felicitatis, a ſecundo Via, a tertio Nozzi de Iudis, foſſo in medio, &c. Item petium terrae laboratae, ibi prope, cui a primo petium terrae antedictae d. foſſo in medio, a quarto Via, Item petiam terrae cum vinea in d. Populo, cui a primo, & ſecundo d. Nozzi, a tertio, & quarto d. Dom. Abbatiſſae. Item petiam terrae Boſcatae, poſitam in d. Populo, cui a primo, & ſecundo d. Dom. Abbatiſſae, a tertio, & quarto Cecchi & Galgani de Ormodeis pro pretio libr. 200. flor. parvorum.

Ser Cavalcante Berghi Bonfigliuoli de Florentia ſumpſit ex Imbreviaturis Ser Ioannis Berghi Not.

Anno 1307. Ind. 6. die 31. Ianuarii, Actum Florentiae, teſtibus Baldo Ridolfi, Ser Lapo Ser Guidonis, Pop. S. Felicitatis, & Bindo Ranerii, Bartolus olim. D. Iacobi de Bardis, & Ser Palmerius Ser Franciſci de Certaldo Notarius, & Sindicus Monaſterii S. Felicitatis de Florentia, nomine d. Monaſterii, & Dom. Benedictae D. G. Abbatiſſae ipſius, deveniunt ad pacta quaedam ibi longo ordine deſcripta, occaſione cuiuſdam muri communis inter ipſum Bartolum, & domum quandam Eccleſiae S. Mariae Magdalenae Cappellae mannalis Monaſt. praedicti S. Felicitatis, reſciodendi gratia omnes differentias, &c. quae exinde oriri poſſent inter dd. partes.

Rog. Ser Michele q. Dini, Ioannis de Bucchingola Iud. & Not.

Anno 1307. Ind. 5. die 5. Octobris, tempore D. Clementis PP. V. libro actorum ſcripto per Ser Cambium D. San ... ctae de Ferraria Not. nobilis, & potentis Viri D. Franciſci de Calbulo honorabilis Capitanei, & Defenſoris Communis, & Populi Civitatis Florentiae ſub examine ſapientis, & diſcreti Viri Dom. Nicolai de Tebaldis de Lugo Iudicis praedicti Capitanei, reperitur ſub d. die quod cum in Pop. S. Andreae de Moſciano, Maffeus del Teſta, & Mattheus eius nepos, allibrati eſſent pro libris 43. Sindicus Monaſt. S. Felicitatis proteſtatur dd. bona non de-

dem Historicam adfirmant, hoc *Aiacis* simulacrum eo in loco consistere, in quo *Martis* signum antiquitus steterat; quum hoc citra flumen fuerit, illud ultra spectetur. Errat etiam *Dominicus a Corella* ex Praedicatorum familia, qui illud *Martis* signum in medio Pontis extitisse, ait. In citeriore quoque ripa fluminis, ad exordium Pontis, Porticus erat, contigua, in qua ante annum MDLXVIII. Pisces venibant; nec in alio Urbis loco eos vendere per Florentini Populi leges licebat, ut ex Libro IV. eorum Constitutionum patet. *Cosmas* enim I. eo anno Forum Piscarium inde translatum in Veteri Foro constitu-

debere gravari tanquam oblata d. Monast. unde D. Iudex d. causam commisit Domino Gherardo de Vicedominis Iudici. &c.

Gherardus q. Bonaiuti del Bello de Florentia sumpsit ex libro Actorum d. D. Capitanei, & Ser Bindus q. Banchi Bonatti da Campi exemplavit, &c.

Addere lubet heic Instrumentum, quod paucis ab hinc diebus mihi venit ad manus.

In Christi nomine. Breve securitatis, ac firmitatis pro futura ostensione, quod factum est prope Ecclesiam, & Monasterium Sanctae Felicitatis, positam iuxta Florentinam Civitatem, in praesentia testium, quorum nomina subter legenda sunt. Rolandus filius bonae memo. Rodulphi promisit ad Bertam Abbatissam eiusdem Ecclesiae, & Monasterii, quod ipse Rolulfus, vel sui heredes, aut per eorum submittentem personam, aut ingenium, vel per eorum factum, vel eorum homines, non tollent, neque contendent, vel contradicent, aut tollere, vel contendere, vel contradicere, facient praedictae Abbatissae Bertae, vel suis successoribus, nominative terras, & res positas in loco, qui dicitur Terraregi, & per alia loca, & vocabula, ubicumque de terris illis invenitur, quas Gerardus Comes dedit praefatae Ecclesiae S. Felicitatis una cum omnibus super se, & infra se habentibus. Et si fecerint infra triginta dies proximos postquam ipsi in eos inquisierint, vel inquirere fecerint, emendabunt caput tantum, quantum offensio fuerit, si recipere voluerint. Et si eis exinde ex alia parte incendio evenerit, quod ipsi per bonam fidem adiuvabunt iam dictas terras, & res eas retinere, & requirere, excepto suo dispendio, contra omnes homines, excepto contra suos Seniores, & illis mercedem quaerendo: quod si, ut dictum est, non observaverint, promisit praedictus Rolandus pro se suisque heredibus, ut componituri, & daturi esse debeant ad iam dictam Bertam Abbatissam, vel ad suas successores, nomine poenae bonorum denariorum Lucensium libras viginti. Et pro illa promissione Launechild, & meritum recepit iam dictus Rolandus Crosnam unam. Factum est hoc anno, ab Incarnatione Domini Nostri Iesu Christi, nonagesimo post mille, tertia Kalen. Februarias, Indictione quartadecima.

Ego Petrus Iudex Domini Regis in cuius praesentia hoc factum est, &c.

Signa manuum Bernardi filii Coberti de Rips, & Ugonis filii Iohannis Sabatini, & Pagani filii Iohannis de Ponte, & Petri q. Malivello vocati rogati testes.

Ego Petrus Not. ibi fui, & hoc breve scripsi.

Forte *Rolandus* hic filius fuerit *Rodolfi* illius, cuius mentio superius *pag.* 1061. *Terre Regis* hic dicitur, ut Campus Regis, Mons Rege, Curtes Regis, quae saepius occurrunt. Quis sit *Gerardus* ille Comes, qui fundos donavit Ecclesiae Sanctae *Felicitatis*, & qui videtur hoc tempore vixisse, haud proclive est divinare; sed ipse crediderim, fuisse *Gerardum Azzolini* fil. Pognae dominum, ex Comitibus *Albertis* videlicet, qui triginta etiam annis post vivebat, ut superius *pag.* 379. videre est. Nam *Gerardum* in Pogna dominatum esse, constat ex iis, quae dixi pariter superius *pag.* 813. De Pogna autem consulatur *Ioannes Villanius Lib. V. Chronic. Cap. XI* & superius *pag.* 790. 802. & de *Albertis* Comitibus eius dominis *Histor. Summifontis pag* 9. 20. 46. 75. *Paganus Ioannis* fil. de Ponte, hoc est, Veteri, cuius est mentio etiam superius *pag.* 1061. esse videtur unus maiorum familiae *Peganelliae*, quae ramus erat gentis *Caerchiae*, quae non procul a Ponte Veteri sedes habebant, in *Burgo Petiliosi* videlicet, seu, ut nunc vocatur, in *Via Bardorum*. Burgum illud forte *Petiliosum* dictum est, quod

tuit Porticu elegantiori inibi aedificata. Nunc Porticus illa Piscaria ad Pontem Veterem, muris & parietibus circumdata, bellicorum tormentorum fabris commodas officinas praebet. Perhibent etiam, officinas, quae super Pontem aedificatae fuerant, ante saeculum XVI. a laniis conductas fuisse, ibique macella publica prostitisse; sed tamdem Principes Mediceos, lanios inde, edicto prolato, eiecisse; & transtulisse in eam aurifices, quorum apothecae auro, argento, gemmis, & lapillis, divites, Pontem adhuc exornant. Et heic observandum est, e regione huius Porticus, ad latus Pontis obpositum, in via, quae recta ad Portam Sanctae Mariae tendebat, aliam Porticum fuisse, cuius columnae, arcus, & fornices, licet in officinarum usum cesserint, adhuc cernuntur. Nec aliter in adversa ripa Xenodochium *Florentii* se habebat; nam ei Porticus perampla suberat, ut iam paullo ante differebam. Sed de hoc minime mirandum; nam si forma exterior aedificiorum saeculo XIII. & ante constructorum consideretur, perspicue discernemus, nullam ferme domum antiquitus sine subiecta Porticu Florentiae exstitisse, & quidem columnis saxeis, arcubusque similibus, subfulta; sicuti nulla facies domorum veteris Vrbis antica, nisi lapidibus factis, & laboratis, constabat, ut etiamnum inspectanti patet. Quod ad Porticus igitur attinet, Bononiae instar & Florentia fuit, nisi quod magnificentiores habuit. Tandem memoratu dignum est, opus Pontis Veteris Florentini sacrum piumque habitum fuisse; adeoque inter opera pia, sacra, & ecclesiastica, sub exitum saeculi XIII. recensitum fuisse; tanta veneratione digna sunt necessaria & publica humanae vitae praesidia [a].

Par-

quod eo loci *Petiliorum* copia olim esset. Petilia autem sunt flores albi, veluti Rosae silvestris, ut *Plinius Lib. XXI. Cap. VIII.* tradit. Descriptionem autem Burgi Petiliosi habes apud *Ricord. Malaspinam Cap. LXVI. Io. Villanum Lib. IV. Chronic. Cap. VII.* & superius *pag.* 1077. Charta haec exstabat apud *Io. Baptistam Deium* Archivo Secreto Caesareo Florentiae Praefectum.

[a] De hisce omnibus consulantur, *Ricord. Malaspina Cap. XXVII. XXXV. XLIV. XLV. LVII. LXVI. LXXVIII. LXXX. CIV. CV. CXXXVII. CXLI. Io. Villanus Lib. I. Cap. LX. Lib. III. Cap. I. & II. Lib. IV. Cap. XII. XIII. Lib. V. Cap. VIII. & XXXVIII. Lib. XI. Cap. I. Lib. XII. Cap. XLV. Dominicus a Corella Lib. IV. Theotoci pag.* 90. 112. *in Tom. XII. Delit. Erudit. Ferdin. Vghellius in Episc. Florent. pag.* 147. *Vita S. Petri Martyris apud Bollandianos. Ios. Richa Tom. II. pag.* 68. *Tom. III. pag.* 12. & 19. *Michael Pocciantius Eccles. Florent. pag.* 152. 153. *Ferd. Leopoldus Meliorius Illustrat. Vrbis Florent. pag.* 468. 513. 550. *Raphael Bronius Descript. Florent. pag.* 127. *edit. an.* 1745. *Io. Cinellius ad Franc. Bocchium de Vrbis Florentiae ornatibus. Statutum Florentinum Lib. IV. Rubr. XXI. Partis I. Dom. Mor. Mannius ad Borghinium Tom. I. pag.* 446. Superius *pag.* 29. 34. 126. 127. 129. 335. 531. & 1005. 1070. Inscriptio autem de Arni adluvione, quam superius citavi, ita habet:

Sssssssssss NEL

Parthenon Sancti *Iacobi* de Ripulis, ubi Sanctimoniales Ordinis Praedicatorum, in Via Scalae, prope Vrbis moenia manent. Hae Sanctimoniales primum in planitie Ripularum ad Florentiam consedere, in loco, quem paullo ante quidam, *Diomiticidiede* nomine, *Ioanni Veliterno* Episcopo donaverat; & ab Episcopo Fratres Praedicatores dono acceperant, una cum exiguo Coenobio, quod ille *Diomiticidiede* ibidem construxerat [a]. Sed quum paullo post Fratres illi Praedicatores inde discessissent, ut Florentiam migrarent, anno MCCXXVIIII. *Ioannes* Episcopus Asceterium illud Sanctimonialibus Ordinis Praedicatorum concessit [b]. Silentio tamen praetereundum non est, *Ferd. Leopol. Meliorium* ita de loco Ripularum alicubi loqui,

NEL · TRENTATRE · DOPO · IL
MILLE · TRECENTO · IL · PON
TE · CADDE · PER · DILVVIO · D' ACQVE
POI DODICI · ANNI · COME · AL · COMVN
PIACQVE · RIFATTO · FV · CON
QVESTO · ADORNAMENTO.

a *Richa Tom. III. pag.* 3. *Meliorius pag.* 232. Cuoiele superius *pag.* 297. ubi tamen error est in anno; & confusio quaedam *Ioannium* Episcoporum, & Ripolarum: quum aliae sint Ripolae ad Florentiam, aliae Ripulae Episcopi in Valle Pesae.

b *Richa Tom. III. pag.* 4. ex quo insequens Instrumentum prodeo.

1229. Ioannes Ep. Flor. . . . .

Dilecta in Christo Soror Abbatissa. Tua & Sororum clara merita nos inducunt, ut in quantum in Deo possumus, vestre studeamus providere quieti; & cum habeatis firmum propositum famulandi Altissimo Creatori, in cuius servitio cepistis iam fideliter ac provide militare, &c. Et ideo vos omnes, quas in Domino sincera diligimus caritate, vestrasque successores & Monasterium, seu Reclusorium, sub nostra & B. Ioannis Bapt. custodia, protectione, ac defensione, suscipimus. Hoc videlicet intellecto, et propter huiusmodi susceptionem, quam facimus, nullos redditus, prestationes, vel obventiones, aliquas nobis, aut Flor. Episcopatui, neque successoribus nostris teneamini prestare, aut reddere debeatis; nec etiam nos vel nostri successores, aut alius, pro nobis pro Flor. Episcopatu a vobis & Monasterio vestro aliquid de predictis petere vel exigere valeamus. Sed volumus ut nos & nostri successores de vobis curam perpetuam & dignam sollicitudinem habeamus. Ut si quisque malignus presumeret forsitan vestrum laudabile propositum impedire . . . . . ut decet, correcturus ipsius malignitatis excessum. Ad maiorem quidem evidentiam, & cautelam vestram, de Fratrum nostrorum consilio & assensu, damus vobis & vestris successoribus in perpetuum quidquid iuris nobis & Episcopatui fuerat acquisitum ex donatione, & concessione, quam olim Diomiticidiede nobis recipientibus pro Ecclesia S. Iacobi construenda, & pro personis in eadem Ecclesia moraturis, fecit de quodam petio terre, in quo fuerat postmodum fundata Ecclesia sepradicta, de qua donatione fuit confectum publicum instrumentum manu Ser Restauri Iud. & Not. & manu Breni Iudicis Ordinarii fuit subscriptum. Statuimus preterea de Ipsorum Fratrum nostrorum consensu, & nostro decreto perpetuo valituro sancimus & volumus, ut tam vos quam vestre successores ulterius habeatis plenissimam libertatem. Ac vos & vestrum Monasterium nuper constructum, in quo Deo Creatori servitis, absolvimus eximimus & liberamus ab omni onere prestationum, redditum, & servitiorum, si que nobis & Episcopatui Flor. prestare aut facere debeatis. Inhibemus quoque universis nostre Dioec. & Districti sub excommunicationis pena per presentia scripta, quatenus vos & Monasterium vestrum nullus audeat molestare, vel aliquam vobis perturbationem inferre, sed libere maneatis. Salva tamen semper correctione Episcopi, & Ecclesie Flor. reverentia. Datum Flor. An. MCCXXIX.

Ego Ioannes Ep. Flor.

Ego Clarus Prep. Flor.

Ego

qui, ut indicare videatur, illum, qui Bigallum adpellatur, & Florentia V. M. P. ad Orientem distat, in Via, quae Arretium ducit; ubi tunc temporis Xenodochium exstiterit, quo Sanctimoniales illae receptae fuerint; quodque deinde sub saeculi XVI. initium Sanctimonialibus Sanctae *Mariae* Casiniani in Dioecesi Faesulana, quae vulgo *Eremitae Casiniani* audiebant, traditum fuit a Magistratu Bigalli, qui Xenodochium illud acquisierat, & ab eo nomen etiam acceperat. Tradit enim, illum fuisse locum, quem laudatus *Diomiticidiede* Episcopo *Ioanni* anno MCCXIV. largitus fuerat [a]; id quod mihi quoque verosimilius videtur. Ceterum Sanctimoniales illae Dominicanae anno MCCXCII. agrum Ripularum reliquerunt, & Florentiam profectae in duos coetus sciffae sunt, quorum unus in Viam Scalae, locum dictum *Pantanum*, secessit, & secum nomen Ripularum tulit, & S. *Iacobo* Apostolo novum Parthenonem dicavit [b]; alter in Casagium, seu Campum Fagi, se contulit, novumque Asceterium titulo Sancti *Dominici* institutoris insignivit [c]. Parthenon vero S. *Iacobi* Ripularum obnoxius remansit Episcopatui, obligatus solvere eidem quotannis pro censu cereum tribus libris pendentem, prout *Lothario* Episcopo solvit [d]. Id mirum tamen videri potest: quum *Ioannes* Veliternus Episcopus omni censu, & canone, Parthenonem Ripularum immunem declaraverit [e]. Immo est qui scribat, *Ioannem Mangiatorium* Episcopum anno MCCLII. Parthenonem illum ab omni Episcopi iurisdictione liberasse, & exemisse; quum iam fortasse vidisset, *Innocentium IV.* Pont. Max. anno MCCL. iussisse Praesidi Dominicano Provinciae Romanae, ut curaret, ne Fratres Praedicatores procurationem, & curam, Parthenonis Ripulani negligerent, aut dimitterent [f].

Monasterium, & Ecclesia Sancti *Aegidii* Fratrum Poenitentium *Iesu Christi*, dictorum vulgo *Delle Sacca* [g], seu *Saccatorum*, qui Regulam S. *Augustini* profitebantur; quique sub exi-

Ego Mag. Boniosegna Florent. Archid.
Ego Herrigus Can. Flor. & Plebanus de Sexto.
Ego Gentilis Can. Flor.
Ego Opetinus Can. Flor.
Ego Presbyter Pax Can. Flor.
Ego Mugnerius Flor. Can.
Ego Bernardus Flor. Can.
Ego Presbyter Orlandus Flor. Can.
Ego Vgolinus Flor. Can.

a Me-

[a] *Meliorius Florent. Illustr. pag.* 77. & confer eum *pag.* 238. *Raphael Brontus* in Descript. Florent. *pag.* 194.

[b] *Richa Tom. IV. pag.* 296.

[c] De Casagio consule superius *pag.* 840.

[d] Supra *pag.* 262.

[e] *Richa Tom. III. pag.* 5.

[f] *Richa Tom. IV. pag.* 295.

[g] Adi superius *pag.* 75.

a Ri-

xitum saeculi XIII. subpressi ac deleti fuere [a]. Hoc antiquum Monasterium Nosocomio Sanctae *Mariae Novae* proximum erat; & seu iam ad Episcopum spectabat, seu post Monachorum illorum extinctionem, ad Episcopum devolutum est; compertum habemus, Sanctimoniales Ripulanas emisse ab *Andrea* Episcopo bona quaedam, quae olim Fratrum illorum fuerant. Immo *Bonifacius VIII.* Pont. Max. ius dedit, licentiamque concessit, Episcopo Florentino, ut Ecclesiam, & Coenobium, Fratrum Sancti *Aegidii* vendere, & tradere, posset Nosocomiarchae Sanctae *Mariae Novae*, qui tunc erat *Benedictus Rodulfi* F. *a Monte Bonelli* [b]; ut reipsa contigit [c]: quare & in praesens Ecclesia Sancti *Aegidii* ab illo Nosocomiarcha habetur, & Nosocomio ipso comprehensa est; Coenobiique capacitate Nosocomium dilatatum, & auctum, est. Huius Ecclesiae, & Coenobii veterem prospectum refert pictura, quae adhuc visitur extrinsecus ad latus portae Ecclesiae dextrum; proximamque, sed via intermedia, Nosodochii partem demonstrat; & indicat qualiter, sub saeculi XV. initium facies externa Ecclesiae & Coenobii, seu Nosocomii, se haberet. Nam *Michael Euphrosyni* F. *a Pantiano* Nosodochos Ecclesiam primitivam brevem, & angustam, instauravit ampliavitque; curavit autem deinde, ut *Martinus V.* Pont. Max. qui tunc Florentiae erat, anno MCCCCXX. eam rite dedicaret. Haec antem Encaenia ea pictura repraesentantur, quam *Laurentius Biccii* pictor egregius accuratissime elaboravit [d]. Ceterum Ecclesia deinde iterum, saltem intrinsecus, instaurata, & elegantissime ornata, fuit, ut nunc subspicitur.

Parthenon Sanctae *Mariae* de Monticellis [e], quem habent Sanctimoniales Ordinis S. *Francisci*, seu Sanctae *Clarae*; & situs

[a] *Richa Tom. IV. pag.* 297. 298.

[b] *Richa Tom. IV. pag.* 299.

[c] *Melitorius pag.* 344. qui ait, id evenisse anno MCCXCVI.

[d] Consule *Ferd. Leopol. Melioriam pag.* 347.

[e] Ad hoc etiam Monasterium, quando extra Vrbem erat, pertinent Chartae quaedam, quae in Archio Sanctae Felicitatis adservantur, & quarum compendia sunt quae sequuntur.

Anno 1332. Ind. prima, die 10. Ianuarii. Cum olim anno 1332. die 9. & 10. Octobris per opportuna Consilia Pop. & Communis Flor. stantiatum fuerit, quod Abbati & Capitulo Monast. de Camaldoli de Florentia, & Priori & Capitulo Ecclesiae S. Iacobi Vltr. & Priori & Capitulo Ecclesiae S. Stephani ad Pontem, & Rectori Ecclesiae S. Mariae de Verzaria, & Priori & Hospitali S. Ioannis Ierusalem, & Ecclesiae S. Sepuleri ad Pontem, per dd. Priores, & Vexillistiae, & XII. Bonos Viros solveretur pretium terrenorum d. Monast. & dd. Ecclesiis & piis locis occupatorum per d. Commune, partim pro muris de novo factis, & turribus; & partim pro fossis, & viis missis tam intra, quam extra ipsos muros, & iuxta flovium Arni versus Portam novam, qua itur ad Civi-

tus est prope Ecclesiam Sancti *Iosephi*, non procul ab Vrbis moenibus ad Orientem. Hic Parthenon primum constructus fuit extra Vrbem, & Portam Sancti *Petri Cattuarii*, non procul

vitatem Senarum; assignando eisdem Monast. & ipsis locis de muris veteribus d. Communis & terreno, & terrenis ipsorum murorum veterum, intus, & extra ipsos muros; & de terrenis quibuscunque d. Communis, ut de ipsa commissione patet manu Ser Gratioli D. Curradi de Mutina Notarii, & Scribae Reformationum Consiliorum Populi, & Communis Florentiae. Et cum dd. anno, & Ind. die 14. Octubris dd. DD. Priores Artium, absente propter infirmitatem Vex. Iustitiae, & dd. XII. Boni Viri dictam eorum auctoritatem super hoc transtulerint in Perum Guglielmi, Baronem Cappelli, & Aldobrandinum Tanagliae, Cives Flor. deputando eosdem Officiales super d. compensatione, ut patet manu Ser Michaelis Ser Dietifeci de Gangalandi Not. & tunc Scribae dd. DD. Priorum, &c. Hodie hac die 10. Ianuarii dd. anni, & Indictionis dd. Officiales facta prius mensuratione terrarum per d. Commune dd. Piis Locis occupatarum per Peruzzum dell'Abaco, & Mannum Bacuccii, mensuratores, & per eosdem confinata, & descripta, pro ut ibi ad longum, scilicet, a primo Giardinum Raynerii Bianchardi, &c. statuunt pretium ipsarum terrarum computandum ad rationem flor. 13. pro quolibet stariore, & successive pro d. pretio assignant dd. Piis Locis terrenum ipsius Communis inter ipsos pro eorum rationibus dividendum in Populo S. Fridiani, cui a primo via; a secundo murus novus Civitatis & via; a tertio muri, & via Civitatis; a quarto Giardinum Ecclesiae S. Iacobi Vltr. & Piovichesis; quod terrenum protenditur a Pilastro opposito Portae, qua itur ad flavium Arni, prope Portam Carratiae, usque ad Pilastrum, ex latere occidentali, iuxta muros Civitatis, via in medio, incipiendo ab angulo dd. Pilastrorum usque iuxta muros Giardinorum Piuvichesis & aliorum; & d. terrenum extimari voluerunt ad rationem denariorum 18. pro quolibet brachio quadro cum quibusdam conditionibus liberandi dd. terras a servitutibus vicinorum, & aliis oneribus, prout ibi, &c. Actum Florentiae in Ecclesia S. Caeciliae, testibus Dominico Vecellini Pop. S. Petri Maioris, Francisco Cattani Pop. S. Proculi, Sandro Bruni Pop. S. Petri Maioris, Ioanne Batia Pop S. Petri Maioris, & Ser Ioanne Gudi Not. Pop. S. Simonis de Florentia, &c.

Item dd. anno, & Ind. die vero 13. d. Mensis Ianuarii. Officiales praedicti statuunt quod Prior, & Capitulum Ecclesiae S. Iacobi Vltr. in divisione terreni dd. Piis Locis assignati eam partem obtineat pro sua rata, & portione, quae proximior est, & contigua Giardino d. suae Ecclesiae. Actum Florentiae in fundaco Cennis Nardi sito in Pop. S. Caeciliae, & in Via Vacchereccia, testibus Tommaso Vannis Nardi Pop. S. Pancratii, & Alberto Bandini de Filiearia, & Dominico Vecellini, Pop. S. Petri Maioris.

Rog. Ser Thomasius Ser Lucae Puccii de Campi Flor. Dioec. Not.

Item Anno 1357. Ind. 10. die 13. Maii. Insinuatum fuit hoc Instrumentum subscriptum ut infra coram sapienti Viro D. Antonio de Mon...stira de Padua Iudice pro Nobili Milite D. Ioanne de Gonfaloneriis de Brixia, honorabili Potestate Civitatis, & Districtus, Florentiae; testibus Ser Bardo Ser Lippi, Ser Dominico, & Ser Barga Notariis Florentinis, & Iacomino filio olim Guiduccii Ser Guidalotti Pop. S. Fridiani, &c.

Ser Franciscus q. Guiduccii de Zizzellis de Signa Civis Flor.

Ser Riccardus fil. q. Tani de S. Lazaro Comit. Flor. & Ser Martellus Nicolai de Barberino Districtus Flor. Iudices, & Not. Flor. subscripserunt.

Anno 1332. Ind. 1. die 9. Octobris. In Consilio congregato de mandato nobilis Militis D. Berti de Albertis de Menania Capitanei, & Defensoris Communis & Populi Florentini. Et postea die 10. d. Mensis in Consilio congregato de mandato Nobilis Militis D. Nurmanni D. Thommasi de Rocca Claramontis Civit. & Comit. & Districtus Flor. honorab. Potestatis: Exposito pro parte D. Abbatis, & Capituli Monast. Camaldulis de Florentia, Rectoris Ecclesiae S. Mariae de Verzaria, Abbatissae & Capituli Monast. de Monticellis de prope Flor. Prioris & Capituli Ecclesiae S. Iacobi Vltr. Prioris & Capituli Ecclesiae S. Stephani ad Pontem, Abbatissae & Capituli S. Felicitatis de Flor. Prioris Vrbis & Pisarum Hospitalis S. Ioannis Ierusalem, & Ecclesiae S. Sepulcri ad Pontem, quod occasione constructionis novorum murorum, & turrium, & fossarum Civit. Flor. de novo factarum a flumine Arni versus Portam Novam de Verzaria, qua itur Pi-

cul a via, quae Senas ducit, in clivo montis, qui nunc *Podium Imperiale* vocitatur; quique cum aliis collibus ad Occasum surgentibus, & per M. P. protensis, *Monticelli* adpella-

Pisas usque ad Portam Novam, qua itur ad Civitatem Senarum, occupata fuerunt per Commune Florentiae bona quaedam dd. Piorum Locorum, unde petunt sibi satisfieri de pretio ipsorum, &c. & successive dd. Consilia Populi, & Communis Florentiae tribuunt DD. Prioribus Artium, & Vex. Iustitiae, nec non XII. Bonis Viris Pop. Florentini facultatem amplissimam dd. Piis Locis satisfieri faciendi eo modo, & forma quibus eisdem melius videbitur, &c.

Ser Mingus q. Bonamici de Cappello Fesul. Dioec. Iud. & Not. sumpsit ex actis Reformationum Communis Flor. scriptis per Ser Gratiolum Dom. Curradi Not. Mutinens. Scribam Reformat. Consil. Pop. & Communis Flor. & Ser Zenobius Maphaei Pavonis de Flor. Iud. Ordinarius, & Not. exemplavit an. 1333. Ind. I. die 14. Iun.

Anno 1332. Ind. prima, die 20. Ianuarii. Cum Anno 1332. Ind. prima, die 9. & 10. Octobris per opportuna Consilia Communis, & Pop. Florentini provisum fuerit quod Abbatissae & Capitulo Monast. S. Felicit. de Flor. & Ser Ioanni Rectori Ecclesiae & Hospitalis S. Candidae de prope Florentiam, emendatio fieret per DD. Priores Artium, & Vexill. Iustitiae, una cum XII. Bonis Viris de bonis quibusdam occupatis per dd. Commune dd. Piis Locis pro muris de novo factis, & turribus, & fossis, videlicet de terreno d. Monast. apprehenso in tenimento a flumine Arni versus Portam novam de Verzaria, qua itur Pisas, usque ad Portam novam, qua itur ad Civitatem Senarum; & de domo quadam d. Hospitalis, & terreno cum curis, & hurto, quibus a primo erat strata publica qua itur versus Rovezzanum, a secundo via quae vadit a Ianua della Croce versus Ianuam de Pinti ex latere exteriori Civitatis; a tertio & quarto Civitatis praefatae, &c. ut de commissione constat manu Ser Gratioli D. Curradi de Mutina Not. & Scribae Reformationum Consiliorum dd. Populi, & Communis. Et cum dd. anno, & Ind. die vero 14. Octobris super hoc dd. DD. Priores, & Boni Viri, absente propter infirmitatem Vex. Iustitiae, in eorum locum substituerint Officiales super hoc Perum Guillelmi, Baronem Cappelli, & Aldobrandinum Tanagliae, ut patet manu Ser Michaelis Ser Dietiseci de Gangalandi Not. & Scribae dd. DD. Priorum, &c. Hodie dd. Officiales facta extimatione dd. bonorum per Peruzzum dell' Abbaco, & Maunum Bacuccii, mensuratores, inter quae bona quaedam d. Monast. destructa asseruntur tempore Imperatoris Henrigi, & tempore Castruccii; assignant usque ad extinctionem pretii d. aestimationis reditus domorum, & apothecarum d. Communis, in Pop. S. Stephani ad Pontem, quomodo trahit Via a Capite Pontis veteris versus Canovam salis iuxta fluvium Arni. Actum Florentiae in Ecclesia S. Caeciliae, testibus Dominico Vecellini Pop. S. Petri Maioris, Francisco Cartani Pop. S. Proculi, Sandro Bruni Pop. S. Petri Maioris, Ioanne Batis Pop. S. Petri Maioris, & Ser Ioanne Guidi Not. Pop. S. Simonis de Florentia.

Rog. Ser Thomasius olim Ser Lucae Pucci de Campi Flor. Dioec. Iud. & Not.

Anno 1332. Ind. 15. die 12. Octobris. Bartolus Lapi Stradae pro 6. Ultr. Ioannes Bonaccursi pro 6. S. Petri Scheradii, Puccius Cocchi Compagni pro 6. Burgi, Christophorus Puccii pro 6. S. Pancratii, Sander Buti de Riccho pro 6. Portae Domus, & Rufpus Guictonis pro 6. Portae S. Petri, Priores Artium, & Daldus Dinghi Marignolli pro Sexto Portae Domus, Vexillifer Iustitiae (absens tamen d. Vex. Iustitiae propter infirmitatem) una cum XII. Bonis Viris congregati in Palatio Populi Florentini vigore commissionis in eis factae per opportuna Consilia, de qua constat manu Ser Gratioli D. Curradi Not. de Mutina Scribae Reformationum Consil. Populi, & Communis Florentiae, visa petitione sibi facta pro parte Abbatis, Capituli, & Monast. Camalduli de Florentia, Rectoris Ecclesiae Sanctae Mariae de Verzaria, Abbatissae & Capituli Monast. de Monticellis de prope Florentiam, Prioris & Capituli Ecclesiae Sancti Iacobi Ultr. Prioris & Capituli Ecclesiae S. Stephani ad Pontem, Abbatissae & Capituli S. Felicitatis, Prioris Urbis & Pisarum Hospitalis S. Ioann. Ierusalem & Ecclesiae S. Sepulcri ad Pontem, quibus occasione constructionis novorum murorum & turrium & fossorum Civitatis Florentiae de novo factorum a flumine Arni versus Portam novam de Verzaia, qua itur Pisas, usque ad Portam novam, qua itur ad

labatur [a]. Illum autem aedificavit *Octavianus Vbaldinius* Cardinalis, quum consideraſſet anguſtiam Aſceterii, quod Sanctimoniales iam ab anno MCCXIII. ſub regimine B. *Agnetis* ſororis Sanctae *Clarae*, ac deinde B. *Clarae Vbaldiniae*, habitabant, extra Portam Sancti *Frigidiani*, prope Eccleſiam Sancti *Donati* ad Scopetum [b]. Quum autem novus Parthenon constructus, & abſolutus fuiſſet, ex veteri, & exiguo, in hunc Moniales illae ſe contulerunt [c]. Et tamdem, quum obſidio Florentinae Civitatis anno MDXXIX. immineret, iuſsae ſunt Sanctimoniales ſuum Monaſterium deſerere, quod deinde funditus everſum eſt. Sacrae igitur Puellae urbem ingreſsae conductas domos incoluere, donec, Loemocomii publici Sancti *Sebaſtiani* portione emta [d], novum Aſceterium aedificarunt, quod anno MDXXXIV. perfectum, & abſolutum eſt; & eodem illae receptae [e], in quo adhuc commorantur: vocaturque *De Monticellis* ab antiquo vetuſti Monaſterii nomine. Monaſterium hoc ſolvebat [f] Epiſcopatui Florentino cenſum annuum unius cerei una libra pendentis; & ſic ſolvit iam *Andreae Mozzio* Epiſcopo, ſub ſaeculi XIII. exitum.

Parthenon Sancti *Petri Maioris* a *Petro* Epiſcopo Florentino Saeculo XI. inſtitutus eſt; cui ipſe bona, & fundos, adſignavit; & *Gisla Rodulfi* F. matrona [g] nobilis, & potens, de ſuo etiam praedia, & reditus munificenter contribuit [h]: quum Com-

ad Civitatem Senarum, occupata fuerunt a Communi Florentiae multa terrena & bona, unde petebant ſibi plenarie ſatisfieri de dd. terrenis & bonis committunt Pero Guglielmi, Bettoni Cappelli & Aldobrandino Tanagliae, Civibus Florentinis in huc negocio omnes eorum vices conſtituendo eoſdem Officiales ſuper refectione dd. damnorum facienda dd. Piis Locis.

Rog. Ser Michael Ser Dietifeci de Gangalandi Iud. & Not. & Scriba dd. DD. Priorum Ser Zenobius Maffei Pavonis de Flor. ſumpſit ex actis dd. DD. Priorum anno 1333. Ind. prima die 14. Iunii.

[a] *Richa Tom. II. pag.* 582. *Pocciantius Eccleſ. Florent. pag.* 574. De Podio Imperiali *Princ. Reditus in Adoratrantibus ad Distyrombom.*

[b] *Richa Tom. II. pag.* 580. Hiſtoriam autem conſtructionis, & inſtitutionis huius Parthenonis habes diffuſam apud *Io. Bapt. Vbaldinium* in *Hiſtoria Gentis Vbaldiniae pag.* 70. 75. 72. 73. 74. & apud *Gamurrinium Vol. IV. pag.* 32. 75.

[c] *Richa Tom. II. pag.* 184. & *Gamurrinius* loco citato. Sunt qui dicant, novum Monaſterium aedificatum fuiſſe circa annum MCCLXII.

[d] Conſule *Meliorium pag.* 354.

[e] *Richa tom. II. pag.* 184. 185.

[f] *Supra pag.* 261.

[g] Multa confundit *Fed. Soldanius Epiſt. X pag.* 56. 57. de *Gisla* Parthenonis S. *Petri Maioris* benefactrice agens.

[h] Conſtat id ex Inſtromento, & Bulla, ab *Vghellio* in *Epiſcopis Florentinis pag.* 98. 99. productis, quaeque ſunt inſequentes.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Petrus Florentinus Epiſcopus. Orthodoxae fidei proprium eſt, ſacrae Religionis ſtudiis indeſinenter incumbere, & ſacra loca divinis cultibus mancipata fovendo iuvare, cuius quidem operis inſtantia licet omnibus cultoribus Chriſti debita veneratione rite conveniat, maxime tamen illis competit, quibus pro ſalute animarum alicuius Ec-

Commune Florentinorum Ecclesiam illam instaurasset, & exornasset, Sed & *Rainerius* Episcopus Monasterium hoc amplius ditavit, confirmavitque omnia bona, & iura: largiens & ipse Ecclesiam S. *Mariae* Ferlausae, Ecclesiam Sancti *Petri* in Horla-

Ecclesiae cura traditur, sive Episcopis. Neque enim sufficit Christi Sacerdotibus solum praedicationi insistere, nisi etiam studeant de manu fructificare, hoc est, eleemosynam facere, ceteraque bona pro viribus explere, Et quia mihi immerito divina misericordia Florentini Episcopatus regimen largiri dignata est, assiduis precibus flagito, quatenus omnipotentis iuvamine iniunctum mihi officium sic peragam, ut in die tremendi examinis pro talentu mihi credito a Domino audire merear: Euge serve bone, & fidelis, &c. Ergo quia tempus est, ut ea, quae proposui, fonam. Est quaedam Ecclesia in honorem Sancti Petri non longe a Florentina Urbe posita, Florentinorum sumtibus decorata, facie innovata, quam in pulchriorem murorum elegantiam redegi, desiderans ancillarum Dei ibidem ex Canonicorum nostrorum consilio, nec non Religiosorum multorum in perpetuum ordini profectarum, cum omnibus terris, & rebus sibi pertinentibus, cuius bonae intentionis novitatem, quia nostrae subiecta est ordinationi, disposui opem ferre pro tempore, & praedictum venerabilem locum nostra munificentia iuvare, quatenus ancillarum Dei per accessum futuri temporis in Dei laudibus concrescat numerus, atque animarum ibi exuberent lucra, & diabolo fiant maxima detrimenta. Devota itaque mente ad salvationem ancillarum Dei animum intendi, & poetum salutis, ne naufragium incurrant, praeparari curavi, meique omnem Episcopatus populum, quorum cura mihi, quamlibet indigno, commissa est, devotissime invitans, in hoc unanimes esse volo, contestor, & rogo. Sed quoniam donationis nostrae exiguitas ad victum ancillarum Dei ibidem Deo servientium minime sufficiebat, contigit divina miseratione, ut quaedam potens, ac nobilis matrona, Gisla nomine, dudum pro amore huius sanctae ordinationis ferens multa de praedus suis praedicto venerabili loco concedens offerret, in quo omnipotenti Domino quatuor filias suas Sanctimoniales in perpetuum obtulit servituras, Cuius quidem sanctae devotioni sponte anneens, universa quae dedit ad victum ancillarum Dei inibi Deo servientium in praesentia D. Gottifredi Ducis & Marchionis nostri, & Gregorii Vercellae Episcopi, & Cancellarii regii, atque omnium Clericorum, & Laicorum, Florentinae Civitatis confirmavi, & roboravi. Similique modo confirmo, quae favente Domino in futuro tempore sum daturus, ne non quaecunque de novo usui servarum, sive ancillarum Dei contulit, sive collatura est, tempore sequenti. Hoc denique nostrae ordinationis Decretum divina protectione munitum firmamus, & sub Dei tuitione reponimus, ut nullius sacrilegi temeraria manus hoc tam sanctum opus impune violare praesumat, sed quicumque violaverit, & non cito emendaverit, anathematis gladio feriatur: & neque mihi, neque alicui meorum successorum aditus pateat huius Coenobii propositum infringere, aut violare, vel in alium usum simulata sanctitate, vel sub obtentu religionis, transmutare, sed quicumque hoc fecerit, anathematis vinculo innodatus futurae vitae careat, &c. hoc seculo cum lamentis caecitate mulctetur. Insuper centum libras auri optimi regiae Potestati, quae pro tempore fuerit, & praefato venerabili loco se compositurum agnoscat. Quicumque autem solamen huic sancto exhibuerit operi, in coelesti regio Beatissimae Mariae semper Virginis, & Beati Petri Principis Apostolorum, & Sanctae Agnetis Virginis, & omnium simul Sanctorum mereatur contubernio perfrui. Actum Florentiae feliciter.

Ego Petrus Sanctae Florentinae sedis humilis Episcopus huius nostri decreti paginam propriae manus subscriptione confirmans roboravi.

Ego Transmundus Episcopus Faesulanus consensi, & subscripsi.

Ego Bernardus Archid. consensi, & subsc.

Ego Theobaldus Cantor consensi, & subsc.

Ego Gerardus Can. consensi, & subsc.

Ego Ioannes Sanctae Florentinae Ecclesiae Canonicus consensi, & subsc.

Ego Petrus Canonicus, & Subdiaconus Sanctae Florentinae Ecclesiae, consensi, & subsc.

Ego Rodulphus Canonicus consensi, & subsc. &c.

Alexander Episcopus servus servorum Dei. Charissimo Fratri Petro Florentino Episcopo, suisque successoribus. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequenti compleri, quatenus & devotius, & sincerius, lauda-

lagio, Ecclesiam S. *Benigni*, & Ecclesiam Sancti *Felicis* prope flumen Imam [a]. *Eugenius III.* Pont. Max. omnia bona, & fundos

dabiliter innotescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat, & quia fraternitas tua insinuavit Sanctae Apostolicae Sedi, se ad communem Sanctimonialium usum in Ecclesia Sancti Petri sita in Suburbio Florentinae Civitatis Monasterium constituisse, & praediorum tam a te, quam etiam a quadam religiosa femina nomine Gisla, nonnulla beneficia eidem Ecclesiae collata esse, non solum devotionis tuae studium laudamus, sed ordinationis tuae constitutionem, quam interim per donationis paginam eidem Ecclesiae fecisti, auctoritatis Apostolicae privilegio confirmamus, atque in perpetuum ratam, firmamque, fore volumus. Corroboramus etiam praefatae Ecclesiae tam ea, quae nunc iuste tenet, quaeque a praenominata matrona collata sunt, quam quae ab eadem, seu ceteris in futurum iuste conferenda sunt fidelibus. Sub divini igitur Iudicii obtestatione statuimus, ut neque Rex, neque Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, sed neque Episcopus, aut aliqua praeditus dignitate; postremo nulla magna parvaque persona, sub cuiuslibet causae, & occasionis, specie, huius nostrae Apostolicae sanctionis decretum infringere, seu ea, quae iam iuste collata sunt, quaeque in futurum sunt iuste conferenda, aliquo modo, ac studio minuere, vel auferre, praesumat. Quod si aliquis temerario ausu hanc confirmationis nostrae paginam violare praesumpserit, & admonitus a te, seu a successoribus tuis, emendare contempserit; auctoritate Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli sciat se excommunicatum, & poena centum librarum auri multandum: at vero, qui observator extiterit, repleatur abundantia Apostolicae benedictionis. Datum Laterani XI. Kal. Iunii, per manum Petri S. R. E. Subdiaconi, & Bibliothecarii anno sexto, Pontificatus D. Alexandri Papae secundi, ab Incarnatione vero Domini MLXVII. Indict. V. Consule superius *pag.* 203. 253.

[a] Memoranda est Charta *Raierii* Episcopi, quam idem *Vghellius* profert *pag.* 101. & nos in medium adduximus superius *pag.* 1011. Quando autem in ea Capitetum nominatur, ut melius consideretur, ubi nam Capitetum illud situm sit, exhibeo etiam *Raierii* Episcopi Chartam ex eodem *Vghellio pag.* 109.

Raynerius Dei gratia Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus. Dilecto in Christo Rozoni Archipresbytero, ac Florentinae Canonicae Beatissimi Ioannis Baptistae Praeposito, suisque successoribus, & confratribus, in eadem Canonica primitivae Ecclesiae vitam sequentibus, donationis decretum in perpetuum. Pastoralis officii cura nos admonet omnibus praecipue nobis commissis piam sollicitudinem impendere, eorumque necessitatibus providendo charitatis moderatione subvenire; & quia ipsa charitas non quae sua sunt, sed quae aliorum quaerentem, & ministrantem omnis omnibus, se praebet, voluntarios nos ducit praelibatae Canonicae quiddam, quod nimium necessarium perspeximus, datis largitione conferre, quatenus Fratres eiusdem Canonicae praesentes, & futuri, Deo omnipotenti sedula meditatione legis eius incessanter valeant deservire. Pro salute itaque animae meae, meorumque praedecessorum, ac subsequentium, animarum requie, terram nomine Capitetum, in qua fuit silva, & nunc est stirpetum, positam in territorio Plebis Sancti Stephani in Pane, quae ita discernitur, ab orientali parte adhaeret terra sibi filiorum Zenonis, & Sancti Ioannis Baptistae, quam detinent filii Paganuccii, & filius Petri Iudicis, & terra nepotum Guinaldi; a meridiana plaga collimitat sibi terra filiorum Griffi, & Vguli de Sancto Stephano, eorumque consortum, & Rustici filii Bonatii, eiusque fratruelium, & est fossa inter medium; ab occidua parte est terra S. Ioannis Baptistae, quam detinent filii Martini, & Ildebrandi de Areu, & terra, quae fuit nepotum Adanaldi, & nepotum Athi; ab Aquilone adhaeret & similiter terra Beatissimi Ioannis, quae a Vicedominis, & a Guidone filio praedicti Petri Iudicis, tenetur, & est in hoc latere Angaloni; ipsam, & omnia, quae super eam sunt, tibi Rozoni Praeposito, tuisque confratribus, ad vestram, vestrorumque successorum, communem utilitatem damus, donamus, concedimus, largimur, & in perpetuum habendo, etiam per hanc decreti paginam confirmamus, & stabilimus ita ut ad communem utilitatem Fratrum in eadem Canonica conviventium semper maneat; & si aliquando data, & alienata, ab utilitate Fratrum fuerit, in nostram, nostrorumque successorum, potestatem continuo recurrat. Ut vero hoc, quod semel statuimus, per Christi misericordiam inviolabile permaneat semper, tam nobis, quam & nostris successoribus, potestatem auferimus praefatam donationem ipsi Canonicae Beatissimi Ioannis Baptistae tollere; & si nos, vel no-

dos, & privilegia, huic Monaſterio confirmavit, & Eccleſiam S. *Felicis* ad Imam praecipue *. Idem fecit & *Ambroſius* Epiſcopus

noſtri ſoccefſurra, quod abſit, praedictam terram, vel quae ſuper eam ſunt, vobis, ſive veſtris ſucceſſoribus, abſtulerimus, tunc tibi praenominato Praepoſito, tuiſque ſucceſſoribus, a parte praefatae Canonicae Beatiſſimi Ioannis Baptiſtae nomine poenae ſexaginta libras optimi argenti daturos nos obligamus. Quin etiam, quicunque huius noſtri privilegii paginam temerario auſu, & iniqua deliberatione, vel pravo ſtudio, fregerit, & uſque ad quadrageſimum diem, ſi requiſitus fuerit, ſatisfaciendo non emendaverit, vinculo excommunicationis, & anathematis, alligetur, & cum Herodiade aſſocietur. Qui vero huius noſtrae conceſſionis, ac donationis pius conſervator, & integer defenſor, extiterit, omnipotentis Dei gratiam, & Sanctiſſimi Ioannis Baptiſtae adiutorium, defenſionem, & protectionem, habere valeat. Ve autem haec pagina noſtra vera eſſe credatur, propriae ſubſcriptione manus ipſam firmari coravimus.

Ego Raynerius Sanctae Florentinae Eccleſiae Indignus Epiſcopus, hoc noſtrae donationis decretum libens firmavi, proprioque manu ſubſcripſi.
Ego Godefridus Sanctae Florentinae Eccleſiae Canonicus, & indignus Peruſinus Epiſcopus, huic decreto propria manu ſubſcripſi.
Ego Rozo Archipresb. & Pp. in hoc mihi facto decreto ſubſcripſi.
Ego Davino Presbyter, & Canonicus libenter ſubſcripſi.
Ego Gerardus Presb. & Canonicus conſentiens ſubſcripſi.
Ego Petrus Presbyter, & Canonicus conſentiens ſubſcripſi.
Ego Presb. Gratianus Canonicus ſubſc.
Ego Petrus Presbyter, & Cuſtus Sancti Ioannis ſubſcripſi.
Ego Sichelmus Presbyter ſubſcripſi.
Ego Theobaldus eiuſdem Eccleſiae Canonicus, & Cantor, conſenſi, & libenter ſubſcripſi.
Ego Ioannes Diac. & Canonicus ſubſc.
Ego Petrus Canonicus, & indignus Diaconus, voluntarie ſubſcripſi.
Ego Rolandus Diac. & Canonicus ſubſc.
Ego Petrus Diaconus ſubſcripſi.
Ego Gerardus Subdiaconus, & Canonicus ſubſcripſi.
Ego Ioannes Subdiac. & Canonicus ſubſc.
Ego Subdiaconus Sanctae Florentinae Eccleſiae ſubſcr.
Ego Petrus Subdiaconus feci, & ſubſc.
Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus voluntarie ſubſcripſi.
Ego Gerardus Subdiaconus ſubſcripſi.
Ego Henricus Subdiaconus ſubſcripſi.
Ego Bonactus Clericus, & Canonicus voluntarie ſubſcripſi.
Ego Petrus Lector, & Canonicus ſubſc.
Ego Guido Vicedominus huic decreto conſentiens ſubſcripſi.
Ego Albino Cauſidicus, & Vicedominus libens, & laudans, huic decreto ſubſc.
Ego Petrus Vicedominus conſenſi, & huic decreto ſubſcripſi.
Ego Petrus S. Florentinae Eccleſiae qualiſcunque Canonicus, & Levita indignus, iuſſu Domini Raynerii Praeſulis Scriptor huic decreti paginae, dati, atque confirmati anno Dominicae Incarnationis milleſimo octuageſimo quinto, Indict. VIII. menſe Aprilis libentiſſime ſubſcripſi.

* Eius Bullam ex *Vghellio pag.* 122. produco:

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dilectae in Chriſto filiae Magdalenae Abbatiſſae Monaſterii Sancti Petri Maioris, quod in Suburbio Civitatis Florentiae ſitum eſt, eiuſque Sororibus tam praeſentibus, quam futuris regulariter inſtituendis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem praebere conſenſum, &c. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis; Eccleſiam S. Felicis, quae iuxta Emam poſita eſt, & univerſas poſſeſſiones, quas nobilis mulier Gisla Monaſterio veſtro rationabili prudentia, & devotionis intuitu, contulit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Florentini Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum, &c. Cunctis autem, &c. Amen.

Ego Eugenius Catholicae Eccl. Epiſc.
Ego Ymarus Tuſculanenſis Epiſc. ſubſc.
Ego Vgo Oſtienſis Epiſc. ſubſc.
Ego GG. Presbyt. Cardinalis S. Calixti ſubſcripſi.
Ego Vbaldus Presb. Cardinalis tit..... ſubſcripſi.

Ego

pus, Ecclesiam Sancti *Felicis* ad Imam specialiter & ipse commemorans a. Sed sciendum est, hanc Sancti *Felicis* Ecclesiam Monaste-

Ego Ariabertus Presb. Cardinalis tit. Sanctae Anastasiae subscripsi.
Ego Iulius Presb. Cardinalis tit. Sancti Marcelli subsc.
Ego Vbaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierosalem subsc.
Ego Bernardus Presb. Card. Sancti Clementis subsc.
Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Caeciliae subsc.
Ego Rolandus Presb. Card. tit. Sancti Marci subsc.
Ego Gerardus Presb. Card tit. S. Stephani in Caelio Monte subsc.
Ego Ioannes Presb. Card. tit. SS. Ioannis, & Pauli subsc.
Ego Henricus Presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei subsc.
Ego Oddo Diaconus Card. S. Georgii ad Velum aureum subsc.
Ego Rodulphus Diaconus Card. Sancti Angeli subsc.
Ego Gregorius Diaconus Card. Sanctae Mariae in Porticu subsc.
Ego Hyacinthus Diaconus Card. Sanctae Mariae in Cosmedin subsc.
Ego Iosones Diaconus Card. Sanctorum Sergii, & Bacchi subsc.
Datum per manum Bolognini Sanctae Romanae Ecclesiae Scriptoris, septima Kal. Maii, Indict. XIV. Incarnationis Dominicae anno MCLI. Pontificatus vero Domini Eugenii Papae Tertii anno septimo.

a Chartam ex *Vghellio* produco *pag.* 124.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis. Ambrosius, Dei gratia, Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus. Dilectae in Christo filiae Magdalenae, Sancti Petri Maioris Abbatissae, sibique in eodem Monasterio regulariter succedentibus, &c. Rationis ordo expostulat, & sacrae legis sanxit auctoritas, desideriis iusta poscentibus pia compassione succurrere, & votis legitima desiderantium, &c. charitatis congruum impertiri suffragium. Tunc enim devotionis nostrae famulatus Deo gratus impenditur, cum ex charitatis radice procedens provectui postulantium instinctu extenditur. Ea propter, dilecta in Christo filia Magdalena, devotionem tuam, & tuarum Sororum, erga nos, & Ecclesiam Sancti Ioannis, attendentes, ut in Monasterio, cui, Deo auctore, deservis, religio copiosius augeatur, eius iustis petitionibus clementer annuimus, & eidem Monasterio praesentis privilegii scripta communimus, statuentes, ut quaecumque bona eadem Ecclesia in praesentia iuste, & canonice, possidet, aut in futuro, Domino auxiliante, rationabiliter poterit adipisci, firma tibi, ac postmodum succedentibus, & illibata permaneant, eorum, pro quorum sustentatione, & atque gubernatione, oblata sunt, usibus profutura; inter quae proprio quaedam duximus notanda vocabulo, Ecclesiam videlicet Beati Felicis, quae est iuxta Emam posita, cum omni iure suo: ordinationem quoque ipsius Ecclesiae, secundum Regulam Beati Benedicti tibi, & postmodum succedentibus, nostra auctoritate concedimus, salva tamen in omnibus Florentini Episcopi debita obedientia, & consueta reverentia. Possessiones quoque omnes, quas quaedam nobilis, & religiosa, mulier nomine Gisla eidem Ecclesiae contulit. Quae utique omnia decernimus, atque praesentis privilegii pagina confirmamus, & tam ea, quae a praenominata matrona collata sunt, quam quae a ceteris fidelibus in futuro iuste sunt conferenda, iam dictae Beati Petri Ecclesiae, sine alicuius hominis contradictione firmiter teneat, atque possideat. Ad praesentis autem privilegii, & constitutionis confirmationem decernimus, ut praefatum Monasterium per singulos annos in festivitate Beati Ioannis Baptistae, pro supradicta Ecclesia Beati Felicis, quatuor libras cerae nobis, & successoribus nostris, censualiter persolvat. Si qua ergo ecclesiastica, secularisve, persona huius nostri decreti paginam sciens susu temerario contraire, aut infringere, tentaverit; seu haec & omnia, quae iam sunt iuste collata, quaeque in futuro sunt conferenda, aliquo malo studio minuere, vel auferre, praesumpserit; Dei iram & indignationem incurrat, & corporis et sanguinis Domini se reum esse cognoscat, atque in extremo examine divinae ultioni subiaceat: servantibus autem, quod a nobis statutum est, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Ambrosius Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus . . . a me facto subscripsi.
Ego Presb. Azo, & Canonicus Sanctae Florentinae Ecclesiae interfui, & subsc.
Ego Petrus Presb. & Canonicus Sanctae Florentinae Ecclesiae interfui, & subsc,
Ego

ſterio S. *Petri* primum ab *Azone* Epiſcopo donatam fuiſſe, ut *Coeleſtinus III.* in ſua Bulla teſtatur [a]. Perantiqua eſſe fertur haec D. *Petri* Eccleſia, ſed eius certa monumenta ſaeculo XI. antiquiora non offendi. Exiſtimo, eam aliquo modo ad Epiſcopatum Florentinum pertinuiſſe, quum Epiſcopus Florentinus Monaſterium condiderit, & inſtituerit; & Epiſcopus Florentinus multo honore Antiſtitam harum Sanctimonialium ſemper adfecerit; quare mutuum honorem, & obſervantiam, ipſae eidem exhi-

Ego Presb. Guido, & Canonicus Sanctae Florentiese Eccleſiae interfui, & ſubſc.
Ego Rogerius Presb. & Canonicus S. Flor. Eccl. interſui, & ſubſc.
Ego Presb. Ildeptsndus, & Canonicus S. Flor. Eccl. interſui, & ſubſc.
Ego Vgucio Canonicus, & Diaconus ſubſcripſi.
Ego Vgo Canonicus, & Diaconus ſubſc.
Ego Vgo Canonicus, & Diaconus ſubſc.
Ego Olivsrius Subdiaconus, & Canonicus Sanctae Florentinae Eccleſiae laudavi, & ſubſcripſi.
Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus interſui, & ſubſc.
Ego Vicedominus eiuſdem Eccleſiae Subdiaconus interſui, & ſubſcripſi.
Ego Magiſter Iolios Subdiaconus, & Canonicus Sanctae Florentiose Eccle- interſui, & ſubſcripſi.
Data per manum Alberti Florentini Archidiaconi, an. Dominicae Incarnationis millesimo centeſimo quinquagesimo ſexto, Indict. IV. &c.

[a] Hanc ex *Vghellio* produco *pag.* 135.

Caeleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiolis Mariae Abbatiſſae, & Sororibus, Monaſterii Sancti Petri Maioris, quod in Suburbio Civitatis Florentiae ſitum eſt, tam praeſentibus, quam futuris, in perpetuum. Prudentibus virginibus, quae ſub habitu Religionis accenſis lampadibus per opera ſanctitatis iugiter ſe praeparant ire obviam Sponſo, Sedes Apoſtolica debet praeſidium impertiri, ut tanto firmius valeant in propoſito religioſo perſiſtere, quanto a terrenorum fluctuum tempeſtate Apoſtolica conceſſione fuerint propenſius communitae. Eapropter, dilectae in Chriſto filiae, veſtris iuſtis petitionibus clementer annuimus, & praefatum Monaſterium Sancti Petri Maioris, quod in Suburbio Florentinae Civitatis conſiſtit, ad exemplar felicis recordationis Anaſtaſii PP. praedeceſſoris noſtri, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus, ut quaſcunque poſſeſſiones, & quaecumque bona, quae dictum Monaſterium in praeſenti iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, praeſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & iis, quae poſt vos ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam videlicet S. Felicis ſitam iuxta Emam, quam bo. mem. Azo quondam Florentinus Epiſcopus canonice vobis, iuxta Regulam B. Benedicti habendam in perpetuum, & regendam, diſponendamque, conceſſit: & univerſas poſſeſſiones, quas nobilis mulier Giſla Monaſterio veſtro rationabiliter contulit, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & confirmata vobis, & iis, quae poſt vos ſucceſſerint, & inconcuſſa, perpetuis temporibus decernimus permanere, ſtatuentes, ut nec vobis, nec iis, quae poſt vos ſucceſſerint, eandem Eccleſiam liceat quolibet titulo a veſtro Monaſterio alienare. Decernimus ergo, &c. Si qua igitur, &c. Cunctis autem, &c. Amen.

Ego Caeleſtinus Epiſcopus Catholicae Eccleſiae ſubſcripſi.
Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſubſc.
Ego Ioannes Praeneſtinus Epiſc. ſubſc.
Ego Pandulphus Baſilicae XII Apoſtolorum Presbyter Cardin.
Ego Mel. tit. Sanctorum Ioannis, & Pauli Presbyter Cardinalis.
Ego Ioannes tit. Sancti Clementis Tuſcaneo. Epiſcopus.
Ego Romanus tit. Sanctae Anaſtaſiae Presbyt. Card.
Ego Lotharius Sanctorum Sergii, & Bacchi Diaconus Cardinalis.
Ego Gratianus Sanctorum Coſmae, & Damiani Diaconus Card.
Ego Gerardus Sancti Adriani Diaconus Card.
Ego Ioannes S. Theodori Diaconus Card.

Ego

exhibebant, muneribus largiter cumulantes; ut exstabit quando de adprehensa Episcopatus ab eo possessione agemus [a]. Solvebat insuper hoc Monasterium annuum censum quatuor cerae librarum Episcopo eo, quod Ecclesiam Sancti *Felicis* ad Imam possideret. Ceterum quaedam etiam Capitulo Ecclesiae Florentinae hic Parthenon saeculo XIII. decurrente iam debebat [b]: causa tamen adhuc me latet. Non procul ab hac Ecclesia Xenodochium anno MLXV. aedificatum est, quod *Hospitale Sancti Petri Maioris* ob vicinitatem dictum est; sed vero & proprio nomine adpellabatur *Hospitale Sancti Paulli in Pinti*, quod ad Abbatem & Monasterium Sancti *Paulli* Radiolense olim pertinuit [c]. Hoc tandem Parthenoni S. *Apolloniae* copulatum, & adnexum fuit [d]. Sed, ut ad Ecclesiam S. *Petri* re-

Ego Gregorius Sancti Gregorii ad Velum aureum Diaconus Card.

Ego Nicolaus Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

Datum Laterani per manum Mersi Sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi ... Kal. Aprilis, Indict. X. Incarnationis Dominicae anno MCXCII. Pontificatus Domini Caelestini Papae Tertii anno primo.

a *Richa Tom. I. pag.* 128.

b *Richa Tom. I. pag.* 135.

c *Richa Tom. I. pag.* 126. *Bracchius Descript. Mucil. pag.* 101. & *Chronic. pag.* 57. *Tom. II. Sanct. pag.* 181.

d Consule superius *pag.* 530. & *Richam pag.* 126. Luber autem hic producere monumenta quaedam ad hoc Xenoduchium spectantia ex Archivo Parthenonis S. *Apolloniae* depromta,

1065. 5. Kal. Novembris. Florentius qui Barone vocatur fil. b. m. Dominichi, pro remedio anime sue, & Imilie b. m. Vxori sue, donavit terram positam foras muros Flor. in loco ubi dicitur Filceraco, & non longe ab Ecclesia S. Petri que dicitur Maiore, ubi Hospitale edificatur, atque cum vinea que ex orientali parte prope se habet terram, que fuit Fulchi fil. Ioannis .... ex occidentali parte habet iuxta se terram Teuci Notarii fil. b. m. Ioannis de Faltegnano.

Ego Aldinnetus Iud.

1159. Pridie Kal. Iulii. Manifestus sum ego Ardimannus fil. Mutandini, & ego Adalasia iugalis vendimus tibi Paczo fil. Firenzi Baruni vice, & ad utilitatem Hospitalis de S. Petro Maiori. unam petiam terrae, quae est in loco Gurgo stariorum trium ad iustam mensuram ad pedem Portae. Actum in Burgo de Porta S. Petri Maioris, &c. Signa manuum Clerici filii Ildebrandi Not. & Tantossi filii Viuuli Albizi, & Glutti filii Ioannis Not. & Butrigelli filii Guidi, rogat. testium.

Ego Sinibaldus Iud. rog. nom. 77.

1160. Nonis Aprilis, Ind. 8. Breve recordationis, & finitionis, pro futuris temporibus, ad memoriam retinendam quod factum est iuxta Ecclesiam, & Monasterium S. Bartolomei de Fesule, in praesentia Rolandini filii Iunni de Calenzano, & Cippi filii Baccii, & Denuccii filii Ioannis dalle Marine, &c. Martinus Monachus pro amore Dei dedit, & concessit in Ecclesia, & Monasterio S. Pauli de Razzuolo, ubi Dominus Guido preesse videtur, duas petias terrarum, unam loco Montelatico, cui ab uno latere terra Bellincionis Bertae, de 4. latere Malegunnellae, &c. aliam petiam terrae in loco, ubi dicitur Morli, de ono latere est terra Bonensegne de Vgratro, &c.

Ego Sinibaldus Iud. & Not. num. 177.

1165. 6. Idus Augusti. Manifesti sumus nos Petrus & Iungni germani filii q. Orlandini Grassi, & Florista iugalis iam dicti Gungni, vendimos & tradimus tibi Donato filio Paczi vice, & utilitate Hospitalis positi prope Ecclesiam, & Monasterium S. Petri Maioris, onde Dominus Guido est Rector, & Costos, procuratorio nomine accipienti, videlicet integras tres partes terrae posit. prope ipsum Hospitale, &c. a 3. latere filiorum Ildebrandini Not. a 4. terra Flancazdelli pro pretio 19. librarum, & 5. solidorum, &c. Actum prope Ecclesiam, & Monasterium S. Ambrosii, &c. Signa manuum Pazzi, & Clerici germanorum filiorum Ildebrandini Notarii, & Bo-

revertamur, eius vetustatem arguit, quod faciem anteriorem ad Occasum, antiquo ritu, conversam habet. Quamquam saeculo iam XI. Populus Florentinus eam instauravit & exornavit; tamen aliam recentiorem instaurationem saeculo XIII. exeun-

Bolugne, & Magalotti germanorum filiorum Pazzi, & Bonsegnori filii Foraboschi, & Bastardi filii Peruzzi, & Corboli filii Petri, & Vgolini Vrsitti, &c. rogat. test.

Ego Trussus Iud. & Not. num. 14.

1173. 3. Kal. Decembris. Manifesti fumus nos Russas Bonizie, & Candida iugalis eius, &c. per hanc Cartulam vendimus tibi Guidoni Rectori Hospitalis posit. prope Eclesism S. Petri Maioris unam petiam terrae posit. a Gurgo, &c. Actum Florentiae, &c. Signa manuum Donati del Pazzo, & Vbertini filii eius, & Olivieri filii Albizini, & Vespae filii Boncii testium rogat.

Ego Trussus Iod. & Nor. nom. 209.

1178. 4. Idus Septembris. Manifesti fumus nos Pazzo del Nutaio, & Raynerius filius eius, & Ildebrandinus fil. Vguiccionis factus pubes nepos illius, per consensum ipsius Pazzi, & Berta q. iugalis Vguiccionis, & Massaria q. iugalis Sclavare, iam dicto Pazzo socero nostro nobis consenriente, & Purporella iugalis Pazzi, & Sobilia iugalis Raynerii, &c. per hanc cartulam vendimus tibi Guidoni Rectori Hospitalis positi prope Eclesiam, & Monasterium S. Petri Maioris, unam petiam terrae positam prope foveas Florentinae Civitatis non longe a predicto Hospitale, &c. a 3. latere est Tignosi del Fuldrago, & filiorum Azzi della Ripa, & filiorum Tedaldini del Cantore, a 4. sunt fosse Burgorum Civitatis infra sex stariora ad mensuram pedis Portae, &c. Actom Florentiae in Burgo de Porta S. Petri, &c. Inghilbertus Iudex praefatas coniuges interrogavit, &c. Signa manuom Magalotti filii Pazzi, & Vbertini, & Vinciguerrae germanorum filiorum Donati, & Galgani filii Galligarii, & Iordani, & Bonsegnori filiorum Forabofchi, & Ottaviani de Vgolina, & Baroni filiorum Segnorelli rogat. testium, &c.

Ego Iacobus Frederigi Imperatoris Iudex, &c.

Ego Trussus Iud. & Not.

Eodem loco, eodemque die, praedicti Pazzo del Notaio, &c. promittunt pro Ildebrandino, & Cherichello filiis Vguiccionis, & Gherarda filia Soattae, vel eorum heredibus pro quando ipsi habebont etatem, &c. num. 199.

1181. 5. Kal. Martii. Manifestus sum ego Turingelius q. fil. Angiolelli quia pro remedio animae meae, &c. inter vivos dono, & trado in Hospitali, quod est prope Eclesiam S. Petri Maioris, & est sub Ecclesia, & Monasterio, & obedientia S. Pauli siti Razzolo quasdam petias terrae, &c. Actum in praedicto Hospitali, &c. Signa manuum Magalotti, & Galsuccii filiorum Pazzi, & Vbertini, & Vinciguerrae filiorum Donati, & Bosi filii Bosi, & Aliotti & Carrii filiorum Vguiccionis, & Corboli filii Villani, & Coste filii Alberti, & Ioannis Albertinelli rogator. &c. testium.

Ego Brunus Iudex, & Not. num. 303.

1188. 7. Kal. Iunii. Manifesti sumus nos Gianni fil. olim Folkomaris, & Galiana uxor eius, quia vendimus tibi Brunicto fil. q. Folcomaris, & tuis heredibus, medietatem petii terrae eum casis positis prope Civitat. Flor. iuxta Hospitale de S. Petro Maiore, &c. a 3. terra Alberti filii Brunicti Ferri, &c. Insuper vendimus tibi medietatem omnium terrarum, casarum, colonorum, & possessionum, quae fuerunt patris mei praedicti Gianni, & Brunicti filii sui, infra totam curtem, & districtum de Bivigliano excepto solummodo illo, quod praed. Folkomarius dedit Tiniofo, & Guidonii filiis suis oaturalibus infra dictam curtem de Bivigliano pro pretio libr. 48. Pisanae monetae, &c. Actum in Castro quod dieitur Montacetai, &c. Signa manuom Vguiccionis Occhiodiferro, & Alberti filii Ciuccii, & Corbolani filii Provincialis, & Bellincionis filii Brandolini, &c.

Ego Guerius Iud. & Not.

Ego Brunus Bena Iud. & Not.

Ego Renaldus Iud. & Not.

Ego Bonensegna Consilii Ottonis IV. Imperatoris Iud. & Not. num. 90. iam num. 10.

Oportet hunc Bonensegnam Notarium descripsisse instrumentum hoc, saeculo insequenti, quando Otho IV. imperabat.

1204. 6. Idus Ianuarii. Manifesti somus nos Vbertus fil. q. Guittonis Iochi, & Marsobilia uxor eius, vendimos tibi Gerardo Hospitalario Hospitalis positi prope Ecclesiam S. Petri Maioris, quod Hospitale est sob Conventu S. Bartolomaei de Razolo, ubi Domnus Lambertus est Abbas, unam petiam terrae positam in Villa de S. Gervasio, &c. a duabus partibus filii q. Iscarlatti, &c. Actum Florentiae, &c. Signa manuum Angioleri filii q. Ma-

eunte, vel XIV. vertente, prae se fert eius structura, sive intima, sive extima; ut inspicienti patet. Extrinsecam optimae architecturae porticum *Lucas Albitius* patricius saeculo proxime praeterito aedificandam curavit. Ab hac Ecclesia, quae antiqui-

q. Magulotti, & Ildebrandini filii q. Vguiccionis del Pazzo, & Gherardini filii q. Radinghieri, & Vguiccionis filii q. del Papa, & Galli de Trebicana rogator. &c. testium, &c.

Ego Brunus q. Truffi Federigi Imperatoris Iud. & Not. num. 212.

Monasterium Radiolense S. Paulli nomine censebatur; si vero in mendo non cubat locus hic, S. Barptolemaeum eiusdem Ecclesiae numen synedron fuisse oportet.

1208. 13. Kal. Iunii. Constat nos quidem Tribaldum filium olim Ardimanni, & Claram uxorem eius, & Adalasiam matrem ipsius Tribaldi, communiter hoc venditionis Instrumento vendidisse tibi Gerardo Converso Monasterii de Razzuolo, in quo D. Rambertus est Abbas, Rectori Hospitalis siti foris muros novos Civitatis Florentiae non multom longe ab Ecclesia S. Petri Maioris, recipienti vice dicti Hospitalis unam petiam terrae positam prope Crucem de Gurgo, a primo Vghi del Russo, a 3. Righi filii Mainetti de S. Martino Lobaco, &c. pretium quoque a te recipimus lib. 104. & den. 3. computatione facta pro uno quoque stario lib. 13. minus solid. 5. &c. Liceat itaque tibi Gerardo deinceps dictam terram tenere, & habere, &c. Actum Florentiae, &c. Signa manoum Dietaiuti, & Renierii filiorum Donati del Pazzo, & Angiolieri Magalotti, & Donzi filii Bonsegnoris, & Giarni Fornai filii Gratiani, & Spigliati filii Intendufcii rogator. &c. testium, &c. Galganus filius d. Ardimanni, & Contissa uxor d. Galgani consentiunt, &c.

Ego Rusticos Henrigi Imperatoris Iud. & Not. nom. 208.

1210. 3. Idus Novembris. Constat nos Rigum fil. olim Mainetti, & Lamandinam uxorem eius, vendidisse tibi Gerardo Hospitalario Hospitalis S. Pauli de Razzuolo, quod positom est prope moros novos Civitatis Florentiae in Parochia S. Petri Maioris, recipienti vice d. Hospitalis petiam terrae posit. a Gargo, &c. Actum Florentiac, &c. Signa manuum Monaldi filii Arcimbaldi, Parisii del Galigaio, Renieri Donati, Angolieri Magalotti, Gianni Calfuccii, Bencivenni del Tedalda, etc. rogat. testium, etc.

Ego Guglielmus Iud. et Not. num. 207.

1213. 19. Kal. Ianuar. Constat nos Vinciguerram fil. q. Donati de Pazzo, et Ravennam eius oxorem, donasse tibi Alberto Hospitalario Hospitalis Ecclesiae, et Monasterii S. Petri Maioris, petiam terrae positam ad Soliccianum, cui a 2. Angiolini fil. Burnetti, et Baroris, a 4. Belcari, et Monasterii de Mintignano, etc. Actum ad Ognanum in domo praedictorum iugalium, etc. Signa manuum Vgolini filii q. Pelladossi, et Monaldi filii Tiniosi de Brillante, testium rogat. Item, &c.

1213. Idus Ianuarii. In presentia Ildibrandini Cavalcanti, et Vguiccionis filii q. Raynerii de Pazzo, et Bonincannis filii q. Benintendi Medici, et Alagherii filii q. Bargesi testium, Forese, et Buonus fratres, et filii Vinciguerrae, et Gualdrada uxor Foresi consentiunt d. donationi, et promittunt Dietaiuti filio Bencivenni de Folle recipienti pro d. Alberto Hospitalario dictam donationem firmam tenere, etc.

Ego Pax Iud. et Not.

Ego Diotaiuti Iud. et Not. num. 206.

1215. 3. Nonas Septembris. Constat me D. Teclam D. G. Ecclesiae, & Monasterii S. Ambrosii Abbatissam dare teneri Giambono filio Bencivenni Cedernelle lib. 4. ideoque hoc venditionis Instrumento tradimus, & vendimus tibi Alberto Hospitalario Hospitalis de Razzuolo totum ius decimationis quod recipere debebat d. Ecclesia de quadam terra quod dictum Hospitale emit a filiis Ardimanni posita a Gurgo, &c. Actum apud d. Ecclesiam S. Ambrosii, &c. Signa manuum Accobi filii Tiniosi, & Bonsmichi filii Rugieri, & Gerardi Perozzi, & Bencivenni del Feralda rogat. testium, &c.

Ego Bonaredditus Iudex, & Notar. &c. num. 202.

1216. 11. Kal. Aprilis. Constat nos Renaldum fil. q. Scarlattini, & Tedaldescam uxorem dicti Renaldi vendidisse tibi Alberto Hospitalario Hospitalis S. Pauli de Razzuolo recipienti pro dicto Hospitali petiam terrae posit. in Pop. S. Gervasii, &c. a 2. filiorum Vguccionis de Cammello, a 3. Gianni Bernardi, a 4. fil. Gondi, &c. Ideo tradimus tibi, &c. Actum Florentiae, &c Signa manuum Benentendi Saiectoni, & Rustichini filii q. Rustichini Ciampi, & Baci filii q. Aretini, & Benei filii q. Bencivenni, & Bonzelli fil. q. Bacislietti, & Benintendi filii q. Ga-

etiam Ecclesiis & Plebibus Mucillanis, Sancti *Petri Maioris*, hoc est, ad Sevem; & Sancti *Ioannis Maioris*: quod scilicet Ecclesiae hae aliis cognominibus Ecclesiis, in Mucillo exsistentibus, grandiores, amplioresque, essent. Sed quoniam Coenobii Radiolensis meminimus, observandum nobis est, Radiolum seu Rediolum, Vicum esse in iugo Apennini Mucillani situm iu-

a 4. terrenum olim dicti Hospitalis dudum venditum Lando Albizi, &c. Actum apud Abbatiam de Razzuolo, &c.

Ego Ioann. q. Clati de Paliccisno Not. nom. 184.

1316. 2. Iunii. Fr. Petrus olim Albertini Conversus Monasterii de Razuolo ex mero conscientiae confessus est Abbati dicti Monasterii, quod cum ipse dudum fuisset electus per ipsum Abbatem in Hospitalarium Hospitalis de Pinti, ipse Fr. Petrus in absentia d. Abbatis, ad instantiam illorum de Vecellinis, & de Donatis, renunciavit institutioni factae per ipsum Abbatem in Hospitalarium ut supra; & postea recepit institutionem, quam homines de dictis de Donatis, & Vecellinis, fecerunt de eo instituendo in Hospitalarium d. Hospitalis, &c. Quare cognoscens hoc esse in fraudem d. Abbatis, & Monasterii, renunciavit institutioni factae per dictos de Donatis, & Vecellinis, &c. Actum Florentiae apud novellum locum de Cafaggiolo, testib. Grimaldo Compagni de Pesciola, &c.

Ego Landus Vbaldini Compagni de Pesciola Not. num. 193.

1316. 2. Iunii. Vacante Hospitali de Pinti pertinenti ad Monasterium S. Pauli de Razuolo per renunciationem Religiosi Viri Fr. Petri fil. olim Albertini, D. Abbas dicti Monasterii eligit, & confirmat dictum Fr. Petrum in Hospitalarium, qui promisit, & iuravit recipere ipsum Abbatem cum sua familia, & equis, cum voluerit, ad expensas dicti Hospitalis; & dare, & solvere ipsi Abbati, & successoribus ipsius, annuatim in festivitate Nativitatis Domini nomine census sex staiora panis cocti de bono & puro grano calvello ad star. Flor. & unam libram piperis, & unam mediam libram croci, & totidem in Pascha Resurrectionis, & in festo Conversionis B. Pauli 10. libras candelarum de cera. Actum Florentiae in loco supradicto rog. Not. praed. num. 189.

1333. 2. Febr. Actum Florentiae. Presbyter Meus Cappellanus S. Petri Maioris, Depositarius introitus, & proventus Hospitalis de Pinti electus per sententiam latam circa haec per probum virum Antonium olim Landi de Albizzis, vigore mandati scripti manu Ser Romuli Lapi de Albizis Not. vigore d. sui officii locat Baldanzino filio olim Buosi, Pop. S. Ambrosii, unum podere posit. in d. Pop. S. Ambrosii, a 2. Asini, & Marchi dell' Asino, &c.

Ego Ioannes olim Megli delle Cotti Not. num. 91.

1333. 29. Octobr. Actum Florentiae. Cum lites quamplurimae essent inter infrascriptos de Donatis, & de Vecellinis ex una parte; & Abbatem S. Pauli de Razzuolo ex una alia parte; & Gaiccium Folcardi, Pop. S. Petri Maioris, qui se dicit Hospitalarium Hospitalis de Pinti ex alia parte; occasione d. Hospitalis: nequeuntes per se ipsos ad statum finis pacifici devenire, Dei nomine invocato, Franciscus q. Sinibaldi, & Cursus olim D. Amerighi, de Donatis Patroni, ut dixerunt, praedicti Hospitalis pro se ipsis, & pro D. Iacobo, & Curso olim Taddei, & Manno olim D. Apardi, & Andrea, & Francisco olim Taddei, omnibus de Donatis; & Bellincione olim D. Cecis, & Matteus olim Donati de Donatis patroni ut supra, & pro D. Iacobo D. Cecis, Plebano, Raynaldo, Gerii, Lapo, & Zutlo, Loris, Lapo, & Ioanne D. Bellincionis, Bellincione, & Ioanne filiis D. Lapi, Galeotto Ioannis, Passino, & Sandro Donati, Zenobio & Talano olim D. Cecis, omnibus de Donatis ex parte una, simul cum infrascriptis aliis de Donatis, & de Vecellinis, &c. Et postea eodem anno, testib. Pazzino Tommasini, & Brotio Lippi de Riguano, D. Latinus Abbas Monasterii S. Pauli de Razuolo ex una alia parte, &c. Et postea eodem anno testib. Tano olim Chiarissimi Bonapacis, & Donato olim Boninsegnae, Pop. S. Petri Maioris, Masus q. Chiermontesis, & Dominicus olim Fencii, de Vecellinis patroni, ut dixerunt, d. Hospitalis pro se ipsis, & pro Spigliato Rinieri, & Ioanne olim Cini de Vecellinis, &c. Et postea eodem anno testib. Vberto olim Pagni de Albizis, & Piero Ser Spigliati de Filicaria, Nicolaus olim Forensis, Gherardus olim Nerii, & Forese olim Clerici, de Donatis patro-

iuxta viam, quae Faventiam ducit, in Plebatu S. *Ioannis Maioris*; inter Rontam & Crifpinum; diftareque Florentia ad Boream XXIV. circiter M. P. Ita dictum puto, quafi *Herediolum*, quod eft duorum menfura iugerum, eo nomine denotata, quod heredem fequeretur, ut apud Scriptores rei rufticae, *Varronem*, & *Columellam*, videre eft. Errorem inrepfiffe puto apud

troni, ut dixerunt, d. Hofpitalis pro fe ipfis & pro Matthaeo, & Silveftro olim Nerii, Teuccio olim D. Manetti, Lapo, & Bellincione q. D. Martelli, Corrado Clerici, & Gerio Simonis, omnibus de Donatis. Et Guiccius Folcardi Hofpitalarius praedicti Hofpitalis ex parte altera, &c. volentes componere difcordias vertentes inter fe, occafione patronatus d. Hofpitalis, unanimiter compromiferunt in providos, & difcretos viros D. Placitum Abbatem S. Petri de Mofcheto, Ordinis Vallis Vmbrofae, & Antonium q. Landi de Albizis, &c. Eodem vero anno teftib. Ser Mafo Nelli de Cafaglia Not. Boncino Talduccii de Ronta, Piero del Bene, Pop. S. Ambrofii, &c. praedicti Arbitri fententiant, & laudant, quod Hofpitalarius deputetur a D. Abbate de Razzuolo, &c. & quod eligatur unus Camerarius per dictum D. Abbatem, & per dictos Dominos de Donatis & de Vccellinis, dummodo non poffint eligere aliquem de ipfis Donatis, & de ipfis Vccellinis. Item declarant dictum Hofpitale fubditum effe Abbati de Razzuolo, & illos de domo de Donatis, & de Vccellinis fore patronos eiufdem, &c.

Ego Romulus Lapi olim Benintendi de Albizis de Florent. Iud. & Not.

Ego Iacubus q. Ioannis de Mucello Iud. & Not. num. 51.

1335. 4. Martii. D. Latinus Abbas de Razuolo, & nobiles Viri Corfus, olim D. Amerigi de Donatis, & Dominicus olim Fenci de Vccellinis tanquam patroni Hofpitalis de Pinti eligunt Camerarium, &c. Actum Florentiae, teftib. Tibaldo Bernardi Ardovini, Pop. S. Petri Maioris, &c.

Ego Ioannes Spigliati de Filicaria Not. num. 272.

1337. 8 Ianuar. Actum Florentiae. Spigliatus Ranerii de Vccellinis, electus pro parte aliorum de domo fua fuper negotiis Hofpitalis de Pinti cum Abbate de Razuolo eligit Camerarium d. Hofpitalis, &c.

Ego Ioannes olim Megli delle Corti Not. num. 181.

1338. 18. Septembris. Actum Florentiae, &c. Teftibus Dominico q. Fenci de Vccellinis, & Gerio q. Nerii D. Manetti de Donatis, &c. Fr. Guiccius fil. q. Folcardi Converfus Monafterii S. Pauli de Razzuolo, Ordinis Vallis Vmbrofae, & Hofpitalarius Hofpitalis S. Pauli de Pinti, fiti Florentiae, & fubiecti d. Monafterio de Razzuolo, expofuit Domino Latino Abbati d. Monafterii S. Pauli, quod ipfe vellet permutare quoddam petium terrae d. Hofpitalis pofit. Florentiae, in Pop. S. Petri Maioris, in Contrata de Cafaggiuolo, quod confinat. a primo Via, a 2. Antonii Landi de Albizzis, & filiorum Filippi, & Pagni q. filiorum d. Landi, a 3. d. Hofpitalis, a 4. d. Antonii, &c. ad quoddam aliud petium terrae, quod eft Antonii olim Landi de Albizzis, &c. quod pofitum eft in d. loco de Cafaggiolo, &c. quam facultatem concedit dictus Dominus Abbas, &c. Vnde dictus Hofpitalarius conceffit, & tranftulit d. Antonio de Albizzis recipienti pro fe ipfo, & pro Nicolao, Nerio, Manno, Vanni, Matthaeo, & Vberto fratribus, & filiis q. Pagni, olim filii d. Landi, etiam nepotibus fuis, &c. unum petium terrae, quod eft per latitudinem brachia 44. & ad brachia quadra eft 3668. & aeftimatum quolibet ftarior. 40. auri, &c.

Ego Benedictus olim Nuccii de Florentia rogat. num. 475. iam num. 22.

1358. 3. Martii. Andreas Not. q. D. Vgolini de Celle, Pop. S. Donnini de dicto loco, eligit Guadagninum olim Cambini, Pop. S. Iacobi de Frafcole, Procuratorem ad vendendum unam domum, pofit. in Via de Pinti, &c. a 2. Nicolaius, & Pierus Ferrantini, &c. Actum in Foro de Dicomano, teftib. Dominico olim Mangionis de Caofana, &c.

Ego Francifcus olim Mammi de Vicorati Not. num. 190.

1400. 25. Aprilis. Actum in Pop. S. Salvii de prope Florentiam, teftib. Ioanne Angeli de Monteluco, & Paulo Duccii de Tofia de Pifis. Certum effe dicitur, quod in quodam Laudo lato inter Abbatem de Razuolo, & illos de Domo de Donatis, in quo conftat ipfos de Donatis effe patronos dicti Hofpitalis, & quod dictum Hofpitale debeat effe fuppofitum Monafterio de Razzuolo, &c. Cum-

apud *Ferd. Vghellium* in *Epiſcopis Piſanis*, ubi Concilii Piſani ſubſcriptiones profert, ſcribitque: *Ant. Abbas Sancti Paulli de Reſvello Feſul. Dioeceſ.* & reſtituendum cenſeo: *Ant. Abbas S. Paulli de Rezolo Florent. Dioeceſ.* Quamquam non me latet, alia loca in Tuſcia eodem nomine cenſeri, ut *Razolum* in vertice montis Vallis Vmbroſae; & *Rezuolum*, & *Regellum*, quaſi *Rediolum*, in Caſentinate agro. Hoc in loco B. *Ioannes Gualberti*, Congregationis Vallis Vmbroſae auctor, Coenobium in-

Cumque de conſenſu Antonii Sinibaldi de Donatis Procuratoris omnium conſortium ſuorum Fr. Bartolus Hoſpitalarius ad praeſens aedificaverit quamdam domuncolam ſuper terreno ipſius Hoſpitalis pro ſervitio Abbatis de Razzuolo, praedictus Abbas cum ſuo Capitulo faciant finem, & quietantiam d. Hoſpitalario de omnibus, & ſingulis, ad quae dictum Hoſpitale obligatum erat d. Monaſterio de Razzuolo, &c. Item eodem anno, teſtib. Guaſparre olim Ricchi Bartoli, Pop. S. Simonis; & Luca Andreae Simonis Setaiolo, Pop. S. Petri Maioris; Antonius de Donatis praedictus ratificat. &c.

Ego Petrus q. Rogerii Not.

Ego Antonius olim Ser Bertii Magiſtri Ioann. de Caſtro S. Ioannis Vallis Arni ſuperioris Iud. & Not. num. 186.

1417. 24. Febr. Actum Florentiae in Pop. S. Laurentii. Teſtib. D. Franciſco olim Sandri Cambini, Priore S. Martini de Strata, & Ioanne olim Bini Pieri Notar. Pop. S. Simonis, Abbas Monaſterii de Razzuolo recipit in Pinzochetum dicti Monaſterii Fr. Ioannem olim Pieri de Florentia.

Ego Iacobus q. Silveſtri Ioannis de Florentia Not. num. 333.

1421. 18. Aprilis. Actum Florentiae in Pop. S. Margaritae, teſtib. Bruno olim Franciſci Borelli, Pop. S. Mariae del Fiore, & Andrea olim Sinibaldi de Sommatis, Pop. S. Laurentii, Dominus Franciſcus della Caſa Abbas Monaſterii de Razuolo, ſuperior Hoſpitalis S. Pauli de Pinti, volens procedere ad electionem Camerarii d. Hoſpitalis, & cum hodie, ut aſſeritur, non exiſtat aliquis de domo illorum de Vccellinis, & conſequenter totum ius patronatus d. Hoſpitalis pertineat ad illos de domo de Donatis, eapropter dictus D. Abbas de conſenſu providi viri Apardi olim alterius Apardi de Donatis, vice, & nomine aliorum de d. progenie de Donatis, elegit in Camerarium Pierum olim Cecchi Linaiolum, Pop. S. Petri Maioris, &c.

Ego Iacobus olim Silveſtri Ioannis de Florentia Iud. & Not.

Ego Bartolomaeus Magiſtri Antonii de S. Miniate Civis, & Not. Flor. num. 52.

1433. 31. Ianuar. Actum Florentiae, teſtibus Sinibaldo Sinibaldi de Donatis, Benedictus q. Donati de Caſtro S. Niculai, de licentia Dominae Fiore uxoris ſuae obtulit ſe in Commiſſum Monaſterii S. Pauli de Razuolo, in praeſentia Ven. Patris D. Aloyſii fil. bon. mem. Egr. Militis D. Guelfi de Pugliefibus de Prato, Abbatis d. Monaſterii, &c.

Ego Ioannes q. Vgolini Gaddelli de Florentia Not. num. 238.

1435. 28. Maii. D. Aloyſius de Puglieſibus Abbas S. Pauli de Razuolo, ſuperior Hoſpitalis S. Pauli de Pinti, & Sinibaldus de Donatis patronus d. Hoſpitalis nomine ſuo, & aliorum de domo de Donatis, eligunt Andream Berti Civem Florentinum, Pop. S. Remigii, Camerarium, & Syndicum dicti Hoſpitalis, &c.

Ego Ioannes ſupradictus rogat. num. 234.

1438. Eugenius Papa IV. Archiepiſcopo Florentino ſalutem, &c. Abbatiſſae, & Conventus Sanctae Apolloniae nobis petitio exhibita continebat quod fructus, & redditus d. Monaſterii ad ſubſtentationem 36. Monialium, & aliarum perſonarum ibi pro tempore degentium numero fere 60. minime ſufficiant, & propterea nonnulli ex Nobilibus domus de Donatis, Domicelli Florentini, patroni Hoſpitalis Pauperum S. Pauli in Pinti propter dictum Monaſterium commiſeratione permoti, fructus d. Hoſpitalis dictae Abbatiſſae, & Monialibus applicari, & dictum Hoſpitale eidem Monaſterio uniri, deſiderant, &c. Nos igitur Fraternitati tuae mandamus, d. Hoſpitale cum omnibus iuribus, & pertinentiis, ſuis eidem Monaſterio incorpores, & unias, &c. Volumus autem quod poſt unionem praedictam Abbatiſſa, & Moniales, praedictae pro hoſpitandis pauperibus 8. lectos in eodem Hoſpitali continuo, & perpetuo tenere, & pro fabrica & reparatione aedificiorum dicti Hoſpitalis ſumptus facere neceſſarios, teneantur, &c. Datum Florentiae 12. Kal. Aprilis, &c.

insigne condidit; de cuius constructione ita B. *Acto* Episcopus Pistoriensis in illius Vita, *Cap. XXIV.* scribit: *Per idem tempus plures viri nobiles, & fideles, offerebant loca ad aedificanda nova Coenobia. Alii rogabant eum Monasteria dissoluta sub suo regimine sumere, & in normam, quam ipse cum suis servabat, reformare. Tunc Sancti Salvii Coenobium noviter construxit. In Musceta alterum in honorem Sancti Petri. In Razolo tertium in honorem Sancti Paulli. Aliud Sancti Cassiani, in Scalario Monte.*

1439. 28. Septembris. Nos Zenobius Iacobi D. Blasii de Guasconibus Doctor, & Ser Andreas Antonii Ciofi Rector Ecclesiae S. Mariae de Cercina, Cappellanus S. Laurentii de Florentia, arbitri electi a Manno olim Manni D. Manni de Donatis, Procuratore Monialium, & Conventus S. Apolloniae de Florentia ex parte una; & a D. Attaviano Simonis de Guasconibus Abbate de Rasolo ex parte altera; ad componendas discordias inter dictas partes causa Hospitalis S. Pauli de Pinti; laudamus, quod dictum Hospitale pertineat ad Monasterium S. Apolloniae praedictae, quod Hospitalarius habeat salarium lib. 140. quolibet anno, & pertineat electio eiusdem, &c. ad Abbatissam d. Monasterii, &c. Acta fuerunt haec praesente D. Cecilia Abbatissa Monasterii S. Apolloniae, & praesentibus Lodovico Francisci de Tanaglia, & Fr. Sancte Simonis de Marcialis, Ordinis S. Augustini.

Ego Bartolomaeus Ioan. Not.

1439. 10. Septembris. Actum Florentiae in Ecclesia Monialium S. Apolloniae, testibus Nofrio Manentis de Bondelmontibus, Filippo Blaxii d' Aretio commorante cum Egr. Doct. Domino Zenobio de Guasconibus, & Silvestro Tumasii Pop. S. Laurentii, &c. Fr. Bettus Donati de Castro S. Nicolai, Conversus Ordinis Vallis Umbrosae, & Hospitalarius S. Pauli de Pinti, constitutus in praesentia Rev. Prioris D. Attaviani de Guasconibus Abbatis S. Pauli de Razuolo, renunciavit administrationi d. Hospitalis, &c. Item postea eodem anno, & die. Actum Florentiae in d. Hospitali. Ven. Vir Mag. Franciscus Ioannes Mellini Fr. Ordinis Heremitarum S. Augustini, Syndicus Monialium, & Conventus S. Apolloniae de Florentia, attenta dicti renunciatione, & etiam attenta quadam Bulla Apostolica SS. DD. PP. Eugenii IV. disponente super unione dicti Hospitalis d. Monasterio S. Apolloniae, apprehendit tenutam, & possessionem d. Hospitalis, & bonorum, & iurium eiusdem, &c.

Ego Bartolomaeus olim Ioannis Pieri de Fighino Iud. & Not. num. 317.

1439. 28. Septembris. Actum in Ecclesia S. Apolloniae de Florentia, D. Zenobius de Guasconibus, & Ser Andreas Ciofi, praedicti arbitri electi a Manno de Donatis, &c. ut dictum est superius in laudo, &c. sententiamus, quod finita vita Fr. Betti praesentis Hospitalarii electio novi Hospitalarii pertineat ad Abbatissam S. Apolloniae, dummodo sit de domo de Donatis, & ad quamcumque Monialem de Donatis pro tempore existentem in d. Monasterio, etiam si non esset Abbatissa, & ad patronos Hospitalis praedicti; & quod confirmatio huiusmodi Hospitalarii pertineat ad Abbatem S. Pauli de Rasuolo, &c. & non existente aliqua Moniale de Donatis, ut supra, praesentatio pertineat ad patronus tantum d. Hospitalis, &c. Item quod Hospitalarius semper debeat esse Conversus Monasterii de Razuolo, & portet continuo habitum Vallis Umbrosae; & quod habeat salarium, quod videbitur Abbatissae praedictae, & non sit minus lib. 100. &c. Item quod Abbatissa, & Monasterium, S. Apolloniae teneatur quolibet anno in perpetuum dare pro censu Abbati, & Monasterio S. Paoli de Rasuolo libr. 10. auri in festo Omnium Sanctorum in praesenti anno, & in reliquis annis in festo Nativitatis Domini, & ultra unum Anserem in festo Omnium Sanctorum. Item quod Abbas de Rasuolo sit in perpetuum superior d. Hospitalis, & possit illud visitare, & corrigenda corrigere, &c. Item quod Arma, quae nunc sunt picta in d. Hospitali ante Portam, permaneant firma ut ad praesens sunt, &c.

Ego Bartolomaeus olim Ioannis praedictus, &c. num. 240.

1439. 13. Octubris. Actum ad gratas Monasterii S. Apolloniae. Convocatae ad Capitolum Moniales d. Monasterii eligunt earum Syndicos Ser Angelum Petri Tommasi de Terra Nova, & Ser Antonium Ioannis Matthaei de Carsidonia Cives, & Not. qui Ser

An-

te. Atque ita quidem ille, qui prodigia quaedam a B. *Ioanne* in Rediolo patrata narrat, ita scribens: *Propterea Venerabilis Pater transiens inde per Alpes, venit ad locum, in quo tantae arboris obstaculum ruerat, quod multorum paria boum, & hominum multitudo, leviter amovere non poterant: alia quoque via, rupibus obsistentibus, iter mutari non poterat: ubi modice conturbatus, quasi quaeritando, socio dicere coepit: Heu quid faciemus? Et conversus in precibus, quum redire sibi grave videretur, nec pro-*

Angelus substituit in locum suum Mannum olim Manni D. Manni de Donatis, & Fr. Bettum Donatis Spedalingum S. Pauli de Pinti, &c.

Ego Angelus olim Cinozzi Ioannis Cini Civis, & Not. num. 218.

1439. 4. Decembris. Ludovicus Dei, &c. Archiepiscopus Florentinus, uti executor litterarum scriptarum Eugenii IV. facit unionem suprascripti Hospitalis cum d. Monasterio ad formam praedictarum litterarum.

1440. 15. Kal. Martii. Datum Florentiae, &c. Eugenius IV. committit Praeposito Ecclesiae Florentinae, ut concedat Abbatissae Monasterii S. Apolloniae, ut possit vendere Nicolao Antonii de Falcilchi Civi Flor. unam domum posit. Flor. in via Pinti ad vitam d. Nicolai, uxoris, & filiorum, &c.

1444. Kal. Novembris. Eugenius IV. annuens supplicationibus Abbatissae, & Conventus S. Apolloniae, quod in Hospitali S. Pauli de Pinti unito dicto Monasterio Sanctae Apolloniae unum Altare erigere, & construere debeat, & Missae singulis diebus celebrentur, &c. Nos tenore praesentium concedimus, & indulgemus, &c. Datum Romae, &c.

1464. 3. Nonas Maii. Datum Senis. Pius II. concedit licentiam Cosmo de Medicis aedificandi, seu potius convertendi, Hospitale de Pinti in Monasterium Ordinis Sanctae Clarae.

1471. 10. Iunii. Actum Florentiae in Palatio Archiepiscopali, testib. Ser Mariotto Nicolai Pieri Martini Not. & Ser Piero Peregrini de Marsiliis de S. Geminiano, &c. D. Castorius Francisci Canonicus S. Laurentii vice, & nomine Monasterii S. Apolloniae de via S. Galli ex parte una; & Egr. LL. D. Virgilius olim Andreae Berti Civis, & Advocatus Florent. ex alia; compromittunt eorum lites in Ven. Viros, & eximios DD Dominos, Dominicum de Bocchis de Parma, Vicarium Florentinum, & Dominicum de Bonsis Advocatum Florentinum.

Ego Baldovinus Dominici Baldovini Bandini de Baldovinis Iud. & Not.

Ego Mattias olim Cenni Aiuti Civis, & Not. rogat. num. 121.

1471. 28. Septembris. Actum Florentiae. Nos Dominicus de Bocchis V. I. D. Clericus Parmensis, & Vicarius Episcopi Florentini, & Dominicus de Bonsis legum Doctor Civis, & Advocatus Florentinus, &c. Arbitri electi ab Egr. Legum Doctore D. Virgilio Andreae Berti Cive, & Advocato Florentino ex parte una; & ab Abbatissa S. Apolloniae de Florentia ex altera; pro certis differentiis circa Hospitale S. Pauli de Pinti de Florentia, quod dicitur hodie unitum d. Monasterio Sanctae Apolloniae ab anno 1434. usque ad annum 1439. laudamus, &c. praesentibus testib. D. Salvino de Salvinis Canonico Florent.

Ego Ioannes Gherardi de Legri Not. num. . . . iam nom. 247.

1490. 3. Martii. Actum Florentiae in Monasterio S. Apolloniae, &c. Convocatis ad Capitulum Monialibus Monasterii S. Apolloniae, Ordinis S, Benedicti, &c. Expositum fuit qualiter iam sunt anni 50. cum esset litigium inter dictum Monasterium S. Apolloniae, & Monasterium Vallis Umbrosae, & S. Pauli de Razuulo, occasione unionis Hospitalis S. Pauli de Pinti, ut supradictum est, &c. & per idem laudum reservata fuerunt iura sua Monasterio Vallis Umbrosae, cui dictum Hospitale solvebat quolibet anno Florenum unum; & quod multo iam tempore ipsum Florenum non solverunt, onde pro parte d. Monasterii Vallis Umbrosae mota fuit lis, de qua compromissum fuit in Dominicum de Bonsis Advocatum Florentinum, qui declaravit dictum Monasterium S. Apolloniae solvere debere quolibet anno de mense Septembris Florenum unum d. Monasterio Vallis Umbrosae. Quibus sic narratis praefata Abbatissa confirmavit praedicta omnia, & promisit observare, &c.

Ego Grifus olim Ioannis Cristofori Griselli Not.

Pri-

procedere posset, divinum auxilium humiliter obsecrabat. Tunc Vgo Plebanus Sancti Ioannis Maioris tentans, si quem transitum inveniret, tamdem adgressus molem arboris levavit in collo, cuius pondus homines multi, nec multorum paria boum (ut praedictum est) ullatenus dimoverent; denique sicut leve virgultum diu substinuit, ut ipsemet saepius testabatur, sicque transierunt illaesi, venerandus Pater, praedictusque Plebanus. Quod miraculum incolae terrae nunc usque testantur, adiicientes actum esse in loco, qui dici-

Primo Novembris 1491. Monachi Monasterii Vallis Vmbrosae ratificant ut supra, &c,

Ego Franciscus olim Matthaei de Bellita Notar. rog. num. 3.

Haec instrumenta, quorum compendia hactenus protuli, subplenda sunt insequentibus breviariis instrumentorum in eadem Archivo exstantium.

1065. 4. Kal. Novembris, Ind. 4. Profiteor ego Florentiua, qui Barone vocatus sum, fil. bon. mem. Dominichi, quia pro Dei timore, & pro remedio animae meae, & animae Imillae q. coniugis, meae per hanc cartulam, o Iesu Christe, qui pro nobis peccatoribus in humanitate, quam ex sacta Maria Virgine assumere dignatus ea, mori, & resurgete voluisti. Quia ego dono terram meae proprietatis, quae posita est foras muros Florentiae Civitatis, & in loco ubi vocatur Fulcerico, & non longe ab Ecclesia S. Petri, qui dicitur Maioro, ubi Hospitale est aedificatum, atque cum vinea super se, &c. ex orientali parte vis pubblica, ex Aquilonis parte habet terram, quae fuit Fulchi filio Ioanni Osti, ex occidentali habet terram Tencii Not. fil. bon. mem. Ioanni de Faltignano, ex meridiana vero parte, ubi ipsum Hospitale est aedificatum, excepto ante portella, pars, quae pertinet Petro filio Rustichi. Et si aliqua magna, vel parva persona res supraseriptas ab utilitate pauperum, & ab intentione mea, evertere voluerit, & te, o Iesu Christe in pauperibus defraudare cupiet, si a voluntate sua prava non recesserit particeps, & socius sit Iudae traditoris Domini totius mundi. Degloriat eum, Domine, terra, sicut absorbuit Datan, & Abiron. Consumat eum ignis de caelo sicut consumpsit Chore, & socios eius; & omnes maledictiones, quas Sanctus Moises in praevaricatores Legis constituit, veniant super eum. Maledicant eum tecum, Domine Iesu, Angeli, & Archangeli, & omnes Sancti tui: omnes benedictiones vertantur in maledictionem perpetuam: atque in usos pauperum praedicta res in aeternum permaneat, &c. Actum Florencia. Signa manuum supralcripti Florencii.

Ego Petrus rogat. testes.

Ego Magnus qui Segnorello vocat. test.

Signa manuum Ioanni filio bon. mem. item Ioannis Grassi rogat. testes.

Ego Ioannes Not. scriptor pro amore Iesu Christi.

Baldinoctus D. Imperatoris Iudex Ordin & Not.

Ego Arringherius D. Federigi Romanorum Imperatoris Iud. & Not.

Ego Guadagnus Imperialis Avlae Not.

Ego Cavalcante q. Ildebrandini D. Frederigi Iud. & Not.

Ego Arrigus Iud. & Not. num. 214.

1076. Mense Augusti, Ind. 14. Profiteor ego Ioannes fil. bon. mem. Bonomi, quia pro Dei timore, & remedio animae b. m. Ioanni fil. bon. mem. Teuzzi, per hanc cartulam, o Iesu Christe, qui pro nobis peccatoribus, &c. quia ego dono duas petias terrae positae in loco Tribuiano, prope Africo. De una parte est finis terra de filiis Ildebrandi de Porta S. Petri, de tertia parte est finis terra Reonse uxoris meae, de quarta parte est finis terra Ioanni filio Petri filio Tedelindae, ex alia petia terrae posita ibi prope, &c. Confines de filio Vreioli de Arco, &c. sicut mihi per hereditatem, & per testamentum essent de b. m. Ioanni filio b. m. Teuzi, &c., Tibi summo Voigenito aeterni Patris, &c. ad substentationem pauperum, & egenorum in Hospitali domo, quod est positum non longe de Ecclesia S. Petri, qui vocatur Maiore, &c. Signa manuum Baronis de S. Martino filii Dominichi, & Andreae de Gimolo filio Ioanni rog.

Ego Teuzo Not. num. 269.

1086. Pridie Idus Ianuar. Ind. 12. Profitemur nos Ioannes, qui Cosa vocatus sum fil. bon. mem. Amizonis, & Paganus filius eius, & Hermellina Coniux eius filia Rayntii, quae Hermellina interrogata sum ab Ioanne Iudice, qui Bellundo vocatur, utrum, &c.

quis

dicitur Ad Cellas Veteres, *non longe a Coenobio Razolensi* [a]. Sed nunc illud Rontam translatum est: nam & in Paroecia Sancti *Michaelis* Rontae situm erat: & in eo Abbas Vallumbrosanus cum paucis Monachis etiam in praesens moratur: nec cessant diebus festis Radiolum ad pristinum Asceterium se conferre, ut in eius Ecclesia Missam faciant, Sacramenta administrent, mortuosque sepeliant. Hoc Monasterium tamquam Commendatarius obtinuerat *Iacobus Bongianni de Gianfiliaczis* Florentinus, Eques Militiae Iesu Christi, Ordinis Cisterciensis; sed illud anno MDLVI. abdicavit, & Monachis Vallumbrosanis a *Pio V.* Pont. Max. restitutum fuit, ut apud *Fidel. Soldanium* in *Historia Pasinianensi* videre est [b]. Monasterium Radiolen-

quia pru Dei timure, & remediu animarum nostrarum, & pro remedio animae Benzi, qui fuit socer meus q. Ioannis, domus in Ven. loco Hospitali, quud positum est foras muros Floreoriae nou longe ab Ecclesia S. Petri Maioris, terra, & vinea posita in loco, qoi vocatur Pinti, &c. Confines, Petri filio Rusticelli, terra de Vicedomiois, & qoam detinuit Ioeus de Porta, terra Iuaunis, quam detinuit Aczo fil. Albizi cum consortibus eius. Actum Floreuriae. Signa manuum Caroccii fil. Pagni, & Florentii filii bon. mem. Baruni, & Baroni fil. bou. mem. Duminiehi, test. rogat. &c.

Ego Ioannes Iud. Sacri Palatii, &c. num. 213.

1088. 14. Kal. Ianuar. Ind. 12. Auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Egu Florenzus fil. bon. mem. Florenzi, qoi fuit vocatos Barooe de S. Martino, pru Dei rimore, & remedio animae meae, &c. trado, offero, &c. in Hospitali, quod est positum io loco, qui vocarur Fulceraeo, non longe ab Ecclesia S. Petri, qui voeatur Maiore, integram petiam terrae, positam iuxta praedictum Hospitale, &c. Confines sunt, Petri Rusticelli, & Perlae quae iam fuit uxor Petri filii Pepi Puleini. & de filiis Iardinae, & Vuidi Vicedomini, Bonifilii Pagani, Bigotti, Ioannis filii Girdiae, &c. Actum Florentiae. Signa manuum Petri filii Andreae, & Meliorelli filii Caroccii, & Dominichi filii Viventii, & Ioannis filii Peppoli Guanciole, & Petri filii Mareini Pulcri, rogaturum testium.

Ego Ioannes rogat. &c.

Ego Lamberius Nor. rog. num. 205.

1120. 7. Idus Madii, Ind. 13. Manifesta sum ego Donnina filia q. Aczi, qui vocatur Balestru, cum consensu Vgonis germani, & mundualdi, providi ad habendum, reneodum, &c. tibi Ioanni filiu bon. mem. Petri, & tois herédibus vice Ecclesiae, & Monasterii S. Pauli siro Razzolo, onam petiam terrae eum vinea, positam in luco, qui vocatur Montelatico, &c. Confines sunt, terra Ildebrandi neporis Ioghi, Guidi, qui vocatur Faldrago, filii Martini, pro peosione argentum denariu 100 Lucensis monetae, in festivitate S. Martini, &c. Actum ad Hospitio iuxta Ecclesia, & Monasterio S. Petri Maioris, &c. Signa manuum Vgonis filiu Aczi Balestri, & Florenzi filii Baroni, & Petri fil. Guilgae, & Vgonis qui vocatur Pecora, & Raginerii, qui Arizulo vucator, rogatorum testium, &c.

Ego Ioannes Not. rogar. num. 357.

Ex Instramento superius pag. 1101. *addecto constat*, *Montelaticum in Paroecia S. Ambrosii fuisse*.

[a] Aliud miraculum Redioli patratum narrat his verbis B. *Acta Cap. LI.*

Item praedictus Pater custodibus boum de Razolo, die toto arare praecepit, &c. & in nocte pabula carpere. Illi vero respondentes, ursos, & lupos, nocturnosque timere latrones, ait eis: Beatus Paullus illaesos eos custodiat. Tunc noctu venientes latrones unum e bobus per cornua ligaverunt, sed de luco mutare non valuerunt. Quem mane custodes adhuc ligatum repererunt, lacrimasque more hominum fundere coeperunt, & hoc praedicto Patri nunciaverunt. Ad quem Pater accedens dixit. O bos, vade, tuomque officium imple. Nun enim te servatum a noxiis feris, latrunumque rapina, Sanctus Paullus perdere voluit.

[b] Bullam produco.

Pius Episcopus servus servorum Dei.

Aaaaaaaaaaaa Ad

lenſe humerum ſeu ſpatulam porci Epiſcopatui Florentino ſolvere quotannis teneretur, cenſus perpetui nomine. Ius tamen patronatus eiuſdem ad *Vbaldinios* olim pertinuit, quemadmodum & Eccleſiae Plebis S. *Ioannis* Camaioris, & Eccleſiae S. *Michaelis* Rontae; ut conſtat ex Inſtrumento apud *Io. Baptiſt. Vbaldinium* in ſuae gentis *Hiſtoria*, quod hic opportune pro-

Ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officii cura nobis, meritis licet imparibus, ex alto commiſſa, qua ſingulis Eccleſiis, & Monaſteriis, aſtringimur, nos admonet & inducit, ut circa ſtatum Monaſteriorum omnium proſpere dirigendum operoſis ſtudiis iugiter intendamus; & ut in eis regularis obſervantia vigeat noſtrae vigilantiae partes propenſius impertiamur. Cum itaque Monaſterium nuncuparum Abbatia Sancti Pauli de Razzolo, Ordinis Vallis Vmbroſae, Florentinae Dioeceſis, quod dilectus filius Iacobus Bongiannus de Gianſigliazzis Frater miles Militiae Ieſu Chriſti Ciſtereienſis Ordinis, ex diſpenſatione Apoſtolica in Commendam nuper obtinebat, Commenda huiuſmodi ex eo, quod dictus Iacobus illam hodie in manibus noſtris ſponte & libere ceſſit; noſque ceſſionem huiuſmodi duximus admittendam; ceſſante adhuc, eo quia ante Commendam ipſam vacabat; modo vacare noſcatur: & ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Praeſidentis Generalis, & Viſitatorum, ceterorumque Monachorum, Congregationis & Ordinis praedicti, petitio continebat, quod ſi Monaſterium praeſatum dilectis filiis Monachis Congregationis eiuſdem Ordinis, per unum ex illius Monachis in Abbatem ab ipſis iuxta eorum regularia inſtituta pro tempore eligendum, ac iuxta ipſorum Congregationis ritus, & mores, ac eorumdem inſtituta, nec non privilegia, & indulta Apoſtolica illi deſuper conceſſa, regendum & gubernandum, uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto in ipſo Monaſterio regularis obſervantia firmius vigeret. Quare pro parte Praeſidentis, Viſitatorum, & Monachorum praeſatorum, aſſerentium fructus, redditus, & proventus, dicti Monaſterii ad ſexaginta ſex florenos auri cum duobus tertiis alterius ſimiliter floreni in libris Camerae Apoſtolicae taxatos reperiri; Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Monaſterium huiuſmodi eidem Congregationi, ut praefertur, unire, annectere, & incorporare, aliiſque praemiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt: quique Monaſteriorum omnium ſalubrem directionem ſinceris deſideramus affectibus: Praeſidentem, Viſitatores, & Monachos huiuſmodi, & eorum ſingulos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis, a iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum praeſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; revocantes verum, & ultimum, dicti Monaſterii vacationis modum, etiamſi ex illo quaevis generalis reſervatio, etiam in corpore iuris clauſa, reſultet, praeſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Monaſterium praefatum, quod conventu, & animarum cura, caret, quovis modo, & ex cuiuſcumque perſona, ſeu per ſimilem ceſſionem cuiuſvis de illius regimine, & adminiſtratione in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus, ſponte factam, vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod eius proviſio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad Sedem eamdem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, ac de illo conciſtorialiter diſponi conſueverit, & debeat; & ſuper illius regimine, & adminiſtratione praefatis inter aliquos lis, cuius ſtatum praeſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore dationis praeſentium eidem Monaſterio de Abbate proviſum, aut illud alteri commendatum, canonice non exiſtat; cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis eidem Congregationi per unum ex illius Monachis in Abbatem ab ipſis iuxta eorum regularia inſtituta pro tempore eligendum, ac iuxta ipſorum Congregationis ritus, & mores, ac eadem inſtituta, necnon privilegia, & indulta Apoſtolica eis deſuper conceſſa, regendum, & gubernandum auctoritate Apoſtolica tenore praeſentium unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat

produco *a*. In Coenobio hoc quiescit corpus B. *Theuzonis* discipuli S. *Ioannis Gualberti*, & primi eius Abbatis; cuius cum laude meminit Sanctus *Acto* in *Vita S. Ioannis*. Sed quum tam multa de Monasterio Radiolensi dixerimus, de Xenodochio S. *Paulli* in Pinti ad illud pertinenti, vulgo S. *Petri Maioris*, aliqua delibemus. Hoc aedificatum fuit non procul ab Ecclesia San-

cent Praesidenti, Visitatoribus, & Monachis, praefatis per se, vel alium, seu alios, possessionem, seu quasi, reginiins, & administrationis, ac bonorum, Monasterii, iuriumque, & pertinentiarum huiusmodi, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo detinere, illiusque fructus, redditus & proventus in Congregationis, & Monasterii praedictorum usus, & utilitatem convertere, Dioecesani loci, vel cuiusvis alterius, licentia desuper minime requisita. Decernentes unionem, annexionem, & incorporationem, ac praesentes litteras, nullo unquam tempore, quovis quaesito colore, vel ingenio, etiam quod interesse habentes vocati non fuerint, de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae defectu, notari, vel impugnari; nec super illis etiam per Ordinarios locorum cognosci, aut sub quibuscumque revocationibus, suspensionibus vel derogationibus similium, vel dissimilium gratiarum, etiam per Nos, & Sedem eamdem, quibusvis de causis quamtumlibet iustissimis, & necessariis, etiam de fratrum nostrorum consilio, pro tempore factis, nullatenus comprehendi; sed semper ab illis exemptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, ac semper validas, & efficaces, existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri; ac eisdem Praesidenti, Visitatoribus, & Monachis praefatis, suisque successoribus suffragari. Sicque per quoscumque Iudices quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpetrandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Non obstantibus priori voluntate nostra praefata, ac fel. record. Bonifacii Papae Octavi, praedecessoris nostri, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac Monasterii, & Ordinis, praefatorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nos etiam ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingenteesimo sexagesimo sexto. Sexto Kal. Augusti. Anno primo.

a Instrumentum est insequens, prout Auctor ille profert.

Al nome sia di Dio. Amen. Nell'anno del nostro Signore 1257. nella decimaquinta Indizione, e a dì 21. di Maggio. M. Vgulino figliuolo del quondam M. Azone da Montacciuico per se, e suoi eredi, ha venduto, dato, ceduto, e conceduto, e consegnato, a M. Ottone Visconte Ordinario di Milano, e Cappellano del Papa, ricevente, e stipulante in vice, e nome del Venerabil Padre M. Ottaviano, titulo di Santa Maria in Via Lata Diacono Cardinale di Santa Romana Chiesa, e per sua eredi, tutte le possessioni, e tutti li beni, i quali detto M. Vgolino ha, tiene, e possiede; e che per altri si tenga, e possegga in nome suo, e per lui, nel Castello di Pulicciano, e suo territorio, corte, e distretto, in vigne, in terre, in case, in edifizi, in prati, in selve, in boschi, in castagneti, in querceti, in cerreti, in pascoli, valle, sassi, e rupe fruttifere, o non fruttifere, divise, o non divise, in usi d'acque, di vie, o strade, di mulini, di fonte, o vero altre di qualsivoglia sorte con sua giusti, e retti confini fino alle strade pubbliche. E di più il detto M. Vgulino ha venduto, e ceduto come di sopra a detto M. Ottone recevente pel detto Cardinale, tutte le sue ragioni, ed azioni, iurisdizioni, esazioni, e riscuotimenti, che egli ha, o aver possa, ne' fitti, rendite, pigioni, alloggi, gabelle di passo, uomini, fedeli, lavoratori di terre, o castellani, ragioni del padronato del Monasterio di Razolo, della Chiesa di San Giovanni di Camatore, e di San Michele di Ronta, e d'al-

vaginatum stringens est, ad S. *Paullum* Apostolum adludens; & portae Xenodochii, parieti insertum, adhuc extrinsecus imminet: nam S. *Paulli* nomine tam Monasterium, quam Xenodochium, censebantur. In praesens, quum huius Xenodochii dominium ad Monasterium S. *Apolloniae*, *Donatiorum* consensu, & *Eugenii IV.* Pont. Max. auctoritate, pervenerit, eius reditus in illarum Sanctimonialium usum cesserunt. Sanctimoniales tamen

la casa del qoondam Guiscolo è tenuta dargli ogni anno una spalla di porco. Item Iacopo nipote di Benincasa è tenuto dargli ogni anno ena spalla di porco. Item Megliorino di Mercatale è tenoto ogni anno dargli uo paro di capponi, Item Benno col suo fratello è tenuto dargli ogni anno una spalla di porco, ed uoo staio . . . . . Item Giaonibnooo è tenuto dargli ona spalla di porco. Item la easa del quoodam Giannuzzo Massagnole è tenuta ogni anno dargli una spalla di porco. Item Guldone, e Gherardo son tenori dargli una spalla di porco ogui anno. Item Aldobrandino da Peretole è tenuto ogni anoo dargli una spalla di porco. Item Guidone di Falcone è tenuto ogni anno dargli una gallina, e un cacio. Item Viviano Dolei è tenuto ogni anno una spalla porcina dargli. Item Pietro di Ser Marcello con suoi cuosorti è tenoro dargli on paro di capponi. Item ha specificaro gl' infrascritti esser teooti servire cou le armi a essu M. Vgolino, ed a' detti eredi del qoondam M. Albizone, e fare la Castellaggia, e son questi eioè, i figliuoli del quondam M. Beroardo, Vgolino di Bernardo, la casa del quondam Cangellieri. Ed ancora detto M. Vgolino ha venduto, e ceduto a detto M. Ottooe stipulante, e riceveote, io nome di detto Cardinale ogoi altra ragione, ed azione, che se gli competesse, o sia per competergli, sotto nome, e causa, o occasione delle predette cose, di ragione, o di fatto, o per qualsivoglia altra raginne, e modo, con tutte le sua avute ragioni, o da aversi sopra di se, infra se, e tra di se, in integro, ed in totto, e per tutto, ad averli, tenerli, e possederli, usarli, goderli, cederli, ed alienarli; e di detti beni, e ragioni come di sopra vendutili, farne, e disporne come parrà, e piaeerà a detto Cardinale, e suoi eredi in perpetuo, con tutte le ragioni, ed azioni, usi, e requisizioni, ehe si appartengono, ed aspettano a detto M. Vgolino sopra detti beni, o iurisdizioni, in qualsivoglia modo. La qoal vendita de' beni, e ragioni come di sopra, il detto M. Vgolioo la fece a detto M. Ottone io detto nome per prezzo, e nome di prezzo di lre mille trecento di piccioli Pisani; il qual prezzo il detto M. Vgolino confessò averlo avuto, e riccvuto, integralmente dal derro M. Ottone pagante, e sborsante, in oome di detto Cardinale. Rinunziando nondimeno detto M. Vgolino alla eccezione di non avuto pagaro, ed esborsato prezzo, ed a ogni aiuto, e favore di legge, o di ragione. E se i detti beni, e ragioni, come di sopra per derto M. Vgolino venduti a detto Cardinale, valessono più del prezzo predetto, tutto quel più che vagliono, o siano per valere, il detto M. Vgolioo puramente, liberameote, semplicemente, ed irrevocabilmente, tra' vivi l'ha dooato, e dona, al predetto M. Ottone io vece, e nome del detto Cardinale, i quali beni, ed ogni loro ragione, ed azione, il detto M. Vgolioo si constituisce tenerli io nome di detto Cardinale, e per lui sin tanto, che il detto Cardinale di quelli ne avrà preso il possesso, ovvero l'avrà fatto prendere da altri io suo nome; il possesso de' quali beni si contente detto M. Vgolino, che esso Cardinale lo possa pigliare di autorità propria, quale gliele concede da ora onninamente, e preso il possesso, detti beni ritenerli a suo piacere, e beneplaciro. E perciò constituì il detto Cardinale Procuratore nelle predette cose, e lo pose in suo luogo, come in sua cosa propria, a tal modo, ehe possa detto Cardinale nelle cose predette, e sopra le eose predette, fare utilmeote, e direttamente in reali, e personali occasioni quel tanto, che esso M. Vgolino abbia potuto fare, e possa fare. Promettendo il detto M. Vgolino vendirore per se, e suoi eredi, al detto M. Ottone ricevente, e stipolante, in nome di detto Cardinale, che dette possessioni, iurisdizioni, e beni, ed ogni altra, e qualooque cosa sopraddetta, saranno difese, auturizate, e disbrigate, per derro M. Vgolino da ogni persona, collegio, ed università, ehe gli vorraono molestare, e se per qualche tempo in tutto, o in parte; i detti beni, ragioni, ed azioni come di sopra, saranno molestati a detto Cardinale, promesse d. M.

men ad certa onera obligatae ſuere, ut, videlicet, octo lectos in uſum pauperum in eo ſervarent, & alias impenſas Xenodochii cuſtodiae, & conſervationi, neceſſarias ſubſtinerent. *Coſmas* deinde *Medices* obtinuit a *Pio II.* Pont. Max. licentiam conſtruendi in hoc Xenodochio Monaſterium pro Sanctimonialibus S. *Clarae*: & Clariſſae quaedam Tertii Ordinis ſub *Leone X.* Pont. Max. ibi permanebant. In coronide parietis ante-

rio-

M. Vgolino pigliare in ſe tal pregiodizio, e ricevere il libello ſe ſi prodorrà, e farſi principale difenſore di detti beni, e cominciare la cauſa, ed in tal cauſa procedere, terminare, diffinire, e disbrigare, a tutte ſue ſpeſe, ed ogni danno, e ſpeſa di lite, che per il Cardinale ſi ſarà patito, e fatto, promeſſe rifarlo integralmeote, e promeſſe anco alle predette coſe non contravvenire per ſe, ovvero per altri, per qoalſivoglia cauſa, ed occaſione, ſotto pena del doppio, e della ſtima delle predette coſe, per qoalſivoglia capitolo al qoale ſarà contravveooto, da commetterſi, e pagarſi, e per oſſervanza delle coſe predette il detto M. Vgolino ba obbligato al detto Cardinale compratore totti i ſuoi beni preſenti, e feturi. Io oltre promeſſe detto M. Vgolino a detto M. Ottone in vece, e nome di detto Cardinale, che delle predetto coſe, e beni, ovvero parte di quelli non ha fatto vendita, allenazione, o ceſſione alcuna, a neſſun altra perſona come di ſopra è ſcritto; e ſe ſi troverà eſſer contravvenuto, o foſſe contravvenuta per d. M. Vgolino, allora; ed in quel caſo promeſſe detto M. Vgolino a detto M. Ottone in nome di detto Cardinale reſtitoire, e pagare il prezzo predetto al detto Cardinale, e di più dare, e pagare in nome della pena del duppio della bontà delli predetti beni, ed oſſervare la pena predetta, pagata ſotto obbligazione de' ſuoi beni, come di ſopra, ec. Alle quali tutte predette coſe M. Contelda moglie di detto M. Vgolino venditore, certificata, che le predette coſe, e beni ſono a lei obbligati per le ſue dote, inſieme coo gli altri beni di detto ſuo marito, alla predetta vendita conſentì, e renunziò, e rimeſſe a d. M. Ottone ricevente, e ſtipulante per detto Cardinale, ogni ſua ragione, ed azione quale ha in detti beni, per cagione delle ſoe doti predette, ovvero per ipoteca, ed obbligazione, o per qoalſivoglia altra ſua ragione. Promettendo a detto M. Ottone ſtipolante, e ricevente per detto Cardinale alle coſe predette non contravvenire, fare, nè conſentire, ſotto la peoa predetta; e quella pa-

pagata, o non pagata ſempre le coſe predette oſſervare, ſotto obbligo de' ſuoi beni. Le qoali coſe predette ſono ſtate fatte nella Chieſa di San Loreozo di Pietramala preſenti M. Fuligno Cherico, e famigliare del detto Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Cardinale, Dolce del Burgo a Sao Lorenzo di Mogello, Perecco Notaio di Mooteciaoico, Iacopo figlioolo di M. Henrigico Convolino de Bon. e Benvenuto Canonico di Forlì, teſtimoni alle predette coſe chiamati, e pregati, ec. E di più nel ſeguente giorno doppo queſte coſe Glando del quoodam M. Donato di Salgano, Nigro del quondam Bernardo di detto luogo, Ventora del quondam Diedo da Montepoli, e Maeſtro Guido da Manferona, ciaſcuo di loro ſe principali, ed ioſolido obbligando, renunziaodo loro, e ciaſcun di loro prima al beoefizio della nuova conſtitazione della Epiſtola del Divo Adriaoo de' fideioſſori; e renunziando anco a ogni legge, ed aioto di ragione, alle preghiere di detto M. Vgolino, per ſe, e ciaſcon di loro eredi, promeſſonn a detto M. Ottone ſtipalante in vece, e nome di detto Cardinale, che faranno, e coreranno talmente, che il detto M. Vgolino attenderà, farà, ed oſſerverà tutte le coſe predette; e ſe come è detto di ſopra detto M. Vgolino non oſſerverà, ovvero alle predette cootravverrà, ovvero ſe alle coſe predette ſi ritrovaſſi eſſere contravvenuto, o ſi cootravveniſſi per detto M. Vgolino, o altri, promeſſono, e ciaſcuno promeſſe a detto M. Ottone ſtipulante per detto Cardinale, e ſuoi eredi, conſervare ſenza danno il detto Cardinale, e ſooi eredi, da tutte le predette coſe, e ciaſcuna di eſſe, ſotto pena, ed obbligo di loro beni preſenti, e futori, e promeſſono inſolido la reſtituzione di tutti danni, e ſpeſe, e di oſſervare le coſe predette. Fatto in Mugello nella Canooita di Santa Crose, a dì dodici di Maggio, preſenti Dolce dal Borgo di S. Lorenzo di Mugello, Benvenuto Canonico di Forlì, e Ferletto del qoondam Ferletto di Firenze, teſtimooi alle predette coſe chiamati, e pregati.

E ſu

rioris scriptum est: *Hospes eram & collegisti me*; *in carcere eram & visitasti*. Inscriptio insuper exstat, quae ita habet:

SIGNVM MONAST. S. PAVLI
DE REZVOLO SVPER.
HVIVS HOSPITALIS. [a]

Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* in Pinti, seu potius Gynaeceum, in quo primum mulieres poenitentes ac resipiscentes Ordinis Cisterciensis habitarunt, conditum fuit anno MCCLVII. a *Rinuccio Iacobi* F. qui anno antecedenti agellum, & vineam, cum domibus in Paroecia S. *Petri Maioris*, loco, qui dicitur Pinti, positam, ut hoc Monasterium ibi aedificaret, a *Spiliato*, *Casso*, & *Ghetto*, fratribus & filiis *Grimaldi*, emerat [b]. Hae feminae ad Deum, & meliorem frugem, conversae a devotis hominibus Tertii Ordinis Sancti *Francisci*, vulgo

E fu rogato il predetto contratto per Pandolfo di Roncastaldo Notario per autorità imperiale, il quale a tutte le cose predette si trovò presente, e di quelle se ne rogò.

Idem *Io. Baptista Vbaldinius pag.* 66. sui operis in medium adfert testamentum *Albizonis*, *Azzanis* F. *Vbaldinii*, anno MCCLIV. conditum, Italice conversum, in quo memorantur, *Monasterium Radioli*, Ecclesia Plebes S. *Ioannis* Rivi Cornaclaris, Ecclesia Montis Accinici, quae refici iubetur, sicuti Ecclesia Sancti *Laurentii* Montis Poli; Ecclesia Plebis Sanctae *Mariae* Fanninae; Ecclesia Plebis Sanctae *Agathae*; & Ecclesia Sancti *Martini* Casthii; singulisque a testatore certa pecuniae Pisanae quantitas legatur.

[a] Haec omnia, quae de censu annuo Monasterii Radiolensis Episcopatui debito aliisque scripsi, & quae de Xenodochio Sancti *Paulli* commentatus sum, comprobantur ex dictis, & productis, superius *pag.* 267. 1097. *& sequentibus*, 1104. *& seqq.* 1109. *& seqq.* ab *Ioseph. Maria Brocchio Vita S. Ioannis Gualberti Tom. I. Vitar. Sanct. Florent.* & *Vita Beati Theuzonis Tom. II. eiusdem tituli*, & *Scholiis ad Chronicon Laurentii a Lutiana pag.* 57. Circa autem ius patronatus, quod *Florentii Baronis* posteri etiam in Xenodochio S. *Paulli* habuere, consulendum est superius *pag.* 1103. *& seqq.* Nam gens *Vecellinia* etiam, & gens *Donatia*, ius in hoc Xenodochio habuerunt; & *Vecellinios Donatiosque* patronos esse, in controversia ab iis cum Abbate, & Monasterio Radiolensi agitata, iudicatum fuit. Ad illos ergo ius hoc patronatus defluxerit, quod a *Florentio* illo de Xenodochio optime merito, vel conditore, genus ducerent: & fundis etiam & reditibus illud aliquibus auxerint. Et quidem *Florentii* illius cognomento *Baronis* filius fuit *Florentius* alter, & *Pactius*, seu *Pactius*, qui genuit *Donatum*, cuius *Vbertinus*, & *Vinciguerra*, & *Dietaiutus*, & *Renerius*, filii fuerunt. *Vinciguerrae* uxor *Ravenna* fuit. *Vbertini* filius fuit *Bellincione*. Hi autem saepe patris, seu avi, *Donati* praenomen suo praenomini addebant; atque inde factum esse puto, ut nomen *Donati* genti tandem impositum fuerit. *Vecellinii* autem gentis *Donatiae* familia, & propago, ut videtur, fuere; adeoque illi etiam ius patronatus obtinuere. Hinc *Donatiorum* quoque insigne in portae epistylio conspicitur. *Florentius* autem ille de Sancto *Martino* dicitur, quod aedes Ecclesiae S. *Martini* proximas haberet, sicut *Donatii* habebant; nam platea illa, quae angiportum efficit, e regione Viae Athenei Florentini, & cuius domos sunt Ecclesiae illi confines, *Donatiorum* adhuc nuncupatur; sicuti Turris proxima a *Donatiis* dominis denominatur. Consulendus hac de re *Benedict. Varchius* quoque *Lib. IX. pag.* 257. *Histor. Florent.*

[b] *Ricba Tom. I. pag.* 300. ex quo haec producimus:

E facendomi dall' anno 1256. notar si vuole come nell' Archivio de' Monaci di Cestello nuovo si legge, che nel secolo XIII. era questa luogo un Monastero di Convertite sotto la regola di S. Benedetto, la cui fondazione apparisce primieramente dal seguente contratto rammentato

go *Pinzocheri*, regebantur; & Regulam Sancti *Benedicti* servabant. Quamquam vero *Rinuccius* Monasterii conditor disertè in suo testamento vetuerit, ne illud iurisdictioni Episcopi Florentini subesset; tamen *Antonius* Episcopus anno MCCCXIX. illud adnexuit Monasterio Sanctae *Mariae* Crispini, Ordinis Congregationis Vallis Vmbrosae, in Dioecesi Faventina. Sed Crispinense Coenobium anno MCCCXXI. cum licentia Capituli Ecclesiae Florentinae vacantis, Sanctimonialibus S. *Donati* ad Turrim illud concessit, & tradidit; quae concessio anno insequenti Decreto Reip. Florentinae confirmata fuit. Anno vero MCCCXXIII. Sanctimoniales S. *Donati* ad Turrim idem Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* Abbati *Andreae*, & Monachis, Monasterii Sancti *Salvatoris* Septimi donaverunt, in quod licet aliquae Sanctimoniales S. *Donati* iam migrassent, tamen *Andreas* Abbas in illud transtulit Sanctimoniales Sancti *Lucae* Montis Isonis [a], quia Sanctimoniales illae anno MCCCXXII.

ta ivi fatta la lettera M. Spiliatus fil. olim Grimaldi, Cissus, & Ghettus, fratres, & filii sui, vendiderunt Rinuccio fil. olim Iacobi unam petiam terre, & vineam cum domibus posit. in Pop. S. Petri Maioris loco qui dicitur Pinti, a 1. currit strada publica, ab Occidente & Meridie filiorum olim Pazzi Piovosi, & Bencivenni aurifices, ab Oriente est terra Iacobi Balistrieri, a Septentrione vero est Rainerii Corbizzi. Mallevadori Guatus Ribotti lignaiolus, Orlandinus Senzanomis Gottifredi fil. olim Vguccioni dal Pazzo, Bonifazius fil. Rustichini, & Reggerinus fil. olim Scarpe. Actum Flor. presentibus Ardinghello Baronis Ardinghelli. Dom. Rodulfo del Pugliese 5. Kalend. Aprilis 1256. Ego Davanzarus fil. Rote: *e conseguentemente a questo contratto si venne alla fabbrica del Convento, che trovasi ivi pure notato in altro instrumento come appresso:* 1257. X. Novembris. Cum Rinuccius fil. olim Iacobi emerit q. petium terre & vinee cum domibus positis in Pop. S. Petri Maioris loco qui dicitur Pinti, causa edificandi domum religiosam in honorem Dei. & ibi iam inceptum, & constructum sit edificium & habitatio quedam, & morantur ibi Domine, que vocantur Repentute seu Convertite, que iam in numero 32. inveniuntur, & predictus credens se Deo placere ex hoc, & volens dictum locum esse exemptum ab omni iurisdictione, & correctione Episcopi Flor. vel alterius eorum, & etiam Abbatum, Priorum, & omnium aliorum, fecit & ordinavit Vbaldum del Preite, & Artigum Baldovini, Cives Flor. presentes, & recipientes, ut presentent se pro eo coram Domino Cardinali Bianco, & eius iurisdictioni & protectioni supponant dictum locum, seu edificium. Actum Flor. presente Vguccione fil. olim Buonacorsi del Bene X. Nov. 1257. Ego Donus Gianni Iudex: *ed alla stessa lettera M. si trova un codicillo dello stesso Rinuccio Fondatore, che dice come segue:* Rinuccius fil. olim Iacobi fecit codicillum, in quo reliquit pro remedio anime sue quindecim staiora ter. Dominabus Repentutis 5. Martii 1261. Ego Donus Gianni Iudex. Hactenus ille.

Ex Charta Archivi Cisterciensium Florentiae notata B. 4. scripta anno MCCCXXV. habentur Monasterii Sanctae *Mariae Magdalenae* termini, & confines, scilicet, *a primo, via quae vocatur Via de Pinti; a secundo, heredes Buonguidi Fabei Tolosini; a tertia dicti heredes, & Tolosini Fabei; a quarto heredes Durantis Pinzocheri*. Eo anno erat huius Monasterii Abbatissa nomine *Petra*, quae cum *Iustina* Abbatissa Sancti *Petri Maioris* pactum iniit, neminem in sua Ecclesia sepeliendi, qui de Paroecia S. *Petri Maioris* esset.

[a] Monasterium S. *Lucae* Montis Isonis situm erat in medio clivo Montis, & a Monasterio, & Ecclesia S. *Laurentii*, quae in vertice est, M. circiter P. distabat. Nunc pene totum dirutum, & vix cubicola, seu cellas quasdam, servans, pro domo est coloni, qui circumstantes agros colit: praedium-

XXII. multa bona *Andreae* Abbati vendiderant, pretio Florenorum MCCL. pro quo pretio Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* hypothecam venditricibus constituerat. Sanctimoniales igitur illae in hoc Monasterio permanserunt usque ad annum MCCCCXLII. quando, paucis Sanctimonialibus, quae reliquae erant, in Parthenonem S. *Donati* ad Turrim translatis, *Eugenius IV.* Pont. Max. Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* Abbati, & Monachis, Septimi ad inhabitandum concessit; de quibus omnibus latius agemus, quum de Parthenone Sancti *Donati* ad Turrim verba facturi sumus. Inde hoc Monasterium a Monachis ampliatum & ornatum fuit, quod iam *Dominicus Capranica* Cardinalis, Abbas Commendatarius Septimi, labefactatum, & fatiscens, instauraverat [a]. Tandem *Vrbanus VIII.* Pont. Max. amotis ex hoc Coenobio Monachis Cistercienfibus, in illud Sanctimoniales Carmelitas Parthenonis Sanctae *Mariae Angelorum*, qui etiam Sanctae *Mariae de Populo* dictus invenitur, in Burgo Sancti *Frigidiani* exsistentis, in quo Pontifex duas fratris filias Deo sacras habebat, migrare voluit. Monachi autem in permutationem Monasterium illud S. *Mariae Angelorum* habuerunt, quod adhuc habent [b].

Mo-

diumque ad gentem *Peruchiam* Florentinam pertinet. *Monasterii* adhuc nomine indicatur. Fallitur *Meliorius* ubi *pag.* 49. Monasterium hoc, cuius Sanctimoniales in Monasterium S. *Mariae Magdalenae* translatae fuere, Sancti *Laurentii* fuisse dicit; nam in Archivo Cisterceensium Florentiae, in membrana notata G. 18. monumentum exstat, in quo diserte dicitur, illud Monasterii Sancti *Lucae* fuisse. Errat etiam *Ioseph. Richa*, qui *Tom. I. pag.* 303. pro *Sancti Lucae* scripsit *Sanctae Luciae*; sed forte typographicum sphalma est. Mons Soni VI. M. circiter P. Florentia ad Euronotum distat; atque ita ab Sono domino adpellatus fuisse videtur. In eo olim fuit Castrum, ut ex Protocollo *Aldobrandini de Accatto* Tabellionis *pag.* 45. patet. In Plebatu Sanctae *Mariae* Antillae adsurgit, & Ecclesia Sancti *Laurentii* cum Paroecia in eo est, & Parthenonem coniunctum habuit, ut innuimus, cuius adhuc murorum ambitus visitur. Et de Paroecia S. *Laurentii* constat etiam ex laudato Protocollo *pag.* 20. & 31. constatque insuper, ex *Eug. Gamurrinio Tom. II. pag.* propatulo est, nec proba- Praeter Parthenones ʼi *Lucae*, memo- Soni Parthe- ʼlusae habitabant, ut patet superius *pag.* 75. & qui forte idem erat, ac Parthenon *Dominarum Reclusarum de Colle*, quae vulgo dicuntur de *Monte Soni*, quarum Abbatissa circa annum MCCXCV. erat *Domina Mecca*, ut habetur in Protocollo citato *pag.* 20.

a Constat ex lapide inscripto, qui adfixus est parieti exteriori Ecclesiae iuxta Portam.

Memoriae Reverendissimi Patris Dominici de Capranica Romani, tituli Sanctae Crucis in Yerusalem, Presbyteri Cardinalis Firmani, Summique Penitentiary. Hic habens Monasterium Septimi in Commendam, plurima & diversa praedia ab eodem Monasterio districta, sua impensa Florenorum V. millium auri, & ultra, eius studio recuperata, multoque de novo empta, Abbati, ac Monachis, quos numero copiosos sub regulari observantia in eo instituit, sua liberalitate concessit, ex quo divinus cultus plurimum adauctus est. Hocque Cisterciense, aliudque de Bonsolatio, quae quasi in collapsum cesserant, summe pro ipsa observantia praeservanda, & augenda necessario illi univi, & alterum de Pinu P...ne Dioecesis iure quaeri procuravit. Decessit Romae MCCCCLVIII. die XIV. Aug. pro cuius animae salute semper exorare obligamur.

b De his omnibus consulendus *Ios. Richa Tom. I. Eccles. Florent. pag.* 300. & seqq.

Monasterium Sanctae *Mariae* super Crucem de Via. Vt investigetur, quodnam fuerit hoc Monasterium, duo exponenda sunt. Primum, quo anno hoc Monasterium adhuc exsisteret; & hic annus est MCCXCV. quo *Franciscus* Episcopus Florentinus commisit confirmationem vel infirmationem quorumdam pactorum huius Monasterii *Lotterio* Episcopo Faventino, qui forte tunc temporis Florentiae versabatur [a]. Secundum, ubi nam esset locus ille, qui *Crux de Via* diceretur. *Crucem de Via* in Via seu Burgo Sancti *Galli* exstitisse non videtur dubitandum. Ita locum dictum fuisse existimo, quod forte, antequam Nosocomium Sancti *Ioannis Baptistae* in illa Via a *Bonifacio Lupio* Parmensi aedificaretur [b], & locus novissimo moeniorum ambitu includeretur, Via, quae a Parthenone Sancti *Dominici* Cafagii ad Viam Sancti *Galli* decurrit, Via Sancti *Galli* intersecta, ulterius progrederetur usque ad Viam Campacii, & Sancti *Zenobii* fortassis; & sic Crucis formam quodammodo referret. Haec autem viarum intersectio unica erat, & singularis, in tota Via Sancti *Galli*; ideoque tamquam locus specialis *Crux de Via* ille denominatus est. Quod autem hic Viarum concursus *Crux de Via* diceretur, elucet atque eminet ex eo, quod Parthenon Sanctae *Luciae*, qui angulum in eo Viarum concursu habet, in antiquis instrumentis Monasterium Monacharum *De Cruce de Via* [c] adpellatur; & Gynaeceum Sancti *Michaelis*, quod erat, ubi nunc Monasterium *Clariti* exstat, *Sanctus Michael Crucis de Via Sancti Galli* dicebatur; quod ostendit, usque ad Vrbis Portam hoc nomen extensum fuisse. Non refragabor tamen, si ab Cruce aliqua eo in loco erecta, nomen sortitum fuisse, quis pertenderit. Hisce praestructis, inquirendum venit, quod nam esset Monasterium illud *Sanctae Mariae super Crucem de Via*. Circa hunc locum, & agri tractum, seu non admodum remota, Monasteria Sanctae

a Console superis *pag.* 261.

b Hoc Xenoduchium coeptum fuit aedificari anno MCCCLXXX. Vide *Mannium Tom. XV. Sigill. pag.* 148.

c In Protocollo secundo Ser *Matthaei Biliotti a Faesulis pag.* 6. circa annum MCCC. legitur, quod *Lippus Dini Pecorae* est Procurator religiosae, & honestae mulieris Dominae *Margheritae* sororis Monasterii Sanctae *Luciae* de Croce de Via, eius sororis. In Testamento *Ermellinae* uxoris olim *Tedaldi Malaspinae* condito anno MCCCI. memorantur *Dominae de Sancta Lucia de Croce Viarum*. In Protocollo Ser *Aldobrandini Ser Albizzi* ab anno MCCCXXVII. ad annum MCCCXXXIII. in testamento condito anno MCCCXXIX. ab *Iohanna* quodam memorantur *Moniales Sanctae Luciae in Via Crucis de Florentia*. In Charta Archivi S. *Laurentii* exarata anno MCCCXXVII. recensetor inter alia M[illegible] nasteria: *Abbatiss. Mon. &* [illegible] *Sanctae Luciae de Croce* [illegible] nasterium dicitu[illegible] Paroch[illegible]

ctae *Mariae* Deiparae sacra haec memorantur: *Sancta Maria Regina Coeli*, vulgo *Clariti*; *Sancta Maria Adnunciata*; *Sancta Maria Pacis*; *Sancta Maria Vrbana*; *Sancta Maria Mater*; Sancta *Maria* de Querceto in Via Sancti *Galli*; Sancta *Maria ad Nives*, seu *Intemerata*. Modo videndum est, ex hisce Monasteriis, quodnam sub saeculi XIII. exitum eo in loco exsisteret. Quum Sanctimoniales Carmelitae a Carmelitis Reformatis, qui *Congregationis Langobardae* adpellantur, institutae fuerint in loco, qui *Sancta Maria Pacis* dicebatur, dum ipsi in Ecclesia seu Oratorio Sancti *Clementis* morarentur, quo concesserunt anno MDVI.[a] profecto hae Sanctimoniales recentioris aetatis sunt; & earum Monasterium esse illud non potest, quod requirimus. Sancta *Maria Vrbana*, primum an in Via Sancti *Galli* exstiterit, incertum esse videtur[b]; deinde cum Sanctae *Mariae Vrbanae*, tum Sanctae *Mariae Matris*, Sanctimoniales, in Plebatu S. *Andreae* Cersinae erant; & nonnisi Saeculo XIV. in Vrbem ab *Angelo Ricasolio*, & *Onuphrio*, Episcopis introductae fuisse videntur, quando Parthenoni Sanctae *Vrsulae* additae fuere[c]. Sanctimoniales quoque *Sanctae Mariae* Querceti, a Querceto ad Montem Maurilli Florentiam, in Viam S. *Galli*, nonnisi anno MCCCIX. migraverunt[d]. Videamus modo an Monasterium S. *Mariae super Crucem de Via*, sit Monasterium S. *Mariae Reginae Coeli*, in loco Bibienae, cui adnexum fuit Monasterium S. *Barptolemaei Gignori*, anno circiter MCCCLXXV. Haudquaquam profecto. Nam compertum habemus, Monasterium Sanctae *Mariae Reginae Coeli* a Beato *Clarito de Volia* institutum fuisse, qui saeculo XIV. floruit[e]; constructumque a Praefectis seu Aedituis Oratorii Sanctae *Mariae* ad S. *Michaelem in Horto*, anno circiter MCCCXLII.[f] quum non multo ante Gynaeceum, titulo Sancti *Michaelis* decoratum, ibi vir quidam pius excitasset; quare ad saeculum XIII. retrahi non potest. Num locus ille, qui *Sancta Maria Pacis* vocabatur, & in quo saeculo XVI. Sanctimoniales Carmelitae primum consedisse diximus,

erat

[a] Consule *Richam Tom. III. pag.* 268. 269. qui scribit etiam Reformationem illam Ordinis Carmelitarum factam fuisse anno MCCCCXIII. in Monasterio Silvarum prope Gangalandum; & de hoc ipse iam egi superius *pag.* 1019.

[b] Consule *Richam Tom. IV. pag.* 196.

c An-

[c] *Ansel. Costadonius Hist. MS. Parthenonis Florentini S. Agathae §. XI.*

[d] Consule *Mannium Tom. XV. Sigill. pag.* 151.

[e] Vide *Ioseph. Mar. Brocchium Tom. I. Vitar. Sanct. Florentin. pag.* 562.

[f] Consule *Richam Tom. I. pag.* 24.

e Char-

erat aliquod antiquitus Monasterium, cuius tamdem eversi ac deleti nomen tantum remanserit? Sed forte melius dicemus adfirmantes, hoc Monasterium S. *Mariae super Crucem de Via*, fuisse Monasterium Sanctae *Mariae Adnunciatae* in Via Sancti *Galli*, de quo mentio fit in Instrumento anni MCCCXXVII. his verbis: *Abbatiss. Mon. & Conv. Monasterii de Annunciatis*; & dicitur esse situm in Paroecia Sancti *Laurentii* Florentiae [a]. Qui enim *Annunciatae* vocarentur, nisi S. *Mariae Annunciatae* Parthenon dicatus fuisset? Non enim Sanctae *Mariae ad Nives*, seu *Intemeratae*, Monasterium esse potest, quod anno tamdem MCCCXXXIX. initium habuit; Sanctimonialibus Discalceatis, quae ad radices Montis Isci, seu Collis Sanctae *Margaritae*, & in eius Paroecia, prius morabantur, illud aedificandum curantibus, in quod tamdem migrarent.

Parthenon Sancti *Barptolemaei* Gignori, in loco Bibienae, alias Sanctae *Mariae Reginae Coeli*, de quo paullo superius delibavimus quaedam [b]. Hic in Via Sancti Galli, non procul a Porta cognomine, situs est, & Sanctimoniales instituti Augustiniani illum habent. Non alia de caussa Parthenon hic Episcopatui Florentino obnoxius est, quam quia ei Monasterium S. *Barptolemaei Gignori* extra Vrbem, de quo late suo loco disseremus, adnexum fuit; quod quidem Monasterium censum quinque librarum cerae novae Episcopatui Florentino quotannis solvere tenebatur; quae obligatio ad Parthenonem Sanctae *Mariae Reginae Coeli* una cum eius iuribus, & bonis, transivit. Eius initium tale fuisse perhibetur. Vir quidam pius circa annum MCCCXXXII. Gynaeceum in Via Sancti Galli construere animum induxit, quo feminae vitam impudicam agentes, ad meliorem tamdem frugem conversae, reciperentur. Construxit igitur, & titulo *Sancti Michaelis Archangeli* decoravit; quare vulgo vocatum fuit *Sanctus Michael Crucis de Via Sancti Galli*; & ius patronatus illius Capitaneis Horti Sancti *Michaelis* cessit, quod multam argenti vim ad eius constructionem subpeditassent [c]. Sed quum meretrices suae salutis immemores in illud se conferre aut nollent, aut negligerent; vel forte quia ibi, quo subsisterent, non haberent, *Claritus* quidam *Volia* [d] circa annum MCCCXLII. vel MCCCXLVI. ut sibi locus ille

[a] Charta Archivi S. *Laurentii* signata num. 282.

[b] Consule superius *pag.* 1119.

[c] Adi *Richam Tom. I. pag.* 24.

[d] Vide *Ios. Mar. Brocchium Tom. I. Vitar. Sanct. Florent. pag.* 562. *Poccientium de Eccles. Florent. pag.* 148. qui multum fallitur. *Ant. Mariam Reconesium in Vita* MS. *Beati Clariti apud Paul. Minuccium Descript. Eccles. Florent.* MS.

a Ri-

ille daretur sategit, in quo puellas virginesque statuit, quas cum Florentiae, tum Faesulis, salutaribus praeceptis instruebat, piisque exercebat operibus. Nomen tamen Monasterii immutavit, adpellavitque, *Sancti Salvatoris & Sanctae Mariae Reginae Coeli*; & Sancti *Augustini* Regulam illis praescripsit. Inter annos vero MCCCLXX. & MCCCLXXV. Parthenon Sancti *Barptolemaei* Gignori, quod forte desertus esset, huic Monasterio adnexus est, ea conditione, ut non amplius *Monasterium Sancti Salvatoris, & Sanctae Mariae Reginae Coeli*, vocaretur; sed diceretur *Monasterium Sancti Barptolemaei Gignori*, seu *de Gignoro*. Gignorum autem Pagus est suburbanus ad Orientem M. D circiter P. Florentia distans. Opus est tamen ut gens *Bandinia Baroncellia* huic Parthenonum coniunctioni adsensum praebuerit; nam anno MCCCLXXXVII. Episcopus Florentinus Arbiter electus sententiam tulit, qua gentem illam Monasterii Gignori dominam & patronam declaravit, adeoque etiam Monasterii *Sancti Salvatoris, & Sanctae Mariae Reginae Coeli*, quod consequenter obligavit ad duas cerae libras genti illi quotannis solvendas; quod quidem factum est, quoad gens *Bandinia Baroncellia* substitit. Quo iure autem gens illa dominium Monasterii Gignori acquisierit, sive aedificatione, sive donatione, sive hereditate, sive alio titulo, incertum est. Episcopo tamen in sua sententia videtur, potuisse illud construi a *Barptolemaeo*, seu *Bartolo*, *Manetti* F. *Baroncellio*. Et quidem gens *Baroncellia* in Vrbem traducta est [a] a loco, non multum a Gignoro distante, qui *Baroncelli* adpellatur, & habet Ecclesiam D. *Thomae* Apostolo sacram in colle ad sinistram Arni ripam sitam, quae Plebi S. *Petri* Ripularum subiecta est. Non esset igitur mirum, si gens opulenta ac pia Monasterium hoc in loco proximo, & fundo fortassis proprio, construxisset; licet non *Barptolemaeum*, sed *Pacem* Iudicem, ex ea tamen gente, auctorem potius existimaverim [b]. *Eugenius IV.* Pont. Max. Parthenonem *Clariti* subpressit; & Sanctimoniales, una cum Sanctimonialibus Sanctae *Luciae*, in Sanctae *Catharinae* Asceterium migraverunt [c]. Monasterium autem *Clariti* Eremitanis ab Observantia cessit [d], quod tamdem a *Nicolao*

a *Ricordanus Malaspina Cap. LVII. CVIII.*

b Consule superius de hoc Monasterio pag. 243. 249. 257. 262.

c Vide superius pag. 531. & *Anselm. Codonium Hist. MS. Monasterii Florentini S. Agathae* § X.

d Id S. *Antoninus* diserte testatur in sua *Summa Historiali Tit. XXII. Cap. X.* §. V. Hic locum integrum adferre lubet, quia in eo de veriorum Monasteriorum Florentinorum feto agitur.

lao V. Pont. Max. Sanctimonialibus anno MCCCCLIII. restitutum fuit; quum Eremitani illi in Coenobium S. *Barnabae* concessissent. Quum autem hoc ex B. *Antonini* Archiepiscopi testimonio certum exploratumque habeamus; oportet ut deinde Eremitani illi Ecclesiam S. *Barnabae* deserverint, si verum est, anno

Ea circa tempora Eugenius plures Ecclesiae Cardinales instituit, videlicet Cornetanum natione, Dominum Ioannem de Vitellesehis Archiepiscopum Florentinum; Camerinensem, Dominum Albertum de Albertis Florentinum; Gallicum Episcopum Maurianensem; Capuanum Archiepiscopum de Regno oriundum; Genuensem Archiepiscopum; Magistrum Ioannem Hispanum Ordinis Praedicatorum, qui multum laboraverat in Basilea pro defensione iurium Eugenii; Dominum Petrum Venetum nepotem suum. Alium suum nepotem Cardinalem creaverat Romae, cum Domino Agnolotto Romano. Postea Graecos Nicaenum, & Ruthenum, & Dominum Ludovicum Paduanum; deinde Dominum Ioannem Hispanum, & Thomam Bononiensem. Ex prioribus iam migraverant Ruthomagensis, Araguonensis Ordinis Praedicatorum, & postea Ursinus Cardinalis in Balneis. Et, ut zelatus praecipuus religiosae conversationis, multa Monasteria Monialium dissolute, & inhoneste, conversantium evacuavit, dignitatem abbatissalem extinguendo, & Moniales earum ad alia Monasteria transmisit. In via S. Galli Monasterium Sancti Silvestri, illud concedens Servitis de Monte Senario. Monasterium S. Mariae de Nive, illud conferens Canonicis Regularibus Abbatiae Fesulanae. Monasterium S. Luciae, illud tribuens Carmelitis, sed postea, illis sponte dimittentibus, Sororibus de poenitentia Beati Dominici. Monasterium de Quercero, ipsum Hospitali Domini Bonifacii sibi contiguo consignans. Monasterium Chiariti, id Eremitanis de observantia elargiendo, licet postea dicti Fratres auctoritate Apostolica ad Ecclesiam Sancti Barnabae transierint. Monasterium Sanctae Ursulae non longe a dicta Ecclesia, Sororibus Tertii Ordinis Beati Francisci concedens. Monasterium de Ricutbolis, Eremitis illud attribuendo. Monasterium Cisterciensium Monialium in via Pinti, Monachis Cisterciensibus regulam observantibus assignando. Aliud extra Civitatem, scilicet, S. Donati dissolutissimum, eiectis quibusdam, ad vitam regularem reformando. Sub eo quoque Monasterium Septimi Cisterciense, valde dissolutum, & dissipatum, redactum est ad vitam regularem ex Monachis Nigris Abbatiae Florentinae cum Cardinalis Firmanus haberet id in Commendam. Similiter & Monasterium Sancti Salvii ex Monachis etiam Abbatiae Florentinae. Monasterium etiam Ordinis Minorum de Monticellis multum deformatum ad normam reduxit optimam. Romae Ecclesiam Lateranensem concessit Canonicis Regularibus; Ecclesiam S. Paulli, Monachis Sanctae Iustinae; & multa alia Monasteria illis concessit in diversis Civitatibus, ut Conventum Averniae Fratribus Observantiae S. Francisci. Tunc etiam inchoatum est Monasterium a fundamentis Monialium, quod dicitur Muratarum, sub titulo Annunciatae, & Regula S. Benedicti, sub Abbatissa Agatha; quae prius habitabant in Oratorio sito super Pontem Rubacunte, valde arcto. Nunc degunt in spatioso loco, & pulcherrimo in structuris, officinis, claustris, & horto; quae nunc transcendunt numerum centenarium in magnis observantiis, ieiuniis, silentiis, exercitiis, tenuitate victus, & vestitus, divinis Officiis omnes concurrentes. Extra Canonicas Horas continuo die noctuque, duae ex singulis in Ecclesia vicissim aliae aliis succedentes Psalterium perlegunt. Sub cura Dioecesani Domino militant, frequentantes Confessionem, & Communionem, cum ordine indeficienti. Nedum autem proprietas apud aliquam reperitur, sed nec possessiones aut reditus in communi habent Monachis concessas; victum sibi parcum labore manuum, & eleemosynis eis largitis, procurant, in summa caritate unum cor & unam animam in domino habentes. Quod Monasterium per Ioannem de Bencis constructum, a principio usque in finem per eum consummatum est, prope Urbis moenia abintra, & versus Portam, quae Crucis dicitur. Insuper cum Monasterium Sancti Marci Florentiae inhabitarent Monachi Silvestrini sub Regula S. Benedicti militantes, & fama eorum obscura esset, & ingrata populo dictae Ecclesiae, placuit Eugenio visitationem dicti Monasterii quibusdam Praelatis imponere, & de eorum vita inquirere. Quibus peractis, relatione facta Pontifici de relaxatione, & dissolutione, conversationis illorum, ad supplicationes principaliter Cosmae, & Laurentii, de Medicis, ac etiam popularium dictae Ecclesiae, dictum Monasterium Sancti Mar-

anno MDVIII. Carmelitas Congregationis Langobardae S. *Barnabae* Monasterium adeptos esse, de qua migratione in antecessum egimus: & sic subplendum & corrigendum est, quod deest superius, ubi de Ecclesia S. *Mariae Maioris* secundo disse-

Marci Fratribus Praedicatoribus sub observantia degentibus in Conventu Sancti Dominici Faesulanae Dioecesis, & Convento S. Georgii Florentini, unitis per viam permutationis, seu translationis (conversum est) ea ordinatione dispositis: ut Fratres Praedicatores habitantes in Sancto Georgio ad Sanctum Marcum habitaturi transirent, & Monachi Silvestrini e converso ad Sanctum Georgium transferrentur, cum bonis etiam immobilibus Sancti Marci, quodam agro (quod postea factum est pomoerium) cum quibusdam domunculis iuxta Ecclesiam exceptis. Cui sententiae, & definitioni, Praedicatores paruerunt; Silvestrini autem locum Sancti Georgii accipientes nihilominus, ad Concilium Basileense appellarunt: quod nil eis profuit.

Ad haec B. *Antonii* verba quaedam adnotanda sunt. *Eugenius* IV. Pont. Max. Florentiam primum ingressus est IX. KL. Iulii anno MCCCCXXXIV. discessit vero anno MCCCCXXXVI. ut Bononiam contenderet. Rediit deinde Florentiam *Eugenius* anno MCCCCXXXIX. ubi & Concilium Ferrariae translatum celebravit. Anno MCCCCXLIII. die septima Mensis Martii *Eugenius* Florentia profectus est Senas, ubi sex menses commoratus est; nam die XXIV. Septembris discessit, ut Romam se conferret. *Ioannem Vitelleschium* Archiepiscopum Florentinum Cardinalem creavit anno MCCCCXXXVII. saltem mense Septembri, quicquid aliter scripserit *Odoricus Raynaldus*, ut apud *Pagium Brevior. Vitar. Pontif. Tom. IV. in Eugenio IV. §. CIX. Ioan. Palatium* in *Fastis Cardinal.* videre est. Eodem anno elegit Cardinalem *Albertum Albertum* Florentinum, Camerinensem Episcopum. Gallus Episcopus Mautianensis seu Tarantasiensis, fuit *Ioannes Arsius de Arcus*, qui proprie dici debuit Archiepiscopus; & a *Felice V.* Antipapa, non ab *Eugenio*, anno MCCCCXLIII. Cardinalis renunciatus est. Capuanus Archiepiscopus est *Nicolaus de Acciapacis* Surrentinus, creatus Cardinalis in Concilio Florentino anno MCCCCXXXIX. sicuti in eodem Concilio, & eodem anno, iussus est Cardinalis *Georgius Fliscus* Archiepiscopus Genuensis. Magister *Ioannes* Hispanus, est *Ioannes a Turrecremata*, qui eodem anno Cardinalis effectus est. *Petrus* Venetus, est *Petrus Barbus*, cuius *Eugenius IV.* erat avunculus; qui-

quique electus est Cardinalis anno MCCCCXL. Alius *Eugenii* nepos fuit *Franciscus Condulmerius*, cuius Papa patruus erat; quique Cardinalis electus fuit anno MCCCCXXXI. una cum *Angelotto Fusco* Romano, Episcopo Cavensi. Graeci Nicaenus & Ruthenus, hoc est, *Bessarion* Archiepiscopus Nicaenus, patria Trapezuntius, factus Cardinalis in Concilio Florentino anno MCCCCXXXIX. una cum *Isidoro* Thessalonicensi Ruthenorum Archiepiscopo. *Ludovicus* Paduanus, est *Ludovicus Scarampius* Patavinus ab *Eugenio* anno MCCCCXXXVIII. Archiepiscopus Florentinus creatus; biennio autem post Cardinalis electus. Dominus *Ioannes* Hispanus fuit ille *Carvaialius*, qui Cardinalitia dignitate auctus est una cum *Thoma* Sarzanensi, Episcopo Bononiensi, anno MCCCCXLVI. Archiepiscopus Rothomagensis erat *Ludovicus Luxemburgius* in Concilio Florentino anno MCCCCXXXIX. Cardinalis electus, qui anno MCCCCXLII. naturae concessit, &c. Monasterium S. *Silvestri* in via S. *Galli* amplius non exstat, nec a Servitis amplius habetur, & de hoc agit *Mozzonius* in *Vita S. Antonini Lib. II. Cap. VI. pag. 97.* & *Gianius Annal. Servor. ad an. MCCCCXXXVI. pag. 439.* Ubi hoc Monasterium erat, sunt aedes *Pandolfinorum*, quarum Sacellum D. *Silvestro* adhuc dicatum est. De Monasterio S. *Mariae* de Nive egimus superius *pag.* 530. 1120. & agit ad rem *Mozzonius* laudatus *Lib. I. Cap. IV. pag.* 20. sicuti etiam de Monasterio Sanctae *Luciae pag.* 19. licet taceat, Carmelitis primum fuisse concessum. Huius Monasterii mentio facta est superius *pag.* 1118. 1121. Monasterium S. *Mariae* Querceti, de quo egi superius *pag.* 1119. Monasterium de Ricorbolis, seu de Rivo Corboli, illud esse potuit, quod Sanctae *Mariae* Discalceatorum dicebatur, de quo actum est superius *pag.* 530. sed forte aliud fuit. Monasterium Cisterciensium Monialium in Pinti, est Monasterium S. *Mariae Magdalenae*, de quo loquutus sum superius *pag.* 1115. Monasterium S. *Donati*, est Sancti *Donati* ad Turrim, seu in Pulverosa, de quo saepius actum est superius *pag.* 243. & *seqq.* 811. 948. 953. 1035. 1116. & alibi. Actum quoque est de Monasterio Franciscanarum in Monticellis *pag.* 1088. De Monasterio vero S. *Marci* pluribus agit Beatus *Antoninus* post ea, quae superius attulimus.

a Adi

differui [a]. Ecclesia Parthenonis *Clariti* anno MDLXVII. mense Iunio ab *Angelo Cataneo a Diacceto* Episcopo Faesulano consecrata fuit [b]. Anno MDLXII. *Pius IV.* Pont. Max. huic Monasterio Ecclesiam Paroecialem S. *Andreae* ad Areolum [c] Dioeceseos Pistoriensis univit [d].

Ecclesia Sancti *Martini* pone Abbatiam, seu Monasterium Sanctae *Mariae*, quae quum *Episcopi* diceretur [e], indicare videri posset, ad eius dominium pertinuisse; quam quidem, ubi de Ecclesiis Vrbanis superius egi, silentio praeterieram. Quomodo autem Ecclesia haec ad Episcopum Florentinum spectaret, & ideo *Episcopi* nuncuparetur, adsequi proclive non est. Eam enim condidit *Ioannes* Faesulanus Archidiaconus anno DCCCCLXXXVI. [f] qui *Regembaldi* Episcopi Faesulani patruus

[a] Adi superius *pag.* 1016. 1018. 1022.

[b] *Puccinellius de Eccles. Florent. pag.* 148.

[c] De hac Ecclesia vide superius *pag.* 563.

[d] *Act. Maria Recanesius Vita MS. B. Clariti*.

[e] Adi *Io. Villaniam Lib. V. Chronic. Cap. VIII.* & *Lib. VIII. Cap. I.* Superius *pag.* 532. Nec dicendum est ibi vocari *Episcopi*, quod S. *Martinus* Episcopus esset; nam quum in eo Catalogo S. *Martinus* sexcenties nominetur, numquam Episcopi epitheton additur; sed tantum ubi de hoc Sancto *Martino* agitur, & de alio ad Argianum in Plebatu Decimi, quod & hic ad Episcopum Florentinum pertineret; ut *pag.* 535. videre est.

Calendis Maii proxime futuri praefato Scholastico pro rata temporis a dictis Calendis Octobris usque in dictas Calendas Maii satisfacere; residuum vero in solutionem gabellae emptionis, et permutationis faciendae dictorum creditorum Montis, licite convertere, et expendere valeant. Praeterea, *quod in electione, & deputatione puerorum Archiepiscopus Florentinus pro tempore existens unum, & Consules alium; Scholastici vero praedictorum, idem Archiepiscopus, & Capitulum dictae Ecclesiae Florentinae unam, Consulesque praefati reliquam, voces habeant, hac prima vice* dumtaxat excepta, quam in electione, et deputatione Scholastici, et puerorum praedictorum, ad dictum Episcopum totaliter pertinere decernimus, potestatem perpetuam concedimus per praesentes, ac volumus, et etiam statuimus, quod quilibet puerorum praedictorum, de legitimo matrimonio procreatus, et de Civitate praedicta, seu Florentinae, seu Fesulanae Dioecesis, oriundus, et tempore suae electionis, et deputationis huiusmodi ad Cantum, et Grammaticam, praedictas addiscendum habilis, et idoneus, corporeque minime vitiatus, ac etiam infra decimum, et quintumdecimum suae aetatis annum inclusive constitutus existat. Quod si quam primum aliquis Clericorum huiusmodi aliquod beneficium, cuius fructus, reditus, et proventus viginti florenorum similium secundum communem existimationem valeant, annuatim obtinuerint, aut vigesimum quintum dictae aetatis annum attigerit, ille ex locis ipsis, quae tunc obtinebit, ex tunc vacare censeatur. Et quod quilibet puerorum praedictorum cum pervenerit ad aetatem, per quam secundum Canones possit ad Sacros Ordines promoveri, ex tunc teneatur, et debeat ad ipsos Ordines se facere promoveri. Si quis autem antequam ad Sacros Ordines promotus fuerit, vel ad annum vigesimum quintum, ut praemittitur, pervenerit, a proposito Clericatus duxerit divertendum, volumus, ac praesentium tenore statuimus, ut talis, ut praemittitur, divertens, quicquid perceperit ex huiusmodi Scholastriae emolumentis, ipsis Consulibus refundere teneatur. Ita tamen quod ille, vel illi, ex Archiepiscopo, et Capitulo, et Consulibus praefatis, qui de cetero in electionibus, *seu nominationibus*, ut praemittitur, faciendis, aut eorum aliquos, infra octo dies a die notitiae vacationis Scholastriae, aut cuiuslibet locorum huiusmodi computandos, vocem suam non dederit, seu dederint, singulis vicibus dumtaxat, quibus in huiusmodi negligentia fuerit, seu fuerint, voce sua huiusmodi careat, seu careant; et Archiepiscopus Consulum, ac Consules praefati Archiepiscopi huiusmodi negligentiam in ea parte supplere possit, sive possint. *Ulterius etiam statuimus, decernimus, & declaramus, quod Scholasticus praedictus una cum Clericis praedictis superpelliceo tunc indutis singulis vicibus singulorum dierum, quibus Missas, & Horas Canonicas, ac alia Divina Officia in dicta Ecclesia celebrari contigerit, de domo praedicta ad eandem Ecclesiam honeste accedere, et ibi Missis, & Divinis huiusmodi continuo interesse omnino censeatur adstrictus, ac illis celebratis ad praefatam domum redire, nec non Scholasticus ipse per se ipsum singulis Dominicis, aliisque Festivis diebus, & alias in qualibet septimana eisdem Dominicis, & Festivis computatis diebus tres Missas in dicta Ecclesia celebrare, nec non tam omnes, & singulos pueros praedictos, quam quoscunque alios addiscere volentes, Chorumque praefatae Ecclesiae pro tempore frequentantes ecclesiasticas personas in domo praedicta, quae etiam ad id apta, & accommoda existat, horis tamen debitis, continuo recipere, & tenere, ausque, & ipsorum quemlibet in Grammatica, & Cantu huiusmodi gratis, & absque pretio aliquo instruere & docere debeat, & teneatur, & adstrictus penitus censeatur, dum tamen ultra duos ex Clericis praedictis in eius continua commensalitate teneri; ac ipsorum Clericorum aliquis in domo cum aliquo Canonico, seu Presbytero, ac Clerico, vel eius servitiis, continuo habitare non possint.* Ulterius Archiepiscopo, et Capitulo, et Consulibus praedictis simul, et coniunctim dumtaxat, quoties placuerit, et expediens videbitur, Scholasticum, Scholastriam, ac Archiepiscopo, et Consulibus quemlibet Clericorum huiusmodi eius loco privandi, et eos ab illis realiter amovendi, nec non loco amoti, vel amotorum, alium, vel alios, ut praemittitur, nominandi, seu deputandi, et ponendi, plenam, et liberam authoritate praedicta potestatem concedimus, et etiam facultatem. Praeterea cum in Missa, quae Missa populi noncupatur, ac singulis diebus in dicta Ecclesia summo mane in Aurora decantatur,

dochio egi, non quod dominii tantum esse Episcopalis putaverim, sed quod illud Episcopus bonis & reditibus auxerit; et quod

tur, pauci communiter interesse consueverint, etiam statuimus, et ordinamus, quod de cetero loco Missae huiusmodi, singulis diebus in eadem, hora Matutinae in Ecclesia eadem decantentur, vel recitentur, quodque singuli praefatae Ecclesiae Canonici, et Cappellani, decantationi, seu recitationi Matutinarum huiusmodi interesse continuo teneantur; alioquin ille ex eis, qui ut praefertur, non interfuerit, singulis vicibus, quibus absens ab ea extiterit, perinde ac si Missae praefatae non interfuisset, nihil de solita distributione recipiat, vel lucretur, volentes quod Canonici, et Cappellani Ecclesiae praefatae possint Matutinas huiusmodi cantare, seu recitare, in loco Ecclesiae S. Petri Coelorum, quae est in Claustro eorundem, donec in Ecclesia ipsa competens, et idoneus ad hoc locus fuerit praeparatus, et finaliter volumus, & authoritate, & scientia praefatis decernimus, & declaramus, quod Scholasticos, & omnes & singuli Clerici, nec non Scholastria, & loca huiusmodi, rationem pecuniarum in libris describendarum huiusmodi, nec non praedictorum, ac aliorum fructuum, redituum, & proventuum eorundem ab omnibus, & singulis datiis, gabellis, impositionibus, & subsidiis, seu aliis quibuscumque oneribus, vel exactionibus, quibuscumque nominibus nuncupentur, per Nos, vel Sedem Apostolicam, aut Archiepiscopum pro tempore praedictum, seu temporale Dominium dictae Civitatis, aut eorum, vel alicuius eorum nomine, seu alios quoscumque, etiam vigore Literarum, seu Privilegiorum Apostolicorum, quorum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, & quibus quoad praemissa specialiter derogamus, hactenus impositis, & in posterum imponendis, perpetuis futuris temporibus liberi, & exempti censeantur pariter, & existant, quos Nos ex tunc ab illis penitus eximimus, & perpetuo liberamus; quodque dicti Consules tam praesentes, quam futuri, qui de cetero Scholastico, & Clericis praefatis, postquam dicti redditus, & pagae, ad eorum manus pervenerint, debitam satisfactionem, prout superius expressum, & ordinatum est, pro tempore non impenderint, aut de dictis fructibus, pagis, & introitibus, vel eorum parte etiam minima aliquid diminuerint, aut illos aliter quam superius ordinatum extiterit, convertere praesumpserint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, quam Nos ex nunc in eos, ac alios omnes, & singulos, qui contra exemptionem, liberationem, & alia praemissa, seu eorum aliquod ullo unquam tempore venire, seu attentare praesumpserint, aut contra ea, seu eorum aliquod, impedimentum, auxilium, consilium, vel favorem praestiterint, authoritate praedicta harum serie ferimus, & etiam promulgamus, & qua Consules praesentes praedicti, se, & successores suos dictae Artis Consules, si secus egerint, etiam publico inde scripto instrumento, innodatos esse voluerunt, illamque in se, & dictos successores, ut praemittitur, susceperunt; a qua a nullo alio, praeterquam Romano Pontifice, absolvi possint, praeterquam in mortis articulo constituti; qua quidem sententia ex tunc Consules, & alios omnes, & singulos contra facientes praedictos innodatos existere tenore praesentium declaramus, non obstantibus privilegiis, & litteris generalibus, vel specialibus, quorum etiam tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quibusqumque quoad praemissa etiam specialiter derogamus, Ecclesiae Praeposito, Canonicis, Consulibus, & aliis supradictis quomodolibet concessis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus praefatae Ecclesiae, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumqe firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod aliae literae, & privilegia praefatis Consulibus pro tempore existentibus per Sedem Apostolicam, vel quomodolibet in dicta Ecclesia concessa, in suo robore libere permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae institutionis, factionis, creationis, deputationis, statuti, constitutionis, ordinationis, segregationis, dationis, concessionis, assignationis, declarationis, derogationis, exemptionis, liberationis, prolationis, promulgationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Dat. Florentiae Anno Incarnationis Dominicae MCDXXXV. decimo Kalen. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno sexto.

LIIIIIIIIII Con-

quod Episcopus caput suorum Canonicorum esse intelligatur; adsensumque praebuerit Communi Florentinorum, ut hoc Xenodochium ad Plateam S. *Ioannis* amplificandam everteretur.

Nosocomium Sancti *Iacobi* ad Sanctum *Eusebium*, de quo quaedam superius praelibavimus [a]. In eo *Antonius ab Urso* Episcopus Rectorem seu Hospitalarium instituit D. *Ubaldum* D. *Simonis de Bardis* [b], non tamen tamquam Dominus & Patronus, sed tamquam Dioecesanus [c]. Dominium enim & cura huius Nosocomii ad Consules Mercatorum Callismalae pertinuit: sed quum privati quidam Cives illud usurpassent; ita Florentinorum Commune apud Sedem Apostolicam egit, ut iuspatronatus ad Consules illos tamdem reversum sit: tumque Constitutio illa promulgata est, qua Florentini poenas gravissimas inrogant omnibus, qui ius illud iterum usurpare quomodocumque ausi essent; quam Constitutionem anno circiter MCCCXXX. conditam in antecessum, & opportune, produximus [d]. Huius autem Nosocomii origo talis fuisse fertur. Respublica Florentina, ut aegrotis lepra laborantibus opem ferret, medio circirer saeculo XII. [e] hoc Nosocomium prope Ecclesiam Sancti *Eusebii* [f], vel ubi illa Ecclesia erat, condidit; & titulo Sancti *Iacobi* Apostoli insignivit: quod postea iuvit *Vinciguerra Donati* F. *Paczi* N *Florentii Baronis* Pron. [g] ut ex Epigrammate quodam olim in eo Nosocomio exstante deprehendere est [h]. Anno iam MCLVI. hoc Nosocomium exsistebat, quando in eo *Henricus* quidam Eques sepultus fuit, ut testatus est *Petrus* Presbyter in Epigrammate, quod anno MCCVIII. inscripsit [i]. Noso-

a Consule *pag.* 945. 949.

b Adi Superius *pag.* 256.

c Consule *Vanespenium Part. II. Iur Canonici Tit. XXXVII. Cap. II.* §. *V.* & seqq. & XV.

d Consule superius *pag.* 942.

e *Dom. Mar. Mannius Vol. XIII. Sigil. pag.* 110.

f Superius *pag.* 948.

g Adi superius *pag.* 1097. & *seqq.*

h Lapis ita habebat:

A. M. C. LXXXVS NOBILIS QVIDAM VIR
VINCIGVERRA NOMINE DONATI FILIVS
HVIC ECCLESIAE HVNC LAPIDEM PRO
SVE ANIME REMEDIO DONAVIT,

i Inscriptio est, quam ex *Mannio* laudato produco.

MILITIE POLLENS ET IN ORDINE MAGNVS EQVESTER
NOBILIS ENRIGVS CARNE SOLVTVS OBIT.
HINC LVCTVS GRAVIS EST ET AMICIS CAVSA DOLORIS
LVMINIS ORBA SVI PATRIA TOTA DOLET.
FLENT EQVITES EQVITEM IVVENES IVVENEMQ. POTENTEM
FLENT CONSANGVINEI LVMEN OBISSE SVVM.
PROSAPIE PATRIEQVE DECVS VIRTVS EQVITVMQVE
HIC FVERAT CVIVS FAMA PERENNIS ERIT.
CORPORE MORTVVS EST SED VIVIT PERPETE FAMA
HVNC DEVS IN REQVIE PERPETVARE VELIT.
HIC QVINQVAGENO CHRISTI POST MILLE SVB ANNO
CENTENO SEXTO CELICA REGNA PETIT.

Iuxta quos versus *Stephanus Rossellius* sua aetate legit:

PRESBITER. PETR. FECIT FIERI HOC OPVS MCCVIII.

socomium S. *Iacobi*, quum extra Vrbem esset primum, deinde, quum moeniorum ambitus amplificatus est, eo comprehensum fuit; substititque usque ad annum MDXXXIII. quo in illud Sanctimoniales Sanctae *Annae* Verzariae [a], quarum Parthenon occasione obsidionis Vrbis solo aequatus fuerat, migraverunt, Principis auctoritate, & Consulum Mercatorum consensu [b], accedentibus. Ne autem lepra laborantes Nosocomii praesidio carerent, Consules illi eos transtulerunt in desertum Monasterium, anno MCCCLXII. in Montaione [c], ex testamento *Barptolomaei*, vulgo *Bartholi*, *Cini* F. *Benevenuti N.* conditum, quo Sanctimoniales Dominicanae triennio post receptae sunt. Monasterii huius titulus Sanctus *Iulianus* fuit; & prope Pontem Rivisredi, in Plebatu S. *Stephani* in Pane, existebat; sed non multo post, anno scilicet MCCCLXXVI. Sanctimoniales illud reliquerunt, & Florentiam, in Monasterium aliud, quod in Campo Corbulini, et Via Fuligni, est, nomenque pariter S. *Iuliani* praefert, contenderunt [d]. Iuspatronatus tamen eti-

[a] Hoc Monasterium constructum fuit a *Bonaccurso Pitti* anno MCCCXVIII. in fundo posito Arnum versus, quem ipse emerat ab *Andrea Masi* Notario. Vide *Praefationem ad Chronicon Bonaccursi Pitti pag.XXIIII.* & *ipsum Chronicon pag.* 3. & 4. Diploma *Antonii ab Vrso* Episcopi, quo constructionem Monasterii *Bonaccurso* permittit, heic profero.

Antonius Dei & Apostolice Sedis gratia Episcopus Florentinus. Dilecto filio Bonaccorso Pitti Civi Floren. salutem in Domino. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, & vota que a ratio nis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Sane porrecta nobis pro parte tua devota supplicatio continebat, quod tam tu pro anime tue remedio & salute ad laudem divini Numinis cupias domum quondam tam orto domui coniuncto ex parte pullerturi, positam in populo & burgo de Verzaria, per te noviter titulo emptionis quesitum ad usum ecclesiasticum concedere ac etiam deputare; ita videlicet quod ibidem Monasterium construatur & erigatur sub vocabulo Sancte Anne, in quo quidem Monasterio erigendo recipiantur Moniales, que ibidem voluerint virtutum Domino deservire, tibi super hoc licentiam concedere dignaremur. Nos igitur huiusmodi votum tuum pium & laudabile merito reputantes, & volentes quantum cum Deo possumus, te in illo fovere salubriter & iuvare, ac ad amplicandum divinum cultum operam debite sollicitudinis adhibere, cum super omnibus infrascriptis dilectus filius Prebiter Belzottus Rector Ecclesie Sancte Marie de Verzaria predicte nomine suo & dicte Ecclesie ac successorum suorum expresse consenserit coram nobis, tuis supplicationibus favorabiliter inclinati, tibi domum tuam predictam cum omnibus iuribus & pertinentiis suis ad usum & cultum ecclesiasticum deputandi & construendi & erigendi ibidem Monasterium sub vocabulo antedicto, in quo ut prescribitur Moniales recipi valeant, secundum beneplacitum Abbatisse ac Conventus, que pro tempore fuerint in eodem; in quo quidem Monasterio construendo erigi possint altaria quot esse commode poterunt in eodem, & apponi & esse campana, quodque per ydoneum Cappellanum divina ibi possint officia celebrari, licentiam plenariam concedimus & liberam facultatem. Ita tamen quod vestrum Monasterium construendum dicte Ecclesie de Verzaria unum cereum duar. librarum annuatim in festo Assumptionis Gloriose Beate Marie Virginis solvere teneatur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus sigilli nostri appensione muniri. Dat. Flor. die xiiii. Sept. prima Ind. Anno ab Incarn. Domini millesimo trecentesimo octavodecimo.

[b] *Richa* Tom. IV. pag. 215. *Mannius* Tom. XIII. Sigill. pag. 112.

[c] Adi superius pag. 950.

[d] Consule *Mannium* loco citato.

[e] Con-

etiam novi Nosocomii ad eosdem Consules Mercatorum spectat. Antiqui Nosocomii ad Sanctum *Eusebium* vestigia alia non supersunt extrinsecus, quam insignia Artis Mercatorum Callismalae, Aquila scilicet colligato lanae fasci insistens, lapidi insculpta, qui portae vestibuli Parthenonis imminet; alia quoque huiusmodi insignia in contiguis domibus usque ad Viam Pulverosam cernuntur, quod illae ad Nosocomium pertinerent. Ecclesia ad Orientem facie postica, ut vetustus ritus ferebat, conversa est. Nunc me cupido incessit inquirendi, cur tot Xenodochia, & Nosocomia, Sancti *Iacobi* Apostoli nomine censeantur. Itaque observandum est, nono [a] tamdem saeculo corpus Sancti *Iacobi* detectum repertumque fuisse in Gallaecia, fama vulgatum esse; & Compostellam translatum ibi adservari. Quum autem miraculorum, quae ibi fierent, rumor late percrebuisset, insequenti saeculo ex variis orbis terrarum regionibus mortalium concursus ad eius tumulum factus, & frequens peregrinatio instituta, est. Quum vero tot ac tanti cuiusvis generis peregrini illuc contenderent, & viae male tutae, aut incommodae difficilesque, essent; nec fluminum traiectus obvii paratique; nec cauponae capaces, & hospitia opportuna, quibus exciperentur, occurrerent; pii ac religiosi viri, & Monachi in primis, ac Clerici Ecclesiarum Cathedralium & Plebium, domos peregrinis excipiendis & alendis, & quovis praesidii genere iuvandis, destinatas aedificare coeperunt sub saeculi XI. initium, ac deinceps. Insuper quidam vias curare, & sternere; pontes fluviis imponere, seu cymbas & pontones ad homines traiiciendos adhibere; itinera latronibus infamia servare; avia silvarum, & loca erroribus implicata, recta & commoda reddere, certatim, & laudabiliter adgressi sunt; quum praecipue illustre huiusmodi curae, & studii, exemplum Sanctus *Dominicus de Calzada* Hispanus [b] saeculo X. praebuisset. Hinc in Italia, & in Etruria potissimum, tot Xenodochia saeculo XI. constructa fuere; quum eorum memoria raro saeculis praecedentibus occurrat [c]. Hinc Fratrum Xenodochorum & Equitum Teupascii Ordo memorabilis, qui amplum, ingens, & percommodum, non tam Xenodochium, quam Coenobium, in mediis silvis Teupascii in Tuscia in Dioecesi Lu-

[a] Consule Bollandianos ad diem XXV. Iulii, ubi de *S. Iacobo Maiore* agunt in *Prolegom.* §. X.

[b] Consule Bollandianos loco citato.

[c] Consule *Muratorium Tom. III. Antiquit. Italicar. Dissertat. XXXVII.*

b Con- a Con-

Lucensi, nunc Miniatensi, condidit, & Sancti *Iacobi* titulo decoravit; qui deinde per universam Europam dilatatus est ita, ut mansiones innumeras immensasque opes ubicumque possideret [a]. Quum enim Xenodochia pro peregrinis ad S. *Iacobi* corpus venerandum Compostellam tendentibus praecipue instituerentur, hinc et huius Apostoli nomine saepe insigniebantur. Florentiae saeculo XI. Xenodochia aedificata sunt plura; ut illud Domus S. *Ioannis*, seu S. *Reparatae* [b]; illud Monasterii S. *Mineatis* in Monte Florentino [c]; illud in Capite Pontis Veteris a *Florentio Fusco* conditum [d]; illud S. *Paulli* in Pinti a *Florentio Barone* aedificatum [e]. Plura etiam deinde cum Florentiae, tum in aliis Tusciae partibus, nomine Sancti *Iacobi* Apostoli adpellata sunt; ut hoc, quo de agimus; & illud Sancti *Iacobi* inter Vineas, seu in Campo Corbulini [f]. In Dioecesi vero Florentina Xenodochia *Bonamici*, seu *Caponiorum*, in Burgo, seu melius extra Portam, S. *Frigidiani* [g]; Sevis [h]; Saginalis in Mucillo [i]; Pozolatici [k] in Plebatu Sanctae *Mariae* Pinitae; Vallis in Plebatu Sancti *Donati* in Pocis [l]; Pontis Petrorii, seu Petrini, in Plebatu Filectolae [m]; Villiani ad Summum Fontem [n]; Xenodochium Bigalli in Plebatu Antillae [o]. Erga Sanctum *Iacobum* venerationem incrementum in Tuscia accepisse, credibile est, quum eius Reliquiae *Attonis* Episcopi Pistoriensis rogatu, & studio, Compostella Pistorium saeculo XII. delatae sunt; cuius rei Historia habetur apud *Vghellium* [p], *Bollandianos* [q], & *Forteguerrium* [r]. Et quidem Pistorii duo Xenodochia sunt, quae Sancti *Iacobi* titulo censentur. Fratres insuper Teupascii in sua Ecclesia Reliquias Sancti *Iacobi* adservabant colebantque; & etiamnum ibidem exstant.

Xe-

[a] Consule *Part. IV.* mei *Hodoeporici*, ubi exordia, progressus, & instituta huius Ordinis narro; cuius & in hoc opere saepius memini superius *pag.* 401. 402. 427. 506. 514. 519. Consule & *Eliotum Histor. Ordin. Religios. Tom. II. pag.* 197.

[b] Adi superius *pag.* 1132.

[c] Consule superius *pag.* 29. 31.

[d] Vide superius *pag.* 29. 1002.

[e] Adi superius *pag.* 1111. & 1112.

[f] De hoc Xenodochio consule *Ridom. Tom. III. pag.* 295.

[g] De hoc Xenodochio consule superius *pag.* 252. & de eo latius agemus inferius.

[h] *Ferd. Leopol. Melioriae* in Adversariis MSS.

[i] *Ios. Mar. Brocchius*, *Descript. Mucilli pag.* 33.

[k] *Meliorius* loco citato.

[l] Consule superius *pag.* 254.

[m] Superius *pag.* 260.

[n] Superius *pag.* 531.

[o] Consule superius *pag.* 1087.

[p] In *Episcopis Pistoriensibus*.

[q] Adi diem XXV. Iulii, ubi de *S. Iacobo Maiore* agunt.

[r] In Vita Sancti *Attonis* Episcopi Pistoriensis.

h *Ferd.*

Mmmmmmmmmmmmm a Haec

Xenodochium Sanĉti Salvatoris cum Oratorio, quo Sacerdotes rustiei & advenae hospitantur, quum ad Vrbem Florentiam proficiscuntur; quodque, Domino Iesu Christo sub Peregrini forma καθ' ὅραμα iubente, *Antonius ab Vrso* Florentinus Episcopus una cum aliis Sacerdotibus urbanis anno MCCCXI. condidit. Collata enim pecunia agrum MDCL. librarum pretio emerunt, in quo hospitalem domum cum Ecclesia aedificavere, *Sanĉti Salvatoris* nomine decorantes; nam a Collegii Sanĉti Salvatoris Presbyteris habita est. Absolutum autem opus intra biennium fuit, & anno MCCCXIII. KL. Augusti Episcopus in illa Ecclesia solennem Missam fecit, & pompam rite duxit; sed instauratum tandem, & picturis *Ioannis Balduccii* decoratum, *Alexader Medices* Archiepiscopus Florentinus anno MDLXXXVIII. dedicavit [a]. Antea enim, ut perhibent, Domino pariter καθ' ὅραμα & secundum quietem *Gotifredum* Episcopum Florentinum, & *Amadeum* quemdam advenam a Valle Pesae Sacerdotem, incitante, constitutum fuerat, ut Rectores quidam Ecclesiarum ad Vrbis ingressus sitarum peregrinos Clericos & Sacerdotes in propriis domibus exciperent. Id accidisse ferunt anno MCXXXI. & huius rei narratio quaedam circumfertur, quae tamen sublestae fidei haberi potest [b]. Hoc Hospitium seu Xenodochium in Via Sanĉti Galli conditum fuit; quod a Collegio Presbyterorum quodam curatur, quod *Congregatio Maior* Sanĉti *Salvatoris* adpellatur, ad aliorum similium Collegiorum distinctionem. Hoc ex Rectoribus & Curionibus Ecclesiarum urbanarum constat; qui diluculo, matutinaque hora, ad Vrbis Ecclesias circumcursant, ut in iis sacra faciant, hymnosque Deo canant; prout, qui pia legata reliquerunt, fieri iussere. Adhuc quidem φιλοξενίαν in suo Xenodochio exercent, solos tamen Clericos virosque Deo sacros eo excipientes [c]. Ecclesia, more antiquo, facie ad-

a Haec Historia, quam a *Placido Puccinellio* mutuo accepi, a me superius *pag.* 951. in medium adducta fuit. Erratum in illa est, dum Auctor scribit, anno MCXXXI. *Ioannem* Episcopum Florentinum fuisse; quum esset *Gottifredus*. Forte in chartis, quas ille expilavit, ut narrationem suam contexeret, scriptum fuerat littera initiali nomen Episcopi, G. ille autem minus scite, *Giovannem* exposuit, Latinumque *Ioannem* effinxit. Minus autem recte ipse computavi annos superius *pag.* 952. incauteque quaedam disservi, quae penitus delenda sunt, ab illo scilicet initio *et animadvertere debebant &c.* usque ad *consignetur*. Illam narrationem non *Puccinellius* solus probat, sed etiam *Ioseph. Richa Tom. II. Eccles. Florent. pag.* 51. *Dom. Mar. Mannius Tom. XII. Sigill. pag.* 35.

b *Michael Poccianties de Xenodochiis Florent. pag.* 194. *Franc. Bocchius de Pulchritud. Florent. pag.* 562.

c *Michael. Poccianties de Eccles. Florent. pag.* 183. 194. *Raphael. Brunius Descri-* pt.

adversa Occasum spectat. Tria alia huiusmodi Collegia seu Congregationes Florentiae sunt; ad huius Collegii imitationem institutae. Collegium Visitationis Deiparae, aut Sanctae *Elisabethae*, anno MCCCLXXXXIV. die XXIV. Februarii institutum, [a] Cappellanis, aliisque Sacerdotibus, constans; quod in Ecclesia Sancti *Michaelis* in Palchito, seu Tubarum, coit; quare Ecclesia haec passim Sanctae *Elisabethae* nuncupatur [b]. Aliud incepit anno MDXVII. die XV. Ianuarii, quod Deiparae conceptae, & Sancti *Iosephi*, titulo insignitur, in Ecclesia Sanctae *Mariae* super Arnum ortum [c]. Deinde iidem Sacerdotes anno MDXIX. die XXVII. Augusti in Ecclesiam Sancti *Michaelis* Vicedominorum migraverunt; & huic Collegio aliud coniunctum fuit, quod sub Sanctissimae Trinitatis nomine in Ecclesia S. *Mariae* in Campo [d] coaluerat; coniunctio autem anno MDXXXI. Kalendis Martii contigit Ab Ecclesia tamen Sancti *Michaelis* deinde recessit, ad Oratorium quoddam in Via Fibulariorum se conferens. Tandem anno MDLXXIV. die XV. Aprilis *Leonardus Bonafides* Episcopus Cortonensis Ecclesiae Conceptionis Deiparae in Via Servorum fundamenta iecit, quae pridie Kalendas Apriles anno MDLXXVI. absoluta fuit; [e] anno MDLXXXIV. ab *Alexandro Medice* Archiepiscopo Florentino rite dedicata fuit die XX. Ianuarii [f]; demum anno MDCCXLIV. in eam elegantiam, qua nunc cernitur, exornata est; [g] facie antica ad Occidentem conversa. Quum Ordo Iesuatorum Sancti Hieronymi a B. *Ioanne Columbinio* vertente saeculo XIV. institutus a *Clemente* XI. Pont. Max. anno MDCLXVIII extinctus fuisset; [h] qui Iesuati primum ad Florentiam prope Portam Pinti in Monasterio Sancti *Iusti* habitaverunt; [i] & post eversum illud Monasterium, tem-

pt. Floren. Edit. an. 1743. *pag.* 75. In foribus Portae scriptum est HOSPITALE PRESBYTERORVM.

[a] De hac institutione consule *Ferd. Leopold. Meliorium pag.* 404.

[b] De hac Ecclesia egimus superius *pag.* 1002. Vide *Pocciantium. pag.* 571.

[c] De hac institutione consule laudatum *Meliorium pag.* 320.

[d] De hac quoque Ecclesia quaedam disservi superius *pag.* 991.

[e] Consule *Placidum Puccinellium in Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 18. & 19. qui de hisce omnibus institutionibus Congregationum Presbyterorum agit, & laudatum *Meliorium pag.* 320. 321. & *Pocciantium pag.* 148. 149.

[f] Ex Inscriptione quae epistylio portae Sacrarii imminet, in Cornu Evangelii.

[g] Ex Inscriptione, quae insidit epistylio portae in Cornu Epistolae.

[h] Vide *Eliotum Histor. Religion. Tom. III. pag.* 456.

[i] Florentiam Iesuati migrarunt post mortem B. *Ioannis Columbinii*, quae contigit anno MCCCLXVII. sub Praefecto Ordinis, B. *Ioannis* successore, *Hieronymo* ab Asciano, qui ei praefuit usque ad annum MCCCIIC. *Eliotus loco citato pag.* 454. qui *pag.* 461. tradit post obitum B. *Catharinae Columbiniae* San.

tempore obſidionis Florentiae, anno MDXXIX. migraverunt in Coenobium urbanum, quod olim Sanctimoniales Ordinis Equeſtris Xenodochorum Ieroſolymitanorum, ideoque *Sancti Ioannis Fratrum*, vulgo *de' Freri*, dictum, habuerant; Sanctimonialibus illis in Viam Sancti *Galli*, & in Aſceterium Sancti *Petri de Murrone*, Coeleſtinorum videlicet Monachorum in S. *Michaelis Vicedominorum* Eccleſiam profectorum, translatis; quod quidem eodem anno obſidionis, vel circiter, contigiſſe deprehenditur; quum itaque, inquam, Ordo ille Ieſuatorum deletus fuiſſet, & Monaſterium Sancti *Ioannis Baptiſtae*, quod illi, ab Ordinis patrono, Sancti *Hieronymi* dixerant, [a] vacuum remanſiſſet, Sacerdotes Congregationis huius S. Salvatoris illud emerunt, ut operibus piis & virtutibus excolendis Clericos ſacris Ordinibus initiandos ibi exercerent. [b]

Ad Eccleſias Vrbanas Supplementum.

Quin Florentiae Aedes Sanctae *Mariae* Ferlauſae, ſeu Ferleubae, fuerit, dubitari non poteſt; quum *Henricus* I. Imperator id diſerte in ſuo Diplomate adfirmet; [c] quo Eccleſiam hanc anno MXIV. Monaſterio Sancti *Zenonis* Veronenſi, quod iam

Sanctimonialium Ieſuatarum inſtitutricis, qui contigit anno MCCCLXXXVII. *Simonam Golleroniam* huiuſmodi Sanctimonialium Antiſtitam Monaſterium *S. Hieronymi* Ieſuatarum Florentiae conſtituiſſe, quod adhuc exſtat propter Arni dextram ripam in Via, quae Vulgo dicitur *delle Poverine*.

[a] Vide *Eliotum Tomo citato pag.* 452.

[b] Vide *Proſpectum Unitionis Collegii Eugeniani & Seminarii Florentini &c. pag.* 7.

[c] Hoc Diploma profert *Ioannes Baptiſta Bioncolinius Tom. I. Hiſtor. Eccleſ. Veronenſium pag.* 47. ex quo illud iterum produco.

In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. HENRICVS Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus.

Quia Regalis & Imperialis poteſtas ſuper omnia, & prae omnibus divino cultui debet eſſe ſemper intenta, & Eccleſiarum Dei ſarcinam libenter portare ac ſublevare, quatenus id agendo aeternae remunerationis praemia percipere mereatur; idcirco noverit omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae noſtrorum, praeſentium ſcilicet ac futurorum, induſtria, Ildeprandum Veronenſem Epiſcopum humiliter Noſtrae Serenitatis exoraſſe Clementiam, quatenus ob amorem Dei Omnipotentis, Beatique Zenonis Confeſſoris Chriſti reverentiam, omnes proprietates, & poſſeſſiones Monaſterii praedicti Beatiſſimi Zenonis, ubi corpus eius ſacrum quieſcit humatum, & ubi nunc Dominus Rozo Venerabilis Abbas praeeſſe videtur, quae ab anteceſſoribus Noſtris Regibus ſcilicet & Imperatoribus, Epiſcopis, Comitibus, boniſque hominibus, delegatae ſunt & concaeſſae, per noſtrae Munificentiae praeceptum corroboraremus, modiſque omnibus confirmaremus; cuius ratas petitiones aeſtimantes, miſericordiaque omnipotentis Dei, ex eiuſdem Beati Zenonis meritis & interceſſionibus Nos adiuvari ſperantes, omnia privilegia & praecepta ipſius Monaſterii, quae conceſſa & confirmata & funditus delegata ſunt priſcis temporibus ab anteceſſoribus Noſtris Regibus & Imperatoribus, ſeu omnes ſcriptiones univerſaſque res cum familiis & ſervis utriuſque ſexus, unde ipſum Monaſterium iuſte & legaliter hactenus inveſtitum permanſit; & quidquid inibi legibus pertinere dignoſcitur, tam per commutationes & precarias, quam per

iam eam possidebat, confirmavit. Quomodo autem non multo post in dominium Episcopi Florentini haec Ecclesia devenerit, mihi prorsus ignotum est. Compertum enim habemus, eam

per oblationes & offersiones bonorum hominuum, sive aliquas traditiooes, & quascumque douationes, quae dici & nomioari possuot, per hanc praesentem Nostrae Muoificentiae auctoritatem perpetuo confirmamus, modisque omnibus corroboramus: Ideft io eodem Territorio Veronensi Monasteriolum constructum in honorem Sancti Petri quod dicitur Mauratica, cum Cappella in Honorem Sanctorum Firmi & Rustici, Castellum Herbetum com adiacentiis & pertinentiis suis, Tribentiolum, Vicum Adesia, Cappellam Sancti Laurentii sitam in ripa Padi, quau dicitur Hostilia, Campalani, Campum Pallianum, & Novoleium, & in Gaio Villam quae dicitur Aspo, Corticellam in Platone, Capellam Sancti Viti sitam in Portu Lavanio, Cortem unam in Monte Tauri cum molendinis, Castellum Romanianum cum factieiis Sancti Zenonis, & Montem qui dicitur Alferia, in Lesioo ubi dicitur Melario campos duos, in Clariano campos tres, in Provaro campos tres, in Laupha campum uuum, in Sinevello cortem unam, io Cavalo in Pruiniano curtem unam, Castellom Sancti Viti cum pertinentiis suis, Paronam, Cassianum, Cellam Sancti Petri infra Civitatem Veronam cum pertinentiis suis; in Lacesis curtem uuam com Capellam Sanctae Celstinae, in Bardulino Cortem cum Capella Sancti Zenonis: in Cavi cellam Sancti Andreae cum pertinentiis suis, in Affi corticellam unam, in Belluno masseritias tres, in Vulle Tricntina cortem unam, in Lacbari cortem unam, & res in Villa Caprinarae & Valle Puro. In Venti Capellam Sancti Viti cum pertinentiis suis. In Comitatu Brixiano in Pruviniaea corticellam unam, & res Alsiano coostitutas, & in Piasiano, & cortem in Rivariola eom omnibus pertinentiis suis; in Comitatu Vicentino cortem unam, quae dicitur Cornetum, in Esculeru cortem unam, In Comitato Tarvisiano Cellam Sancti Theonisii & Sancti Martini cum omnibus adiacentiis suis. In Parma Cellam Sanctae Eugeuiae infra Civitatem eum pertinentiis suis, in Civitate Florentia Capellam Sanctae Mariae quae dicitur Ferleuba cum pertinentiis suis, & cum omnibus rebus ad praefatum Monasterium pertinentibus, eum Ecclesiis, Castellis, Vicis, Colonibus, Mancipiis

cipiis, Factitiis, & Familiis utriusque sexus, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, paludibus cultis & incultis, rebus mobilibus & immobilibus, quantumcumque in supradictis locis eorum legitime dignoscitur esse possessio vel dominatio, tam de comparatu, quam & de quolibet attractu, omnia & ex omuibus ad memoratum locum pertinentibus; specialiter tamen concedimus secundum praecepta praedecessorum Nostrorum, ut in regalibus silvis tam in Gaio, quam in ceteris pascuis licentiam babeant greges ovium suarum, nec non porcorum, iumentorumque vel ceterorum animalium ad ipsam Ecclesiam pertinentium absque aliqua datione aut exactione pascua habeant; praecipientes denique iubemus, ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, Archiepiscopus, Comes, Vicecomes, Sculdachio, Gastaldio, nullaque Nostri Imperii magna, parvaque persona, praedicti Monasterii Abbatiam, vel Monacos, aut eorum familias, servos, sive liberos de omnibus praefatis rebus, inquietare, vel molestare, aut disvestire praesumat, nullum fodrum, aut centum, neque teoloneaticum, seu ripaticum, persolvere cogatur. Nullus infra earum Villas aut Castella ingredi, placitum tenere, aut eorum liberos sive famulos distringere vel pignorare, neque hospitari, seu aliquam functionem, aut exactionem exigere audeat, sed habeant eorum naves licentiam eundi, & redeundi per Padum & per Athesim, seu per cetera flumina, absque ulla publica exactione & datione: sed neque Episcopus ipse aliquid ab eis exquirat, seu aliquam molestiam inferat, nisi tantum quod antiquitus statutum est in festivitate Sancti Zenonis, aut mansuos XX. aut solidos quinquaginta cum suis Clericis accipiat. Liceatque ipsis Monachis ex propria Congregatione Abbatem eligere, si ibi talem potuerint invenire; sin autem licentiam habeant cum consensu Episcopi undecumque sibi bonum Pastorem eligere. Et si aliquis hoc praeceptum irrumpere tentaverit, licentiam habeant ipsi Monachi pro hac re, aut ad Nos, aut ad successores Nostros reclamandi. Hoc vero & Nos ob aeternam remunerationem concedimus, ut Episcopus eiusdem Civitatis nullam unquam

Nonuuuuuuuuu po-

eam a *Rainerio* Episcopo post annum saltem MLXXIII. Parthenoni Sancti *Petris Maioris* donatam fuisse, ut in antecessum opportuneque tradidimus.[a] Quaenam vero, & ubi, esset Ecclesia haec in nostra Vrbe, difficile est invenire. *Henrici* I. seu II. tempore Ecclesiae Deiparae dicatae esse potuere, Sanctae *Mariae* Nepotum Cosae, Sanctae *Mariae Hodegetriae* in Capitolio, Sanctae *Mariae* Monasterii Benedictinorum, Sanctae *Mariae* Albericiorum, Sanctae *Mariae* Hugonis, Sanctae *Mariae* super Portam: aliae enim Ecclesiae Deiparae sacrae extra Vrbis moenia fuerint, ut Sanctae *Mariae Maioris*; Sanctae *Mariae* in Campo &c. Ex illis Ecclesiis quaenam nostra fuerit, divinare non est. Vbi Ferlausa seu Ferleuba locus esset, incompertum omnino. An una ex illis Ecclesiis, an alia, esset, incertum.

Ecclesia Sancti *Benigni*, quum idem *Rainerius* Episcopus Sanctimonialibus Sancti *Petri Maioris* pariter largitus sit,[b] intra Vrbem itidem fuisse videatur. Huius tamen Ecclesiae & nominis nullum superest hodie vestigium.

Ecclesia Sancti *Petri* in Horlagio, quum a quibusdam eadem esse ac Sancti *Petri* Scheradii credatur; de ea subficient, quae in antecessum commentati fuimus.[c] Nunc tantum adnotare lubet, Ecclesiam Sancti *Petri* Scheradii, sitam esse prope locum,[d] qui *Parlagium*, seu *Perilasium*, *Minus* dicebatur; quare forte legendum est: *Sanctus Petrus in Parlagio*, & non in *Horlagio*. Sic Ecclesia *SS. Simonis* & *Iudae* ob vicinitatem *de Perilasio* dicta fuit[e]. Duo erant *Perilasia*, ut vocabant,

potestatem habeat aliquid inde abstrahere, vel sibi usurpare, aut alicui in beneficium dare; sed possint quiete & tranquille Dei misericordiam iugiter pro nobis exorare. Si quis vero huius nostri praecepti violator extiterit, sciat se compositurum libras auri obrizi, medietatem Camerae Nostrae, & medietatem praedicti Monasterii Abbati, vel Monachis. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, hoc nostrum praeceptum manu propria roborantes, Sigillo Nostro insigniri iussimus.

Signum Domini Enrici Serenissimi & Invictissimi Imperatoris Augusti.

Henricus Cancellarius vice Everardi Episcopi recognovit &c.

Data XII. Kal. Iunii, Anno Dominicae Incarnationis MXIIII. Indictione XII. Anno Domini Henrici Imperatoris Augusti Regnan. XII. Imperii vero eius I. Actum Veronae in Dei Nomine feliciter Amen.

a Consule superius *pag.* 1011. & 1092. Ex Diplomate paullo ante adlato corrigenda heic, quae de hac Ecclesia commentatus fui superius *pag.* 1012.

b Adi superius *pag.* 1011. & *pag.* 1093.

c Consule superius *pag.* 1011. 1013. quamquam, non heic facile confirmo, quae ibi disservi.

d Consule *Dom. Mar. Maenium de Parlegia Lib. II. Cap. III.*

e Vide *Dom. Mar. Maenium de Parlegio Lib. I. Cap. II.*

a Peri-

bant, seu *Parlagia*, Florentiae, *Maius* & *Minus*. Perilasium Maius [a] dicebatur antiquum Amphitheatrum, cuius ellipticus fundamentorum ambitus adhuc a superstructis aedificiis servatur; circumit autem Vias, Tortam seu Vasellariorum, Torcicaudam, Brontolam, & Plateam Perutiorum; pars vero decisa est, quae in Plateam Sanctae Crucis excurreret. Hic tamen ambitus duabus Viis intersecatur, Anguillaria scilicet, & Burgo Graeciorum. Perilasium Maius Ecclesias proximas habet Sanctorum *Simonis* & *Iudae*, Sancti *Iacobi* inter foveas, Sanctae Crucis, & Sancti *Remigii*. Sed non longe a Sancti *Remigii* Ecclesia Perilasium Minus [b] fuisse creditur a quibusdam, obliquitate viarum in Theatri formam conveniente fretis; nihil enim aliud erat quam vetustum Theatrum, quod non procul a dextra Arni ripa, & a Platea, quae Tinctorum dicitur, & a Castello Altafrontis, exstitisse censetur. Perilasium Arretii quoque fuisse constat [c]. Pisis exstitisse, compertum habeo; [d] & in Dioecesi Pisana [e]; nec non in Collinis Pisanis: in Dioecesi tamen olim Lucensi, nunc Miniatensi; in Plebatu scilicet Sanctae *Mariae* Balnei ad Aquam, ubi Ecclesia est SS. *Quirico & Iulittae* sacra [f]. *Perilasium* autem corrupte ac depravate dici arbitror, quasi *Pyrgi Basis*, quod ma-

a Perilasii Maioris mentio occurrit superius *pag.* 100. & de eo egitur *pag.* 119. & 237. & 994. De hoc eodem *V. Borghinius* late agit *Tom. I. pag.* 169. *& seqq.* novissimae editionis; & *Dom. Mar. Mannius opere laudato De Parlagio*.

b Nunquam *Perilasium Maius* nominassent veteres, nisi respectum habuissent ad Perilasium Minus. De Parlagio Minore, seu Parvo, vide *Mannium De Parlagio Lib. I. Cap. XV* & *Lib. II. Cap. VII.* qui *Cap. VIII.* insequenti illud collocat in loco, quem ipse eidem adsigno; quicquid in contrarium differat *Borghinius Tom. I. pag.* 174.

c Consule *Mannium de Parlagio Lib. I. Cap.* X. & *Tom. II. Dissertat. Academ. Etruscae Cortonensis*, in qua Dissertatio *Laur. Guazzesii* de Amphitheatro Arretino.

d Consule superius *pag.* 486. *& Mannium De Parlagio Lib. I. Cap. X.*

e Adi superius *pag.* 526.

f Consule superius *pag.* 515. De horum Perilasiorum aliquo mentio est in Instrumento, quod profertur ab *Vghellio* in *Episc. Pisan. pag.* 466. quodque heic iterum produco.

In nomine sanctae, & individuae Trinitatis. Amen.

Iustum est piis petitionibus clementer annuere, & in Pisana maiori Ecclesia S. Mariae construenda vigilanter operam dare. Ideo nos Lambertus Grassus de Sancto Cassiano, Sismundus Henrici, Cuccus filius quond. Griffi, Bulsus quond. Petri, Henricus Raynerii Frederici, Buccius, Raynerius de Parlascio, Lanfrancus Vgonis, & Vgo quond. Tedicionis, Consules, Dei gratia, Pisanorum, consilio maioris partis Senatorum huius Pisanae Vrbis tibi Benedicto dilecto fratri recipienti in vice Ioannis Operarii operis Pisanae Ecclesiae Sanctae Mariae, pro loco ipsius operis damus, & irrevocabiliter concedimus Ecclesiae, videlicet embolum, & scalas, & stateram, quae sunt in Constantinopoli, & sunt ab Imperatore operi Sanctae Mariae concessa; ita ut deinceps libere, & absolute sint in tua, tuorumque successorum rectorum istius operis Sanctae Mariae potestate ad augendum, & meliorandum, ad honorem, & utilitatem praefati operis Sanctae Mariae. Et

maiores nostri Amphitheatra & Theatra, quae eorum aetate amplius in usu non erant, veluti Turres quasdam, et sublimia aedificia, haberent. Romae enim quoque locus erat, qui *Pyrgi Basis* adpellabatur, hoc est, *Turris Fundamentum*, ut ex *Ioanne* Diacono discimus, [a]. Medii enim aevi homines elementum G in nomine Greco efferendo subprimebant, ut quum *Georius* pro *Georgius* pronunciabant [b]; quare, pro *Pyrgi Basis*, proferre potuere *Pyribasis*, et inde corrupte *Perilasis*, *Perilasium*. Sed forte a voce περίβασις *Peribasis*, hoc est, *fundamentorum circuitus*, vox *Peribasion* derivata ast; atque ex ea factum *Perivasion* hodierna Graecorum pronunciatione; tamdemque depravata est atque corrupta in *Perilasium*, V consonante in L conuerso. Ex *Perilasium* autem factum deinde *Parlascium*, & *Parlagium*, in ore vulgi. Et profecto *Perilasii* nomine nil aliud apud nos venit, quam quidam fundamentorum ambitus, quibus Amphiteatrum aliquod, aut Theatrum, aut aliud id genus aedificium, innitebatur; & in praesens dirutum & eversum est.

Ec-

Et neque Archiepiscopus, neque Clerici, neque Consules Pisani, neque Missatici, neque Vicecomes, neque embolanii, qui modo sunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua persona occasione Pisanae Civitatis potestatem habeant aliquo modo de praedictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi; si quis vero contra hanc nostrae institutionis, ac largitionis, paginam venire tentaverit, sit compositorus publico nostrae Civitatis poenam librarum centum optimi argenti. Et quia nos praememorati Consules haec omnia in perpetuum volumus observari, imitantes etiam voluntatem, & scriptum domini Balduini piae recordationis Pisanae Ecclesiae Archiepiscopi, & domini Villani nunc venerabilis eiusdem Ecclesiae Praesulis; ideo hanc nostrae irrevocabilis donationis paginam sigillo nostro plombeo Sanctae Mariae Communis huius Pisanae Civitatis iussimus insigniri; & haec omnia ad perpetuam firmitatem, atque memoriam Vguiccionem domini Imperatoris Friderici Iudicem Ordinarium, & sacri Lateranensis Palatii Notarium scribere rogavimus.

Acta sunt haec in veteri Capitulo Pisanae Canonicae Sanctae Mariae praesentia, & testimonio Pellarii q. Galandi, Ildeprandi Famillati filii Vgonis, Gerardi Vgonis de Fabro nunc Pisani Camerarii, et Buni filii q. . . Anno Dominicae Incarnationis 1161. quintodecimo Kalend. April. ind. 9.

Ego Vgo Consul subscripsi.
Ego Lambertu Consul subscripsi.
Ego Caccus Consul subscripsi.
Ego Hericus Consul subscripsi.
Ego Bolsus Consul subscripsi.
Ego Sismundus Consul subscripsi.
Ego Lanfrancus Consul subscripsi.
Ego Boccio Consul subscripsi.
Ego Rainerio Consul subscripsi.
Ego Vguiccio D. Imp. Frederici Iudex ordinarius, & sacri Lateranensis Palatii Notarius praecepto horum Consulum scripsi.

a In *Vita Gregorii Magni Tom. I. Act. Sanctorum Ordin. S. Benedicti pag.* 471. Huius verba sunt: *Iuxta Pyrgi Basin, sicut hodienus cernitur, Confessor veritatis meruit sepeliri.*

b Vide exempla superius *pag.* 1066. & apud *Muratorium Tom. II. Antiquit. Ital. medii aevi pag.* 127. & 128.

Ca- Ita

Ecclesiae Suburbanae

Ecclesia Sancti *Felicis* ad Imam *a* fluvium, vulgo *Ema*, quae Florentia distat ad Meridiem MM. circiter P. extra Por-

a Ita hic fluvius vocatur in Charta, quam ex *Vghellia pag.* 29. in *Episcopis Florent.* & *Fidrli Saldaaie in Historia Passinianensi pag.* 5. produco.

In nomine Domini. Regnante Domino nostro Carolo, & Pipino, eiusque filio, viris excellentissimis, Regibus, anno Regni eorum in Italia septimo decimo, & decimo, Indictione decima tertia. Et ideo in Christi nomine constat, nos Atroald, Adonald, & Adopald, germani filii quondam Atriperti, per praesentem: Salutis magnum praemium animae ordo exercet, qui in Sanctorum, ac venerabilibus, locis benigne largitur. Recordantes nos de Dei misericordia omnipotentis, ut pro parvis magna apud omnipotentem Dominum recipere mereamur. Pro hac quippe ratione, offersionis nomine, damus, concedimus, Monasterio nostro S. Bartholomaei Apostoli, sito Recavata, prope Ecclesiam S. Petri, territorio Florentino, quod bon. mem. Adonald bisavus noster, privilegii nomine, in ipsis propriis rebus, a fundamentis construxit, ubi nunc Deo dicata Fufrasia Abbatissa, amica nostra, in congregatione de Sororibus Monachabus deservire persinite videtur res, & substantias, quas ipse quondam Adonald, & Atropald bisavus. & avus noster ibidem offersionis nomine in dicto Monasterio obtulere . . . . . largiente ibidem habendum, habere voluerimus, & quod pro ipso bisavo, & avo, nostro ibidem aliquid exinde confirmatum est, per nos quidem pro futuris temporibus stabile, & firmum permaneat, per praesentem chartulam, quae offersionis est, firmamus, sicut a praesenti nomine nunc decernimus, id est, casa, dumus, cultus, quae ipse bisavus noster ibidem circa ipsum Monasterium aedificavit, similiter cum alteris casis, quas ibidem factae erant cum . . . . terra, atque prata, circa ipsum Monasterium, in unum tenentes, sicut usque nunc ab ipso Monasterio fuit possessa, cum intrinsecus, & extrinsecus: casae in Livante Campo Maiore, recta strata de Meridiana parte, sicut . . . . partibus via decurrit, campum ipsum una cum casella, quae intra ipsum campum esse videtur, nec non & campum unum de terra prope casas Monasterii de Surgente parte, quod dicitur Viniale. Item campum unum de terra . . . . . quod ipso avus noster detinet ad Poio. Item terram, & vineam de Pocciano, cum terra, & silva in Monte, quod ipse Atropald comparatione habuit. Item de Quartola, & terra, & vinea, quae per campora duo, ubi inter medio strata decurrit, Campo de Aquilone, quae fuit vinea, sicut cum Ecclesia, fossato circumdata, cum campo a Meridiana parte, cum terra, vinea, silva, sicut intra una clausura insimul esse tenentes videntur cum casella, quae ibidem posita erat. Item ad Flexo, casam, & possessionem, quod Fauloni simili portioni, quae rectae fuerunt per quondam Alfridi, & Bucciolo, simili cum vinea in Flexo, quod est clausura una in integrum. Item ad Ima, campo uno de terra. Item casa, & portionem, quae recta fuit per Bonifridum, quae est posita prope Quartula, ubi & Agello vocatur, ubi nunc residere videtur Sindiperto: item Silva Maiore in Farnito, cum una alia petiola de Palatia, prope ipsam Silvam posita. Item curte in Clanti cum integro salingo, atque casas, & portiones, ad ipsam curtem pertinentes: oliva vero ex omnibus rebus nobis de salingo pertinentibus; in territorio Florentino, per singula loca medietatem offerimus in ipso Monasterio, excepto trigiota libras olei, inantea collere statuimus nos, nostri germani, vel nostri heredes, ita tamen ut oliva ipsa communiter cum parte Monasterii colligere debeamus, & hoc volumus, atque confirmamus, cum Oratorio Beati Sancti Angeli, qui est fundatus, ubi dicitur ad Panianula, ubi nunc Vulprandus Presbyter deservire videtur, cum omnibus his, quae ad ipsum Oratorium pertinent . . . . & in dictu Monasterio S. Bartholomaei habendum res illa salinga, in loco Campi, in integrum, de quantum ibidem ad salingum pertinet, simul cum casis, & portionibus, quod regitur per Dominicum, & Vvastrulo, qualiter nobis pertinent. Item & in Monte Maurillo volumus haberi ab ipso Sancto Monasterio, casam, terriculam, tegentem, pertinentem, alia per Taghild, tertia per Bonuald simul, ibique in ipso loco firmamus ad ipsum Monasterium: quarta casa, & portionem, quod regi videtur per Fuseari, simul

Portam S. *Petri Cattuarii*, seu Romanam; quae in sua Paroecia multa praedia urbana, & Praetoria, Civium Florentinorum ha-

simul etiam salingo illo, ibique in Monte Maurillo, quod usque modo ab ipso Monasterio fuit possessum, volumus ut & in antea ab ipso Sancto Monasterio habeatur. Haec autem superius nominata, & ceteris rebus, per praesentem chartulam offersionis in praedicto Monasterio confirmamus, & tam praesens Monasterium, quam & nostras res confirmamus in te, dicta Eufrasie Abbatissa, diebus vitae tuae, in potestate tua habendum, talique tenore, ut post obitum Austriperta germana nostra in regimine succedat, & Teuperga amita nostra aequaliter cum ipsa Austriperta, in Monasterio, & rebus ibidem pertinentibus, suam habeant potestatem, & post decessum ipsarum Austripertae, & Teupergae, volumus, atque statuimus, ut praesens Monasterium Sancti Bartholomaei, cum omnibus nostris rebus, sive quod ibidem in antea acquisitum, vel confirmatum fuerit, in potestate de ceteris Monachabus, quae ibidem tum tempore fuerint congregatae, talique tenore, ut quae cuncta congregatio ibidem persistentium eligere secundum Deum voluerit, ipsa sit Abbatissa earum, atque ita in finem seculi, per ipsarum electionem Abbatissa una post aliam ab ipsis Monachabus eligatur, & in dicto Monasterio una cum rebus ibidem pertinentibus, omni tempore suam habeat potestatem Abbatissa, quae pro tempore fuerit ab Episcopo Civitatis ipsius Florentiae consecrata: nam nullam aliam imperationem ipse Episcopus, vel successores illius habeant potestatem, & hoc tantum volumus, ut in nostra defensione sit ipsum Monasterium, & res ibidem pertinentes tantum de omni adversa parte defensandum; nam nullam aliam violentiam, nec imperationem, aut dationem, absque vestro permissu facere praesumamus nostra auctoritate. Haec omnia, ut superius legitur, in illibata, atque firma permaneant, & hoc volumus, atque licentiam tribuimus tibi, nostra Eufrasia Abbatissa amita nostra, ut potestatem habeas in pertinentiis de nostra substantia beneficium facere, & iuga servitutis levare, & per chartulam confirmare, qualiter cum Deo melius praevideris, & nos tibi consentientes esse debeamus, & manum in chartula ipsa subscrivere, quatenus ipse beneficium stabile; & hoc promittimus nos, nostri Atroald, Adunald, & Adopald, tibi nostrae Eufrasiae Abbatissae, & Austripertae germanae nostrae, ut si nos, vel filii heredes nostri per nos, aut per aliam oppositam per-

personam, & qui cum nostro facto veniat de superius comprehensis rebus, vobis subtrahere quaesierimus de vestra potestate, aut dominio, vel ipso Monasterio subtrahentes, aut tibi nostrae Eufrasiae Abbatissae noluerimus consentire in beneficium, vel in iugum servitutis alienationis, quam in pertinentia de ipsis rebus facere volueris, & manum in chartulis ipsis ponere; tunc approbata causa, & ostensa chartula ipsa, vel relecta per praesentes Iudices, & bonos homines tertia, & quarta vice, si non fuerimus emendati, & recordati, tunc composituri esse promittimus parti vestrae, poenae nomine, auri solidos mille; & si in hac calumnia, vel poena devenerimus, licentiam habeatis parentes, & amicos vestros, quales vos volueritis eligere, ut ipsa compositio a nobis exigatur, & in vestram adhibeat potestatem. Et si forte post vestrum decessum, Abbatissa, vel Congregatio, quae pro tempore eodem Sancto Monasterio fuerit, de superius comprehensis rebus subtrahere quaesierimus, sicut superius promisimus, tunc, ut supra dictum est, ad ostensam, & relectam chartulam istam per praesentes Iudices, & bonos homines tertia, vel quarta vice, si non fuerimus recordati, & emendati, composituri esse promittimus nos, & nostris heredibus ad partem eiusdem Abbatissae, quae pro tempore in nostro Monasterio fuerit, poenae nomine, auri solidos trecentos, & post poenam ipsam solutam, praesens chartula, qualiter superius legitur, omni tempore in sua maneat firmitate, sub poena ipsa posita, & quod superius minime memoravimus; nec quod fieri non credimus, si devenerit, ut in nostra poena parti vestrae, Eufrasia, & Austriperta, deveniamus, sicut superius promisimus, post ipsam poenam solutam praesens chartula promissionis diebus vitae in sua permaneat firmitate. Do ante curte illa, domo, cultili, in Tavernolo, & cum omnibus ad ipsam curtem pertinentibus, quod ipse avus noster genitor tuus tibi . . . . nostrae, & quod Christinae germanae tuae pro alio iudicato ad usum fructuandum confirmavit diebus vitae vestrae, post vestrum decessum curtem ipsam in potestatem de filiis heredibus eius reverti, ita . . ., & confirmamus nos germani, ut si nostris heredibus, aut per oppositam personam curte ipsa, cum omnibus ad se pertinentibus de potestate, & imperatione tua, Eufrasia, subtrahere quaesierimus . . . . . promiserimus vos eas in vita tua

habet, & in primis Praetorium Magni Ducis, quod Podium Imperiale adpellatur. Haec primum Prioratus [a] titulo decorabatur, nunc autem Praepositurae nomine insignita est. Huic Ecclesiae *Gottifredus* Episcopus duos agellos in Podio Gallani positos concessit ea conditione, ut quotannis duos de-

tus habere ad usum fructuandum, tunc in nostra poeos vobis deveniamus, sicut vobis superius de nostris aliis rebus promisimus: post vero tuum decessum curte, & omnia ad se pertinentia revertatur in potestatem nostram, vel de heredibus oostris: & hoc commemoravimus, ut si contigerit inter homines, de parte Monasterii, & alius nostris hominibus . . . . furtu, & in nostris, aut ab alis calumnia, tunc, secundum legem, iostitia exinde a partibus fieri debeat, nam io nostra poena compositione pro hoc Capitolo minime deveniamus. Insuper qnicunque nostrorum, seu per se, vel per quemlibet homiuem, vel quilibes alius, aut per masculum, aut feminam, hoc voloerit infringere, quatenus post decessum harum viventium Ecclesia B. Bartholomaei redigatur ad alterum ordinem Ecclesiasticum, nisi ad Monachorum Deo de servientium, descendant super eum omnes illae maledictiones, quas Moyses scripsit in Deuteronomio, & vives degluriat eos terra, sicut Dathan, & Abiron, nisi admonitus satisfecerit, & digne poenitentiam egerit.

Actum Florentiae XIV. die mensis Iulii, ind. & Reg. exemplario fel.

Ego Atroald in hac charta, quae offersionis, & promissionis, ut supra legitur, a nobis facta, manu mea subscripsi.

Ego Adonald io hac charta, quae offersionis, & promissionis, ut supra legitor, a nobis facta manu mea subsc.

Ego Adepald in hac charta, quae offersionis, & promissionis, ut sopra legitur a nobis facta, manu mea subsc.

Manus Dummello filio quondam Anselmi testis.

Ego Grusolfo Notarius in hac chartola, quae offersionis, & promissionis rogatos Atrualdo, & Adelpaldo, & Adoaldo subscripsi.

Ego Rimpertus in hac chartula offersionis, & promissionis rogatus. Atroaldo, & Adonaldo, Adepald subsc.

Ego Deodetto Notarius in hac charta, quae offersionis, & promissionis rogatus Atroaldo. & Adooaldo, Adepald subsc.

Ego Atriperto Notarius scriptor huius chartulae post testium roborationem complevi exempla chartulae.

Ego Petrus Iudex Domini Imperatoris, qui exemplaria illa, unde haec exemplaria facta sunt, vidi, legi, & hic manu mea subscripsi.

Petrus Iodex Sacri Palatii, qui exempla illa, unde ista exempla facta sunt, vidi, legi, & hic manu mea subsc.

Adalbertus Iudex, qui exemplaria illa unde exemplaria ista facta sunt vidi, & legi, & hic manu mea subsc.

Ego Petrus Notarius, qui exemplaria, unde ista exemplaria facta sunt, vidi, legi, & in hoc exemplars fideliter exemplavi.

Instrumentum hoc ad annum DCCXC. pertinere dignoscitur, ut recte animadvertunt *Ferd. Vghellius*, & *Fidel. Soldanius*, laudati; qui insuper putant, illud pertinere ad Monasterium Sancti *Barptolemaei* Ripularum, in Plebatu Sancti *Petri*, ad Arni sinistram ripam situm, Florentia ad Orientem M M. P. circiter distans. In eadem sententia olim fuit *Eugenius Gamurrinius*, prout *Tom. II. Histor. Genealog. pag.* 403. videre est, ubi Genealogiam gentis a Castelliunculo contexit. Sed hic palinoediam cecinit *Tom. IV. pag.* 2. ubi de gente *Vbaldinia* agit, & fretus quidem argumentis & rationibus non spernendis; adfirmavitque, Instrumentum illud tribuendum esse Monasterio Sancti *Barptolemaei* Gabliani in Mucillo, quod *Vbaldiniorum* maiores condiderint. Et profecto io Stemmate gentis a Castelliunculo nomina, quae in hoc Instrumento memorantur, nequaquam occurrunt; & tamen compertum habemus, gentem hanc dominium Monasterii Ripularum antiquitus habuisse, ut tradit *Lapus a Castelliuncula* in suae gentis Historia; fatenturque *Fid. Soldanius* io citata Historia Passinianensi *pag.* 8 sed tandem anno MCCCLII. Sanctus *Antonius* Archiepiscopus sententia lata declaravit, nullum ius competere genti *a Castelliunculo* in illo Monasterio: quam sententiam apud eumdem *Soldanium* videre est.

a Adi superius *pag.* 935.

a Su-

denarios argenteos in die festo Sancti *Ioannis Baptistae* Episcoparui solveret; quare *Antonius Vrsius* Episcopus ab *Vgolino* Priore huius Ecclesiae hunc censum accepit. [a] Ecclesia haec vetustissima, [b] & Fonte Baptismali instructa, cum Collegio Canonicorum, ad Parthenonem Sancti *Petri Maioris* olim pertinuit, & ei confirmata fuit ab *Attone* & *Rainerio* Episcopis: [c] confirmavitque pariter *Eugenius III.* Pont. Max. gratiosa Bulla, qua Parthenonem illum sub sua protectione subscepit [d]. Confirmavit etiam *Ambrosius* Episcopus [e]. Anno MCCLXVIII. Prior huius Ecclesiae *Aldobrandus* Presbyter erat [f]. Anno autem MCCCXVI. *Vgolinus* praedictus. Anno MCCCXXXIV. *Lucas* quidam huius Ecclesiae Prior occurrit. [g] &

a Supra *pag.* 251. 258.

b Huius Ecclesiae vetustas, & antiqua huius Pagi habitatorum frequentia, arguitur ex Inscriptionibus & Epitaphiis cum Graecis, tum Latinis, ibi effossis atque repertis. Graecum Epigramma produxi superius *pag.* 9. Latinum autem, & fortassis Christianum, edidit V. CL. *Petr. Franc. Fogginius* in opere *De Romano Itinere & Episcopatu Sancti Petri*, *Exercit. De primis Florentinorum Apostolis*, quae Exercitatio etiam seorsim excusa fuit. Epigramma autem sequens est.

B M
FADIAE VE
RIANENI
FILIAE DVL
CISSIMAE QV
AE VIXIT ANNIS
. . . .

Haec Inscriptio reperta est anno MDCCXXV. propter sedes S. *Felicis* ad Imam; exstatque in urbanis hortis *Broschiorum* in Pinti. Edidimus etiam superius *pag.* 687.

c Consule superius *pag.* 1011. 1096.

d Haec data est anno MCLI. eamque produximus ex *Vghellio* superius *pag.* 1096.

e Huius Diploma ex *Vghellio* & *Cerracchinio* produxi superius *pag.* 1095. Nec minus postea fecit *Coelestinus III.* cuius Bullam ex *Vghellio* superius *pag.* 1096. protuli.

f Constat superius *pag.* 935. & ex Charta apud *Cerracchinium pag.* 79. quam profero.

In Dei Nomine Amen. Nos Ioannes sola gratia, & miseratione divina Florentinus Episcopus dicimus, & protestamur expresse, ad perpetuam rei memoriam, & futuram fidem, ad honorem Dei, & B. Mariae Virginis, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, praesentibus Presbytero Aldebrando Priore Ecclesiae Sancti Felicis de Ema Cappellano nostro, & Presbytero Ioanne Canonico Ecclesiae Sancti Salvatoris in Ceppo quondam Domini Spezzalostae, & Forteguerra quondam Domini Ildebrandini Domicelli nostri, Fratre Ioanne . . . , Sanctae Mariae del Carmine, & Fratribus Riviano, & Benvenuto, Fratribus dicti Ordinis, & aliis Fratribus, hac praesenti die fundavimus Ecclesiam dictorum Fratrum, quae aedificatur ad honorem B. M.V. de Monte Carmelo, in Parochia Ecclesiae Sancti Frigdiani, & extra muros Civitatis, iuxta ipsos muros, sive in medio, Civitatis in angulo, qui est in via, per quam itur, a Porta Civitatis S. Frigdiani, recte ad Monasterium de Camaldulis, in cuius rei testimonium, & pleniorem fidem de protestatione nostra, praesens Instrumentum fieri fecimus & nostri sigilli robore communiri. Acta sunt haec Florentiae, in Palatio Episcopatus Florentini, praesentibus testibus Domino Erigetto viro perito quondam Domini Ildebrandini de Sancto Miniate, & Domino Orlando Priore Sancti Stephani Florentini, & Presbytero Ildebrando Priore S. Felicis de Ema, alumnis sub anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, Indictione undecima, die Sabbati, ultima mensis Iunii.

Ego Simibaldus Florentinus quondam Alberti, praedictae protestationi dum fieret a Domino Episcopo interfui, & Instrumentum hoc ipsius mandato scripsi, in publicam formam redegi, ideoque subscripsi.

g Ex Charta Archivi Cistercieusium Florentiae, notata E. 43.

a Pro-

& eodem anno *Rainerius* [a] . *Barna* Prior anno MCCCLVI. fuit [b] *Ioannes de Luna* Prior vivebat anno MDXXV. *Sanctus Fratinius* Prior obiit anno MDLXXXII. *Dominicus Bonecchius* Prior obiit MDCXXXV. *Andreas Cenninius* Prior anno MDCXXXIX. mortus est. *Ioannes Maria Lottius* Prior obiit anno MDCLXXXV. Nostra memoria *Philippus Campanius* Prior fuit, & obiit anno MDCCXI. *Sebastianus Oliverius* Prior obiit anno MDCCXXV. *Nicolaus Magnanius* Prior obiit anno MDCCXXXV. *Laurentius Maria Lapius* a Burgo Sancti Laurentii, cuius tempore Ecclesia Praepositura facta est a *Francisco Caietano Incontrio* Archiepiscopo [c], obiit anno MDCCLIV. In praesens, anno scilicet MDCCLVII. eam regit *Thomas*

a Produeo Chartam ex Archivo Monasterii S. Felicitatis.

Anno 1334. Indictione 2. die 8. Maii Actum in Populo S. Mariae Lancialbetti Plebatos S. Yersole Florentinae Dioec. testibus Presbytero Marza Rectore Ecclesiae Sanctae Mariae, & Iuncta Bonsignoris de Ammiratis, & Ridolfino Cionis de Ridolfis. Domina Talana filia q. Mari D. Raggetii, & uxor Davizi Bonsignoris de Ammiratis dicti Populi S. Mariae vendit Ser Berto Iunctini Cappellano Monasterii et Ecclesiae S. Felicitatis ementi pro Reverenda Domina Constantia Abbatissa dicti Monasterii quodam petiam terrae cum domibus, puteo, vinea, et canneto, in Popolo S. Petri de Sulicinno loco dicto a Grieve, sive Strada Pisana, cui a primo strata, a secundo heredum Lapi D. Raggerii de Nerlis, a tertio Lapi Ioannis Guccii, & Adoardi D. Filippi Belfradelli, a quarto Betti & Gerii Filippi, pro pretio libr. 575. Florenorum parvorum cum fideiussione Davizi viri sui, & Mannoli filii emancipati Ghiuuccii de Nerlis Populi S. Fridiani, et de emancipatione patet mano Ser Simonis Ciati not.

Item postea dd. anno & Indictione, die vero 13. Maii. Actum Florentiae testibus Bertoccio Bencini, Lippo Mei, & Barna Dinghi Populi S. Fridiani, D. Renerio Priore S. Felicis ad Emam, Bnocho Thomasi de Iacoppis, & Meo Francotis Populi S. Felicitatis &c. Marcus olim Bertuccii de Nerlis, Ghinuccius olim Mari de Nerlis, Franciscus olim Contini de Nerlis, Iacobus olim Taddhaei de Nerlis Populi S. Fridiani, & Thomasius q. Tellini de Nerlis Populi S. Iacobi Vltr., & postea dicto die actum in Popolo S. Petri de Solicciano prope Pontem Grevis, testibus Presbytero Rinuccio Rectore Ecclesiae S. Petri Bonconsilii, & Presbytero Lotto Cappellano Ecclesiae S. Felicitatis &c. Guerruccius q. Lapi de Nerlis omnes supradicti fideiusserunt d. venditioni, & successive dicta Domina Talana constituit procuratorem ad inducendam d. emptricem Presbyterum Ioannem Cappellanum Ecclesiae S. Felicitatis. Et postea die 11. dicti mensis Actum apud Parlatorium Monasterii S. Felicitatis testibus Presbytero Gerio Cappellano dicti Monasterii & Piero voc. Biragaglia olim Baronis. Domina Agostantia Abbatissa sopradicta constituit suum procuratorem ad accipiendam possessionem dd. bonorum Ser Bertum supradictum, qui successive accipit die 13. dicti mensis, testibus Domino Iacobo Plebano Plebis de Sufignano, Presbytero Rinuccio Rectore Ecclesiae S. Petri Boconsilii, Presbytero Lotto Cappellano Ecclesiae S. Felicitatis, & Ghinuccio Mari de Nerlis.

Ser. Iacobus Ser. Benei Dandi Iud. & Not. Florentinus sumsit ex Imbreviaturis dicti Ser. Lapi sui patris ex commissione sibi data per Ser. Michaelem Binghi not.

b Produxi Instrumentum, in quo nominatur, superius *pag.* 1024.

c Contigit id anno MDCCXLVIII. cuius rei monumentum est marmor inscriptum Ecclesiae parieti insertum, in quo legitur.

Hanc vetustissimam Ecclesiam
Baptismali fonte iam antea donatam
Et Canonicorum olim Collegio insignitam
Franciscus Caietanus Incontri
Archiepiscopus Florentinus

 Pra

mas Gallius Presbyter Florentinus *a*. Ecclesia ampla est & tribus navibus constat, medios parietes quatuor arcubus hinc inde substinentibus. Altaria novem eam exornant; lapidea omnia, praeter maximum, quod ligneum est. Gazophylacium, seu Sacrarium, ut vocant, aptum & commodum adhae-

Pro pastorali munere visitans Praepositurae titulo ac dignitate decoravit VII. KL. Maii. MDCCXLVIII.

Huius Inscriptionis auctor fuit idem *Lapius*, cuius elogium legitur in *Ephemeridibus litterariis Florentinis* anni MDCCLIV. *col.*751.

a Eruuntur haec omnina ex sequentibus Inscriptionibus, quas produco ex autographo, quod mihi dedit laudatus *Lapius* Praepositus.

Per la Chiesa vi sono varie Iscrizioni sul marmo: nel mezzo della Chiesa vi è un piccol pezzetto di marmo con queste parole:

HOC P. F. F. T.
D. IO. LVNA
P. MDXXV.

significanti, credo io,

HOC PAVIMENTVM FECIT FIERI TOTVM DOMINVS
IOANNES LVNA PRIOR MDXXV.

Dentro al Presbiterio avanti l'Altar Maggiore vi sono tre Iscrizioni. Nel mezzo

D. O. M.
SANCTES FRATINVS VIRTVTIS AMATOR POST TRIGESIMVM QVARTVM
ANNVM SVI PRIORATVS OBIIT ANNO SAL. MDLXXXII.
DIE X. AVGVSTI.

Dalla parte del Vangelo

D. O. M.
IOANNES MARIA LOTTI PROTHONOTARIVS APOSTOLICVS FLORENTI-
NAE METROPOLITANAE CAPPELLANVS PER SEPTEM LVSTRA HVIVS EC-
CLESIAE PRIOR QVAM SACRIS REFECTIONIBVS NVTRIVIT ET PA-
TERNA CHARITATE GVBERNAVIT TANDEM SENIO CONFECTVS ET
MERITIS OBDORMIVIT IN DOMINO SEPTVAGESIMO SEXTO
AETATIS SVAE ANNO XIX. FEBRVARII MDCLXXXV.

Dalla parte dell' Epistola

D. O. M.
DOMINICVS DE BONECIIS SACRAE HVIC AEDI QVATER SEPTE-
NOS ANNOS PRAEFVIT DECIMO TERTIO LVSTRO EXPLETO DIEM
SVVM OBIIT XV. KAL. DEC. AN. SAL. MDCXXXV.

Dinanzi l'Altar Maggiore fuori del Presbiterio, dalla parte del Vangelo.

D. O. M.
IO. BAPTISTA CENNINI IACOBI F. ET LVCRETIA PICCARDIA
VXOR FLORENT. CIVES ET PARENTES AMABILISS. HIC SEPVLTI
IACENT.
ANDRAEAS FILIVS MOESTISSIMVS TEMPLI HVIVS ANTISTES CETERIQVE
FRATRES PIENTISS. NON SINE LACRYMIS TVMVLVM PP.
COLLACYMARE HOSPES ET SI QVIS IN TE CHRISTIANAE CARITATIS
SENSVS PRO EIS PRECES FVNDE
OBIIT HAEC XV. KAL. NOVEMB. MDCXL. ILLE IIII. KAL.
FEBR. MDCXLII.

E n]

haeret. Canonium quoque capax & pulcrum Antiſtes poſſidet, & quidem Eccleſiae contiguum, quae nullam vetuſtatis ſpeciem in praeſens prae ſe fert, quum reſtaurata tota, refectaqve, ſit. Licet autem Eccleſia haec ad Monaſterium Sancti *Petri Maioris* antiquitus pertineret, modo Epiſcopus Florentinus libere eam confert.

Ec-

E lo altro pezzetto di marmo accanto la ſuddetta Iſcrizione

MORITVR INDE ANTISTES CVIVS AMOREM IN DEVM EGENTES ET GREGEM TESTANTVR LABORES QVORVM PERPESSIONE DECESSIT PRIOR ANNOS XIII. VITAEQVE XLII. QVINTO IDVS SEPTEMB. MDCIL.

Dalla parte dell' Epiſtola

D. O. M.
SEBASTIANO OLIVERIO ISIDORI FIL. PROTONOT. APOSTOLICO
DE HAC ECCLESIA QVAM QVINQVENNIO PROVIDE REXIT
CVIVS AEDES CANONICALES SPLENDIDE AMPLIAVIT
OPTIME MERITO
IVLIANVS GHERARDVS ET IOSEPH MARIA FRATRES AMANTISSIMI
POSVERVNT
OBIIT V. KAL. AP. MDCCXXV. AETATIS SVAE XLIII

Nel mezzo alle due ſuddette Iſcrizioni accanto alla Sepoltura comune de' Priori

NICOLAVS MAGNANI
POST DECEM SVI PRIORATVS ANNOS
OBIIT IV. NONAS IVN. MDCCXXXV.

Sotto la Navata laterale della parte del Vangelo dinanzi all' Altar di mezzo di d. Navata

D. O. M.
ARAM QVAM BEATISSIMAE VIRGINI MATRI DICATAM CERNIS
PHILIPPVS DEL CAMPANA FRANCISCI FIL. SVIS SVMPTIBVS EREXIT
CENTVRIATOSQVE FRATRES INSTITVIT POST TRES ET TRIGINTA
ANNOS QVIBVS ECCLESIAE HVIVS REGIMINI PRAEFVERAT
AVITAE NOBILITATIS AC PIETATIS OPERIBVS FVNCTVS
TANDEM SEPTVAGESIMVM PROPE ANNVM AGENS XII. KAL.
FEBR. AN. SAL. MDCCXIX. VLTIMVM DIEM OBIIT
IACOB. ANT. FRANC. NEPOS POSVIT.

Sotto la Navata laterale della parte dell' Epiſtola, dove è ſepolto il celebre Dottore Avviſi, che ſi ritirò negli ultimi anni dell' età ſua in una Villetta di queſta Cura, dove finì la ſua vita, vi è la ſeguente Iſcrizione ſul marmo

ΣΤΝ ΘΕΩ
IO. ANTONIO AVVISIO FLOR. SACERDOTI
THEOL. ET PHIL. IN PISANO ATHENEO OLIM ORD. PHIL. PROF.
TERRA MARIQVE EXANTLATIS PERICVLIS DEMVM VITA FVNCTO
IDIBVS MARTIIS AN. MDCCXXXII. AETAT. SVAE XCI. SVPRA
MENSES VIIII.
MAGNI VINDICIS IVSTVM HIC EXSPECTANTI IVDICIVM
AETERNAM QVIETEM PRECARE VIATOR
ΚΑΛΩΣ ΘΝΗΣΚΩΝ ΚΑΛΛΙΩΝ ΑΝΑΦΤΕΤΑΙ
HVNC TITVLVM QVEM IDEM SIBI VIVENS SCRIPSIT
FERRANTES CAPPONIVS SENATOR FLOR. COMES ET EQVES
EIVS TESTAMENTI CVRATOR PONI IVSSIT.

a Con-

Ecclesia Sancti Sepulchri in Monticellis extra Portam Sancti *Petri Cattuarii*, seu Romanam; vel melius extra Portam Sancti *Frigidiani*; distat ab Vrbe M. circiter P. Huius Dominus, & Patronus, Episcopus Florentinus erat; nam Episcopatui donata fuit antiquitus [a]; & iam anno MXIX. ad Episcopatum pertinebat [b]. Hinc *Ioannes Mangiatorius* Episcopus eius Rectorem elegit *Ildibrandinum* Canonicum Florentinum; & *Andreas* pariter Episcopus eamdem Ecclesiam contulit *Beni* Presbytero, & Rectori Ecclesiae Sancti *Martini* Episcopi [c]. Quare nomine census perpetui solvir quotannis Episcoparui quatuor libras olei [d]; licet antiquiori aevo libram olei tantum solveret [e]. Ecclesia haec non est alia, quam Ecclesia Sanctorum *Viti*, & *Modesti*, atque *Crescentiae*, ad Bellosguardum, καλοψίαν, quae vulgo adpellatur *Sanctum Sepulchrum ad Bellosguardum*; distatque Florentia, ut dixi, M. circiter P. ad Occidentem, inter Portam Sancti *Frigidiani*, & Portam Sancti *Petri Cattuarii*, in collibus, qui Monticelli vocantur. D. passus distat ab Ecclesia & Monasterio Sancti *Petri* Monticellorum; & CCL. circiter P. ab Coenobio Sancti *Francisci de Paula*, & Coenobio Sancti *Barptolemaei* Montis Oliveti, in collis vertice seu iugo sita. Ecclesia enim et Monasterium Sanctae *Mariae* de Podietto Sancti Sepulchri, a Fratribus Ordinis Augustiniani, qui dicti sunt Hieronymiani, conditum est rantum Saeculo XIV. & modo Monasterio Sanctae *Mariae* Florentino adnexum est, & vulgo *Le Campora* adpellatur [f]. Ceterum Ecclesia SS. *Viti* & *Modesti* anno MDXXXV. iurispatronatus *Pittiorum* & *Marucelliorum* fuisse videatur; sed anno MDCXCII. sententia lata, iuspatronatus ad solos *Marucellios* spectare, definitum fuit, Ecclesia facie adversa Occasum, aversa Orientem, antiquo ritu, respicit; & Apsidem adhuc servat, & Confessionis subterraneae indicia ex-

a Consule superius *pag.* 243.

b Adi superius *pag.* 249.

c Supra *pag.* 258. 259. An hic intelligatur Ecclesia S. *Martini*; quae Florentiae exstat, & qua de egimus superius *pag.* 1124. an Ecclesia Castri S. *Martini* Episcopi, quae in Valle Pesae est, & de qua late actum est superius *pag.* 745. & *seqq.* & 813. hactenus me fugit.

d Adi superius *pag.* 243.

e Consule superius *pag.* 249.

f Consule Epistolam Cardinalis *Quirini* ad D. *Felicem Mariam Nerinium* Abbatem, Brixiae excusam anno MDCCLIV. & aliam D. *Petri Aloysii Galletti* de vera origine *Hieronymianorum* Romae publici iuris factam anno MDCCLV.; & Ephemeridas Florentinas litterarias anni MDCCLV. *col.* 187. 774. Et Vitam *Petri Fernandi Pecii* Senis impressam anno MDCCXXXVI. De coniunctione autem huius Monasterii cum Abbatia Florentina, consule superius *pag.* 1031. & Monasterii huius mentio habetur etiam *pag.* 137.

e Ar-

exſtant; lapidibus quadratis conſtructa, ſicut & eius Turris Campanaria. Pagum autem hunc *Sanctum Sepulchrum* adpellari puto, quod Eccleſia S. *Ioannis Baptiſtae* de Sancto Sepulchro ad Pontem Veterem Florentiae exſiſtens in his collibus varia latifundia poſſideat; vel forte, quod Eccleſia aliqua ibi olim exſtiterit, quae Sancti Sepulchri titulo inſignis eſſet; quamquam & haec eſſe poteſt duplici titulo, *Sancti Sepulchri*, ſcilicet, & SS. *Viti & Sociorum*. Pagus hic amplus, & incolis frequens, fuiſſe videatur [a]. Recentiorum Rectorum quorundam ſeriem heic adtexere lubet, qui ſunt:

Vitus Gaudentius anno MDLXIX.
Simon Silveſtrius anno MDCXII.
Ioſephus Sacchius anno MDCXIII.
Simon Lepronius anno MDCXXI.
Caeſar Maſſius anno MDCLVI.
Ioannes Maria Pupillius, primus Prior MDCLXII.
Dominicus Azurrinius anno MDCXCII.
Ioannes Franciſcus Viuccius anno MDCCXV.
Ioannes Franciſcus Gorius anno MDCCXXVII.
Eugenius Vallenſius Anglarienſis anno MDCCLI. [b]

Eccleſia Sanctae *Mariae* ad Centuriam [c], vulgo *Cintoia*, MM. P. extra Portam Sancti *Frigidiani*, ad Occidentem, ad ſiniſtram Arni ripam, a qua diſtat D. circiter P. Eccleſiae S. *Bar-*

[a] Argue ex illis, quae habentur ſuperius *pag.* 140.

[b] Eccleſia Sancti Sepulchri, ſeu SS. *Viti* & Sociorum, quatuor Altaria habet, maximum, & lateralia in media Eccleſia duo. Aediculam ſeu Cappellam quoque in cornu Evangelii tempore poſteriori conſtructam; in qua Altare quartum exſiſtit. Altare maximum in Apſide eminet, & ad illud per gradus adſcenditur. Sed & interius pavimentum iniqua & altiori ſuperficie alteram citeriorem medietatem ſuperat, antiquae Confeſſionis, ut videtur, indicium. Ante Altare maximum monumentum eſt cuiuſdam e gente *Bancionia*; & in externo Eccleſiae pariete, qua coemeterium domus eſt, lapis adfixus ſua inſcriptione indicat, titulum fuiſſe Sacerdotum illius Eccleſiae defunctorum, & forte ſaeculo XV. antiquiorum. Domum Rectoris commodam & elegantem; puteum altiſſimum aqua puriſſima ſcatentem; & reſultante vocis imagine ſonorum, habet.

[c] Centuriae Pagi ſeu Vici mentio occurrit in Inſtrumento Archivi Capitularis Florentini anni 1115. Eius compendium exhibeo.

1115. Ioanne Bono Archipresbyter S. Florentinae Eccleſiae & Canonicorum Praepoſitus concedit in emphyteuſim Rolando q. Leoli bona de Vico, & in eorum curte de Cintoia, unde Rembaldus Presbyter ante hos annos dedit dictae Eccleſiae pro duodecim argenti denariis de Luca in Nativitate Domini. Actum Centuriae, territorio Florentino. Anno incarnationis 1115. 5. Kalendas Auguſti Indictione 8.

Centuriae huius mentio occurrit etiam in duabus Chartis Archivi Parthenonis S. *Apolloniae*, quarum compendia exhibeo.

1085. Menſe Madii. Manifeſti ſumus nos Dominico fil. b. m. Ioannis, & Imille iugalis filia Inginza, & ego interrogata

Qqqqqqqqqqqq ſum

S. *Barptolemaei* ad Centuriam proxima, libere olim ab Episcopo conferebatur. Hinc Presbyter *Rustichellus* Rector huius Ecclesiae promisit obedientiam *Ioanni Mangiatorio* Episcopo, tamquam suo Domino, & Patrono illius Ecclesiae. Et Presbyter *Corsus* eiusdem Ecclesiae Rector solvit *Antonio Ursio* Episcopo pro censu unius anni solidos duodecim florenorum parvorum: ipse autem institutus fuerat Rector huius Ecclesiae ab eodem Episcopo [a]. Anno autem MCCLXXXVI. huius Ecclesiae Rector Presbyter alter *Cursus* nomine erat [b]. Antiquior autem *Guido* Presbyter, qui anno MCCX. hanc Ecclesiam rexisse videtur [c]. Medietas huius Ecclesiae donata fuit Episcopo Florentino sub *Ludovico Magno* Imperatore Francorum & Langobardorum [d]; qui forte alius non est, quam *Ludovicus II.* qui anno DCCCLXXIII. multa *Andreae* Episcopo largitus est [e]. Et quidem huius Centuriae mentio usque ab anno DCCXXIV. offenditur [f]. Centuriae autem nomen loco haesisse videtur, ex Scriptorum rei agrariae vocabulo. Nam apud hos Centuria in agris significat ducenta iugera, ut *Festus* ait. Co-

sum a Ioanne, qui vocatur Bellundo Iudex sacri Palatii &c. per hanc Cartulam vendimus, & tradimus vobis Rembaldus Presbyter, & Leo Germeni fil. b. m. Viventii, quatuor pesiae terrae positae in loco Cinturia, cui finis est terra de filiis Marsini Bianchi &c. pro valore Solid. 7. de Luca inter argentum, & aliis mobilias &c. Actum Florentiae. Signa manuum Gerardi filii Andreae de Ginolo, & Petro filio Ioanni Rugnosi, et Ragimai filio Gerardi &c. Rogat. Testes &c. Ego Teuzzo Not. Num. 267, iam Num. 96.

1097. 7. Idus Aprilis Indictione 13. Manifesti sumus nos Lupicinus fil. bonae mem. Corbaccionis, & Ermellina iugalis filia bonae mem. Donati, & Ildebrandinus fil. bonae mem. Henrichi. Placuit, atque convenit inter dominam Imillam Abbatissam de Monasterio sito Montegusano, nec non praefatum Lupicinum, & Hermellina coniux eius, & Ildebrandinus praedictus, ut inter se aliquantas terras, & res commutationem facere debent. Inter confines sont de filiis Vberti de Museiano; de terria Vghiccionis; de hominibus qui vocantur Cinturesi &c. aestimatores sunt Vbertus del Terreno filius Ruzzi, Viventius fil Martini Bianchi &c. Actum Florentiae. Ego Imilla Abbatissa a me facta. Ego Teuzzo Iud. Sacris Palatii. Ego Vgo Not. &c. Num. 446. iam num. 33.

Centuriae huius mentio iugerius in hoc opere passim occurrit, ut *pag.* 91. 93. 95. 97. 98. 108. 141. 532. 781. 940. 1072. 1135. Alia Centuria est in Dioecesi Faesulana, in qua Plebes Sancti *Petri* existit, ut videre est superius *pag.* 216. 217. 241. & haec Centuria memoratur in Instrumento anni MLXXII. quod edidi ad *Chronicon Imperatorum Leonis Vrbevetani* in *Deliciis Eruditorum pag.* 155. & in Bulla *Innocentii IV.* quam proculi ad *Chronicon Pontificum* eiusdem *Leonis* in iisdem *Deliciis pag.* 275. ubi F. Plebanus Plebis Centuriae nominatur, una cum Abbate Sepsimi, & Priore Sancti *Michaelis Bertelde*. Alia Centuria est in Agro Pisano, ut constat superius *pag.* 339. 352. 383. 446. 527. Alia Centuria est in Mucillo, Dioecesi tamen Florentina, in Plebatu Sancti *Gavini Adimari*, cum Ecclesia Sancti *Michaelis*, ut patet superius *pag.* 533.

a Supra *pag.* 245. 251. 256.

b Adi superius *pag.* 1135.

c Consule superius *pag.* 1070.

d Supra *pag.* 245.

e Supra *pag.* 353.

f Consule superius *pag.* 940.

Iote-

Columella autem *Lib. V. de Re Rust.* scribit : *Centuriam nunc dicimus* (*ut idem Varro ait*) *ducentorum iugerum modum*; *olim autem a centum iugeribus vocabatur Centuria*, *sed mox duplicata nomen retinuit* . Nam *Varro Lib. I.* de *Re Rust.* scripserat : *Quantum attinet ad antiquos nostros*, *ante bellum Punicum*, *pendebant bina iugera*, *quae a Romulo primum divisa dicebantur viritim*, *quae*, *quod heredem sequerentur*, *heredium adpellarunt*. *Haec postea a centum Centuria*, *quae duplicata est*, *quadrata in omnes quatuor partes*, *ut habeant latera longa II. CCCC. pedes* . *Hae porro quatuor Centuriae coniunctae*, *ut sint in utramque partem binae*, *adpellantur in agris divisis viritim publice Saltus* . Nec mirum, si in Tuscia generale nomen *Centuria* quorundam locorum speciale evasit, quum alia id genus nomina in Provincia Tusciae habeantur . De Centuriis autem Agri Florentini haec tradit *Frontinus*, ubi de Coloniis commentatur : *In Agro Florentino in Centurias singulas iugera CC.* Et ex intervallo : *Colonia Florentina deducta a III. Viris adsignata Lege Iulia Centuriae Caesarianae per iugera CC. per Cardines & Decumanos* . *Termini rotundi pedales*, *& distant a se P. II. CCCC.* [a] Ecclesia haec Centuriae ad Capitulum Florentinum modo spectat.

Ec-

[a] Integri *Frontini* loci de Coloniis scribentis sunt, qui sequuntur, *pag.* 92. & 117.

Provincia Tuscia

Lex agrorum ex Commentario Claudii Caesaris . Lex agris limitibus metiundis partis Tusciae prius, & Companiae, Apuliae, & Variae regionis vel acta territoria. Variae autem regiones non habent aequales centurias, vel mensuras . In agro Florentino in centurias singulas ingera CC. qui conduxerit Decimanum latum P. XL. Cardinem latum P. XX. Facito & certos limites subruncivos. latum G N. facito quos limites faciet in his limitibus recepisse. Terminos lapideos ponito ex saxo silice aut molari , aut deteriorem supra terram sexquipedem facito crassum pedem a Decimano, & Cardinem quintum quemque facito C P. XLI. ceteros limites subruncivos, Item politum rotundum facito) in terram dimittito ne minus P. III. Ceteros terminos, qui in opus erunt, robustos statuito super terram P. II. crassum pedem, si in terram dimittito, ne minus P. III. eosque circumcalcatos scriptos ita ut insistent quod subficivum minus iugera C. erit per centuriam procedit. Quod subficivum minus iugera L. id per dimidiam centuriam procedit , Hoc opus omne arbitratu Octavii Caesariis , Antonii , & Lepidi , III. Virum .

Colonia Florentina deducta a III. Viris assignata lege Iulia centuriae Ceasarianae in ingera CC. per Cardines & Decumanos . Termini rotundi pedales, & distant a se P. . IICCCC. Sunt et medii termini qui dicuntur epipedonici pedem longum crossum, & distant a se P. 8. CC. Ceteri proportionales sunt, qoi non ad rationem vel recturas limitum pertinent, sed ad modum ingerationis custodiendum ; & distant a se alius ab alio P. DC. Quorum limitum cursus nulla interiecta distantia in utroque laterum territorii concurrunt, ut infra mostravi, ... & intercisivos limites servant, quos veterani pro observotione partium statutos custodiunt .

Legem posuerunt mensores ogris limitandis metiendisve portis Tusciae prius , &

Cam-

Ecclesia S. *Laurentii* Pontis Grevis anno MCCCCL. quum vacaret, & defunctus esset ultimus Patronus, qui fuit *Christophorus* eius postremus Rector, ab Archiepiscopo Florentino collata fuit [a]. Deinde ius patronatus ad familiam *Detorum* transivit, vel potius in ea permansit [b]. Pons Grevis, quo de agimus, est in Via Pisana, distatque Florentia MM. P. Greve autem flumen in Arnum influit III M. circiter P. infra Florentiam longe ab hoc Ponte quasi M. P. Ecclesia nullum suae vetustatis vestigium praesefert, quum renovata sit, & fronte ad Septemtriones spectet. In Catalogo Ecclesiarum Dioecesis Florentinae scripto saeculo XIII. exeunte adpellatur *Ecclesia Sancti Laurentii de Pilis* [c], a pilis pontis ut videtur; nam bases & fulcra, quae pontes substinent, *Pilae* Latine dicebantur. Quare *Columella Lib. III. De Re Rust. Cap. II.* scribit: *Frondibus terra contegatur, in principio atque exitu fossae more ponticulorum binis saxis tantummodo pilarum vice constitutis &c.* Haec autem Ecclesia non confundenda est cum Ecclesia S. *Laurentii* de Pillio, in Plebatu S. *Ioannis* Bordiniani [d], vulgo *Al Peglio*. Ad Pontem hunc Grevis Vicus est in territorio Praetoris Casellinae situs. Casellina autem, ubi Praetorium & caupona, infra Pontem est, in ca-

Campaniae & Apuliae. Variae autem regiones non habent aequales centurias vel mensuras. In Cingulo Florentino, in centuriis singulis sunt pedes CC. Qui cum duxerint Decumanum latum pedes XL. Cardinem latum pedes XX. faciunt centurios limites a Decumano & Cardine, & quintum quemque faciunt in pedes XII. Ceteros vero limites facito in his limitibus reciprocis ex saxo silice aut molare, ut ne deteriorent supra terram. Sed pedem facito crassum, item politum, rotundum. Iteratim dimittito minus pedes duos ceteros terminos qui in opus eorum sunt, rubustos supra terram pedes duos crassos pedes I. in terram dimittito pedes III., eosque circum calcatos, & scriptos ita ut iussero. Quot subsicivis amplius iugera erunt, pro centuriis procedent quot subsicivis minus iugera L. id pro dimidia centuria procedet. Hoc opus omne, arbitratu Claudii Caesaris, & Marci Antonii, & Marci Lepidi, per tres Imperatores actum atque assignatum est.

Co-

Colonia Florentina deducta per Tres Viros, assignata lege Iulia centuriis Caesarianis est in iugera CC. per Cardines & Decumanos. Termini eius rotundi, pedales; & illi distant a se in pedes IICCCC. Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici pedem longi & crassi; distantque a se pedes CC. Ceteris proportiones suae sunt, & inter se suos limites servant: quos veterani pro observatione partium statuerunt custodiendos: qui non ad rationem vel recturam limitum pertinent, sed ad modum iugerationis custodiuntur, & distant alius alio pedes DC. Quorum limitum cursus nulla interiecta distantia in utrasque laterum partes ac territoria current, ut infra monstravi.

[a] Ex *Protocollo* 9. Ser *Philippi Mazzei* de Castro Franco Inferiori *pag.* 41.

[b] Nam constat eius patronos fuisse iam circa annum MCCCCL. una cum aliis; & tandem saeculo XVII. in solis *Detis* hoc ius perdurabat.

[c] Consule superius *pag.* 532.

[d] Consule superius *pag.* 534.

[e] De

eadem Via Pisana, DCCC. circiter P. Casellinae autem nomen corruptum puto : nam, apud *Livium*, *Casilinum* occurrit ; *Casinum* insuper . *Casulae* etiam apud Scriptores Latinos offenduntur passim; nec Mons Casuli [a] longe a Casellina distat, quem tamen a domino *Casulo* acccepisse nomen opinor . Puto itaque a *Casa* factum *Casula* ὑποκοριστικῶς: a *Casula* autem ὑποκοριστικωτέρως *Casulina* , corrupte autem *Casllina* ; nisi mavelis, a *Casa* factum *Casella*, & inde *Casellina* derivatum ; quorum nominum exempla innumera habemus . Et heic notandum est , locum fuisse Florentiae trans Arnum, qui *Casellinum* dicebatur, ubi nunc Ecclesia & Coenobium Spiritus Sancti est , in quo Eremitae Augustiniani morantur [b] . Sunt autem, qui non *Casellinam* , sed *Castellinam* adpellent; &, ut puto, melius . Nam Castellina est etiam in Valle Arni Superiore, & in Clanto, & ad Sextum [c] ; & in agro Pistoriensi [d] : sed quod controversiam decidere videtur est , quod in Plebatu S. *Iuliani* Septimi , & in Paroecia Sancti *Hilarii*, locus est, qui dicitur *Castllina*, qui alius ab eo , qui vulgo *Casellina* adpellatur , esse non videatur [e] . Item Monasterium Sancti *Paulli* anno MCCCXIV. conditum, & a Sanctimonialibus Augustinianis habitum, erat in loco, qui dicitur *Castellina*, in Paroecia Plebis Septimi [f] . Sed ut ad Pontem Grevis revertamur , erat olim ibi Xenodochium satis dives [g] ; quamquam Xenodochium hoc non aliqua Paroecia Suburbana continebatur, sed in Plebatu Septimi iam anno MCCIC. erat.

Ecclesia, seu Oratorium, S. *Antonii* in Monte Vgonis , quod DCC. circiter P. ab Vrbe distabat, quare *Sanctus Antonius extra Muros Florentiae* , & *extra Portam Faventiae* , adpellabatur [h] . Et quidem ad Montis Vgonis radices in planitie, Hospitio Humiliatorum, nunc Capucinorum Coenobio, proximum erat . In Monte Vgonis enim quosdam fundos Episcopus possidebat [i] , quos *Franciscus* Episcopus an-

a De Monte Casuli non procul a Florentia consule meum *Hodoeporicon pag.* 3. 96. 1021. 1077. 1128. 1131. 1170. & superius *pag.* 717.

b Consule *Dom. Mar. Mannium Tom.* XVII. *Sigill. pag.* 87. *& seqq.*

c Consule superius *pag.* 141. 667. 1025.

d Adi superius *pag.* 563.

e Consule superius *pag.* 1080.

f Constat ex Instrumento illius anni apud *Ios. Richam Tom. V. Eccles. Florent. pag.* 268. 279.

g Patet ex iis, quae habentur superius *pag.* 535.

h Consule superius *pag.* 141. *Meliorium pag.* 340. 570. *Lamium Tom. IV. pag.* 7. *Tom. V. pag.* 242. *Benedict. Varchium Lib. VII. Histor. pag.* 183.

i Adi superius *pag.* 715. 717. 718. Consule *Borghinium Tom. II. pag.* 573.

Rrrrrrrrrrrr *a Lib.*

anno MCCIC. a *Gratiano Salomonis F.* ex Paroecia S. *Felicis* in Platea, pretio librarum MMMCCLXIII. & solidorum V. florenorum parvorum emit; quamquam Episcoparus Florentinus saeculo etiam XI. bona in Monte Vgonis possidebat [a]. Ioannes XXIII. Pont. Max. quum Florentiam confugisset, a Florentinis ingredi Vrbem prohibitus, in hoc loco substitit, ut eius Bullae ostendunt [b], & scribit *Scipio Ammiratus* [c]; ibi enim Palatium amplum, & magnificum Archiepiscopus habebat, & *Sanctus Antonius Episcopi* [d] vocabatur. Haec autem Ecclesia cum Palatio illo aedificata fuit ab *Antonio Vrsio* Episcopo anno MCCCXII. ut ex indubitatis documentis constat [e]. Nam & ipse *Antonius* Episcopus fundos quosdam in Monte Vgonis, seu emendo, seu permutando, comparavit [f]. Sed dignum est, quod hic referatur, quod B. *Antoninus* Archiepiscopus scriptum reliquit [g]. Est autem quod sequitur: *Cum Florentiae Eugenius cum sua curia resideret, & tractaretur ut pro aliquo tempore causa recreationis in curia Episcopi Sancti Antonii extra & prope muros Florentiae permaneret, quidam Longobardus Episcopus tantae audaciae & temeritatis sacrilegae exstitit, ut cum Nicolao Piccinino, qui tunc in Etruria cum copiis erat, tractaret, ut illuc si accedere & manere Pontificem contingeret, noctu veniens cum societate ad id opportuna Eugenium caperet, & captivatum secum duceret. Sed detecta proditione, Episcopus ille ad domum cuiusdam ex Cardinalibus se contutavit: cum immunitas in domibus eorum non valeat violari. Et quia murmur multum erat in populo, hoc processisse a Philippo Mediolanensi; ille habita securitate vitae (quam ex tanto flagitio merebatur degradatus amittere) in publico concistorio scelus confessus declaravit, Mediolanensem eius proditionis minime conscium, vel participem: sed propria suae ne-*

[a] Consule superius *pag.* 783.

[b] Consule superius *pag.* 142. & *Richam Tom. V. pag.* 242.

[c] *Lib. XVIII. Histor. Florent.*

[d] *Bened. Varchius Lib. IX. Histor. Flor. pag.* 252. 253. Superius *pag.* 1131.

[e] Id patet ex Laudo, quod ipse *Antonius* Episcopus pronuncievit eo anno ut Iudex Compromissarius in lite, quae vertebat inter Sanctimoniales Sancti *Matthaei* in Arcevetri, & Venetum quemdam, de aliquibus bonis & fundis, quos Episcopus homini Veneto adiudicavit; & quia Sanctimoniales eo tempore, quo bona illa detinuerant, quibusdam Legatis piis de fructibus non satisfecerant, condemnavit eas in florenos aureos centum, ipsi Episcopo tribuendos, ut inceptam Ecclesiam Sancti *Antonii* & Domum perficere, exornare, & instruere, posset. Charta est in Archivo Sanctimonialium illarum, cuius excerptum mihi dedit *Io. Baldovinettus*, Patricius Florentinus pereruditus.

[f] Consule superius *pag.* 718.

[g] S. *Antoninus* in *Summa Histor. Tit. XXII. Cap. X. §. V.*

a Hu-

nequitiae intentione id egisse; *veniamque postulans a clementissimo Principe impetravit a curia dimissus* [a]. In Praetorium hoc B. *Antonius* seu *Antoninus* ipse Archiepiscopus secedere solitus erat, ut per aliquot dies rusticaretur; & in eo supremum diem obiit [b]. *Domin. Maria Mannius* [c] prodidit veterem Tabulam topographicam, in qua extra Portam Faventiae Parthenon Sancti *Ioannis Evangelistae* primum occurrit, ultra vero sesquialtero tractu *Sanctus Antonius Episcopi* cum Palatio cernitur. Ecclesia & Palatium seu Praetorium S. *Antonii* funditus eversa fuere, cum obsidio a copiis Caesarianis Vrbi Florentiae immineret; qua occasione tot ac tantae Ecclesiae, Monasteria, aedificia alia, suburbana solo aequata sunt, ut passim in huius operis decursu & singillatim indicatum fuit. Ecclesiae vestigia nulla supersunt, & memoria eius servatur tantum B. *Antonii* imagine anaglypto opere in lapide laborata, adfixa muro, quo fundus Episcopalis iuxta viam publicam munitur. Palatii vero fundamenta adhuc visuntur; & non procul vivarium exstat in usum, ut videtur, ipsius Palatii fabricatum.

Ecclesia Sancti *Ioannis Baptistae* prope Ecclesiam & Monasterium Sancti *Mineatis* in Monte, quam memorat & confirmat Monasterio *Ildebrandus* Episcopus [d]. Sed puto in instrumento ab *Vghellio* producto non unum erratum latere: si minus verba *Ildebrandi* disertissima sunt: *una cum Ecclesia & Plebe, quae est in honorem Sancti Iohannis Baptistae, quae est posita ibi prope ipsam Ecclesiam & Monasterium*. Sed

a Huius Palatii Episcopi mentio fit etiam in Chartis Archivi Capitoli Florentini, anni MCCCXVII. & MCCCXX. quae ita habent.

D. Antonius Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Florentinus concedit licentiam Praeposito & Capitulo Maioris Ecclesiae permutandi quaedam bona d. Canonicae posita in populo S. Mariae de Quinto l. d. a Slvignano & Barberino, cum bonis D. Rayneri olim D. Robei delle Tosa, positis in populo S. Martini de Sexto l. d. Limiti. Anno Incarnationis 1317. Indictione prima, die ultimo Novembris. Actum in Palatio Episcopatus Florentini de Montughi, testibus D. Parisio Plebano Plebis de Vallis Flor. dioec. Spine de Spinis de Flor. & Ser Giove Vberti Notario &c.

Ser. Bartolomaeus olim Ristori Feci de Florentia Not. ex Imbreviaturis Ser. Benedicti Magistri Martini Notarii.

D. Antonius Episcopus Florentinus concedit licentiam Priori & Canonicis S. Mariae Maioris accipiendi mutuo pro extinctione aliquorum debitorum &c. Actum in Palatio Episcopatus Florentini de S. Antonio de Montughi, testibus Domino Antonio Priore Ecclesiae S. Martini de Verspignano, & D. Bartole de Fulgineo Cappellano d. Domini Episcopi. Anno Incarnationis Dominicae 1320. Indictione 3. die 28. Maii. &c. Ser Benedictus Magistri Martini Notarius &c.

Hoc Palatium amplum & sumtuosum aedificium vocat *Benedictus Varchius Lib. IX. Histor. Florent. pag.* 252. 253.

b *Seraphin. Razzius Tom. I. Vitar. Sanct. & Beat. Tusciae pag.* 770. *Dominicus Maccaranius Vit. S. Antonini pag.* 280. *Bracchius.*

c *Lib. de Thermis pag.* 27.

d Consule superius *pag.* 43.

a Su-

Sed quum nulla alia mentio huius Ecclesiae alicubi occurrat, annon legendum fortassis : *una cum Curte Ecclesiae & Plebis, quae est in honorem S. Ioannis Baptistae, quae est posita ibi prope ipsam Ecclesiam & Monasterium?* aut aliquid simile ? Profecto *Lambertus* & *Attho* Episcopi in suis chartis huius Ecclesiae non meminerunt; nec eam legisse videtur *Car. Strozius* ex compendio huius instrumenti, quod fecit [a]. Quid autem sibi vult illa Plebes?

Ecclesia, seu Oratorium, Sanctae *Luciae* de Eremitucio, vulgo *Romituzzo*, distat Florentia DC. circiter Passus, ultra Munionem, qua itur ad Pontem Rifredi . Structura saeculi XIII. esse videtur, sed vereor, ne vetustior Ecclesia partim diruta fuerit; &, quae nunc porta unica patet, lateralis esset; cuius rei argumentum praebet tecti culmen, quod a Meridie ad Septemptriones rendit; quum stillicidia ad Orientem, & Occasum, spectenr: & ad Orientem porta conversa est . De hoc agetur etiam inferius, ubi de Xenodochiis Suburbanis differendum erit . Nam ibi Xenodochium fuisse, *Ferd. Leopoldus Meliorius* [b] adfirmat. Hunc locum Eremitucium adpellatum fuisse, opinor, quod Eremimita aliquis apud hanc Ecclesiam degeret, vel Xenodochium custodiret . Ceterum Ecclesia haec tenui sacerdotio dotata est; & esse libera dicitur [c] . Vnicum Altare habet cum tabula egregie picta, quae protomen S. *Luciae* Virginis & Martyris, ab infante *Iesu* serto e floribus texto redimitae , exhibet : opere artificis praecellentis *Iacobi a Ponte Ormae* [d]. Inter hunc locum & Munionem , e regione Arcis Sancti *Ioannis Baptistae*, sive Portae Faventiae, quae ibi olim erat, subsistunt adhuc duo arcus vetusti Aquaeductus, quos nonnemo ad Romana tempora refert [e] . *Vinc. Borghinii* aetate decem aut duodecim arcus adhuc permanebant; & ante eius tempora multo plures fuisse oportet, quandoquidem Pagus ille *Inter Arcus*, vulgo *Trall'Arcora* , nuncupabatur [f]; & *ad Arcum*, & *Arcoata*, etiam. Et profecto Aquaeductus ille arcubus & columnis substi-

a Superius *pag.* 28.

b Consulendi *Ant. Franc. Gorius Tom. III. Inscript. Antiq. Tuscicae , in Observat. in antiqua Monumenta ad Tabul. XLVII. pag. CXLVII.* & *Dom. Maria Mannius de Thermis Florentinis Cap. V. pag.* 27.

c In Adversariis MSS. signatis R. 3. 60. P. 8.

d Descriptio *Ecclesiarum Dioces. Florent.* MS.

e Pictoris huius opus esse censui : sed aliis aliter censendi ius esto.

f Consule superius *pag.* 711. 712. 963. 965. 966. 976. 1017. *Mannium De Thermis Cap. III.*

e De- Con-

ſtinebatur, poſtquam a radicibus Montis Maurilli, & aliorum collium deflexus per campi aequora ad moenia Vrbis protendebatur [a]. Inter arcus erat Xenodochium cum Eccleſia D. *Ioanni Baptiſtae* ſacra, & Equitibus Sancti *Ioannis* Ieroſolymitani conceſſa, quae *Sanctus Ioannes Inter Arcus* adpellabatur: nam Eccleſiae iiſdem Equitibus commendatae Sancti *Iacobi* in Campo Corbulini poſtremum coniuncta fuit; & bona quaedam *Inter arcus* ad hanc Eccleſiam adhuc pertinent [b]. Eccleſia enim haec Sancti *Ioannis* Xenodochium erat, quod, extra Vrbem Florentiam, quidam F. *Iacobus Bartolini* F. aedificandum curaverat. Xenodochium autem hoc, poſt varios caſus, Ordini Equeſtri Sancti *Ioannis* Ieroſolymitani anno MCCCXCVI. conceſſum fuit, quum Eccleſiae Sancti *Iacobi* in Campo Corbulini F. *Ioannes Cecchius de Rubeis* a Pogna praeeſſet. F. *Gregorius* autem Xenodochus, iuxta Xenodochium, Sacellum cuiuſdam Societatis, anno MCCCCXXIX. conſtruxit. Vtrumque vero obſidionis Florentiae tempore everſum fuit, ut eruditus *Dom. Maria Manniu*s memoriae prodidit. Xenodochium igitur erat prope illos duos arcus, quos memoravi, diſtabatque a Porta Faventiae CCC. circiter P. Nam turris Portae Faventiae erat, ubi nunc turris Arcis Inferioris adſurgit [c]; & ad Portam illam ducebat Via, quae *Faventiae* nuncupabatur, nunc autem *Fulignum* dicitur, a Parthenone Sancti *Onuphrii* a Fulginatibus Sanctimonialibus inſtituto [d]. Ducebat etiam Via, quae *Guelfa* [e] adpellabatur, & nunc *Palaſietti*, & *Evangeliſtae*, vocatur. Ducebat quoque Via Vallis Profundae, vulgo, *Gualfonda*; nam tres Viae ad eamdem prope metam tendebant [f]. Porta autem Faventiae dicebatur, quod B. *Humilitas* Faventina, Antiſtita Monaſterii Sanctae *Mariae Novellae* Faventiae, Ordinis Vallis Vmbroſae, invitata a Praepoſito & Canonicis Florentinis, quum Cathedra Epiſcopalis vacaret, an-

a Conſule *Mannium De Thermis Florent. Cap. V.*

b Conſule *Mannium De Thermis Cap. IV. pag.* 25. 26. 27. & In *Tabula Topographica*.

c *Mannius De Thermis Cap. VII.*

d Vide *Richam Tom. IV. pag.* 168.

e Conſule ſuperius *pag.* 303.

f De hiſce omnibus conſulantur *Benedict. Varchius Hiſtor. Florent. Lib. IX. pag.* 253. *Mich. Poccianti*us *De Eccles. Florent. pag.* 186. *Silvan. Razzius Part. II. Vitar. Sanct. Tuſciae in Vita B. Margaritae Faventinae pag.* 69. *Ferd. Vghellius in Episcop. Florentin. pag.* 174. *Meliorius pag.* 145. 479. *Eliotus Hiſtor. Religios. Ordinum Tom. V. pag.* 326. 328. *Domin. Mar. Mannius Tom. I. Sigillorum pag.* 24. 31. *Illuſtrat. Decameronis pag.* 496. *Brocchius Part. I. Vitar. Sanctorum. Florent. pag.* 293. 301. *Ioſeph. Richa Tom. I. Eccles. Florentinorum Tom. I. pag.* 357. *Tom. IV. pag.* 11.

anno MCCLXXXI. ad Vrbem nostram cum tribus comitibus Sanctimonialibus venerit, & in domo quadam, ad plateam Ecclesiae Sancti *Ambrosii*, substiterit; donec mense Octobri, a Fratribus Poenitentiae, qui subsidia pauperum in Vrbe procurabant, domo cum vinea & agris, prope Pontem Munionis, in Via, quae ad Plebem Sancti *Stephani* Vno Pane ducebat, positis, pretio CCCLXXX. librarum, & solidorum X. emta, Monasterium ibi aedificavit; in quod quadriennio post una cum sociis suis se contulit. Quum autem Monasterium prope Portam Vrbis, quae Viam Campi Corbulini terminabat, exsisteret; & Sanctimoniales illae *Dominae a Faventia* dicerentur, quod Faventia venissent; & ipsum Asceterium *Monasterium Faventiae* vocaretur; proxima quoque Porta, Faventiae nuncupata est. Parthenon hic Sancto *Ioanni* Evangelistae sacer erat; & vix centum passus a Porta distabat; sed imminente praedicta Florentiae obsidione, anno MDXXIX. eversum fuit, Sanctimonialibus ad suburbanum Sancti *Salvii* Coenobium tandem translatis. Immo adeo proximus Vrbi erat, ut a novissimo moeniorum ambitu damna quaedam perpessus sit. Huius vestigium nullum superest, quum Sancti *Ioannis* Baptistae Arx tractum illum terrae occupaverit, nisi puteus, e quo aestate media glaciei frustum extractum mirabiliter fuit, quum B. *Humilitas* aegrotans illud habere concupivisset, & ad hauriendum e puteo Monacham sociam amandasset. Cuius prodigii memoria in pictura aediculae, qua puteus ille nunc tegitur, adhuc prostat.

Monasteria Suburbana.

Monasterium Sancti *Mineatis* in Monte Regis, seu Florentino [a], seu Sancti Mineatis [b], cum Ecclesia, quae Basilica a *Carolo Magno* vocata fuit [c]. Mons Regis dictus est, ut videtur, quod ad Regem nostrum Langobardum, tamquam sui privati patrimonii, pertineret [d]. Sic Florentiae, seu ad Florentiam, Forum Regis [e], Pratum Regis, Terra Regis [f], Cam-

a Consule superius *pag.* 27. 28. 29. 30.
b Consule supra *pag.* 44.
c Apud *Borghinium Tom. II. pag.* 405. 422.
d Mons Regis est etiam in agro Fesulano. Vide *Vghellium pag.* 274.
e Supra *pag.* 44.
f Adi superius *pag.* 1084.

d Mons   e De

Campus Regis [a], eadem de caussa [b]. Pari ratione Porta Reginae [c] erat, illa scilicet, qua ad Pontem Veterem ibatur. Hinc subspicari est, Monasterium quoque Sancti *Mineatis* ad Regem nostrum primum pertinuisse, quod in eius so-

[a] De Campo Regis supra *pag.* 49. 95. 97. 98. 108. 564. 593. Charta Archivi S. *Felicitatis* superius *pag.* 1065. *Dom. Maria Manuius Tom. V. Sigil. pag.* 10. 11. De Prato Regis superius *pag.* 95. 97. 98. 108.

[b] Quod haec *Regis* dicerentur, quia ad Regem Langobardorum pertinerent; & quod Reges Langobardi plures possessiones huiusmodi proprias haberant, manifeste probat Instromentum, quod *Io. Baptista Blancelinius Tom. I. Eccles. Veronens. pag.* 42. profert, & est quod sequitur.

In nomine Domini. Dum altercationem inter se habuissent Gaufredus Gastaldio, qui causam Regis peragebat per iussionem Ademari Comitis, & ex alia parte Paulus Vicedominus, qui causam S. Zenonis peragebat per iussionem Rataldi Episcopi, de terris, seu silvis, quae sunt positae in caput de Colomnellis, locus ubi dicitur Rupta Adelmi, finibus Veronensis. Sic se coniungentes ambae partes Ademar Comes, & Rataldus Episcopus, posuerunt constitutum inter se, ut ambularent super ipsam intentionem. Ita & peractum est, & ibidem coniungentes se insimul Ademari Comes, & Rataldus Episcopus una cum Vualcaro, Fraulmo, Arialdo Scabinis, Paulo Vicedomio & Gaofre Gastaldio; qui, ipsam causam peragebat. Dicebat Paulus Vicedominus adversus Gaofre Gastaldium; quod istae res quas detinet, terras vel silvas ad partem S. Zenonis possessae sunt per praeceptum Desiderii Regis usque in illam diem, quem Volvelmus Comes nos de ipsis rebus per fortiam expolit: & quando ipsa domus Sancti Zenonis arsa est, ipsum praeceptum combustum est. Ad haec respondebat Gaufredus Gastaldio, non est veritas quod dicis: nisi istae terrae, vel silvae ad partem Regis semper fuerunt possessae; sicque pars Sancti Zenonis non habebat. Sic nos supradicti auditores, dum talem inter eos audissemus altercationem, ita iudicavimus, ut consignaret Gaofre Gastaldio, quod pars Regis ipsas res sic possedisset amplius XXX. annis, quam pars Sancti Zenonis non abuisset: quod ita est, quod ipsam consignationem facere minime potuerit. Post istam refutationem peractam sic iudicavimus nos Vualcari, Fraulme, Ariald. Scabini, ut designaret pars S. Zenonis, qua fine possessum fuit ad partem S. Zenonis per praeceptum Desiderii Regis, quod arsum est in ipsa domo. Quod ita & embulaverunt Tiso Archidiaconus, Ilbingi Diaconus, Donatus presbyter Deus dedit Presbyter, seu Paulus Vicedominus, & designaverunt ipsam finem de fine fluvio Adise, ubi Rupta Adelmi caput ponit; seu per lectum de ipsa Rupta usque in mediam, & exinde inter casam Sancti Benedicti de Leonis, & S. Zenonis; & qualiter designaverunt ad Dei Evangelia firmaverunt super ipsam finem; & sic iuraverunt quod ipsum praeceptum . . . . . ., & per ipsum possessum est ad partem S. Zenonis sine nulla datione. & legibus ad partem S. Zenonis debet permanere. Vode nobis supradictis auditoribus recte paruit esse, ut ipsam silvam, vel terram abe-rent ad partem S. Zenonis, qualiter insignaverunt, & ad Dei iuditia firmaverunt. Et finita est inter eos ipsa intentio, & hanc notitiam iudicati fieri iussimus; & Garitaldo Notario scribere admonuimus, & dictavimus, ut admodum in posterum nulla oriatur intentio. Perfecta notitia iudicati enno Dominorum nostrorum Charoli, & Pipini Regis, anno regni eorum trigesimo tertio, & vigesimo quinto, Ind. XIIII. mense Aprile.

Ego Vualeari in his actis interfui..
Ego Fraulmo in his actis interfui.

Nec novum est, huiusmodi possessiones Regis vocari, quod ad Regem pertinuerint; nam scribit *Hygenes*: *Neque hoc praetermittam, quod in provincia Cyreneae comperi, in qua Agri sunt Regii, idest illi, quos Ptolemaeus Rex Populo Romano reliquit*. Campum autem Regis Florentinum ita dictum fuisse, quod ad Curtem Regis pertineret, adfirmat ipse *Berengarius* Rex in Diplomate supra *pag.* 564. producto, ubi & terminos Campi Regis adsignat; & ante eum idem fecerat *Lambertus* Imperator in simili Diplomate prolato superius *pag.* 593.

[c] Superius *pag.* . . . . .

a Re-

solo exstructum esset [a]. Immo a vero non abludit ab aliquo nostrorum Regum conditum, seu instauratum & ampliatum fuisse, & forte a *Desiderio*, cuius erga Sanctum Martyrem venerationem ex eo etiam, quod Opidum Sancti Mineatis in Valle Arni inferiore aut aedificavit, aut ampliavit [b], arguere est [c]. Sed et illud, Regum nostrorum fuisse hoc Monasterium, persuadeat, quod *Carolus Magnus*, quum *Desiderium* illum vicisset, & regno Langobardorum potitus esset, Monasterium Sancti *Mineatis* Monasterio Sanctorum Apostolorum & Sancti *Salvatoris* Nonantulae, in finibus Mutinensium & Bononensium siro [d], una cum multis aliis Ecclesiis, Castellis, & fundis, in Tuscia exsistentibus, donaverit [e]. Quomodo enim Rex ille vere magnus, sed pius & iustus, il-

a Reges in suo solo Ecclesias aedificare interdum consuevisse, evincat, quod *Berengarius* Rex Italiae Ecclesiam Sancti Salvatoris in Curte Regia sua Veronae condiderit; cuius rei Diploma exhibet laudatus *Blancolinius Tom. II.* citati operis *pag.* 702. quod tale est.

In nomine Sanctae, & Individuae Trinitatis, Berengarius Divina favente clementia Rex. Quia quicquid pro amore Dei agitur, hoc procul dubio resurrecturis animabus profuturum non dubitamus, idcirco noverit omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae nostrisque presentibus, & futuris, nos in Curte nostra in Vrbe Veronensi iuxta flumen Athesim Ecclesiam construxisse, quam in honorem Domini Salvatoris, eiusque Genitricis, dedicare cupientes res quasdam Regni nostri pertinentes de Comitatu Veronense massaritiam unam in fundo Fondens. Vico scilicet Variano, quae regitur per Dagonem liberum hominem, & terram cum vineis in loco ubi dicitur Aqua traversa; & massaritiam unam in Vico Porciles; insuper & terram, quae pertinet de Comitatu Vicentino in eodem loco Porciles, & regitur per Stabilem liberum hominem eidem, & devenire pro dotes scilicet secundum Canonicam institutionem conferentes statuimus, & firmiter habendum eamdem censemus Ecclesiam, ut nullo unquam in tempore, aut Regalis potestas easdem res a praedicta valeat subtrahere Ecclesia, sed in perpetuum stabilitate eas possideat, & vindicet. Eo videlicet ordine, ut Presbiter, qui pro tempore in eadem Ecclesia fuerit ordinatus, ac ad militandum constitutus, ipsas res usufructuario nomine ad victitandum habeat, & teneat coad vixerit, & in Nativitate Domini Nostri Iesu Christi in Ecclesiam eiusdem Genitricis Beatae semper Virginis Mariae in Episcopio duos Cereos pro censu Presbiter annualiter offerat. Si quis igitur, quod non credimus, contra hoc nostrae institutionis, seu concessionis praeceptum contraire temptaverit auri obrizi libras centum solvere cogatur, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praelibatae Ecclesiae, ibique Deo militantibus. Quod ut verius ab omnibus credatur manu propria subter roborantes de anulo nostro insigniri iussimus.

Signum Domini Berengarii Serenissimi Regis.

Ioannes Cancellarius ad Vicem Ardinci Episcopi, & Archicancellarii recognovi, & subscripsi.

Dat. pridie Kalendas Aprilis, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXV. Regni vero Domini Berengarii Serenissimi Regis XXVIII. Indictione III. Actum Veronae in Dei nomine feliciter. Amen.

b Consulendum eius Decretum adeo controversum apud *Borghinium Tom. II. pag.* 297. *Carolum Sigonium De Regno Italiae Lib. III. Felicianum Bussium Histor. Viterb. Lib. I. Part. I. pag.* 21.

c Addidi instauratum seu ampliatum fuisse hoc Monasterium; nam saeculo VI. saltem Ecclesia S. *Mineati* sacra, iam exstitisse videatur, ut observabam superius *pag.* 586. 587. Potuit tamen a Rege Langobardo condi & coniungi Monasterium Ecclesiae, quae iam exsisteret, ut fama etiam fert, fuisse primum ibi Oratorium & deinde Monasterium.

d *Lud. Ant. Murator. Tom. V. Antiquit. Italic. pag.* 647. 650.

e Consule superius *pag.* 542. 543.

e Con-

illa omnia largitus esset, nisi in iura etiam privata Regum Langobardorum successisset: quae enim aliorum sunt, licet subditorum, a Regibus, & Principibus, usurpari non solent, & proprio patrimonio vindicari, aut arbitratu suo temere alienari. Primi domini igitur, & patroni, huius Monasterii Reges fuere, deinde Monachi Coenobii Nonantulani, qui usque fere ad medium saeculum XI. eius dominium retinuisse deprehenduntur [a]. Tandem dominium huius Monasterii Sancti *Mineatis* ad Episcopos Florentinos pervenit, sub saeculi IX. exitum, ex *Berengarii* Imperatoris donatione [b], licet Nonantulanos eo dein caruisse, non existimaverim. Nam plures domini in eodem iure concurrere possunt. Acquisierint etiam dominium illius Episcopi, quod *Ildebrandus* Episcopus, vetustate pene conlapsum & quasi destructum, una cum Ecclesia refecerit, instauraverit, exornaverit, Imperatore *Henrico I.* favente, & Canonicis suae Ecclesiae, Civibusque Florentinis, probantibus [c]. Nec id ei fuit satis: Ecclesias illi adnexuit; Castra donavit; fundos plures largitus est [d]: quae autem prius possidebat, confirmavit; et Monachos iterum constituit. Ecclesiae sunt, quae sequuntur: Ecclesia Sancti *Ioannis Baptistae*, quae prope ipsam Ecclesiam & Monasterium sita erat [e]; si unquam exstitit. Coenobium Sancti *Andreae* Civitatis Florentiae prope Forum Regis, & prope Arcum [f]. Ecclesia Sanctae *Felicitatis* prope Caput Pontis cum Coemeterio, & fundis [g]. Ecclesia Sancti *Barptolemaei* & Sancti *Mineatis* Montis Alti. Cappella Sancti *Mineatis*, & quarta pars Cappellae Sancti Salvatoris, Lonnani in Casentinate agro; & in Plebatu Sanctae *Mariae* Stiae, & Sancti *Martini* de Terdinula. Cappella Sancti *Mineatis* prope Caprariam. Ecclesia Sancti *Petri* Cavaldini. Pars Ecclesiae S. *Mariae* de Palude. Ecclesia Sanctae *Mariae* Licii prope Petriolum, seu Praetoriolum, in Plebatu Sancti *Stephani* Vno Pane. Cappella Sancti *Maioli* Confessoris Curtis Fridae, in Plebatu Sancti *Petri* in Pyxide. Castella sunt, Mons Altus; Castellum Duciae; medietas Castelli Montis Acuti [h], in Plebatu

a Consule superius *pag.* 543.
b Consule superius *pag.* 564.
c Consule supra *pag.* 27.42.45.47.154.
d Consule supra *pag.* 43. 44.
e De hac Ecclesia vide quae superius *pag.* 1175. observabamus.

f Consule etiam de dominio huius Ecclesiae superius *pag.* 573. & *pag.* 968. de hac vero donatione *pag.* 28. 30. 44.
g De hac Ecclesia pluribus disseruimus superius *pag.* 1054. & *seqq.* 1058.
h Nescio an hic Mons Acutus idem

Tttttttttttt

fit-

batu Sancti *Martini* Viminicii, seu Scopeti. Fundi autem, & curtes, & casae, & silvae, quamplurimae sunt, omnes ab *Ildebrando* concessae, qui iure optimo sibi & suis successoribus ius eligendi huius Monasterii Abbatem reservavit. *Lambertus* Episcopus eius successor omnia confirmavit, & addidit Castrum Collis Ramuli, in Plebatu Sancti *Alexandri* Iuguli; Ecclesiam Sancti *Petri* Apostoli sitam in Burgo Senensi, quod dicitur Camollia, cum fundis & possessionibus aliis [a]. Eadem pariter confirmavit *Attho* Episcopus [b]: ast, hac confirmatione non contentus, alia de suo addidit, hoc est, Plebem Sancti *Andreae* Duciae, medietatem Plebis S *Ioannis* Remuli, domum Florentiae iuxta Portam S. *Mariae* prope Forum, & agrum quemdam [c]. Sed & *Gerardus* Episcopus bona huic Monasterio aut confirmavit, aut addidit. Halce omnes possessiones & bona *Paschalis II.* Papa confirmavit, Monasterium in suam protectionem suscipiens [d], sicuti antea fecerat *A-le-*

sit ac Mons Acutus ad Quercetum, nam circa annum MCCXCV. *Orlandus* Abbas Monasterii S. *Miniatis* ad Montem nomine dicti Monasterii eligit Rectorem Commonis & Castri Montis Acuti ad Quercetum eum salario consueto. *Protocol. X. Aldobrandini d' Accatta a. 51.*

a Superius *pag.* 45. 46.

b Superius *pag.* 47. 48.

c Charta *Atthonis* apud *Ughellium pag.* 75. eamque sinceriorem edidi superius *pag.* 47.

d Consule superius *pag.* 29. Bullam hic edo.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Benedicto Abbati Monasterii Sancti Miniatis, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulantis vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apostolice portum confugiens ei tuitionem devotione debita requisivit; Nos supplicationi tue clementer annuimus, & beati Miniatis Martiris Monasterium, cui, Deo auctore, presides Apostolice Sedis auctoritate munimus. In quo nimirum Monasterio ipsius Sancti Martiris Miniatis & aliorum multorum Martirum corpora requiescunt. Confirmamus itaque vobis & eidem monasterio Montem Regis, in quo predicti Martiris Ecclesia posita est, cum omni pertinentia eiuidem curtis; & Campum Martii; & Bisaroum a flumine Arno usque ad viam publicam; Ecclesiam Sancte Marie Albuini sitam in Alberita cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam Sancti Petri sitam in Camullia cum Hospitale & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam quoque Sancti Petri iuxta flavium Imam positam cum omnibus pertinentiis suis. Et curtem de Sicignano, quam dedit eidem Monasterio Ugo filius Gerardi & uxor eius Mandolla, & quod ei donatum fuit a Gerardo filio Aldeprandi. Ceteras quoque Ecclesias, Castra, Villas, & alias possessiones, quas Ildebrandus, Lambertus, Attho, & Gerardus Episcupi Florentiae, Imperatores, Reges, Principesque Catholici vel alii fideles de suo iure ipsi Monasterio contulerunt vel in futurum Domino cooperante contulerint. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnino integra conserventur eorum, pro quorum sobstentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva Flurentini Episcupi canonica reverentia. Si qua ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpo-

lexander II. a Sed & illud accedit, quod *Benedictus IX.* Pont. Max. illa omnia ante memoratos Pontifices eidem Monaſte-

pore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine divine ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Scriptum per manum Raineriì Scriniarii & Notarii Sacri Palatii.

Ego Paſchelis Catbolice Eccleſie Epiſcopus.

Datum Laterani per manum Iohannis Sancte Romane Eccleſie Diac. Cardinalis ac Bibliothecarii V. Idos Ianuarii Indict. III. Incarnationis Dominice an. MCX. Pontificatus autem Domini Paſchalis Secundi Pape XI.

Ego Gherardus filius Goslberti vocati Tiott de Sencto Caſcieno Imperiali auctoritate Iudex ordinarios, publicuſqoe Notarius Florentinus, autenticum, & exemplar ſupreſcriptorum litterarum Domini Pape ſigillatum Sigillo plumbeo pendenti ad cordulam ſerici, in qoo quidem Sigillo ex uno latere erant ſcolpti vultus beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, in medioque dictorum uultuum crox quaedam, & deſoper ipſam crocem & vultus erant littere ſic ſculpte: Paſchalis Pape II. vidi, & legi; & ut in eo reperi, ita hic rite & fideliter exemplando tranſcripſi nil eddens, vel minuens, quod ſenſum, vel intellectum vitiet. Sub anno ſalutiſere Incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo trecenteſimo Indictione tertiadecima die Sabbati tertio menſis Septembris. Ideoqoe ed predictorum omnium fidem ſolito ſigno ſubſcripſi.

a Adi ſuperius *pag.* ey. Alias *Alexandri II.* Bullas profero.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Oberto Monaſterii Sancti Miniatis Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, in perpetuum. Noſtre intentionis tunc bene implemus officium, cum iuſte petentibus facile prebemus auditum. Ideo enim Apoſtolica Sedes, cui Deo propitio preſidemus, in firmiſſime petre poſita eſt ſpecula, ut undique puro mentis ſpiritu circumſpiciens, & per devie gradientes equitate iudice corrigat, & ad ſalutis portum tendentibus ducatum diligenti ſollicitudine porrigat. Tanto ſiquidem karitatis precepta melius implemus, quanto ſtudioſius Deo famolantibus auxilii manom prebemus. Neceſſitatibus quippe Sanctorum vere communicamus, ſi eorum ſacratiſſima corpora cuſtodientibus, & adiutorii ſubſidium, & defenſionis preſidium, damos. Sic denique ſacrarium exauditionis nobis aperiri ſperamus, ſi in oratione cotidie perſeverantes pia devotione adiuvamus. Quapropter, fili kariſſime, o venerabilis Abbas, te, prelibatomque Monaſterium prefati Martiris Miniatis ſuurumque ſeptem comitom, in ſpecie ſeptiſormis gratie Sancti Spiritus, ſangoine conſecratum; ac eodem prefulgente octo beatitudinum ſimilitodine decoratum, inclinati precibos tuis in tutelam Apoſtolice defenſionis ſuſcipimus; atqoe quia in predicto inſigni Monaſterio ſito in Monte Florentino non longe ab Vrbe premiſſurum octo Beatorom Martyrum, ſuorumqoe innumeroſorum Sociorom corpora requieſcunt, illud Apoſtolice auctoritatis vigore roboramus; ſibique (*confirmamus omnia quetumque poſſidet, & que Reges & Imperatores, & Ildebrandus, Lambertus, Atbo, &)* Gerardus Florentini Preſules contulerunt. Nominatim Montem Regis, in quo predicti Miniatis Martyris Eccleſia poſita eſt, com omni pertinentiis eiuſdem cortis, & Campum Martii, & Biſarnum a flumine Arno uſque ad viam publicam, ſtabiliter cum omnibus caſtellis agris vineis ſilvis atqoe familiis e prelibatis Regibos ſive Imperatoribus atque Praeſulibus collatis inviolabili ſanctione concedimus; & conceſſa in ſepe dicto Monaſterio ad Monachorum hoſpitumqoe uſu in perpetuum permanſure mandamus. Confirmantes quoque ſibi Eccleſiam Sancte Marie Albuini ſitam in Albarito com omnibus pertinentiis ſuis. Et omnia Caſtella & Eccleſias, cortes atque terras & familias cum omnibus pertinentiis ſuis, que iam dicto Monaſterio Sancti Miniatis dederunt Azo Azonis filius & uxor eius Amaldruda, & Gualfredus filius Teuzonis & uxor eius Maria; & Azo filius Rainerii & Ermingarda filia prelibati Azonis; & Raimbertus filius Adalolfi & mater ſua; & Rodulfus qui Fuſcolus vocatur Gerardi filius; & Teuditius filius Rainerii & uxor & filii eorum. Eccleſiam quoque Sancti Petri iuxta Imam flovium poſitam cum omnibus pertinentiis ſuis, Hec & omnia, qoe ſupradicta Beati Martiris Miniatis Eccleſia per diverſe tempora a principio ſui iuſte recepit vel acquiſi-

sterio Apostolica auctoritate confirmavit, *Oberto* Abbati Monasterii Sancti *Mineatis* scribens, cui etiam *Alexander II.* sua

sivie, eut receptura vel acquisitora est in futurom, constituimus sancimus atque inviolabiliter eidem Ecclesie duratura stabilimus. Ita ut nullus Rex. nullus Dux. nallus merchio. nullos Comes. nullus Vicaecomes Castaldio vel Curialis. nulla prelata vel privata, magna sive parva, persuna ta prefatumque Monasterium in bonis suis minuere. vexare. inquierare. aut mulestias inferre temeraria presumptione audear; salva tamen Florentini Episcopi revareutia, cuius iuri idem Monasterium legaliter subiicitur. Si quis autem sciens hanc uostram Apostolicam constitutionem contumax infregerit & admonitus non emendaverit, anathemaria iseolo confossus cum Iuda traditore pereat. Si quis autem devorus conservator extitarit Christo duce ac intercedente Petro antique promissionis & nova redemptionis pattiam sine fine possideat.

Cetera desunt.

In hac Bulla, ea, qoae charactere Italico scripta sunt, a me addita fuere, ut hiantem laconam, qua pote, implerem. Ceterum dobitandum neu est, inibi mentionem factam fuisse Regum & Imperatorum, & Episcoporum Florentinorum, qui Monasterium Sancti *Mineatis* beneficiis & privilegiis cumulaverunt; & quidem eorum nominibus expressis; cuius rei indicio esse potest, quod *Gerardus* inter Episcopos Florentinos. recensetur; & perspieue intelligere est ex Bulla paullo superius exhibita *Paschalis II.* in qua pariter Episcopi Monasterii benefactores expresse nominantur. Factam autem fuisse mentionem Regum & Imperatorum & Episcoporum Florentinorum, satis etiam indicant illa verba: *a prelibatis Regibus & Imperatoribus & Presulibus collatis* &c. Qui foerine hi Reges & Imperatores ex parte saltem edicitur superius *pag.* 28. Haec Bulla data videatur anno IV. Pontificatus *Alexandri II.* quo anno etiam data est Bulla eiusdem quae sequitur; anno scilicet MLXV. coi anno adsignat etiam *Fraut. Maria Florentinios* in *Vita Mathildae* privilegia Monasterio Sancti *Mniatis* ab *Alexandro II.* concessa. Hasce duas *Alexandri* Bullas *Carol. Strocchius* non vidit; nam memorat tantum duas eius Bullas eiusdem Monasterii favori datas ab eodem Pontifice anno MLXVIII. quae alia continent, ac hae, quas modo ex Archio Monasterii S. *Pontiani* Lucensis in lucem profero, ut superius *pag.* 29. videre est. *Oberti* Abbatis Monasterii Sancti *Mineatis* non semel meminimus in hoius operis decursu. Sed iam ad aliam Bullam *Alexandri II.* deveniamus.

Aexander Episcopus servos servorum Dei, Oberto Monasterii Sancti Miniatis Abbati suisque subeessuribus in perpetuum. Nostre intentionis tunc bene implemus offitium cum iuste petentibus facile prebemus auditum. Ideo enim Apostolica Sedes, cui Deo propitio presidemus, in firmissime petre posita est specula, ut undique puro mentis spirito circumspiciens, & per devia gradientes equitate iudice corrigat, & ad salutis portum tendentibus ducatum diligenti sullicitudine porrigat. Tanto siquidem karitatis precepta melius implemus, quanto studiosius Deo famulantibus auxilii manum prebemus. Necessitatibus quippe Sanctorum vere communicamus, si eorum sacratissima corpora custodientibus & adiutorii subsidium & defensionis prasidium damus. Sic denique sacrarium exauditionis nobis aperiri speramus, si in oratione cotidie perseverantes pia devotione adiuvamus. Qoapropter, fili karissime o venerabilis Abbas, te prelibatumque Monasterium prefati Martiris Mioiaris suorumque septem comitum in specie septiformis gratie Sancti Spiritus sanguine consecratum, ac eodem prefulgante octo beatitudinum similitudine decoratum, inclinati precibus tuis in tutelam Apostolice defensionis suscipimus, atque quia in predicto insigni Monasterio sito io Monte Florentino non longe ab Vrbe premissorum octo beatorum Martirum suorumque innumerosorom sociorum corpora requiescant, illud Apostolice auctoritatis vigore roboramus; sibique Ecclesiam Sancti Petri iuxta Imem fluvium positam cum omnibus pertinentiis suis, que fuit, & est propria eiosdem Monasterii Sancti Miniatis Martiris. Et Ecclesiam S. Pauli sito Petrognano. Hec omnia, que predicta Beati Martiris Miniatis Ecclesia per diversa tempora a principio sui iuste recepit vel acquisivit, aut receptura vel acquisitura est in futurum, constituimus sancimus atque inviolabiliter eidem Ecclesie duratura stabilimus absque ulla querimonia. Ita ut nullus Rex. nullus Dux. nullus Marchio. nullus Comes. nullus Viceeomes. nullus Prases. & Castaldio vel Cu-

ſua privilegia, quatuor Bullis diverſo tempore, datis comprehenſa, direxit [a]. Horum Pontificum Maximorum exempla *Lucius III.* ſequutus eſt, & amplo ac diſerto Diplomate dato, Monaſterium idem & Monachos, eorumque bona, poſſeſſiones, & iura, ſedis Apoſtolicae patrocinio munivit [b]. *Ardingus* quoque Epiſcopus Monaſterium ſub ſuo patrocinio ſub-

Curialis, oulla prelsta vel ptivsts, magna ſive parva, perſona, te pteſatumque Mueaſterinm in bonis minuere, vexare, inquietare, sut moleſtias inferte temeraria preſumptione audeat. Si quis autem ſeiens hanc noſtram Apoſtulicam conſtitutionem, contumax infregetit, & admoeitus non emendaverit, anathematis iaculo confoſſus eum Iuda traditore pereat. Si quis autem devotus conſervatot extiterit Chriſto duce se intercedente Petro setique promiſſionis & nove redemptionit patriam ſine fide poſſideat.

Salva tameo Florentiei Epiſcupi reverentia

Datum Laterauis XVI. Kalendas Magi per manus Petri Sancte Rumane Ecclesie Bibliothecarii Anno IIII. domini Alexandri II. Pape Iedictione III.

Ego Gherardus filius Gualberti vocati Tinti de Sancto Caſciano Imperiali auctoritate Iudex ordinarius publicuſque Notarius Florentinus autenticum & exemplar ſuprascripti privilegii & litterarum domini Pape sigillatum Sigillo plumbeo pendenti ad cordulam firici, io quo quidem Sigillo ex ono latere erant littere ſculpte ſie: Alexandri Pape: & in medio litterarum: IV. ex alio quidem latere erat ſculpta imago beati Petri Apoſtoli manibus iunctis duas claves retinens, & circum circa dictam imaginem lictere . . . .

Cetera deſunt.

a Superius *pag.* 48. 49. 1183. 1184.

b Conſule ſuperius *pag.* 30. Eius Bullam heic profero.

Lucius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filius Abbati Sancti Miniatis eiuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuſlibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, Sacre Religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino Filii, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Abbatie Sancti Miniatis, in, qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſi quidem ſtatuentes ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Dominum & beati Benedicti regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis in eo temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona, eadem Abbatia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, vel in futurum conceſſione Pontificum, oblatione Fidelium, ſeu aliis iuſtis modis rationabiliter, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneantur. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo memorata Ecclesia ſita eſt, cum omnibus adiacentiis & pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Nicholai cum adiacenti Parochia ſicut eam iuſte ac ſine controverſia poſſidetis, a Rivo ſcilicet Corbuli uſque ad Eccleſiam Sancte Marie ſuper Arnum. Eccleſiam Sancti Petri iuxta Imam cum curte & pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Pauli de Muſciano cum pertinentiis ſuis. Decimationem etiam quam habetis in toto Plebatu S. Marie de Incinula, & habuiſtis, & nunc pacifice poſſidetis. Eam etiam quam habetis in Plebe S. Petri ad Quartum, & in territorio Plebis Sancte Marie de Pinera. Eccleſiam Sancte Marie de Quinto cum curte, & pertinentiis ſuis. Decimationem quam habetis in Plebe S. Martini de Sexto. Eccleſiam S. Marie de Novolo cum curte, & pertinentiis ſuis. Decimationem quam habetis in toto Plebatu Sancti Iohannis in Sugana. Eccleſiam Sancti Martini de Corella cum curte & omnibus decimationibus & pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancte Marie de Albuino cum pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Domnini in Plano Maiure. Caſtrum Montis Acuti cum Eccleſia & pertinentiis ſuis. Caſtrum Montis Alti cum Eccleſia curte & pertinentiis ſuis. Patronatum quem habetis in Eccleſia Sancti Andree de Duccis. Poſſeſſionem de

subscepit, omnia bona ei confirmavit, & speciatim Paroeciam cum decimis, domo, & opere fabricae, Sancti *Mincatis*; &

de Campi. Decimationem qoam habetis in Plebatu S. Stephani de Campi. Decimationem quam habetis in Plebe de Empoli. Decimas de Munte Crucis, & de Monte Fesuli. Ecclesiam Sancti Petri de Camolia cum pertinentiis suis. Omnem decimationem quam habetis in Podio Sancti Miniatis, & in Plebe Sancte Reparate, sicut actenus eam canooice tenuistis, & nune sine controversis possidetis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, nullus a vobis decimis exigere vel extorquere presumat. Liceat vobis quoque Clericos & Laicos e seculo fugientes, liberos & absolutos ad cunversionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis Ecclesia & ianuis elausis, & non pulsatis campanis, exclusis excommunieatis & interdictis, suppressa voee divina officia celebrare. Antiquas autem & rationabiles consuetudines Ecelesie vestre usque ad hec tempura pacifice eonservatas rata habemus, & eas auctoritate Apostolica confirmamus. Sepulturam quoque vobis liberam esse coneedimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qoi se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte exeommonicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat, salva iustitia illarum Ecelesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nune eiusdem loei Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualicumque subreptionis astutia, seu violentia, prepunatur; nisi quem fratres eommoni consensu, vel maior pars fratrum consilii sanioris, secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo ut nolli omnino hominum lieeat prefatum Monasterium perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis Apostolice auctoritate, & dioeesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastiea, vel secolaris persona, hane nostre constitutionis pagioam sciens eontra eam temere venire tempeaverit, secunda tertiove communita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sangoine Dei & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia eterna pacis inveniant. Amen.

Ego Lucius Catholice Ecclesie Episcopus.

Ego Arditio Diaconus Card. Sancti Theodori.

Ego Iohannes Presbyter Card. Eccl. S. Marci.

Ego Lotharius Presbyter Card. Sancte Mariae Transtiberim tit. Calisti.

Ego Pandulfus Presbyter Card. tit. XII Apostolorum.

Ego Theodutus Portoensis & Sancte Rufine sedis Episcopus.

Ego Henrieos Albanensis .... Velletren. Episcopus.

Ego Gratianus Sanctorum Cosme & Damiani Diac. Card.

Ego Sofredus Sancte Marie io Via Lata Diac. Card.

Ego Albinus S. Marie Nove Diac. Card.

Datum Verone per manum Alberti Sancte Romane Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Can. .... Martii. Indictione tertia. Incarnationis Dominice anno MCLXXXIIII. Pontificatus vero Domini Celestini PP. III. ann. IIII.

Ego Accursius qoondam Allegati Notarius de Corbinellis authenticum huius exempli sigillatum Sigillo plumbeo pendenti, in quo Sigillo ex una parte erant sculpta duo capita cum eruce io medio ipsorum capitum, & super ipsis eapitibus erant he litere: S. Pa. S. Pe: ex alia parte erant he litere: Lutius PP. III. vidi & legi, & eoncta que io eo erant hic fideliter exemplando transcripsi, & signum meum apposui, sub annis Domini M. ducentesimo octuagesimo sexto, Indictione quintadecima, die Iovis vigesimo sexto Februarii.

Ego Gherardus filios Gualberri vocati Tinti de Sancto Casciano Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, publieusque Notarius Florentinus, predictum privilegium & literas Summi Pontifieis, ex autentieo ipsarum scriptum & exemplatum, & scriptas seu exemplatas, per Accursium Notarium su-

& insuper Ecclesiam Sanctae *Luciae* Magnoliorum, Ecclesias Sancti *Iacobi* & *Mineatis* in Monte Acuto, Sancti *Donati* Villae [a], Sanctae *Margaritae* Camporum, Sancti *Andreae* de Culvaliere [b]. Ob talia ac tanta beneficia ab Epi-

fuprofcriptum, ut fupre dieitur, exfcribendo & exemplando aufcultans hic transcripfi per ordinem, nil mutans quod fenfum mutet vel intellectum, pretermiffo figno domini Accorfii. Et quia ipfum exemplum cum hoc fimili exemplo concurdare inveni, ideo me in teftem folito figno ad ipfius fidem & teftimonium fubfcripfi. Sub anno falutifere Incarnationis Domini Noftri Iefu Chrifti millefimo trecent. Ind. . . . . die Iuvis . . . .

a Haec Ecclefia eft in Mucillo, & de ea mentio fit apud *Brocchium Defcript. Mutilli pag.* 228. Corrigendum eft fuperius *pag.* 31. ubi legitur : *San. Donnino di Villa.*

b Superius *pag.* 31. Diploma *Ardingbi* prufeco.

*Ardengus benignitate divina Florentinus Epifcopus kariffimis in Chrifto fratribus & filiis Domino Clerico nunc Dei Gratia Abbati Venerabili, & Conventui Monafterii Sancti Miniatis ad Montem Martiris gloriofi, eorumque ibidem fucceſſoribus canonice fucceffuris in perpetuum. Effectum iufta poftulantibus indulgere & vigor equitatis & ordo exigit rationis, prefertim quando petentium voluntates & pietas adiuvat, & veritas non relinquit. Ea propter, dilectiffimi in Chrifto fratres & filii, veftris iuftis poftulationibus clementer annuimus, & quamvis Ecclefiis & Clericis univerfis noftre iurifdictioni fubiectis, ex offitii debito in eorum teneamur fovere iuftitia, & iura confovere libenter; ea tamen que ad veftrum Monafterium pertinere nofcuntur tanto fortius viribus iuris & noftro munimine volumus contueri, quanto verius idem Monafterium, in quo divino mancipati eftis obfequio, ad Epifcopatum noftrum nullo pertinet mediante. Adhuc enim aliis rationibus & caufis potiffimis vehementer inducimur, immo neceffario cogimur ac impellimur, ad predicta, que nunquam debent fub filentio pretermitti: videlicet meritis huius excellentiffimi Martyris, beatiffimi Miniatis, & feptem fociorum eius, quorum ibi corpora requiefcunt; unde non folum eadem fulget Ecclefia & Civitas Florentina, fed tota patria decoratur, dum illorum fulciuntur auxiliis, & patrociniis fuftentantur. Abfit igitur quod unquam noftris vel alicui poffit obfequiis & devotione privari. Quare vifis privilegiis conceffionibus & inftrumentis, quibus pluribus idoneis & fide dignis, per que predeceffores noftri quondam & alii plerique nobiles contulerunt, & dedicarunt non modica Monafterio memorato; ac etiam Romani Pontifices. Alexander. Lucius. & alii folemniter confirmarunt. Noſque eorum inherendo veftigiis, qui locum ipfum non minori reverentia diligimus & femper optamus augere, dictam Ecclefiam eiufque perfonas & res & bona cum fuis pertinentiis univerfis, fub beati Ioannis Baptifte ac noftra protectione fufcipimus, & prefentis fcripti patrocinio communimus. Statuentes fiquidem in primis, ut omnia que a predeceſſoribus noftris fibi canonice quocumque tempore fuere conceffa; bona etiam omnia tam fpiritualia quam temporalia que ad ipfum Monafterium legiptime pertinere nofcuntur, & infuper poffeffiones & quecumque bona & iura idem Monafterium in prefentiarum iufte & canonice poffidet, aut in futuro conceffione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, feu aliis iuftis modis, Deo propitio, poterit adipifci, firma vobis veftrifque fucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Parochiam totam Monafterii fupradicti cum pleno iure decimationum omnium Parochie memorate. Et infuper liberam fepulturam omnium habitantium in eadem utriufque fexus, a magno ufque ad minimum, quam vobis concedimus & perpetuo confirmamus. Domum etiam, & Operam S. Miniatis, que funt iuxta eandem Ecclefiam, & ordinate fuere a principio pro conftructione & reparatione ipfius Monafterii; & ad fuftentationem & decorem illius, cum omnibus earum poffeffionibus, pertinentiis, & iuribus univerfis, per hoc noftrum privilegium vobis perpetuo confirmamus. Hofpitale fimiliter Sancti Miniatis ibidem ad pauperum provifionem conftructum cum curte, quam habet in Valle Pefe, & Ecclefia Sancte Marie cum aliis fuis iuribus & pertinentiis univerfis concedimus vobis & folempniter confirmamus. Adhuc etiam precipue Cappellas veftras S. Nicholai & S. Lucie de Ultra Arnum cum Parochiis, eis adiacentibus, & cum pleno iure fepulture omnium habitantium in Parochiis memoratis cuiufcunque etatis vel fexus. Et infuper inftitutiones & deftitutiones inveftitiones & electiones Cappellano-

Episcopis Florentinis Monasterio Sancti *Mineatis* impertita, nil mirum si plenum ius sensim atque integrum patronatus &

noeum & Clericorum Ecclesiarum ipsarom ; & etiam Ecclesiam S. Marie de Albnno cum cota Parochia sua, & cum pleno iure decimarum, ipsasque decimas Parothiarum eius, & cum omnibus colonis, hominibus, & fidelibus, servitiis redditibus & iuribus, que dictum Monasterium habet ibidem. Et insuper Ecclesiam Sancti Pauli de Mrsciano, & Ecclesiam S. Petri de Ema cum curte, & institutioort & destitutiones Rectorum ipsarum. & pleoam eeformationem predictarum quaromtomque Ecclesiarum vestraeum; ipsasque Cappellos, & Ecclesias tamquam vestrae manuoles & prorsus Ecclesie vestre subiectos, cum iuribus & percinentiis earundem, que ab antiquo vestra possidet Ecclesia. & vos hodie possidecis, concedimus vobis & huius scripti potrocinio commuoimos. Addences insupee & coofirmaotes Ecclesie vestre predicte quisquid iuris & honeste consuetudinis habet, quo ad electionem Sacerdotum, & Clericorum; & patronatus in Ecclesia Sancti Miniatis de Monte Acuto; & in Ecclesia Sancti Donati de Villa, & Sancte Marghrrite de Campis, & Sancti Andree de Colvslieee. salvo iure confirmationis, quod ratione populi habens in eic Plebani & Plebec, in quorum sunt dicte Cappelle Plebotibus constitute. Confirmamuc quoque vobis Castrum Montis Acuti sum Ecclesia S. Iacobi & Sancti Miniatic, que sita est in ipso Castro, cum omnibus percinentiis ad dictum Castrum & Ecclesiam spectancibus; & Castrum Montis Alti cum curte & Ecclesia Sancti Barptolomei, & cum earum pertinentiic universis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium aut bona que in praesenti habet, & in futurum poteeit adipesci, temere perturbare, & eius possessiones auferre, seu ablatas retineee, minuere, sive quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventor eorum, pro quorum gubernatione ac substentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolise auctoritate, & Florentini Episcopi canonica iustitia, & Ecclesie Cathedralis honore. Si qua igitue Ecclesiastisa secularisve persona in futurum hanc nostre concessionic constitutionis & confirmationis paginam sciens infringere aut contra eam aliquo modo venire seu attemptaee presumpserit, ream se divino iudicio esse cognoscat, & a Corpore & Sanguine Domini Nostri Iesu Christi penitus alienam. Et nisi commonita infra octo dies, post monitionem sibi factam, errorem & presumptionem suam digna satisfactione correxerit, maledictionem Dei Omnipotentis, & omnium Sanctorum eius, & nostram se noverit in ursurum. Quam maledictionem siquidem hoc modo facimus contra quoslibet presumptorec. Videlicet, quod ex parte Dei Omnipotentis & beatorum Ioannis Baptiste, atque Zenobii Confessoris, beatique Miniatis Martiris gloriosi, nostrorum Patronorum, & proprii offitii auctoritate ordinaria qua fungimur, ex nunc excommunicamuc & maledicimus atque anathematizamuc, & maiori excommunicatione ligamus, omnes & singulos utriusque sexus qui aliquo modo vel quocumque tempore & quotiescumque seu quandocumque contra predicta vel aliquid predictorum venire seu facere attemptaverint, aut predictum Monasterium vel eius Rectoees super predictis modo aliquo fatigaeenc. A quo sententia excommunicationic, quam nunc in scriptis proferimuc, nullatenus quisquis possit absolvi, nisi primum prestetur ab eo Abbati eiusdem loci congrue satisfactionis emenda. Tandem ad maioerm eei certitudinem, & evidentioris firmitatis aegumentum, hec omnia per manum publicam sussimus adnotari, nostrique Sigilli munimine insigniri.

Data & concessa & acta sunt hec, ut superius scripta sunt, a prefaco Domino Ardengho benignitate divina Episcopo Florentino, Domino Clerito Dei gratia dicti Monasterii Abbati, pro se suisque successoribus accipienti, apud dictum Monasterium S. Miniatis. Presentibus testibus adhec rogatis Fratee Manfredo Ordinis Cistersiensis, Featre Claro de S. Martino ad Palmam, Presbyteeo Ventura de S. Felicitace, & Iambene Clerico dicti Domini Episcopi, & Barone de Ferallia, Bonaiunta Brunetti, & Benvenuto Manetti, Notariis. Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quadeagesimo sexto. Sexto Idus Iulii, Indictione quarta.

† *Ego Ardenghus Florentious Episcopus huius privilegio subscripsi.*

† *Ego Orlandus Prepositus Florentinus huic privilegio consensi ideoque subscr.*

† *Ego Magnarios Archidiaconus Florentinus huic privilegio consensi ideoque subscripsi.*

Ego B. Archipresbyter Florentinus consensi ideoque subscripsi.

† *Ego Ranerius Caponsactuc Canonicus consensi ideoque subscripsi.*

† *Ego Albertinus Canonicus Florentinus consensi ideoque subscripsi.*

† *Ego Paganuc Canonicuc Florentinus con-*

& dominii Episcopi adepti sunt. Quamobrem ita legitur in *Regesto* Episcopatus: *Monasterium Sancti Miniatis ad Montem fundatum, & aedificatum, sive reparatum, fuit ab Episcopo Ildebrando Florentino; & Episcopus idem contulit ei plura iura & bona, & inter alia Castrum de Monte Alto sub MXIII. V. KL. Maii, Indict. I. & Episcopus Florentinus ponit ibi Abbates, & Monachos, & Camerarios, & Sacristas; & est ipsius Monasterii unicus dominus & patronus; de quibus omnibus habet Episcopatus quamplurima instrumenta antiqua, nova, novissima, super possessione dicti iuris; & sunt in uno sacculo posita per se* a. Hinc *Petrus* Episcopus excommunicavit Monachos Sancti *Mineatis*, quia Monasterii Abbatem eligere praesumserant. *Ioannes Veliternus* Episcopus elegit diversis temporibus Abbates, *Ioseph*, & *Nicolaum*. Et quia *Benedictus* Presbyter electus fuerat Abbas sine consensu & venia Episcopi, electioni renunciavit. *Ioannes Mangia-*

Consensi ideoque subscripsi.

Ego Baeone Iudex & Notarius publicus, dationi & concessioni huius Privilegii dum fieret per Dominum Episcopum supradictum rogatus interfui; & sicut ipse predicta concessit & fecit, ita hic notata sunt & scripta per Iacobum Iudicem ordinarium & Notarium, cui ea idem Dominus Episcopus tunc scribenda & publicanda commisit. Ideoque hiis ab eo scriptis subscripsi. Asserendo etiam quod Dominus O. Prepositus, M. Archid. B. Archipresbiter, Reuerius Caponsacchius & Albertinus, Florentini Canonici supradicti dictas subscriptiones suas me presente fecerunt, & idcirco rogatus inde mentionem feci: & similiter postea me presente subscripsit dominus Paganus Canon. Flor. qui omnes sunt maior pars Capituli Florentini residentes tunc ibidem.

Ego Bonaiuncta Brunetti imperiali auctoritate Notarius publicus dationi & concessioni huius Privilegii dum fierет per Dominum Episcopum supradictum rogatus interfui, & sicut ipse predicta concessit & fecit, ita hic notata sunt & scripta per Iacobum Iudicem ordinarium & Notarium, cui ea idem Dominus Episcopus tunc scribenda & publicanda commisit. Ideoque hiis ab eo scriptis subscripsi. Insuper interfui quando predicti Domini Prepositus & Canonici consensere predictis, manibus propriis subscribendo, ut superius continetur, excepto Domino Pagano, cuius subscriptioni non interfui; sed alios sex, qui premittentes subscripserunt, vidi subscribere, & sunt tum eo maior pars Capituli nunc in Canonica residentes, ideoque rogatus inde mentionem feci.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate ordinarius Iudex publicusque Notarius, hanc concessionem sive Privilegium a dicto Domino Episcopo Florentino me presente datum & concessum ..... Prepositus & Canonici maioris Ecclesie Florentine manibus propriis subscribendo, ut in supradictis eorum subscriptionibus continetur, qui tunc erant maior pars Capituli residentes, ideoque rogatus inde mentionem feci.

Ego Gherardus filius Gualberti vocati Tinti de S. Cassiano, Imperiali auctoritate Iudex ordinarius publicusque Notarius Florentinus dictum Privilegium cum Sigillo pendenti ad cordulam fili reperi impressum. In quo quidem Sigillo erat sculpta Episcopalis imago, & circum circha dictam imaginem erant littere insculpte ✝ Sigillum Ardengi Episcopi Florentini: vidi & legi: & etiam quitquid in eo inveni, hic rite & per ordinem exemplando transcripsi, nil mutans vel pretermittens, quod eius sensum vel intellectum vitiet. Pretermissis tamen signis suprascriptorum Baronis, Bonaiuncte, & Iacobi Notariorum: ac ipsum cum predicto exemplo auscultans & in omnibus concordare inveniens ad ipsius memoriam fidem & testimonium solito signo subscripsi; sub anno salutifera Incarnationis Domini Nostri Iesu Christi Millesimo trecentesimo. Inditione tertiadecima. Die sabbati tertio mensis Septembris.

a Consule superius pag. 50.

Xxxxxxxxxxxx a Con-

giatorius Abbatem *Falcum* instituit; &, volens ipsum Monasterium reformare, creavit Abbatem *Orlandum* Monachum Abbatiae Monasterii Sanctae *Mariae* Florentiae. *Franciscum* Episcopum esse unicum patronum & dominum illius Monasterii, rite ac legitime professi sunt, *Vgo* Abbas, & Monachi eiusdem. Qui Episcopus exegit rationem redituum & expensarum huius Monasterii a Quaestoribus, seu Camerariis, ab eo in illo positis. *Lotharius* Episcopus Abbatem *Ioannem* instituit; & Monasterio vacante, Monachi, ita Episcopo eodem iubente, tradiderunt ei claves ostiorum, & omnium bonorum, quorum inventarium Episcopus faciundum curavit. *Antonius* autem Episcopus plures Camerarios & Sacristas in hoc Monasterio deputavit atque elegit; quod quum visitasset, Abbas & Monachi professi sunt, institutionem Abbatis & Monachorum ad Episcopum pertinere. Hac de causa Episcopi Monasterium ipsum, & eius bona et iura, tuebantur & defendebant; quare pro eiusdem defensione contra Sanctimoniales Sanctae *Mariae* in Monticellis controversiam susceperunt, & causam agitaverunt. Nam anno MCCLIV. *Octaviano Vbaldinio* Cardinali instante, *Alexander IV.* Pont. Max. concessit Monasterium Sancti *Minçatis* Sanctimonialibus Sanctae *Mariae* in Monticellis cum omnibus eius bonis, ea conditione, ut *Sanctimoniales S. Miniatis ad Montem* vocarentur. Sed tamdem *Andreas* Episcopus, Abbas & Monachi, praesidio etiam Communis Florentinorum freti, ita huic concessioni obstiterunt, ut nihil unquam Sanctimoniales illae obtinuerint; quamquam anno MCCXCI. in *Matthaeum* Cardinalem S. *Laurentii in Damaso*, & *Iacobum Columnam* Cardinalem Sanctae *Mariae* in Via Lata, controversia ab utraque parte compromissa fuerit [a]. Sed caliginem hisce obfundit eiusdem *Alexandri* IV. Epistola ad *Ioannem Mangiatorium* Episcopum Florentinum posterius data, qua illum monet & hortatur, ut Sanctimonialibus illis opem ferat, quo novum Monasterium excitare possint, ubi tutae et incolumes maneant; nam vetus earum Asceterium in Monticellis positum labans & fatiscens proximam ruinam minabatur. Epistola haec data est anno MCCLVIII. [b]

Vi-

[a] Consule superius *pag.* 32.

[b] Epistolam profero.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Florentino fa-

Ale-

Vidit enim fortaffis Pontifex, fe fruftra Monafterium Sancti *Mineatis* Sanctimonialibus illis conceffiffe, Epifcopo, Monachis, & Communi ipfo Florentinorum, repugnantibus; adeoque de alius Parthenonis conftructione cogitavit, ad quam exfequendam Epifcopum Florentinum hortatus eft. Et Epifcopum quidem Florentinum opem novae conftructioni tuliffe, vel illud arguat, quod Parthenon hic eidem obnoxius, obligatufque fuit, ut in anteceffum oftendimus a. Ad novum autem hunc Parthenonem aedificandum *Octavianum* etiam *Vbaldinium* Diaconum Cardinalem S. *Mariae* in

falutem & Apoftolicam benedictionem. Ad ea, per que thefaurus celeftis acquiritur, & divini amoris gratia vendicatur, intendere teneris affidue, ac fine inductionibus & exhortationibus noftris deberes affectibus afpirare. Cum itaque dilecte in Chrifto filie   Abbatiffa & Sorores Monafterii Sancti Francifci Florentini, Ordinis S. Damiani, ad locum alium de fpetiali mandato noftro debeant fe transferre pro eo quod in loco, ubi ufque nunc morate funt, & morantur, propter imminentis ruinae periculum non poffint falubriter commorari; Nos eis falutari prefidio adeffe volentes, Monafterium aliud de novo fundari mandavimus, in quo fub claufura commoda vivere, ac divinis perpetuo valeant laudibus infudare: fuper quo favorabilius ipfis & efficacius quam fecuris affiftere debuifti. Verum quia circha eas femper affectum geffimus, & geniam fpecialem, & de ipfarum ftatu pacifico precipue nos cura follicitat, Fraternitatem tuam rogamus monemus & ortamur attente, per Apoftolica tibi fcripta precipiendo mandantes, quatenus ob reverentiam divinam & noftram interne habere digneris circhs ipfas pietatis affectum, ut fic eas in erigendo prefato Monafterio & aliis neceffitatibus fuis habeas commendatas, piis eas caritatis fubfidiis confovendo, quod ipfe reperiffe te fibi propitium in hac parte congaudeant, & tu ex eo vite perennis premium mercaris; Nofque, qui opus huiufmodi fine confummari laudabili potiffime cupimus, tuam inde poffimus in Domino diligentiam commendare.

Datum Viterbii IIII. Nonas Augufti Pontificatus Noftri Anno Quarto.

Ego Gherardus filius Gualberti vocati Tinti de Santo Caffiano Imperiali auctoritate Iudex ordinarius publicusque Not. Florentinus, autenticam fupradictarum literarum Domini Pape figillatam Sigillo plumbeo pendenti ad cordulam canapis; in quo quidem Sigillo ex uno latere erant fculpte ymagines voltuum beatorum Pauli & Petri Apoftolorum; in medioque dictarum ymaginum crux quedam, & defuper ipfas imagines & crucem litere fic fculpte: S. Pa. S. Pe. ex alio quidem latere litere fic fculpte: Alexander: vidi & legi & prout in eo inveni. . . . .

Huius Epiftolae, & Bullarum *Alexandri* II. & *Lucii* III. quas paullo fuperius protuli, & Diplomatis *Ardinghi* Epifcopi, copiam mihi perhumaniter fecit vir pereruditus *Reginaldus Lavinius* Presbyter a Ronta Macilli, dum Lucae anno MDCCLVII. adhuc moraretur; quas defcripfit ex libro Archivi Monafterii Sancti *Pontiani* Lucenfis, ubi Monachi Olivetani habitant; qui liber ita infcriptus eft:

In Nomine Individue et Sancte Trinitatis Amen. Hic eft liber, five regiftrum, continens feriatim Privilegia, Inftrumenta & . . . . . libri Monafterii Sancti Miniatis ad Montem de prope Florentiam, Florentine Diocefis, factus fcriptus & compofitus tempore Sanctiffimi Patris ac D. D. Bonifacii Pape octavi, Sacrofancte Romane Ecclefie Summi Pontificis, Pontificatus anno fefto. Ac etiam tempore Venerabilis & Reverendi Patris Domini Francifchi divina permiffione ac Apoftolice Sedis gratia Epifcopi Florentini, exiftente reverendo & honefto viro D. D. Vghone Abbate Monafterii Sancti Miniatis prefati. Currentibus annis Salutifere Incarnationis Domini Noftri Yefu Chrifti fecundum ufum, & confuetudinem Civitatis & Provincie Florentine Millefimo trecentefimo. Indictione tertiadecima.

a Confule fuperius *pag.* 1091.

c Cun-

in Via Lata laudatum aliquid contribuisse, vel totum prope excitavisse, non desunt, qui memoriae prodiderint [a]. Si vero Sanctimoniales hae, & postquam in novum Asceterium migraverunt, controversam Monasterii Sancti *Mineatis* possessionem repetivere; id forte contigit, quod novum quoque Parthenonem angustum & incommodum reputarent; & antiquam Pontificis Maximi largitionem animo adhuc memori recolerent, & ad ius aliquatenus acquisitum iterum adspirarent [b]. Ex hisce omnibus elucet atque eminet, Monasterium Nonantulanum ob distantiam forte, & negligentiam, a iure patronatus sensim excidisse, nec amplius habere curavisse: quamquam *Vilelmo* Clerico, qui sibi hanc Ecclesiam Sancti *Mineatis* vindicare velis remisque pertendebat, restitit, *Azone* Praeposito Ecclesiae Sancti *Michaelis* in Horto Florentiae, qui Monasterio Nonantulano adhaerebat, iura huius Monasterii strenue substinente, & coram competente Iudice causam agente. Hinc, quum *Vilelmus* suis iuribus diffideret, renunciavit; & sententia lata est edicens, Ecclesiam Sancti *Mineatis* cum area sua, spectasse & spectare ad Monasterium Nanantulanum [c]. Sed quoniam dixi ab *Ildebrando* Episcopo Ecclesiam S. *Mineatis* refectam renovatamque fuisse; & illa Ecclesia adhuc permanet structura nulla ex parte corrupta; operae pretium esse duco, eam diligenter & accurate describere. Ecclesia in tres naves dispertita est, quarum muri intermedii marmoreis lapideisque columnis substinentur; novem arcubus hinc inde iis incumbentibus. Nam Presbyterium seu Tribunal, supra Confessionem adsurgit, ad quod per duas scalas marmoreas laterales adscenditur. Hoc autem marmoreum, marmoreis & discoloribus quatuor columnis parietes innixos habet; &, pone Altare princeps, in Apside quinque fenestrae sunt, lapide speculari & pellucido obductae. In superiori parte Apsidis, & cava fornice, Christi Dei imago inter *Ioannem* & *Matthaeum* Evangelistas, atque ab huius sinistris B. *Mineatis* effigies, musivo opere, artificiose elaboratae sunt, anno MCCXCVII. [d] ut in zoophoro inferiore legitur. Chorus marmoreo septo, tessellis & emblematis mirifice variato, cingitur; atque in extimo sinistroque eius an-

[a] Consule superius *pag.* 1091.

[b] Consule superius *pag.* 50. 51.

[c] Contigit id anno MXL. Consule superius *pag.* 543. ubi per errorem scriptum est, *anno MLX.*

[d] Consule superius *pag.* 33.

Ibi-

angulo Ambon affabre fculptus e marmore, fimilibus columnis fultus elevatur. Pauimentum autem marmoreo limite in medio diftinctum ante Portam primariam *Iofephus* Iudex & *Remetrius* anno MCCVII. faciundum curavere [a]. Confeffio five Martyrium fub Presbyterio iacet [b], cuius fornices triginta fex columnis marmoreis fubftentantur. Feneftrae plurimae, oblongae & anguftae, quae olim omnes lapide fpeculari fcptae erant, mediae navi lucem defuper foenerantur. Ante Confeffionem in ampliori pavimento Aedicula eft, a *Petro Cofmae F. Medice* [c] ex marmore conftructa, laqueari fictili, & tabula exornata, exfiftit; *Michaeloctio* Architecto, & *Luca a Robia* Sculptore, eam perficientibus. Facies Ecclefiae, quae antiquo more ad Occidentem fpectat, tota marmorea eft, fed difcolor, lapidibus candidis & viridibus vel fubnigricantibus intermiftis. *Io. Villanius* claflicus auctor infinuare videatur, Templum hoc lapidibus & marmoribus ex Faefularum Vrbe a Florentinis capta & direpta cum aliis fpoliis Florentiam abfportatis inftauratam & exornatam fuiffe; fcribit enim Faefulas a Florentinis anno MX. captas & populatas fuiffe; & columnas prae-

a Superius *pag.* 33.

b In Confeffionis pariete dextro Epigramma legitur marmori infcalptum, quod ita habet:

✠ *Quefta Cappella a fatta fare Ma*
teo di Iacopo Arighi per l'anima di
Marcho Zabadei fratello dell' Ab
bate Auguftino, & è dotata, che
fempre ci dee effere un Cappellano per
l' anima del detto Marcho, ch' è appiè di que
fto Altare fopellito del mefe d' Otobre
Anni Domini MCCCLXVIII.

Hinc cognofcimus, *Auguftinum* huius Monafterii Abbatem e *Zebedaeorum* gente fuiffe.

c In Infcriptione, quae marmori incifa Altari fubeft, a *Cofma* Seniore conftructa Aedicula perperam dicitur. Infcriptio ita habet.

Sanctiffimae Iefu de Cruce pendentis Imaginis
Quae
Ioanni Gualberto ftrenuo Militi
Poftea Vallis-umbrofae Monachorum Auctori

praecipue ac marmora in fuam Vrbem ab iis deducta effe [a]; paullo ante, fcilicet, quam *Ildebrandus* Epifcopus Ecclefiam hanc vetuftate collapfam reficeret ac renovaret. Et profecto marmora exotica, ut plurimum, effe dignofcuntur; & internarum columnarum capitula, licet Corinthii vel Compofiti Ordinis omnia, tamen cuncta magnitudine, forma, caelatura, inter fe differunt; quod, ex diverforum aedificiorum ruderibus & ruinis extracta, in huius Templi ftructuram translata & converfa fuerint. Hoc & in aliis antiquis Florentiae Templis obfervatur; ut in Aede Sancti *Ioannis Baptiftae*, & in Ecclefia *Sanctorum Apoftolorum*. Accedit infuper, multa marmorum fragmenta Faefulis adhuc exftare, quae funt hifce quamfimillima, & generis eiufdem. Hinc *Scipio Admiratus*, differtiffimus Hiftoriae Florentinae fcriptor, illa Faefularum fpolia inftaurandae & ornandae Sancti *Mineatis* Ecclefiae adhibita fuiffe, adfeveranter adfirmat [b]. Quicquid autem fuerit, fatis elucet atque eminet, *Ildebrandum* peritis Architectis, & proba-

In hac antiquiffima Sancti Miniatis Ecclefia,
Poft impartitam fupplici fratricidae cum vita veniam
Caput inclinavit oranti
Saeculi fub initium undecimi
Cofmas Medices Decreto publico P. P.
Sacellum hoc infigne conftruxit, & dedicavit,
Ex quo
Satagente apud Seren. M. E. D. Leopoldo Medice avunculo
Sanctaeque Romanae Ecclefiae Card. ampliffimo
Solemni qua decuit pompa translatam An. S. MDCLXXI.
In Ara principe Ecclefiae, & Monafterii SS. Trinitatis Flor.
Quo confluentium populorum pietati commodoque confulerent
Locarunt Abbas, & Monachi.
Ne rerum geftarum memoria intercidat
Regius Cofmi III. M. E. D. erga Coelites amor
Monum. Pon. Cur. An. MDCCX.

Georgius Vafarius in *Vitis Michaelis* [?], & *Lucae a Robia*, teftatur, hoc Altare & Aediculam aedificatam fuiffe iuffu & cura *Petri Medicei*, qui *Cofmae* huius filios fuit, quum iam *Cofmus* pater vita functus effet. *Leopoldus Medices* autem Cardinalis, patruus erat, & ooo avunculus, *Cofmae* III. Magni Ducis.

a Io.

[a] *Io. Villanius Lib. IV. Cap. V.*

[b] Id vero confirmat verbis differtiffimis vetus documentum, quod a *Luca Iofepho Cerracchinio* in *Chronologia Epifcopor. Florent.* ubi de *Ildebrando* agit, profert; licet erroribus quibufdam fcateat.

a Prae-

batam aedificandi rationem, pro virili, & pro temporum iniquitate, imitantibus usum fuisse : quare *Georg. Vasarius* Pictor & Architectus eximius, & huiusmodi rerum idoneus iudex, de huius Aedis sacrae structura ita scriptum reliquit [a] : *Anno autem MXIII. ars iterum florere aliquantum coepisse dignoscitur ex instauratione pulcerrimae Ecclesiae Sancti Mineatis in Monte, tempore Domini Ildebrandi, Civis & Episcopi Florentini ; nam praeter ornamenta, quae marmorea, intus & exterius, in ea visuntur, ex facie antica perspicitur, Tuscos Architectos in portis, fenestris, columnis, arcubus, & coronidibus, bonum antiquum ordinem, quoad fieri potuit, imitari conatos esse, quum illum in antiquissimo Templo Sancti Ioannis suae Civitatis ex parte animadvertissent*. Spectabilem igitur Ecclesiae faciem aeri incisam in hoc opere exhibere animum induxi; ut hoc etiam maiorum nostrorum elegantiae & magnificentiae specimen haberemus . Turris campanaria antiqua pendebat, ut Pisana illa celebris, & Bononiensis; quam quum Architectus quidam dirigere adgressus esset, ruinam traxit & lapsa est . In hac Ecclesia corpora Sanctorum multorum, Sancti *Mineatis*, scilicet, aliorumque Martyrum, quiescere traditum est [b]; & prope antiquum Coemeterium Christianorum fuisse, sunt qui prodant, quibus certis fundamentis innixi , ignoro prorsus [c]. Non tamen heic silentio praetereundum, huius Ecclesiae opus & fabricam curae Consulum Artis Mercatorum Callismalae vel ab initio saeculi XIII. commissam & commendatam fuisse; qui una cum Monachis eius sartis tectis consulebant [d] .Quia igitur Episcopi domini & patroni Monasterii Sancti *Mineatis* erant [e], *Andreas Mostius* Episcopus [f] Palatium ibi pro sua habitatione aedificavit; ornavit autem, ut videtur, *Antonius ab Urso*, nam eius stemma in lapide sculptum in pariete exteriori adhuc cernitur; & *Angelus a Rivo Casuli*, pariter Episcopus, dormitorium seu xystum interius ibi exstrui mandavit, quod & factum fuit, & adhuc in illo eius insignia visuntur [g] . Ob hoc dominium Epi-

a *Proemio Part. I. Vitarum Pictorum Sculptorum & Architectorum*.

b Consule superius *pag.* 26. 27. 28. 42. 45. 47. 564. 585. 592. 593. 1183.

c Superius *pag.* 27. *Gorius Part. I. Inscript. Tusc. pag.* 299.

d Supra *pag.* 26. 579. *Io. Villanius Lib. I. Cap. LVII.*

e Controversiam tamen quandam inter Episcopatum Florentinum & Conventum S. *Mineatis* ortam esse, & in ea iudicatum fuisse anno MLXXVIII. constat ex *Tomo II. Annal. Camaldulens. pag.* 352.

f Consule superius *pag.* 32. 1023.

g Consule etiam superius *pag.* 154. seu *Borghinium de Episcop. Florent.* in *Ioanne*

e Cno-

Episcopi Florentini recens electi, quum primum extra Vrbem progriedebantur, ad hanc Ecclesiam ibant, in ea sacrum rite faciebant, prandebantque: & ibi, tamquam in propria domo, saepe morabantur [a]: antequam etiam novum illud Palatium aedificaretur: quare *Ardingus* Episcopus aeger in eo Monasterio permanebat [b]. Sed quomodo dominium hoc et ius Episcopi tandem amiserunt? Quum inter Monachos observatio regularis disciplinae defecisset; parum iuvante eius reformatione, quam *Angelus Acciarolius* Episcopus induxerat [c]; & ad quinque tantum redacti essent: *Augustinus* Abbas renunciavit & deposuit in manu *Villelmi a Novelleto* Galli, Diaconi Cardinalis S. Angeli, suum munus [d]; quare quum Monasterium Abbate vacaret, ex praedictis causis impulsus *Gregorius XI.* Pont. Max. anno MCCCLXXIV. concessit & donavit [e] Monasterium & Ecclesiam cum omnibus suis bonis & iuribus; & omni dominio & iurisdictione Episcopi liberam; Monasterio S. *Mariae* Montis Oliveti, Ordinis S. *Benedicti*, in Dioecesi Arretina; & donavit insuper Palatium Episcopale Monasterio contiguum. Itaque, quum per tot saecula Monachi atrati illud tenuissent, tandem Monachi candidati eorum loco successere, qui in illud introducti fuere a *Lucio* Episcopo Caesenate Commissario Apostolico, & a Monasterii Sancti *Salvatoris* Septimi Abbate [f]; quique illud incolere perrexerunt usque ad annum MDLIII. quo locus ille muris & munimentis circumdatus iussu *Cosmae I.* Magni Ducis, Arx evasit; & Monasterium domus militum factum est: quare Monachi inde migrare coacti sunt, licet Monasterii dominium usque retinuerint; & Ecclesiam unus & simplex Sacerdos deinde curavit [g]. Verum, quum Monachi Olivetani possessionem Monasterii Sancti *Mineatis* adprehenderunt, dimiserunt liberas Episcopis Florentinis quatuor Ecclesias cum Paroeciis, hoc est,

ne Veliterna, qui vult Palatium ipsum ab *Angelo* Episcopo aedificatum fuisse, sed fallitur. Stemma Gentis *a Rivo Casoli* parieti adpictum exstat in Xysto, supraque scriptum est in marmorea lamina: ANGELI EPI FLORENTINI. Aliud simile Insigne est in pariete exteriori eiusdem Xysti seu Cavedii, sed marmori insculptum, quod superne habet eamdem Epigraphen.

a Consule superius *pag.* 31. 32.

b Consule superius *pag.* 31.

c Consule superius *pag.* 34. 578. & *Vghellium pag.* 195.

d De hoc *Augustino* Abbate, & eius renunciatione, consule superius *pag.* 32. 579. & 1193. De *Vilelmo* autem Cardinali S. Angeli, consule ibidem, & *Tusciam illustratam pag.* 311.

e Habes Bullam superius *pag.* 58. Consule *Vghellium pag.* 206.

f Vide superius *pag.* 34.

g Adi superius *pag.* 32. 580.

c Con- a Con-

eft, Ecclefias S. *Luciae Magnoliorum* ultra Arnum, Sancti *Petri* ad Campanianam prope fluvium Imam, S. *Paulli* ad Mufcianum, & Sanctae *Mariae* Albuini, quae a nobis fuperius recenfitae fuere [a]. Haec tam celebris Monafterii fata fuere ufque ad faeculum XVI. & quae deinceps evenerint, alio loco narraturi fumus. Non tamen foli Epifcopi multa Monafterio huic largiti funt. *Carolus Magnus* Rex Francorum & Langobardorum quatuor domos ei donavit [b]. *Ottho* Imperator devotae Virgini *Ermagaridae* conceffit & confirmavit omne illud, quod Epifcopus iam illi concefferat in Ecclefia Sancti *Mineatis*, & in eius fundis, ac poffeffionibus [c]. *Bonifacius* Tufciae Dux & Marchio obtulit Monafterio pariter quaedam [d]; & *Vbertum* Abbatem Sancti *Mineatis*, Abbatem etiam Monafterii S. *Petri* ad Imam, feu Campanianam, praedicti electum confirmavit, & in fuum patrocinium fubfcepit. Nam *Griffus Raimberti* F. donaverat Abbati hanc Ecclefiam; & Ecclefiam S. *Paulli* Petroniani, cum aliis Ecclefiis, & rebus ad eamdem S. *Petri* Ecclefiam pertinentibus, cum in territorio Florentino, tum Faefulano & Senenfi. Per haec tempora Coenobium hoc acquifivit etiam dominium Ecclefiae Sancti *Martini* Adimari, in Plebatu Sancti *Gavini* [e]; quam fortaffis in illud aliquo titulo tranftulit *Vguicio* Comes, *Guillelmi Bulgari* Comitis F. poft annum MXCI. [f]. Caftella plura, & fundos, huic Monafterio largiti funt, *Azo Azonis* F. & uxor eius *Amaldruda*; *Gualfredus Teuzonis* F. & *Maria* eius uxor; *Azo Rainerii* F. & filia eiufdem *Azonis Ermingarda* [g]; *Raimbertus Addolfi* F. & mater eius; *Rodulfus* cognomento *Fufcolus Gerardi* F., & *Theodicius Rainerii* F. & uxor eius, & filii [h]. *Florentius* cognomento *Fufcus* Clericus largitus eft Xenodochium, quod ipfe prope Caput Pontis Vrbis Florentiae aedificaverat [i]; quamquam eodem tempore *Obertus* Abbas

[a] Confule fuperius *pag.* 579.

[b] Forte anno DCCLXXXXIII. Videfis *Borghinium Tom.* II. *pag.* 422. Supra *pag.* 28.

[c] Contigit anno DCCCCLXXI. Confule fuperius *pag.* 28.

[d] Adi fuperius *pag.* 28. 29. 222. 575.

[e] Superius *pag.* 29.

[f] Confule *Hodoeporicon Charitonis & Hippophili pag.* 1061. 1062.

[g] Anoon haec *Ermingarda*, illa effe poteft *Ermagarida*, de qua agitur in *Otthonis* Imperatoris Diplomate, ut fuperius *pag.* 28. videre eft, cui Virgini devotae ob hanc donationem iura quaedam in hoc Monafterio Epifcopus Florentinus conceflerit?

[h] Confule fuperius *pag.* 1183.

[i] Confule fuperius *pag.* 29. 1074. Xenodochium hoc forte evafit Ecclefia S. *Ioannis Baptiftae* Decollati de Sancto Sepulchro, Equitibus Hofpitalariis S. *Ioannis* dicta, qui & hofpitalitatem exercebant. Nam Ecclefiam & Conventum in Burgo Sancti *Frigidiani* illi habebant; & Fratres Sancti *Ioannis Baptiftae* dicebantur, ut elucet ex instru-

bas aliud Xenodochium iuxta suum Sancti *Mineatis* Monasterium construxerat; quae Xenodochia *Alexander II.* Pont. Max.

instrumento Archivi S. *Laurentii*, quod profero.

In Dei nomine. Anno Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo. Indictione quarta. Die ultimo Martii &c. Frater Petrus Prior & Frater Renerius, Frater Iohannes, Frater Dominicus, Frater Guilielmus, & Frater Nicholo, Fratres Ordinis Sancti Iohannis Batiste de Florentia, congregati in unum tanquam Capitulum. Attendentes quod Francigene & alii Vltramontani, qui moriuntur sive morientur in futurum in Populo sive Parochia Ecclesie Sancti Laurentii, debent de iure comuni apud ipsam Ecclesiam S. Laurentii sepelliri. Attendentes etiam, quod si prenominati Francigene & Vltramontani sepeliuntur apud ipsorum Ecclesiam Sancti Iohannis Baptiste, fit dapnum & preiudicium predicte Ecclesie Sancti Laurentii. Et quia dignum est, quod illi qui sunt sotii passionis, sint sotii consolationis, ex certa scientia & non per errorem eorum spontanea voluntate scientes se non teneri, & volentes teneri, promiserunt solemniter & convenerunt Presbytero Renerio Canonico Ecclesie Sancti Laurentii predicti recipienti pro domino Ildibrandino Priore et Capitulo & Ecclesia Sancti Laurentii Florentie, dare & solvere medietatem omnium proventuum & oblationum, que ad eos & dictam eorum Ecclesiam pervenerint in futurum, occasione sepulture vel testamenti, si contingat eos aliquos vel aliquem Francigenas vel Vltramontanos morientes in dicta Parochia Sancti Laurentii apud dictam Ecclesiam Sancti Iohannis Batiste de cetero sepeliri. Insuper promiserunt & convenerunt non intrare dictam Parochiam Sancti Laurentii ad audiendum & recipiendum confessiones aliquorum Francigenorum vel Vltramontanorum, penitentias iniungendum, & conferendum aliqua Ecclesiastica Sacramenta, absque Prioris ipsius Ecclesie Sancti Laurentii licentia speciali vel eius Vicegerentis. Alioquin si contra fecerint vel si, ut dictum est superius, non observaverint, promiserunt & solepniter convenerunt Presbytero Renerio predicto recipienti, ut dictum est, dare & solvere nomine pene libras centum Florenorum parvorum, & dapna omnia & expensas ea de causa integraliter resarcire, & pena soluta vel non soluta si commissa fuerit hec omnia & singula, nichilominus spoponderunt inviolabiliter observare. Obligantes dicti Prior & Fratres Sancti Iohannis predictis omnibus singulis observandis adimplendis, & perpetuo firmis tenendis eidem Presbytero Renerio recipienti ut dictum est iure pignoris & ypothece, se ipsos & eorum successores & dictum eorum Capitulum, & eorum bona omnia presentia & futura que sit pro dicto Priore & Capitulo Sancti Laurentii constituerunt precario possidere. Renuntiantes in hoc casu omni legum & iuris auxilio fori que privilegio epistole Divi Adriani exceptioni doli mali & conditioni sine causa & ex iniusta causa & in factum actioni & exceptioni non celebrati contractus & non facte promissionis omniq. alii exceptioni eis vel dicto eorum Capitulo competentibus vel pertinentibus. Quibus Fratri Petro Priori & aliis Fratribus predictis, omnibus volentibus & consentientibus supradicto precepi ego Albizo Notarius infrascriptus per Guarentigiam nomine Iuramenti secundum formam Capituli Constitutionis Civitatis Florentie, quatenus dictum contractum & omnia que continentur in eo dicto Priori & Capitulo Sancti Laurentii adimpleant, ut promiserunt, & observent que superius dicta sunt. Actum Florentie in Burgo Sancti Fridiani in claustro Ecclesie S. Iohannis Batiste predicte, presentibus & rogatis testibus Presbitero Ambrosio Cappellano Ecclesie Sancti Laurentii, Magistro Aghinetto quondam Vrutare, & Petro de Burgongni.

Ego Albizo Baldovini de Loncinno publicus Notarius predictis omnibus interfui, & ea rogatus publice scripsi ideoque subscripsi &c.

Monasterium Fratrum Sancti *Ioannis Baptistae* erat illa domus iuxta moenia Vrbis, quae contiguum habet hortum, qui anno MDCCXIX. ab Ordine Ierosolymitano Sanctimonialibus Angeli *Raphaelis* in emphyteusin traditus fuit: adeoque domus illa ad Ecclesiam Sancti Sepulchri adhuc spectat. Ecclesiam huius Monasterii, puto fuisse illam, quae S. *Ioanni Baptistae* sacra erat, & nunc Sancta *Maria* Verzaiae dicitur, quod in locum Ecclesiae & Paroeciae suburbanae Sanctae *Mariae* Verzaiae successerit. In Monasterio quondam Sancti *Ioannis Baptistae* Burgi Sancti *Frigidiani* anno MCCCXCIV. sexdecim Sanctimoniales erant, cum binis famulabus, ut *Carolus Strozzius* Senator patriorum antiquitatum consultissimus scriptum reliquit. Idemne Monasterium est, an aliud? In illo autem instrumento ideo de *Francigenis* & *Vltramontanis* agitur, quod, cum Fratres S. *Ioan-*

Max. Monasterio confirmavit [a]. Et hospitalitatem quidem Monasterii S. *Mineatis* commendat atque exaltat *Attho* Episcopus illis verbis: *Vbi peregrinorum & hospitum turba quasi in propriis domibus receptionis & refocillationis adipiscuntur necessaria fomenta: ubi infirmi aluntur: ubi pauperes alimoniae beneficio satiantur* [b]. Ecclesia Sancti *Mineatis*, cum Xenodochio, in loco nuncupato *Quercu Campi Martini*, a *Guidone* Comite *Guidonis* Comitis filio, & eius uxore *Armellina*, huic Coenobio donata fuit. Adeptum quoque est Ecclesiam Sanctae *Mariae* Albuini, Campum Martium, Bisarnum [c]. *Gerardus Benni* F. donavit Castellum Galigae cum Ecclesia; Castellum Montis Alti cum Ecclesia, honori Sancti *Mineatis* & Sancti *Romuli* aedificata; curtem Sanctae *Mariae* Aconis cum Ecclesia; Ecclesiam Sancti *Martini* Praetorii cum curte, in Plebatu Aconis [d]. Haec deinde partim confirmata fuere a *Regi-*

Ioannis φιλοξενίαν exercerent, & peregrinos exteros hospitio exciperent, ubi etiam in quacumque Vrbis parte morarentur, assisterent. In muro horti illius Monasterii, qua domui iungitur, & Septentriones, Vrbisque moenia, & Arnum flumen, spectat, pomoerioque conterminus est, sequens inscriptio legitur.

Ad perpetuam Rei Memoriam
Eminentissima, & sacra Equitum Hieroso
lymitanorum Religio concessit RR. Monialibus Archangeli
Raphaelis hortum Commendae S. Sepulchri
novo hoc muro in clausura Monasterii compre
hensum servato sibi dominio ac proprietate sub
annuo censu in perpetuum suprascriptae Commendae
solvendo cum hypotheca universali omnium bono
rum suprascriptarum RR. Monialium ac speciatim
Praedii sancti Bartholomaei ad Centuriam, vulgo Santo Bartolo
a Cintoia, his aliisque conditionibus descriptis in ins
trumento Notarii ad hoc rogati Ser Ioannis Antonii
Pecorini die XXVII. Octobris A. S. MDCCXIX. Indic. XII.

Observandum est insuper, Ecclesiam, quae nunc in Burgo S. *Frigidiani*, Sancta *Maria* Verzariae dicitur, Oratorium ante annum MDXXIX. fuisse D. *Ioannis Baptistae* sacrum, & ad Fraternitatem cognominem spectasse: quare in ea etiamnum Ara exstat Praecursori dedicata, & eius imago supra Ecclesiae Portam picta est. Quare & hinc suspicari est, Ecclesiam hanc, horto praedicti Monasterii S. *Ioannis Baptistae* cohaerentem, esse illam eamdem Ecclesiam, quae ad Fratres S. *Ioannis Baptistae* pertinebat, quaque ad sacra facienda, & ceremonias exercendas, utebantur.

a Consule superius *pag.* 19.

b Adi superius *pag.* 48.

c Adi superius *pag.* 29. 1182. 1183. 1185.

d Haec donatio facta fuit anno MCXIII. Consule superius *pag.* 29. 30. Quomodu-

ginolfo praedicti *Benni* filio, qui & ipse quaedam iura in aliquibus illorum locorum habebat. *Lucius III.* Pont Max. inter eius possessiones recenset Ecclesiam Sancti *Nicolai* cum Paroecia a Rivo Corbuli usque ad Sanctam *Mariam* super Arnum [a]. Ecclesiam Sanctae *Mariae* Quincti, cum curte & bonis. Ecclesiam Sanctae *Mariae* Novolarum, cum curte & bonis. Ecclesiam Sancti *Martini* Corellae cum curte & bonis [b]. Ecclesiam Sancti *Domnini* in Plano Maiore. Ecclesiam Sancti *Andreae* ad Duciam. *Dandus Recuperi* F. & *Tabernaria* eius, uxor omne ius, quod in praefata Ecclesia S. *Mariae* Novolarum habebant, Abbati sub initium saeculi XIII. vendiderunt [c]. Abbates huius Monasterii praeter iam memoratos reperio alios, quorum omnium series est, quae sequitur.

Dominicus [d], anno MVI.
Ioannes Gualberti F. anno MVI [e]
Vbertus, seu [f] *Vmbertus*, anno MVII.

Be-

do autem haec consent cum his, quae de donatione *Ildebrandi* Episcopi diximus, alii viderint. Multa enim, quae eadem sunt, Episcopus illis dono dedit. At forte *Gerardus* ille aliquod ius & ipse habebat in iisdem Castellis & Ecclesiis; ut de *Reginolfo* heic observo. Observavit etiam generaliter *Vinc. Borghinius*, diversos eodem tempore Castrorum, fundorum, & Ecclesiarum, fuisse dominos, & unumquemque diversis saepe temporibus de sua portione disposuisse. Vide *Tom. II. pag.* 470.

a Consule superius *pag.* 40. 1185.
b Consule superius *pag.* 29. 30.
c Consule latius de his omnibus superius *pag.* 28. 29. 30. 31. 32. 1182. *& seqq.* usque ad *pag.* 1189.
d *Fid. Soldanius Quaest. Vallumb. Tom. I. pag.* 168.
e *Vita S. Ioannis Gualberti* a B. *Atthone* scripta *Cap.* IX. *Soldanius loco citato.*
f *Vita S. Ioannis Gualberti Cap. IX. Soldanius loco citato.* Heic animadvertendum est, *Fidel. Soldanium* vitae S. *Ioannis Gualberti* Chronologiam susque deque miscere, dum pertendit, *Vbertum* Abbatem Sancti *Meneatis* Simoniacum anno MVII. praeesse coepisse. Nam quum *Vbertus* Abbas illius Monasterii creatus est, Episcopus Florentinus Simoniacus erat, qui pecunia accepta Abbatem elegerat. Tales profecto non erant *Ildebrandus*, *Lambertus*, *Attho*, *Gerardus* Episcopi, qui omnes vitae laudatissimae fuere, & de *Atthone* praecipue id *Io. Mabillonius* vir doctissimus adfirmat *Tom. IV. Annal. Benedictin. pag.* 352. At *Soldanius Atthonem* quemdam intrudit, & ante *Ildebrandum* in Episcopatu sedisse vult; sed gratis. Quin in *Vita S. Ioannis Gualberti* a B. *Atthone* scripta *Petrus* potius Simoniacus insinuatur, quam alius Episcopus; adeo omnia & ibi mira confusione miscentur. At si *Attho* vere fuit Simoniacus, alium *Atthonem* comminisci non est, quam *Atthonem*, qui anno MXXXII. esse coepit Episcopus. Quum enim *Vbertus* Abbas in tempora *Atthonis* huius incidat; perspicuum esse videtur, hunc *Vbertum* ab *Atthone* pretio accepto Abbatem electum fuisse: nam commune vitium hoc erat in Ecclesiastico ordine per eam aetatem, ut etiam in Vita S. *Ioannis Gualberti Cap. IX.* dicitur. Gratis alter antiquiorque *Vbertus* Abbas fingitur; & ipse in sententiam *Guid. Grandii* lubenter discedo; & actiones quasdam S. *Ioannis Gualberti* ad posteriorem aetatem referendas esse contendo, quam Scriptores quidam faciant: & *Io. Mabillonius* etiam in *Annalib. Benedictin. Tom. IV. pag.* 323. 352. 386. mihi favet. Tunc *Vbertus* ille alter vetustior ex albo Abbatum delendus est, & in *Oberto* posteriore tantum consistendum. Tunc etiam *Dominicus* Abbas non anno MVI. sed multo post supremum diem obierit.

a Pla-

Leo, seu *Leopardus* [a], anno MXXV. MXXX.
Obertus [b], anno MXXXVIII. MLXV.
Benedictus [c], anno MCX. MCXXI.
Benedictus, anno MCCX. [d]
Iosephus, anno MCCX. [e]
Nicolaus, anno MCCXXVIII. [f]
Clericus [g], anno MCCXXXII. MCCXLVI.

Lau-

a *Placid. Paccinellius Chronic. Abbatiae Florent. pag.* 13. Superius *pag.* 28. 31. 46. 574. 578. *Io. Mabillonius Annal. Benedectin. Tom. IV. pag.* 216.

b Consule superius *pag.* 28. 29. 48. 575. 576. 1183. 1184. Hic sententia lata anno MLXI. Campum Regis Canonicae Florentinae adiudicavit. Superius *pag.* 49.

c Consule superius *pag.* 1182. & Chartam Archivi Capitularis, quam profero.

1121. Florentinus q. Andreae, Chiscio, & Martinus Bastacarus. Petrus q. Guidoli de Runcoli. Guidolus q. Stephani. Petrus de Rio. Ioannes de Colle. Petrus, & Florentinus q. Rustichii. Guilielmus q. Guinizi. Guiduccius Iteuze Gerardi. Azzolinus q. Petri Ioannis. Ioannes q. Petri Fuscole, & Ioannes Bristoli, investiunt Ioannem Bonum Praepositum Archipresbyterum Canonicae S. Reparatae, & Benedictum Abbatem Monasterii S. Miniatis, de ipsis bonis, quae ipsi ab eorum Ecclesiis detinent, & de ipsis conveniunt inter eos in praesentia Beniamin Iudicis, Caroccii Causidici Florentini, Seniorelli Rolandoli, Carbonis Ranuccini filii. Ioannis Ranuccini, & Cornacchini, Anno Incarnationis 1121. mense Madio Indictione 14. &c. Ioannes Bristoli. Ioanres de Colle. Presbiter Asinus. Rodulfus. Martinus. Bonguinizzuco. Angerellus de Rio. Gunizzello Clamicla. Ioannes Bieco. Ioannes, & Fencio. Marcus. Martinus Marchise. Vuido Tiniosus. Ioannes de Massa, & Vuido Abertili. Guibertus Notarius subscripsit.

d Cnnsule superius *pag.* 51. 578.

e Adi superius *pag* 50. 51. 578.

f Consule superius *pag.* 51. 578.

g Consule superius *pag.* 31. 115. 116. 118. 578. 1187. Huius tempore fortassis *Ardingus* Episcopus aegrotabat apud Monasterium *S. Miniatis*, ut patet ex Instrumento apud *Vghellium pag.* 1154. cuius particulam protuli superius *pag.* 31. & indicavi *pag.* 1196. Modo integrum Instrumentum exhibeo.

D. Ardingus benignitate divina Florentinus Episcopus licet aeger corpore, sanus tamen mente, sua memorans novissima, quia voluit, sicut dixit, ne Monasterium Sancti Salvatoris de Septimo Ordinis Cisterciensis aliquo tempore, vel ab aliqua persona, litem, vel brigam, habeat, seu aliquod nocumentum de aliquibus rebus suis, quas olim apud ipsum per se, vel per alium, deponi fecisset, cum intentio sua semper fuerit, ut dixit, quod praedictum Monasterium, & Abbas, atque Conventus ipsius res, & bona illa deberent habere sub pietatis intuitu, & pro animae suae salute, praesentialiter per hoc publicum instrumentum sancivit, concessit, reliquit, pro reverentia Iesu Christi, & pietatis intuitu, atque donavit irrevocabiliter inter vivos, F. Paulo Cisterciensis Ordinis, nunc Castaldo suo, pro ipsius Monasterio, Abbate, atque Conventu, recipienti, integre omnes res, & bona, sive pecuniam, sive quascumque res alias, quas hactenus deposuisset, vel fecisset deponi apud, eos per quamcunque personam vel personas, quatenus habeant ea sibi ulterius praedicto Monasterio benedicta, & concessa in nomine Iesu Christi, eosque Abbatem, Conventum, vel Monasterium ab omni restitutione ipsarum rerum facienda sibi, vel Episcopatui Florentino, absolvit, & liberavit omnino. Et ad maiorem evidentiam rei de hac donatione, & concessione iussit confici praesens publicum instrumentum.

Acta sunt haec apud Monasterium S. Miniatis ad Montem, praesentibus Domino Azone Plebano Plebis Sancti Ioannis Maioris, Presbytero Ventura de Sancta Felicitate, Giamobene Canon. Plebis de Decimo, & Benvenuto Notario filio Mainetti.

Ego Benvenutus Sacri Palatii Notarius, praedictis dum agerentur rogatus interfui, ideoque subscripsi.

Ego Iacobus, Imperiali auctoritate Index, & Notarius publicus, haec omnia a dicto dominu Episcopo me praesente acta, de mandato suo rogavi, & imbreviavi, eaque postmudum infrascripto Bonagiuntae Notario scribenda, & publicanda mandavi,

Laurentius [a], anno MCCXLV. Abbas esse non potuit. *Fal-*

& commisi, ideoque his a me rogatis, & ab eo scriptis subscripsi.

Ego Bonagiunta Burnetti Imperiali auctoritate Notarius publicus, haec rogata, & imbreviata, a Iacobo Iudice, & Notario, suprascripto, de mandato, & commissione sua, scripsi, & publicavi, ideoque me subscripsi.

a Ex *Iof. Richa Tom. III. Eccles. Florentin. pag.* 21. Chartam produco, in qua tamen F. *Laurentius* nomen est Dominicani cuiusdam; & Abbas Sancti *Miniatis* non expresso nomine scribitur.

In Dei nomine Amen. *Anno Dom. millesimo ducentesimo quadragesimo quinto Indictione tertia die octava exeunte Augusto. Cum nos Ardingus miseratione Dominica Florentinus Episcopus, & F. Rogerius de Ordine Fratrum Predicatorum hereticorum Inquisitor a Sede Apostolica in Tuscia constitutus, inquireremus apud Florentiam de Hereticis sicut decet Officium Pastorale, invenimus Pacem, & Baronem, fratres filios ulim Baronis, de heresi publice infamatos, contra quos inquisitione diligenter facta invenimus, quod in domibus ipsorum Episcopi hereticorum Burnettus, & Torsellus, & alii quamplures heretici, sunt receptati, ubi iniqua conventicula celebrantes, hereses plures docuerunt, & manus impositionem fecerunt, sicut patet per confessionem plurimorum fide dignorum. Et quod Ioannes hereticus condemnatus, quem per violentiam de carcere Communis extraxerunt, receptatus est ibidem sicut plurimi attestantur quod idem Baro, & Pax coram nobis confessi sunt; & quidem ipse Baro adoravit hereticos, sicut attestantur plures, qui ab heresi ad Catholicam sunt reversi; & quod duxerunt Torsellum hereticum, & etiam Episcopum hereticorum, ad alium consolandum; & quod Beliottam matrem suam consolatam, hereticam, sicut iidem confessi sunt, in domo propria tenuerunt contra excommunicationem nostram; quia per nos pluries est denuntiatum in populo, & facta excommunicatio, quod omnes qui scirent hereticos, deberent eos denuntiare. Et lecta sunt Capitula per Dominum Papam Gregorium felicis memorie contra hereticos edita, quod ipsi facere contemserunt, occultantes matrem, & hereticos, ne ad manus Ecclesie pervenirent. Quapropter vocatis eis, & receptis super predictis iuramento, & cautionibus idoneis, quod de predictis dicerent veritatem, & super predictis in omnibus Ecclesie obedirent mandatis, sub pena mille librarum se quilibet obligavit; & tandem invenimus eos periuros, contumaces, & addentes mala malis, & scelera sceleribus cumulantes, armata manu implorato auxilio Potestatis Florentie fautoris hereticorum, vocatis exbannitis, pulsata campana Communis, extenso vexillo, equis phaleratis cum balistris, sagittis, & arcubus, nobis se publice opposuerunt pugnando contra nos, & Societatem Fidei, quam Dominus Papa suo privilegio confirmavit, & sub protectione Romane Ecclesie recepit; & violaverunt cemeterium maioris Ecclesie vulnerando, & occidendo fideles, intrando Ecclesiam cum armis, fugando, spoliando, & vulnerando eos, qui vocati a nobis ad predicationem venerunt, audituri que contra Potestatem dicenda erant, qui se contra mandatum Apostolicum pluries pro hereticis opposuit. De quibus pene tota Civitas attestatur, & cicatrices fidelium vulneratorum hoc idem indelebiliter attestantur, quorum sanguis effusus ab inimicis nominis Christiani cum sanguine Abel vindictam exposcit. Unde ne tanta facinora remaneant impunita, & ne sanguis in circuitu Hyerusalem sicut aqua effusus de nostris manibus requiratur, predictus Pacem, & Baronem, fratres tamquam fautores, receptatores, & hereticorum publicos defensores, Dei Omnipotentis nomine invocato, secundum quod iura decernunt iudicamus perpetuo infames, & aliis penis a Sacris Canonibus infligendis addicimus puniendos; domus eorum, que fuerunt latibula perfidorum, pronuntiantes funditus diruendos, bona eorum omnia pronuntiantes, & dicentes omnino confiscanda; penam autem pecuniariam qua obligati sunt nobis, Ecclesie reservantes. Volentes autem in mansuetudine perficere opera nostra, revocantes profugos, promictimus misericordiam, quod si hodie depositis armis humiliantes se, volentes redire ad gremium Sancte Matris Ecclesie, abiurantes omnem heresim, misericordiam imploraverint, recipiemus eos, & promictimus cum eis misericorditer nos facturos, secundum quod eorum humiliationi, & correctioni videbimus expedire.*

Acta sunt hec in die B. Bartolomei in platea S. Marie Novelle ea die, qua per Pacem, & Baronem, & Potestatem excommunicatum, in favorem hereticorum contra fideles est publice dimicatum coram multitudine fidelium armatorum, qui venerant

Falcus, anno MCCLIX. [a]
Orlandus [b], anno MCCLXIX. MCCXCV.
Vgo, anno MCCXCVII. [c]
Ioannes, anno MCCCIII. circiter. [d]
Lapus Tutti F. [e] Iuris Pontificii peritus anno MCCCXVIII. MCCCLXI.
Augustinus [f], anno MCCCLXVIII.
Guillelmus [g], Cardinalis S. Angeli anno MCCCLXXIII.
Ioannes Salviatius, anno MCCCLXXIII. [h]
Ludovicus Thomae F. *Falconius*, anno MCCCXCV.
Ennecus Mendozius [i], Cardinalis anno MDXXXIII. circiter.
Mineas Pittius [k], anno MDLIII.

Barnabas Oddius [l], anno MDCXII. Nam & postquam Monachi Olivetani ex Monasterio Sancti *Mineatis* recessere, Abbatem illius titulo tenus eligere consueverunt. Hoc Monasterium Paroeciam habuit, ut in antecessum di-
xi-

rant sontra hereticos pugnaturi, ubi idem Dominus Episcopus, & F. Rogerius, mandaverunt omnibus Notariis, qui adstabant, quod de predictis conficerent publica instrumenta. Vnde ego infrascriptus Notarius de mandato predictorum, ut superius continetur, scripsi, & in publicam formam redegi.

Testes ad hec F. Nicolaus Superior Florent. F. Petrus Veronensis, F. Laurentius Florent. Abbas S. Miniatis, & populi copiosa multitudo.

Ego Gherardus Notarius filius quondam Rustici predicta omnia de mandato predictoram scripsi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi.

Huius pugnae meminimus superius *pag.* 1078. Non abludit ab producto instrumento monumentum insequens ex Tabulario Sanctae Mariae Novellae erutum.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno MCCXXXXIV. Ind. III. die XII. exeante Decembris. Ad instantiam & postulationem Karissimi Fratris Petri professionis Ordinis Predicatorum per utrumque Consilium Civitatis Flor. Generale scilicet, & Speciale, in Palatio Solidan. ad sonum campane, & per vocem preconum, ex precepto Dn. Beraardini Rollandi Rubei Potestatis Flor. more solito congregatum, & per Capitudines, & Priores Artium Civit. predicte, ad dictum consilium convocatos, stabilitum fuit & indicatum, quod Fratres professionis Ordinis predicti, & Capitulum Ecclesie Sancte Marie Novelle de Flor. debent habere, & eis & dicte Ecclesie tradi, dari, & concedi, de terris sitis post plateum dicte Ecclesie S. Marie Novelle sitam ab illa parte dicte platee, & ubi est domus que dicitur Hospitale pauperum pro Pinzocheris, qui Homines de penitentia nuncupantur, & ubi est domus Ambrosii & suorum convicinorum, pro faciendo plateam, & dictam plateam, que ibi erat, crescendo, causa faciendi predicationem vel predicationes ad voluntatem dicti Fratris Petri, & aliorum Fratrum Capituli dicte Ecclesie Sancte Marie Novelle & concesserunt.

Ego Attavianus q. Oliverii &c.

a Adi superius *pag.* 51. 578.
b *Ioseph. Maria Brocchius Descript. Mucilli pag.* 228. Superius *pag.* 31. 51. 1182.
c Superius *pag.* 51. 578.
d Superius *pag.* 51. 578.
e *Lupus a Castelliunculo in Allegationibus, Nigrius* de *Scriptor. Florent.* Superius *pag.* 32. 1062.
f Consule superius *pag.* 32. 1193.
g Consule superius *pag.* 32. 579. 1196.
h Consule superius *pag.* 579.
i Adi superius *pag.* 34.
k Consule superius *pag.* 578. 581. *Farulfium Histor. Arret. Poccianthum, & Nigrium, de Scriptor. Florent.*
l Consule superius *pag.* 578. 581. De
hoc

ximus [a], & in ea exsistebat Oratorium S. *Andreae* de Rivo [b]. Exsistebat insuper in ipso Sancti *Mineatis* Monte Parthenon Sanctae *Mariae* ad Montem, & Sanctae *Domitillae* nomine insignis, qui deinde in Vrbem translatus est, & tandem in Via Sancti Galli haesit [c], quo de inferius latius agendum est. Non tamen unquam ibi fuisse videtur, Ecclesia S. *Ioannis Baptistae* [d]. Sed tandem haec Paroecia *Miniate Pittio* Abbate subpressa fuit, & adsignata partim Paroeciae S. *Margaritae* ad Montem Isci, partim Paroeciae S. *Leonardi* in Arce Veteri [e]. Hoc Monasterium ob S. *Ioannis Gualberti* Congregationis Vallis Vmbrosae institutoris ad meliorem frugem conversionem famigeratum quoque est: & ob miraculum Crucis, quae eidem *Ioanni* oranti se inclinavit; quae Crux, seu

hoc habetur Inscriptio sub Xysto exteriore Nosocomii S. Mariae Novae; nam Nosodochus, seu Commendator, illius fuit, illudque auxit & ampliavit; & laudem & adprobationem sua vigilantia meruit.

D. O. M.

Cosmo II. Magno Hetruriae Duce III.
Foeliciter imperante

D. *Barnabas de Oddis Patritius Perusinus Castri Lisciani Dns. Sci Miniatis Abbas, huiusque Nosocomei Commendator Avorum familiaritatis, qua Perusiae Dominantes cum Rep. Floren. vincti erant, haud nescius, cum & olim Oddus An. MCCLX. Florentinas militum cohortes duodeviginti duceret, & An. MCCCCLIIII. Carolus octingentorum singulis mensibus coronator. stipendio donatus, equestres tur mas aleret, ac deinceps usque hodie ex Oddorum Fa milia quamplurimi apud Seren. Magnos Duces Hetruriae benemeriti extiterint, eo itidem ipsemet animo affectus e Xenodochii pecuniis, quae ipsius vigilantia superfuere aedificia haec pluribus ornamentis decorata, in Dei Optimi Max. cultum, Ser. Principum observantiam, & in pub licam pauperum utilitatem, funditus erexit*
Anno. Dni. M. D. CXII.

a Adi supra *pag.* 581.
b Consule superius *pag.* 34. 948.
c Consule superius *pag.* 35. 36. 37. 38. 39. 40.
d Consule superius *pag.* 44. 1175. 1181.
e Contigit id anno MDLVII. Adi superius *pag.* 581.

d Con- *e* De-

ſeu Chriſti de Cruce pendentis imago ex Eccleſia tamdem S. *Mineatis* ad Eccleſiam Sanctae Trinitatis Florentiae tranſlata fuit, ubi reverenter adſervatur & colitur [a]. Huius rei geſtae monumentum exſtat in ſemita anguſta, quae a Porta urbana S. *Mineatis*, Baſilicam eiuſdem Martyris verſus, tendit, dextrorſum, aedicula, pictura referens *Ioannem Gualberti* F. inimico parcentem, ſubtuſque ſequens inſcriptio legitur:

QVI PIVS VMBROSAE VALLIS FVNDAMINA IECIT
HOSTI HOC GVALBERTVS CALLE PEPERCIT EQVES
FRATERNAE FVERIT QVAM GRATA OBLIVIO CAEDIS
ECCE IN EVM CHRISTI FLECTIT IMAGO CAPVT
ANNO M. III. [b]

NE INCLYTI IOANNIS GVALBERTI CVM FRATRICIDA GENEROSI CONGRESSVS MONVMENTVM PERIRET RESTITVIT DON ADAMANTIVS MONACHVS VALLVMBROSANVS ANNO SALVTIS MDCLX.

Monaſterium Sancti *Donati* ad Turrim [c], Florentia diſtans ad Occidentem circiter M. P. prope quod in praeſens Rivi Fredi & Munionis confluens eſt, ſuper quem e regione Monaſterii Pons eſt, qui Pons Sancti *Donati* adpellatur. Antequam Munio ab antiquo ſuo alveo diverteretur, flumen, quod Eccleſiam Sancti *Donati* proxime labebatur, *Rivus Fredi* (forte *Rivus Manfredi*, ſeu *Mangifredi*) vulgo *Rifredi*, dicebatur. Rivus enim Fredi a Ponte cognomine uſque ad Arnum flumen nuncupabatur; ſupra Pontem vero uſque ad fontem & ſcaturiginem ſuam *Tertiolae*, vulgo *Terzolle*, dictus eſt. Munio enim ita alveum, & curſum, diverſis temporibus mutavit, ut primitus iuxta Eccleſiam S. *Ioannis Baptiſtae*, & Capitolium, laberetur [d], & non longe, ubi Eccleſia Omnium Sanctorum nunc eſt, in Arnum influeret; deinde vero Vrbis amplificandae gratia priori alveo dimotus moenia ſecundi ambitus adlueret, per Plateam S.

a De hac Tranſlatione agunt *Fidelis Soldanius Hiſtor. Paſſinianens. pag.* 547. *Ioſep. Richa Tom. III. Eccles. Florent. pag.* 168. *Tuſcia Illuſtrata Tom. I. pag.* 293 Superius *pag.* 1193. De converſione autem Sancti *Ioannis*, & miraculo illo, conſule eius Vitae Scriptores, & B. *Atthonem* praecipue.

b Quo anno vere id contigerit, incertum eſt admodum; & de hac re conſulendi *Didacus Franchius* in *Vita S. Ioannis Gualberti*; *Guido Grandius*, & *Fidelis Soldanius*, laudati.

c Hanc Turrim puto indicari in Bulla *Lucii* Papae apud *Vghellium*, quam ſuperius *pag.* 200. produxi; in ea enim nominantur agri de Munione, & de Turri.

d Adi ſuperius *pag.* 84.

S. *Marci* vel circa, & Plateam Meae Dominae, vulgo *Piazza Madonna*, & veterem Sanctae *Mariae Novellae* Plateam, errans [a]: quum vero tertium moenibus amplioribus Vrbs circumdata est, Portas Sancti *Galli*, & Faventiae, & Prati, circumfluere coactus fuerit, donec Arnum invaderet [b]; & tandem in Rivum Fredi derivatus sit, & M. P. ab Vrbe fluvii ambo confluxerint: quare hic pro Rivo Fredi in praesens Munio perperam audit. Vltra hunc confluentem igitur exstat Monasterium Sancti *Donati*, quod ad Turrim vocatum puto, vel quia non multum a Turri *Alliorum* distat; vel quia Turrim campanariam sublimem haberet, cuius pars inferior, antiquae prorsus structurae, adhuc permanet: licet recentioris fabricae pars superior, e lateribus constans, lapsae vetustae Turris defectum subpleat. Turris *Alliorum* structura seculum XIII. redolet: antiquius autem est huius Monasterii cognomentum. Sed forte locus ab alia Turri, quae amplius non exstat, denominatus est; & lego in *Regesto Episcopatus*, ad annum MCLXXV. *Vineam positam iuxta Rivum Rifredi loco dicto Turri* [c]; & vetustiora etiam Instrumenta alia idem adstruunt, ut in progressu operis elucebit. Et Turres quidem multis locis in Tuscia nomen dedisse, compertum habemus [d]. Nam locus, qui vocatur Turris, est in Valle Pesae, ubi Plebes cognominis Sancti *Vincentii*; in Valle Arni superiore VI. M. circiter Passus Florentia distans, ubi est Ecclesia Sancti *Donati*: est & in agro Casentinate; est & in Praepositura Sancti *Genesii*, nunc in Miniatensi Dioecesi; sicuti in Plebatu Sancti *Ioannis Baptistae* Ficicli, Dioecesis eiusdem: est & Turris cum Plebe Sancti *Nicolai* in Prioratu Sexti Dioecesеos Lucensis; quarum omnium mentio superius [e] opportune facta est: multorumque aliorum locorum eodem nomine insignium copiam adducere possem, si res exigeret. Ecclesiam Sancti *Donati* ad Turrim habuisse primum videantur,

a Consule superius *pag.* 7. 958, 984.

b *Benedictus Varchius Histor. Florent. Lib. IX. pag.* 252.

c Consule superius *pag.* 786. Vnde patet, forte non bene a quibusdam S. *Donatum inter Turres* adpellari. *Lib. IV. Statut. Florent. Part. Vltima Rubr. CXXIII.* legitur: *Dominus Capitaneus & Defensor proprio iuramento praestito faciet observari & manuteneri incorruptam solidam & illaesam stratam, per quam itur & curritur ad bravium, sicut modo condita & determinata est, a Porta Prati Omnium Sanctorum ad flumen & pontem Rifredi*, alias il Ponte Mosse, *usque ad locum ubi tenetur bravium; & ipsam faciat absque diminutione vel laesione aliqua conservari*. Pons autem Mossarum est infra confluentem.

d Consule superius *pag.* 826.

e Consule *pag.* 133. 214. 344. 514. 517. 535. 537. 540. 541. 790. 826.

Con-

tur Monachi quidam, qui Fratres Auguſtiniani Ordinis Portuenſis erant; & ex Bulla *Anaſtaſii IV.* Pont. Max. in qua *Petrus* Prior, & eius Fratres, memorantur, id evincitur; ea enim Monaſterium hoc ſub Apoſtolicae ſedis protectione vel anno MCLIV. ſuſcepit. Poſtmodum anno MCLXVI. occurrit *Romanus* eius Rector & Cuſtos [a]; quamquam an Monachus fuerit, ex Inſtrumento argui non poteſt. Sed certe erat: nam aliquot poſt annos Fratres & Monachi quidam, qui inſtitutum B. *Auguſtini*, & Ordinem Portuenſem, profiterentur; quos recte vocabimus Canonicos, ut aiunt, Regulares Sancti *Auguſtini* [b], illic adhuc perſtitiſſe, indubitatis documentis edocemur. Nam *Fridericus Ahenobarbus* Imperator, quum anno MCLXXXIV. Imperii ſui XXX. Veronae eſſet, huic Monaſterio privilegium conceſſit, ex quo patet, hunc locum adpellatum fuiſſe, Sanctum *Donatum ad Turrim*; & habitatum a Canonicis Regularibus Sancti *Auguſtini* Ordinis Portuenſis, quos immunes reddidit omni vectigali, tributo, & exactione, etiam pro moenibus urbanis aedificandis. Quumque ſub ſuum patrocinium illos ſuſcepiſſet, facultatem eis dedit piſcandi in flumine Arno, & conſtruendi in eo piſtrina, & molendaria aedificia, in proprium uſum; donavitque ſolum, in quo haec Eccleſia ſita eſt, & fundum Carrorum, & curtem cum ſua domo extra Sextum poſitam, & curtem Almacchii cum Xenodochio, vinea, campis, & horto; vineam Rifredi, aquam, & Pontem, cum terra ſita ad caput eiuſdem Pontis; & Eccleſiam Sancti *Domini-*

a Conſtat ex Inſtrumentis quibuſdam Archivi Capitularis Florentini, quorum compendia in medium adduco.

1166. Peruzzus filius Vgolini concedit in emphiteuſim Aiuto Baldovini tres petias terrarum poſitas a Turri: confinant filii Maculi, d. Balduinus & Peruzzus in communi, Ioannes & Guiglielmus, Totus Burnettus & Ferritus, & del Roſſo, Anno ab Incarnatione 1166. 12. Kalendas Auguſti Indictione 14. &c. Teſtib. Tinopho Biſſoli, Dono filio Octaviani, Brunoro filio Francoli, & Deo Aiuti filio Peruzzi &c. Truffus Iudex, & Not.

1166. Peruzzus Vgolini praedicti concedit ut ſupra dicto Aiuto Baldovini petium terrae loco de Turri non longe ab Eccleſia Sancti Donati, Anno ab Incarnatione 1166. 19. Kalendas Septembris Indictione 14. &c. Teſtes ſunt: Prete Ianni de Vizzalla, Ioannes filius Tomafalli, Angiolinus de Monte, Romagnolus filius Ioafelli, Rubertuccius filius Vigoli, Montonus filius Vivoli, Ruſtichellus & Benneaſa germani filii Sarcti. Burnettus filius Francoli, & Ferritus filius Baldoli &c. Truffus Iudex, & Not.

1166. Romanus Rector, & Cuſtos Eccleſiae Sancti Donati de Turri concedit Peruzzo filio Vgolini petium terrae non longe a dicta Eccleſia, Anno Incarnationis Dominicae 1166. 19. Kalendas Septembris Indictione 14. in praeſentia teſtium in proximo Inſtrumento deſcriptorum. Truſſus Iudex, & Not.

b Conſule *Mannium Sigil. Tom. VII. pag.* 90. *Baccettium Hiſtor. Septimian. Lib. I. pag.* 30.

Ex

mnini cum omnibus, quae ad eam pertinerent: & quatenus ex hoc Privilegio, & alio *Conradi* Imperatoris, intelligere datur, Xenodochium hoc erat [a]. Quum autem Canonici illi hanc Ecclesiam obtinerent, & *Bonus* Prior praeesset, *Gherardus* [b] Archiepiscopus Ravennas, Apostolicae Sedis Legatus, illam cum tribus Altaribus anno MCLXXXVII. die Purificationis Deiparae dedicavit, adsistentibus sibi *Bernardo* Florentino, *Lanfranco* Faesulano, & *Henrico* Imolensi, Episcopis; & Capitulo Florentino. Eadem die, qua Legatus Ecclesiam consecravit, ingenti Florentinorum multitudini insigne Crucis imposuit, quod eo exhortante & suadente ad rebus Palaestinae fractis succurrendum illuc transfretari animum induxissent. Archiepiscopus enim

a Exstabat Diploma in Archivo Cisterciensium Florentiae.

b Ex Instrumento apud *Cerracchinium pag.* 66. quod produco.

Gherardus dignatione divina S. Ravennatis Ecclesiae Archiepiscopus, Apostolicae Sedis Legatus, Dilectis in Christo Fratribus, Bono Priori Sancti Donati de Turre, eiusque Fratribus, tam praesentibus, quam futuris, regularem vitam secundum Regulam B. Augustini, & Ordinem Portuensem, professis, saecularibus desideriis abnegantes sobrie, & iuste vivere in hoc saeculo. Inter alios fragilitatis humanae defectus ex culpa primi hominis naturae nostrae conditio oblivionis dispendium patitur, ita quod non solum eorum, quae audimus, sed eorum etiam, quae facimus, cogimur oblivisci, nisi ad praeteritorum memoriam scripturarum adminiculo excitemur. Inde est utique, quod saluti fidelium congaudentes, & utilitati Ecclesiae vestrae, quae de visitantium devotione Domino volente proveniet, pastorali volentes studio providere, universis Dei Fidelibus, ad quos litterae istae pervenerint, intimamus, quod cum anno primo Pontificatus Domini nostri Clementis Summi Pontificis, pro subventione orientalis Ecclesiae ad exhortationem populi Christiani teneremur Tusciam, & alias provincias, ex iniunctae Legationis officio visitare, Florentiam venimus, & post habitum verbum exhortationis ad populum, quia cum desiderio excipiebat verbum salutis, ut maiorem haberemus multitudinem auditorum, assistentibus nobis piae memoriae Bernardo Florentino Episcopo, & venerabilibus Fratribus nostris Lanfranco Faesulano, & Henrico Imolensi, Episcopis, & Capitulo Florentino, ad honorem, & gloriam Trinitatis, in memoriam quoque Beatissimae Mariae Virginis, & Beati Donati, & Sancti Thomae Martyris Cantuariensis Archiepiscopi, ita quidem, quod Altare maius in memoriam Beati Donati, Altare ab Aquilone positum in honorem Beatae Mariae, & tertium ab australi plaga in honorem Beati Thomae Martyris, dedicantes Ecclesiae vestrae Beati Donati de Turri munus dedicationis impendimus, & ex authoritate nostra, & praedictorum Episcoporum, in anniversario Dedicationis tribus diebus videlicet ante festum Purificationis gloriosae, & illibatae Mariae Virginis, quo die ipsam Ecclesiam consecravimus, & tribus diebus post festum, universis fidelibus, qui eandem Ecclesiam cum devotione debita visitaverint, quinquaginta dierum indulgentiam facimus de misericordia Redemptoris nostri, & praedictorum Sanctorum meritis, confisi. Ad eiusdem quoque facti maiorem memoriam notum fieri volumus, quod multitudini Signatorum, quibus eadem die pro liberatione Crucis Christi, & Terrae Hierosolymitanae, peregre profecturis Crucem impressimus, tu, Frater Prior, cum assensu Collegii tui vexillum mirae pulchritudinis, quod erat super Ecclesia, donavisti, in transmarinas partes iuxta vestrum desiderium transferendum. Ut igitur iam dictae Dedicationis titulus inviolabilis perseveret, ad perennem memoriam praesentes vobis litteras indulgemus, & sigillo nostri Praesulatus volumus communiri. Actum est hoc anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo octuagesimo septimo, quarto nonas Februarii . . . . . Pontificatus Domini nostri Clementis Papae Anno Primo.

a Scip.

enim Ravennas [a] ad hoc in Tusciam & alias provincias Legatus a *Clemente* III. Pont. Max. missus fuerat, ut delectum haberet, & populos ad sacrae militiae nomen dandum exhortaretur. Tunc Prior Sancti *Donati*, eius Collegis consentientibus, Vexillum mirae pulchritudinis, quod erat super Ecclesiam, illis donavit, ut secum in Palaestinam ferrent, & victoriae praesagium haberent. Expeditio haec tamen in Palaestinam nonnisi anno MCLXXXIX. facta est, ut *Ioannes Villanius* memoriae prodidit [b]. Quamquam vero, IV. Non. Februar. ut dixi, Ecclesiae dedicatio celebrata fuit, tamen *Antonius ab Urso* Episcopus anniversariam eius commemorationem ad secundam post Pascha Dominicam anno MCCCXIV. transtulit. At non longo tempore Fratres illi Augustiniani hanc Ecclesiam & Monasterium possedisse videantur; nisi tales anno MCCXXII. Prior & Collegium Clericorum fuerunt, quos antiquum monumentum obsert. Lis enim orta [c] erat inter Ple-

[a] *Scip. Ammiratus Histor. Florent.* ad annum MCLXXXVIII. & sequentem; *Ioan. Villanius Lib. V. Chronic. Cap. XIII.* qui fallitur putans, tunc temporis Ecclesiam hanc a Monachis Ordinis Cisterciensis possessam fuisse.

[b] *Lib. V. Cap. XV.*

[c] Acta causae produco ex Archivo Humiliatorum Pontis Ormae.

In Dei nomine amen. Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi MCCXXII. Indict. X. Nonis Aug. Imperante Serenissimo Imperatore Frederico II. Cum inter Plebanum, & Capitulum Plebis Sancti Stefani in Pane, ac Sindicum, seu Procuratorem eorum ex una parte; & Priorem, & Clericos S. Donati in Torre, & Sindicum, seu Procuratorem eorum, Florent. Dioc. ex altera; super iure parochiali, & occasione iuris parochialis, & rebus aliis, hinc inde questio verteretur, placuit Summo Pontifici Domino Honorio, honestis, & discretis viris Archipresbitero, & Iuliano, & Frederico Canonicis Pistoriensibus eamdem committere in hunc modum. Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbitero, Iuliano, & Frederico, Canonicis Pistoriensibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum Plebani & Clericorum Ecclesiae Sancti Stefani in Pane recepimos questionem, quod Sancti Donati, & Sancti Laurentii, Priores, Presbiter de Montogis, & quidam alii Clerici Civitatis, & Dioc. Florent. super iure parochiali eidem Ecclesie, ac rebus aliis, iniuriantur eidem; ideoque discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis, & auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore, subtraxerint, per districtionem eandem cessante appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Reate II. Id. Aug. Pontificatus nostri anno quarto. Quibus postmodum causam predictam per annum, & amplius, differentibus terminare, idem Summus Pontifex rescripsit iterum in hunc modum. Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbitero, & F. & I. Canonicis Pistoriensibus salutem, & Apostolicam benedictionem. Plebanus, & Canonici S. Stephani in Pane sua nobis insinuatione monstrarunt, quod cum super causam, que inter ipsos ex parte una, & Priorem Ecclesie S. Donati Flor. Dioc. ex altera, super iure parochiali, & rebus aliis, vertitur, vobis semel, & iterum direxerimus scripta nostra, vos causam eamdem per annum, & amplius iam protractam, terminare hactenus distulistis; unde idem Plebanus & Canonici grave sibi, & eorum Ecclesia, asserunt dispendium imminere. Ne igitur causa eadem ulterius protrahatur, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo man-

Plebanum Sancti *Stephani* Vno Pane; & Priorem & Clericos Sancti *Donati* ad Turrim; de quibusdam paroecis & domibus, quas ille ad suam Paroeciam, hi ad suam, pertinere acriter pertendebant. Controversiae clamor ad *Honorium III.* Pontificem Max. delatus est; & hic I. Archipresbytero, & *Iuliano* & *Friderico* Canonicis, Pistoriensibus causam dirimendam ter-

mandamus, quatenus ipsa infra mensem post receptionem presentium iuxta primi mandati nostri tenorem, ratione previa terminetis; alinquin Archidiacono, Preposito, & Magistro Bartholo Canonico Aretino nostris damus litteris in mandatis, ut ipsi ex tunc mandatum super hoc Apostolicum exequantur. Datum Laterani III. Id. Feb. Pontificatus nostri anno sexto. Cum autem dicti Iudices causam predictam nullatenus terminassent nos Prepositus, & Archidiaconus, & Presbiter B. Canonicus Aretini mandatum ab eodem Summo Pontifice recepimus in hunc tenorem. Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Archidiacono, Preposito, & Magistro Bartholo Canonico Aretinis, salutem & Apostolicam benedictionem. Plebanus, & Canonici Sancti Stephani in Pane, sua nobis insinuatione monstrarunt, quod cum super causam que inter ipsos ex parte una, & Priorem Ecclesie Sancti Donati, Florent. Dioc. ex altera vertitur, Archipresbytero, & F. & I. Canonicis Pistoriensibus semel, & iterum, direxerimus scripta nostra, ipsi causa eadem per annum, & amplius iam protracta terminare ipsam actenus distulerunt, in grave ipsorum Plebani, & Canonicorum preiudicium, & gravamen. Ne igitur causa eadem ulterius protrahatur, ipsis nostris dedimus litteris in mandatis, ut causam eandem infra mensem post receptionem ipsarum iuxta primi mandati nostri tenorem ratione previa terminarent; quo circa discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsis super hoc mandatum nostrum non adimplentibus, vos ex tunc appellatione remota mandatum Apostolicum exequi procuretis, facientes quod decreveritis, per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore, subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani decimo quarto Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno sexto. Partibus igitur in nostra presentia constitutis, visis etiam omnibus actis curam predictis Iudicibus actitatis, nobis ab eisdem sub eorum sigillis transmissis; inspecta etiam libelli utriusque partis, tam conventionis, quam reconventionis; qui tales erant, Coram vobis Dominis Magistro I. Archipresbitero, & F. & I. Canonicis Pistoriensibus, & Domini Pape Delegatis, constitutus ego B. Plebanus S. Stephani vice, & nomine ipsius Plebis ..... de Priore S. Donati nomine Ecclesie Sancti Donati, & suis Clericis, qui Plebem S. Stephani spoliaverunt possessione, vel quasi, recipiendi ad divina Parochianos ipsius Plebis; scilicet, Bonacursum Iovanelli, Brunum filium Aldobrandini habitatorem domus Presbiteri, Bonaiuti habitatorem domus, & clausure que olim fuit Gerardi del Cotto, & nunc est Ecclesie Sancti Pancrasii, & domum filiorum Berri Gualduccii, & recipiendi filiam Longavie, etiam de domo ubi modo habitat, que est Bonacursi Malagallie, & eorum familias; tradendi etiam eis Ecclesiastica Sacramenta, & recipiendi decimas, & oblationes ab eisdem. Vnde peto ipsam Plebem restitui in possessione, vel quasi, recipiendi, percipiendi, & tendendi, & faciendi, omnia predicta ab habitatoribus dictarum domorum, & fructus modo perceptos, & qui percipi potuerunt, & Plebi, & mihi pro ea restitui, & iam expensas, ex occasione ipsius spoliationis factas repeto, faciendas protestor. Petens etiam ab eis penam decem librarum ab eisdem Priore, & Clericis, in quam inciderunt presumendo predicta contra Plebem. Item peto, ut compellatis Priorem Sancti Donati nomine sue Ecclesie, & suos Clericos, & Conventum, cessare ab iniuria, quam inferunt ipsi Plebi recipiendo ad divina, tam in vita, quam in morte, habitatores infrascriptarum domorum, que intra limites Plebis continentur, & de Plebatu, & Parochia ipsius existunt, scilicet, habitatores domus Iacobi del Pecora, domus Beliotti, domus Oderrici, domus filiorum Melliorelli, domus Guidi, & Burnetti, domus filiorum Durradini, domus Sancti Donati iuxta Rifredom, domus Rustici, & Ostesciani, domus Hospitalis Sancti Salvi; tradendo etiam illis Ecclesiastica Sacramenta, petendo de-

terminandamque commisit. Sed his iudicare negligentibus & differentibus, idem Pontifex tandem Archidiacono, Praeposito, & Magistro *Barptolemaeo* Canonico, Arretinis, caussam finiendam delegavit, qui perpetuum Priori & Clericis Sancti *Donati* ad Turrim silentium, lata sententia, imposuerunt. Sed quum Ecclesia haec & Canonica Sancti *Donati* ni-

decimas, tam ab eis de clausuris in quibus habitaor, quam a Dominis quorum coloni existunt, Postulo etiam, ut super predictis omnibus eis, & eorum Ecclesie, perpetuum silentium imponatis, negans eis esse ius recipiendi eos, percipiendi, tradendi, & faciendi predicta, quod omnes predicte domus, & clausure sint infra limites, & Plebis Parochiam constitute. In Christi nomine amen. Presbiter B. Prior Sancti Donati vice, & nomine ipsius Ecclesie Sancti Donati, agit reconveniendo contra Magistrum B. Plebanum S. Stephani, & contra Clericos eiusdem Ecclesie, petens ab eis, ut sinant ipsam Ecclesiam Sancti Donati, & ipsum B. Priorem ipsius Ecclesie pro ipsa Ecclesia Sancti Donati, & permittant quiete, & pacifice possidere, vel quasi possidere, habitatores istarum domorum scilicet habitatores domus Iacobi del Pecora, domus {Beliotti, domus Oderrici, domus filiorum Melioreili, domus Gandi, & Burnetti, domus filiorum Durradini, domus Sancti Donati iuxta R fredum, domus Rustici, & Ostesciani, domus Hospitalis S. Salvi; scilicet, recipere ipsos habitatores ad divina, tam in vita, quam in morte, Item petit iam dictus Prior nomine Ecclesie Sancti Donati a prefato B. Plebano Sancti Stephani, & suis Clericis, ut cessent ab iniuria, & molestia, quam faciunt Ecclnsie Sancti Donati, & mihi dicto Priori pro Ecclesia Sancti Donati, non permittendo ei libere, & quiete, recipere supradictos habitatores ad divina tam in vita, quam in morte; non permittendo ipsum Priorem pro ipsa Ecclesia libere, & quiete, dare prefatis habitatoribus ecclesiastica Sacramenta, & non permittendo ipsum Priorem pro ipsa Ecclesia libere, & quiete, a predictis habitatoribus recipere oblationes. Visis etiam contestationibus super predictis libellis factis, confessionibus, & de dicenda veritate iuramentis, attestationibus, instrumentis, & privilegiis, ex parte Plebis introductis diligenter inspectis; auditis etiam omnibus quecunque coram nobis partes proponere voluerunt, & actitatis coram nobis simul, & rationibus omnibus utriusque partis diligenter consideratis, habito prudentum virorum consilio, Dei nomine invocato, dictum Priorem nomine Ecclesie Sancti Donati, & Matheum eius Procuratorem, sive Sindicum, super restitutionem possessionis, vel quasi, ioris scilicet recipiendi ad divina Bonacursum Iovanneili; Brunum filium Aldobrandini habitatorem domus Presbiteri Bonaiuti, habitatores domus, & clausure, que olim fuit Gerardi del Cotto, & nunc est Ecclesie Sancti Pancratii, & domus filiorum Vberti Gualducci, & recipiendi filiam Longavie, etiam de domo, ubi modo habitat, que est Bonacursi Malagallie, & eorum familias; & in restitutionem possessionis, vel quasi iuris scilicet tradendi Ecclesiastica Sacramenta predictis, & percipiendi decimas, & obligationes ab eisdem, & ut cessent ab iniuria, quam inferunt ipsi Plebi recipiendo ad divina, tam in vita, quam in morte, scilicet habitatores, domus Iacobi del Pecora, domus Beliotti, domus Oderrici, domus filiorum Meliorelli, domus Gondi, & Burnetti, domus filiorum Durradini, domus Sancti Donati iuxta Rifredum, domus Rustici, & Ostesciani, domus Hospitalis Sancti Salvii; & in decem libris nomine pene petitis dicto Plebano, & Capellano Sancti Stephani, & eius Procuratori, seu Sindico Presbitero Iunte, auctoritate Apostolica, qua fungimur, condempnamus in predictis, Ecclesiam Sancti Donati, & dicto Priori Sancti Donati, & suis Clericis, & eorum Procuratori Matheo, perpetuum silentium imponentes, & ab aliis petitionibus omnibus hinc inde factis eos invicem absolvimus. Data fuit hec sententia in Civitate Aretina, apud Episcopatum, in domo dicti Domini Archidiaconi, presentibus testibus Domino Ranucio Canonico Aretino, & Magistro Iohanne Rectore Ecclesie de Orgiale, & Magistro Anselmino de Valcotrese, & Iacobo Notario, & Montorio de Turri, & pluribus aliis ad hoc vocatis.

Ego Accerbus Domini Friderici Secundi Romanorum Serenissimi Imperatoris Ordinarius Iudex, & Notarius, lationi, seu prolationi huius sententie interfui, & de mandato supradictorum Iudicum eam scripsi, & in publicam for-

nimis vetusta (nam forte circa annum millesimum condita fuit) anno MCCXXXIX. *collapsa* esset *graviter in spiritualibus & temporalibus, & a consueta religione divisa*, Episcopus Florentinus *Ardingus*, fama nominis & celebritate sanctimoniae Fratrum Humiliatorum motus, illis eam concessit, ut *ad statum religionis melioris & maioris* reduceretur, & in eo conservaretur & cresceret [a]. Quum enim *Gregorius IX.* Pont. Max. facultatem *Ardingo* Episcopo Florentino indulsisset reformandi Monasteria Monialium. & aliorum religiosorum hominum; hic Monasterium Sancti *Donati* ad Turrim *Amico* Praeposito Ecclesiae Sancti *Michaelis* Alexandriae, Ordinis Humiliatorum, pro se & suo Conventu & Ecclesia Alexandriae recipienti; reservatis sibi, *suisque successoribus, & Episcopatui Florentino, iurisdictione & honore Episcopali, & reverentia & obedientia, procuratione ordinaria, & consuetudine laudabili, matricis Ecclesiae Florentinae*; concessit. Non multum tamen temporis Humiliati in hac Ecclesia & Canonica manserunt, nam anno MCCLI. quum *Ioannes Mangiatorius* Episcopus esset, & *Philippus Fontana* Episcopus praecedens hanc Ecclesia Sanctae *Luciae* de Sancto *Eusebio* se mutaturum promisisset [b], hoc ad Episcopatum Ferrariensem translato, rem exsequutus est [c]; & ab Ecclesia S. *Donati* ad Turrim Humiliatos ad Ecclesiam Sanctae *Luciae* de Sancto *Eusebio* traduxit [d]. Populus enim Florentinus reclamasse videtur, quod, quum illi lanificium, & artem textrinam, exercerent, pannosque optimos texerent, nimium ab urbe distabant, & populus sive laborandi, sive emen-

formam redegi, & supra interlineavi. hoc.

Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Archipresbitero, F. & I. Canonicis Pistoriensibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Plebanus, & Capitulum Ecclesie Sancti Stephani petitione monstrarunt, quod cum causam inter ipsos ex parte una, & Priorem Sancti Donati Florent. Diocesis ex altera super iure parochiali Ecclesie supradicte, ac rebus aliis, vertentem, vobis commiserimus terminandam, vos in causa ipsa iam elapso biennio procedere actenus non curastis. Ne igitur prorogando iudicium iustitie derogetis, discretioni vestre per iterata scripta precipiendo mandamus, quatenus in eadem causa iuxta priorum literarum continentiam ratione previa sine mora dispendio procedatis. Datum Lateranensi VI. Kal. Iulii, Pontificatus nostri anno quinto. Postmodum vero aliud Rescriptum Summi Pontificis, de quo dicebatur in alio superius dicto: Vobis semel, & iterum direxerimus scripta nostra. Ego Acerbus Domini Frederici secundi Romanorum Serenissimi Imperatoris ordinarius Iud. & Not. videns, ac diligenter inspiciens non vitiatum, non cancellatum, ac sine ulla vituperatione, cum Bulla, & filo, sine corruptela pendente, nihil addendo, vel minuendo, transcripsi, meumque signum apposui.

a Adi superius *pag.* 948. 1035. 1036.

b Adi superius *pag.* 952. 953.

c Consule superius *pag.* 244.

d Consule superius *pag.* 948.

a Adi

emendi, gratia pannos, longi itineris incommodum subire coactus erat. Migraverunt igitur ad Ecclesiam Sanctae *Luciae* tunc Vrbi proximiorem [a]: modo enim novissimis moenibus inclusa est, ut alibi opportune diximus. Sed quid postea de Ecclesia S. *Donati* ad Turrim factum est? Quum Sanctimoniales Monasterii Sanctae *Christinae* Burgi S. Cassiani, quae *Monachae Sanctae Mariae ad Decimum* adpellabantur [b], & Ordinis Augustiniani erant; (Monasterium autem illud antea Xenodochium erat, ut ex Bulla *Rainerii* Cardinalis Sanctae *Mariae* in Cosmedin, Sedis Apostolicae in Etruria Legati, constat [c];) quod angustam & incommodam ibi habitationem haberent, in hanc Ecclesiam ut migrarent rogavissent Episcopum Florentinum, cui libras aureas DC. monetae parvae Pisanae ideo obtulerant; & locum hunc cum bonis, & iuribus omnibus sibi traderet: cuius Episcopi erat etiam Monasterium illud, quod in Sancto Cassiano incolebant [d]: *Ioannes* idem Episcopus eodem anno, scilicet, MCCLI. [e] Ecclesiam & Canonicam Sancti *Donati* ad Turrim habitandam eis concessit, & omnia eius bona & iura in eas transtulit; & illae, die VIII. Octobris huc transgressae [f] Monasterium Sanctae *Christinae* anno MCCLXVIII. die IX. Novembris Episcopo restituerunt [g]. Sed quum pecuniae promissionem, & solutionem illam *Alexander IV.* Pont. Max. rescisset, Epistola data eas graviter increpavit, mandans Episcopis Faesulano, Pistoriensi, & Lucensi, ita cum Episcopo Florentino agere, ut sexcentae illae librae Sanctimonialibus ab eo restituerentur. An autem id factum fuerit, incompertum est. Exploratum tamen est, quum *Bonus* quidam Florentinus quingentas libras, in usurarum restitutionem, pauperibus, vel quibus deberentur, erogandas legasset; & programmatis adfixis nullus creditor occurreret; *Bonifacium VIII.* Pont. Max. anno MCCXCVII. hanc pecuniae summam Sanctimonialibus Sancti *Donati* adsignavisse, qua necessitatibus suis consulerent. Et quidem, quum huc Sanctimoniales illae mi-

a Adi superius *pag.* 244. 952.

b Adi superius *pag.* 811. 812.

c Hinc emendanda quae minus recte a me scripta fuere superius *pag.* 812. De hoc S. *Cassiani* Xenodochio consule superius *pag.* 75. *Manium Tom. VII. Sigil. pag.* 91.

d Adi superius *pag.* 811. 812.

e Superius *pag.* 243. 811. 948. 949. *Manius Tom. VII. Sig. pag.* 90. 91. *Steph. Rosselliní Descript. Eccles. Florent.*

f Consule superius *pag.* 243. Hinc non mirum si anno MCCLXXVII. Sanctimonialibus S. *Donati* de Turri *Beatrix* Comitissa quaedam legavit, ut superius *pag.* 75. videre est; & si anno MCCXCIV. *Angelae* Abbatissae mentio occurrit in Charta Capitoli Florentini superius *pag.* 1023.

g Consule superius *pag.* 243. 811.

migraverunt, multis impensis obnoxiae fuere; nam quum Monasterium angustius esset, illud amplificare opus habuerunt; quare *Ioannes Mangiatorius* Episcopus anno MCCLVII. certam poenarum Ecclesiasticarum remissionem, seu Indulgentiam, omnibus, qui donata illis pecunia opem aedificantibus tulissent, prudenter concessit. Vetusti & primigenii Monasterii, & Ecclesiae vestigia quaedam reliqua adhuc sunt, ut pars Turris campanariae, qua de iam egi; & forma Ecclesiae eidem Turri contiguae, quae in alium usum iam cessit. Pars quoque muri lapidibus constantis, & alti admodum, quo olim Monasterium cum horto claudebatur; qualis a *Benedicto Varchio* describitur [a]. Recentior Ecclesia facie quidem Occasum spectat, sed novo aedificio comprehensa est, exigua, & humilis: & tria Altaria habet, primarium & sublimius in medio, & lateralia duo. Hae Sanctimoniales Ordinis Augustiniani, ut diximus, erant, & Episcopus Florentinus sibi, & suis successoribus, earum gubernium, & administrationem reservaverat; & certum censum, cereum, scilicet, unius librae, quotannis Episcopatui die festo Sancti *Ioannis Baptistae* solvendum imposuerat [b]; quem censum Humiliati quoque solvebant [c]: & ne aliquid ex bonis distraherent & alienarent sine Episcopi venia, vetuerat. Post annos autem circiter novem, quam Sanctimoniales illae huc transierant, sanctitatem, & famam laudabilem Ordinis Cisterciensis admiratae, quum severiorem disciplinam profiteri desiderarent, *Alexandro IV.* laudato supplicarunt, ut eis Augustinianas Leges Cisterciensibus mutare liceret [d], quod eis Pontifex permisit, praecipiens Abbati supremo Ordinis Cisterciensis, ut eas Ordini suo uniret, atque coniungeret, earumque directionem, & gubernium alicui eiusdem Ordinis Abbati committeret, salva tamen Episcopi Florentini iurisdictione. Huius rei exsequutionem Pontifex *Mainetto* Episcopo Faesulano commisit, qui anno MCCLIX. die XIII. Aprilis, ad Sancti *Donati* se conferens Sanctimonialibus volentibus, & clausas se permansuras pollicentibus, Cisterciensium institutum, & habitum tradidit; earumque curam Abbati Sancti *Salvatoris* Septimi commendavit, ac credi-

[a] *Lib. IX. Histor. Florent. pag.* 253.
[b] Consule superius *pag.* 243. 261.
[c] Consule superius *pag.* 244.
[d] Hinc corrigendum est, quod superius *pag.* 812. scripsi, *Stephan.* scilicet *Russellium* falsum fuisse, dum has Sanctimoniales primum Augustinianas fuisse, adfirmavit: vere enim tales fuerunt.

e Adl

didit: & acta scripsit & condidit *Guido Bonfantis* F. Tabellio Sacri Palatii. Sanctimoniales hae XXXV. circiter, tunc temporis erant. Ob illam autem clausuram *Reclusae* etiam audierunt; quae licet ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentes dicerentur [a], obligatae tamen erant, ut innuimus, solvere quotannis Episcopatui cereum unius librae, & solidos insuper viginti [b], pro Ecclesia, & Monasterio Sancti *Donati*; & quum solvere per septem annorum tractum omisissent, tandem anno MCCLXVII. per Fratrem *Ardingum* earum procuratorem solverunt [c]; quumque pendere eumdem censum neglexissent per aliorum plurium annorum spatium, triginta tres libras *Francisco* Episcopo anno MCCIC. tribuerunt [d]. Video tamen cerei oblationem annis MCCLXXXXII. & MCCLXXXXVII. & MCCCXIII. seorsim factam; simul autem cum solidis consuetis fecit anno MCCCX. Frater *Iuncta* Conversus Sancti *Salvatoris* Septimi, Ordinis Cistercіensium, uti earumdem Sanctimonialium procurator. Itaque Monasterium Sancti *Donati* ad Turrim ad Monachos Septimi pertinebat, non aliter ac pertinerent [e], Monasterium seu Parthenon Sanctae *Mariae Magdalenae* in Pinti [f], quem nunc habent Sanctimoniales Ordinis Montis Carmeli; Altare seu Hospitium S. *Bernardi* in Cafagiolo [g]; Ecclesia Sancti *Martini* ad Palmam [h]; & Ecclesia quaedam Sancti *Laurentii* [i]: prout declaravit *Franciscus* Episcopus Florentinus in Diplomate anno MCCCXXXIX. ad Abbatem Septimi directo. Animadvertendum tamen hic est, Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* proprie ad Monasterium S. *Donati* ad Turrim pertinuisse; & in eo olim mulieres poenitentes habitavisse; tamdemque a Rep. Florentina anno MCCCXXII. concessam esse eius possessionem *Andreae* Abbati Sancti Salvatoris Septimi, ut nomine & vice Sanctimonialium Sancti *Donati* ad Turrim teneret atque possideret [k]. Ius autem in illo Monasterio acquisierant Sanctimoniales S. *Donati*, quia Monasterium S. *Mariae* Crispini in Dioecesi Fa-

a Adi superius *pag.* 1023.

b Consule superius *pag.* 256. 263.

c Supra *pag.* 260.

d Consule superius *pag.* 248.

e De his Ecclesiis tamquam Monasterio Septimi subiectis loquitur Charta *Francisci* Episcopi Florentini, anni MCCCXXXIX. in Archivo Cistercіensium O. 135.

f Adi superius *pag.* 1116.

g Videndus *Gregor. Farulliat Histor. Monasterii Sanctae Mariae Angelorum pag.* 26.

h De hac Ecclesia consulendus *Baccettius Hist. Septim. Lib. III. pag.* 89.

i Puto hanc esse Ecclesiam S. *Laurentii* de Castaneo, in qua morabantur Fratres quidam, & erat prope Florentiam.

k *Riuba Tom. I. pag.* 300. 302.

g De

Riuba

Faventina, cui *Antonius ab Vrso* Episcopus Florentinus Monasterium S. *Mariae Magdalenae* anno MCCCXIX. univerat, libere hoc donavit anno MCCCXXI. Presbytero *Ioanni* Rectori S. *Mariae* Collis Barucii recipienti pro *Angela* Abbatissa Sancti *Donati* [a]. Verum dominium illius Monasterii non multum fuit apud Sanctimoniales istas, utpote quae decretum Reip. sequentes anno MCCCXXIII. illud *Andreae* Abbati Septimi renunciaverunt [b]. Sed quoniam Parthenonis Sanctae *Mariae Magdalenae* meminimus, heic adnotare lubet, in hoc Monasterium a Sanctimonialibus Sancti *Donati* ad Turrim coloniam

quam-

a *Richa Tom. I.* 302. 303.

b Superius *pag.* 1116. *Richa Tom. I. pag.* 304. ex quo excerpta duorum Instrumentorum produco.

1321. 31. *Ianuarii Ser Rusticus Not. olim Maraudutii Sindatus, & Procurator Domini Ioannis Abbatis Monasterii de Crispino, considerans quod Abbatissa, & Moniales S. Donati de Turri, Ordinis Cisterciensis, laudabiliter Deo famulantur, & ibidem viget ordo, & observantia regularis; & quod Monasterium S. Marie Magdalene de Convertitis ad prefatum Monasterium Crispini, pleno iure pertinet; eusque Abbatissa, & Moniales poterunt illud in melius reformare, & observantiam dirigere regularem; habita licentia Capituli Ecclesie Florentine vacantis, nec non Domini Ioannis Abbatis totius Ordinis Vallumb. libere donavit dictum Monasterium S. Marie Magdalene Presbytero Ioanni, Rectori S. Marie de Collebarucii, recipienti pro Domina Angiola Abbatissa Monasterii S. Donati predicti. Actum Flor. presentibus Vberto q. Lundi de Albizzis, & Nalde fil. olim Interoi Roggerii de Bellincis de Singuule. Ego Conte fil. olim Domini Bonaventure de Florent.*

1323 27. *Ianuarii, Domina Eugenia Abbatissa, & Moniales Monasterii S. Donati inter Turres, Flor. Diecesis, Ord. & Regule Cisterciensis in Ecclesia S. Donati predicti, exposuerunt, quod Dominus Antonius B. M. Episcopus Flor. Monasterio Crispini Ord. Vallumbros. de consensu Capituli Ecclesie Flor. Monasterium S. Marie Magdalene, quod vulgo dicitur Monasterium de Convertitis, donavit, & univit, ut constat per Instrumentum Ser Benedicti Mag. Martini Notaris Domini Episcopi sub anno 1319. die 28. Iulii. Et quod Abbatissa, & Capitulum Monasterii S. Donati de Turri habuerunt, & habent, hodie Monasterium S. Marie Magdalene, pro titulo, & nomine donationis facte a*

See

Ser Rustico Maraudotii Notario Sind. & Procuratorio nomine Abbatis, & Capituli S. Marie de Crispino, super hoc a Vallumbrosano Abbate, sub cuius correctione predictum Monasterium existit, rogante Ser Conte Domini Bonaventura an. 1321. 25. Novembris, & quod ad predicta invenitur ratificatio, & approbatio Capituli Flor. Sede vacante, ut constat per instrumentum Ser Benedicti Mag. Martini; & quod Abbatissa S. Donati predicti, de consensu Capituli, & Conventus sui Monasterii, misit ad standum in dicto Monasterio S. Marie Magdalene, & ibidem in divinis serviendum, septem Sorores Monasterii S. Donati, que professe fuerant Regulam Cisterciensem. Et quod per rationabiles causas multum expedit, quod prefatum Monasterium S. Marie Magdalene cum omnibus suis iuribus, & pertinentiis irrevocabiliter, & inter vivos donetur, univatur, & supponatur Abbati, & Capitulo, S. Salvatoris de Septimo; Abbatissa, & Moniales S. Donati donant dicto Domino Andree Abbati, & Monachis, de Septimo, Monasterium S. Marie Magdalene; & dicte Moniales promiserunt Abbati Andree perpetuo istam donationem firmam habere, & non contrafacere, sub pena mille flor. aureorum; & dicte Moniales fecerunt Procuratorem D. Bernardum Monachum de Septimo ad ponendum nomine dicti Monasterii in tenutam, & corporalem possessionem dicti Monasterii S. Marie Magdalene cum hac conditione, quod Abbatissa, & Moniales, S. Marie Magdalene teneantur recipere Abbatissam, & Moniales S. Donati, quando contigeret, quod propter guerras non possent secure morari in Monasterio S. Donati de Turre, &c. die 10. Maii 1323. Dominus Bernardus Sind. & Procurator Monasterii S. Donati misit in possessionem D. Abbatem Andream de Septimo, & Moniales S. Marie Magdalene ratificaverunt dictam possessionem. Ego Vgolinus vocatus Ghinnuccinus olim Ser Rimbaldini de Flor. rog.

a Con-

quamdam tunc deductam fuisse. Sed quum Sancti *Donati* Monachae paullo post *Andreae* Abbati, & Monachis, Sancti *Salvatoris* Septimi illud donavissent, *Andreas* Abbas Sanctimoniales etiam Sancti *Lucae* Montis Isonis in idem transtulit [a]. Sic Sanctimoniales hae in Monasterio Sanctae *Mariae Magdalenae* permanserunt usque ad annum MCCCCXLII. quando *Timotheus* Abbas, & Monachi [b], Monasterii Septimi, supplicarunt *Eugenio IV.* Pont. Max. Florentiae degenti, ut in Vrbe Florentia sibi mansio aliqua concederetur, in qua permanere & pernoctare possent, quum ad Vrbem venirent, a qua V. M P. Monasterium eorum distabat. *Felix* enim *Angelellius* Perusinus Abbas Septimi, & eius Monachi, anno MCCCCII. Hospitium quod in Cafagiolo habebant iuxta Monasterium Sanctae *Mariae Angelorum* Camaldulense, quod *S. Bernardi* nomine insigne fuit; & in quo erant porticus, cavaedium cum xysto, sacellum, triclinium, puteus, & hortus; & ad Septemtrionem, usque ad Viam Angelorum, in qua Hospitii porta erat; ad Orientem vero, usque ad Viam Pergulae, extendebatur: & iuxta hanc Viam plures domos cum hortis coniunctas habebat: una cum his domibus *Raphaeli Boncianio* Priori, & Monachis, S. *Mariae Angelorum* vendiderant, ut suum Monasterium amplificare possent [c]. Quum autem Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* Cisterciensis Ordinis, in quo sacrae Virgines manebant, ex Parthenone Sancti *Donati* ad Turrim illuc olim progressae [d], numero septem primum; nec hortum muris clausum haberet; nec eius reditus ad murum construendum sufficerent; quamobrem multa absurda & indecora illic evenerant [e]: petierunt, ut Sanctimonialibus illis ad Monasterium Sancti *Donati* ad Turrim, seu in Pulverosa, translatis, vacuum Monasterium urbanum sibi inhabitandum concederetur: uterque enim Parthenon Abbati Septimi, ut diximus, subiectus erat. Itaque postulatis adnuens *Eugenius Lunam Maleficiam* Abbatissam a Monasterii Sanctae *Mariae Magdalenae* regimine amovet, & ipsam aliasque septem Sancti-

a Consule superius *pag.* 1116. 1117. *Nicol. Bicettium Histor. Septim. Lib. III. pag.* 108. & *Lib. IV. pag.* 137.

b Consule *Mannum. Tom. V. Sigil. pag.* 34.

c *Gregorius Farulius Histor. Monasterii* Sanctae *Mariae Angelorum pag.* 25. 26.

d *Bicettius Lib. IV. Histor. Septimianae Richa Tom. I. pag.* 304

e Sanctus *Antoninus Summa Histor. Titulo XXII. Cap. X. §. V* huius Monasterii statum tempore *Eugenii IV.* narrat, quemadmo

Eeeeeeeeeeeee

ctimoniales cum Conversa ad Monasterium Sancti *Donati* transfert, cui bona quaedam & reditus Monasterii S. *Mariae Magdalenae* addixit, quoad illae viverent; mortuis autem, illa omnia ad Monasterium Septimi reverterentur *a*. Gratiosam hanc concessionem obtinuerunt Monachi, intercedentibus *Branda Castellionio* Cardinali Sanctae *Sabinae*, Ordinis Patrono, & *Dominico Capranica* Cardinali Sanctae *Mariae* in Via Lata; quare primo huius rei exsequutio ab *Eugenio* Pontifice commissa fuit. Hic itaque ad Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* profectus, Abbatissam, ut diximus, in ordinem redegit iubens, ut cum suis aliis Monachabus ad Monasterium Sancti *Donati* migraret; & die V. Iulii anno MCCCCXLII. cum illis Sanctimonialibus ad Parthenonem Sancti *Donati* se conferens, Antistitae praecepit, ut illas in suo

admodum aliorum Monasteriorum Florentinorum. Lege eius verba superius *pag.* 5122.

a Bulla *Eugenii IV.* data est Florentiae XVI. Kal. Maii. Pontificatus anno XII. anno scilicet MCCCCXLII. & eius archetypon exstabat in Archivo Cisterciensium Florentiae, signatum A. 7. Consulendi *Baccettius Lib. IV. Histor. Septimianae*; *Mannius Tom. V. Sigil. pag.* 34. *Richa Tom. I. pag.* 306. Superius *pag.* 5157. Sed Bullam ipsam hic ex *Mannio Tom. IX. Sigill. pag.* 80. profero.

BRANDA Miseratione Divina Episcopus Sabinen. Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Placentinus communiter nuncupatus Ordinis Cistercien. Protector, Executor unicus ad infrascripta cum illa clausula: Quatenus per se, vel alium, seu alios &c. a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatus. Vniversis & singulis presentes litteras inspecturis, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, presentes nostre littere pervenerint, omnibusque aliis & singulis, quorum interest, vel interetit, quosque infrascriptum tangit negocium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, unitim, vel divisim, quibuscumque nominibus censeantur, aut quacumque presulgeant dignitate, salutem in Domino sempiternam, & presentibus fidem indubiam adhib. Litteras Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Eugenii Divina Providentia Pape IV. eius vera Bulla plumbea cum cordula canapis more Romane Curie impenden. bullatas, sanas, & integras, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio, & suspictione, carentes nobis per Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum, Dominum Dominicum dicta Miseratione Divina Sancte Marie in Via Lata Sancte Romane Ecclesie Diaconum Cardinalem Firman. communiter nuncupatum, necnon Religiosos viros Dom. Timotheum Abbatem Monasterii Sancti Salvatoris de Septimo Ordinis Cistercien. Florent. Dioec. in dictis litteris Apostolicis principaliter nominatos, & Dopmnum Thobiam Michaelis Monachum, Sindicum, & Procuratorem Conventus, & Monachorum eiusdem Monasterii Sancti Salvatoris, prout de soe procurationis, seu sindicatus, mandato in Notis, & Protocollis discreti viri Ser Nicolai de Piscia Notarii publici subscripti legitimis constabat, & constat documentis coram Notariis publicis, & testibus in loco, & tempore infrascriptis presentatas, nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse. Quarum quidem litterarum Apostolicarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

EVGENIVS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis desuper Apostolice servitutis officium nos excitat, atque compellit, ut circa ea, per que Ecclesiasticorum ac Monasteriorum eiusque presidentium, & in illis presertim sub regulari habitu Altissimo famulantium, etiam utriusque sexus personarum, omni commodo, & utilitati, necnon studio & directioni consulitur, salubriter intendamus; & ur illa sublatis dispendiis quibuslibet spiritualiter augeantur, opem,

suo Monasterio exciperet, & victum ac vestitum ceteraque necessaria, non secus ac aliis, subpeditaret. Itaque Monasterium S. *Mariae Magdalenae* vacuum Monachis Septimi cessit, & quaedam bona Sanctimonialium eiusdem attributa fuere Monasterio Sancti *Donati*; quae quidem fuere, Praedium Calentiani; fundi Vlmi ad Castellum; domus Florentiae ad angulum Brigae; & Floreni LXXIX. in Monte Communis Florentiae. Quia vero Monasterium S. *Mariae Magdalenae* agrum aut hortum cohaerentem habebat, Monachi permutarunt, & pro eo usumfructum librarum CC. in eodem Monte positarum concesserunt; quae quidem summa post duarum Monacharum obitum ad Nosocomium Sanctae *Mariae*

pem, & operam, quantum cum Deo possumus, favorabiliter impendamos. Sane pro parte dilectorum filiorum D. Timothei Abbatis, ac Conventus, Monasterii Sancti Salvatoris de Septimo Cistercien. Ordinis Florentin. Dioec. uobis nuper exhibita petitio coutinebat, quod licet nonnulli ex eis sepius, ac successive, pro ploribus, ac diversis eorum, & prefati Mouasterii exequendis negociis, ad Civitatem Florent. a qoa prefatum Monasterium per quiuque, vel circa, miliaria distare videtur, hactenus accesserint, & in antea accedere habeant; tamen ipsi infra Civitatem predictam aliquam domom, seu habitationem, in qoa tempore eorum accessus huiusmodi commode permanere, & dom opus fuerir pernoctare, valerent, presentialiter non tenent, neque possident; ex quo, causante presertim distantia Mouasterii a Civitate huiosmodi, accedentes predicti soscepeiont hactenus, ac illi ex Abbate & Monacis pro tempore existentibus eiusdem Monasterii ad eandem Civitatem pro similibus expediendis negociis in antea se conferre debentes, nisi locum .... eis ad id idoneum assequantur, imposterum suscipient non modica incommoda pariter & detrimenta. Et sicut eadem petitio subiungebat, si Monasteriom Sancte Marie Magdalene de Cistella Florent. dicti Ordinis, quod horto ad instar aliorum Monialium Monasteriorum muris circumdato carere dignoscitur, & in quo propterea, ac alias diversimode ab aliquibos annis citra plura inconvenientia, & inhonesta etiam, in Religionis vilipendiom, ac plurimorum perniciosum exemplum, provenerunt; & de cuius reformatione debita per illius Moniales, stante maxime carentia murorum huiusmodi, ad quoorom constructinnem prefati Monasterii Sancte Marie Magdaleoe, eius, ac Monaliuoi pro tempore ipsius debitis, & consuetis supportatis oneribus, plurium annorum redditus non sufficerent, modica de cetero spes existit; dilecta in Christo filia Lena de Maleficis Abbatissa ad beneplacitum dicti Timothei Abbatis, seu al. nunc existente, ac reliquis infra nominatis Monialibos, eiusdem ad Monasterium Sancti Donati extra morus Florentinos prefati Ordinis canonice translatis, eidem Monasterio Sancti Salvatoris, necnon quedam inferius expressa ad Sancti Donati, & reliqua omnia ad ipsum Monasterium Sancte Marie Magdalene spectantia bona, quorumdam tamen ex eis etiam inferius denotatis, osusfructu ad vitam transferendarum Monialinm predictarom etiam reservato, ad Sancti Salvatoris Monaster. eorumdem usum, & utilitatem perpetuo assignarentur; ex hoc Abbati & Monachis pro tempore, ac Monasterio Sancti Salvatoris huiusmodi utilitates, & commoda devenirent, dictumque Monasteriom Sancti Donati, coius nonnulle Moniales a quibusdam citra temporibus de melioribus vita & morihus commendari potoissent, & in quo propter ipsius edificiorum amplitudinem ultra eius presentes, alie plures Moniales commode permanere valerent, causantibus vita laudahili, & fructoosis operibus Abbatis, & Conventus dicti Monasterii Sancti Salvatoris, qui inibi sub arcta & regulari prefati Ordinis observantia devotum, & sedulum exhibent Altissimo famulatum, cum ad Abbatem pro tempore supradictum cura Sancti Donati & Sancte Marie Magdalene Monasteriorum, ac Abbatissarum, & Monialium pro tempore eorumdem pertineat, multiplicia etiam

viae Novae devoluta est. Haec tamen bona Monasterium Sancti *Donati* possidere tantum debebat, quoad Sanctimoniales illae translatae vixissent, ut dixi. Hae autem fuerunt insequentes:

Lena Maleficia, Abbbatissa praedicta.
Catharina eius soror.
Constantia Falcucia.
Nicolosa Falcucia.
Antonia, *Zenobii* F. *Falcucia*.
Iunipera Zenobii F. Lanarioli seu Lanificis.
Agnes Riccia.
Alexandra Corsinia,
Andrea Conversa.

Ta-

etiam, ad laudem, & gloriam Divini Nominis Religionisque propagationem, ac illarum Monialium huiusmodi consolationem, & animarum salutem in spiritualibus, & temporalibus, susciperet incrementa. Quare pro parte dilecti filii nostri Dominici S. Marie in Via Lata Diaconi Cardinalis ad ipsum Monasterium Sancti Salvatoris singularem, ut accepimus, affectionem gerentis, necnon predictorum exponentium, nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis statui, commodo, & utilitati S. Salvatoris, ac Sancti Donati, Monasteriorum, earumque personarum, necnon transferendarum Monialium huiusmodi, opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de expositis ac subiunctis omnibus supradictis a pluribus notabilibus & fide dignis, etiam in dignitatibus constitutis, personis plenariam informationem suscepimus, ad hoc ut ex nostro suffragio, Altissimo concedente, utilitates, commoda, directiones, & incrementa, ceteraque bona predicta, ad optatum, & salubrem, deducantur effectum, prout ex debito tenemur summi Pontificatus officii nobis ex alto commissi, providere volentes, necnon auctoritate Apostolica harum serie ex nunc beneplacitum de consensu Timothei Abbatis huiusmodi revocantes, ipsam Lenam ab omni regimine & administratione presati Monasterii S. Marie Magdalene realiter amoventes, necnon eam, ac dilectas in Christo filias Catherinam ipsius Lene sororem, ac Constantiam, necnon Nicolosam de Falcuciis .... Antoniam Zenobii Falcucii, ac Ginevram Zenobii Lanaioli, & Agnesiam de Riccis expresse, necnon Sandram de Corsinis tacite, professas, ac Andream conversam Moniales dicti Monasterii Sancte Marie Magdalene ad presatum Monasterium Sancti Donati transferentes, & in presato Monasterio Sancte Marie Magdalene Abbatissalem dignitatem prorsus, & omnino, supprimentes, & extinguentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, Monasterium Sancte Marie Magdalene predictum, ac ipsius & ad illud spectantia, atque pertinentia, possessiones, vineas, atque domos, & tam Muntia Communis Floren. quam alia quecumque credita, introitus, atque redditus, ceteraque iura, res, & bona mobilia, omnia & singula, quorum quantitates, qualitates, valores, vocabula, atque confines, presentibus haberi volumus pro expressis, infrascriptia sequentibus, videlicet, uno poderi in territorio Calenzani, & quedam terre petia in loco a l' Olmo a Castello nuncupato, presate Dioc. necnon certa domo al canto a la Briga dicte Civitatis, consistentibus, ac etiam redditu annuo septuagintanovem florenor. auri de Sigillo Floren. currentium super credito, seu introitibus, dicti Montis, dumtaxat exceptis, S. Salvatoris eiusque Abbati & Monacis; necnon, excepto podere, terre petiam, ac domum, & creditum, & seu redditum annuum septuagintanovem florenorum huiusmodi, S. Donati & ipsius Abbatisse, & Monialibus, pro tempore existentibus, Monasteriis huiusmodi auctoritate Apostolica tenore presentium ex certa scientia perpetuo concedimus, incorporamus, applicamus, & appropriamus. Et insuper ut dicte translate Moniales eidem Monasterio Sancti Donati, propter earum translationem huiusmodi minus onerose existant, presatis translatis Monialibus ad ipsarum vitam dumtaxat fructus, redditus, & proventus ex

dum-

Talia tamen pacta conventa fuere, ut ſi forte fortuna Sanctimoniales, tam Sanctae *Mariae Magdalenae*, quam Sancti *Donati*, Florentiam migrare coactae eſſent, Monachi iis ad habitandum Monaſterium Sanctae *Mariae Magdalenae* reſtituerent

duobus poderibus in conceſſione facta Monaſterio Sancti Salvatoris huiuſmodi comprehenſis, quorum unum infra Sancte Margarite, aliud infra Sancti Iuſti a Ema, prefate Diocefis Parochialium Eccleſiarum limites conſiſtunt, ac etiam creditum, ſeu redditum, annuum ducentarum librarum monete etiam Florentie currentis ſuper introitibus prefati Montis, ad Lenam & eius ſororea prefatas, quamdiu vixerint; & poſt earum obitus ad Hoſpitale pauperum Sancte Marie. Nove Florentin. pertinentem, auctoritate & ſcientia predictis reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus, quorum quidem ad vitam tranſlatarum Monialium reſervatorum ſeptuagintaquinque, ac Sancti Donati centum & decem, necnon Sancti Salvatoris, Monaſteriis conceſſorum bonorum, & creditorum, ſeu introituum huiuſmodi, etiam centum & decem florenorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut ipſi exponentes aſſerunt, non excedunt. Preterea volumus, ac eiſdem ſcientia & auctoritate decernimus, conſtituimus, & declaramus, quod una altera ac reliqua medietatibus Monialium tranſlatarum predictarum cedentibus, vel decedentibus, ſeu ad alia Monaſteria, ſive loca ſe transferentibus, aut alias quomodolibet ipſum Monaſterium Sancti Donati dimittentibus, reliqua ex duobus eis conceſſis poderibus huiuſmodi ad prefatum Monaſterium S. Salvatoris libere revertantur, & reverti debeant; eiuſque Abbas, & Conventus, pro tempore ſupradicti per ſe, vel alium, ſeu alios illorum poſſeſſionem ex tunc auctoritate propria libere, ac ſimul, vel ſucceſſive apprehendere, & retinere poſſint; quodque etiam de debitis per Abbatiſſam, & Moniales prefati Monaſterii S. Marie Magdalene hactenus rationabiliter contractis, & ſimiliter de quibuſvis pecuniariis ſummis, in quibus ipſum Monaſterium S. Marie Magdalene ad ratam impoſitionum, & collectarum, ac aliorum onerum quorumlibet impoſitorum hactenus, & impoſterum imponendorum, nunc obligatum eſſet, & pro tempore obligatum cenſeretur, per Sancti Salvatoris Abbatem & Monacos, ac Sancti Donati Monaſteriorum Abbatiſſam, & Moniales pro tempore, iuxta, & ſecundum quantitatem fructuum ipſis datorum & conceſſorum, & applicatorum, necnon translatis Monialibus reſervatorum huiuſmodi pro tempore cedentium, ac pro rata eorumdem, ſatisfactiones fieri debeant; ac etiam quod de cetero bona, redditus, & alia conceſſa predicta ſuper S. Salvatoris, ac S. Donati, Monaſteriis predictis etiam iuxta quantitaten, eorum fructuum, ac pro rata huiuſmodi, pro tempore taxationis aliorum Eccleſiaſticorum Civitatis & Dioc. predictarum, ponantur, & diſtribuantur. Et nihilominus cupientes, ut preſentes littere, ac in eis contenta, debitum, ac plenarium ſortiantur effectum, venerabili Fratri noſtro Brande Epiſcopo Sab·er. prefati Ordinis protectori per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamos, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, ſuppreſſionem, extinctionem, & tranſlationem, necnon conceſſiones, incorporationes, applicationes, reſervationem, conſtitutionem, & aſſignationem, ac volunratem, decretum, ſt·tutum, & declarationem, noſtram huiuſmodi effectualiter adimpleri, dictaſque tranſlatas ad prefatum Monaſterium Sancti Donati accedere, eaſque in illo in Moniales, atque Sorores recipi, & admitti, ac ſinceta in Domino caritate tractari; necnon ipſis de communibus illius proventibus, ſicuti aliis eius Monialibus, integre provideri, ac alia tenore preſentium plenarie obſervari auctoritate noſtra faciat & procuret; necnon exponentes in Monaſter. Sancte Marie Magdalene, & ipſos, ac Abbatiſſam, & Moniales Monaſterii Sancti Donati eis conceſſorum, & applicatorum huiuſmodi, corporalem poſſeſſionem eadem auctoritate noſtra inducat, & inductas defendat, amotis quibuslibet detentoribus ab eiſdem; ac etiam faciat de illorum fructibus, redditibus, atque proventibus, Abbati, & Monacis Sancti Salvatoris, necnon Abbatiſſe, & Monialibus Sancti Donati Munaſteriorum huiuſmodi, prout ad ipſos ſpectabit, integre reſpondeRi. In quoslibet contradictores ex nunc, ſi ſibi videbitur, excommunicationis ſententiam promulgando, ſeu alias eos appellatione poſtpoſita per cenſuram Eccleſiaſticam, & al. iuris remedia compeſcendo. Non obſtan. privilegiis, & litteris, Sancte Marie Magdalene ac Sancti Donati Monaſte-

rent; Hinc Monachi, quum quidam apud Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* Sodalitium instituere vellent, & aedem construere, quae B. *Bernardino* Senensi sacra esset; solum quidem iis concessere in Via Pinti, ea tamen condi-

steriis, & eorum pro tempore Abbatissis, & Monialibus, necnon Ordini huiusmodi, per Sedem Apostolicam, vel alias quomodolibet concessis, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, presentibus haberi volumus pro expressis, & quibus quoad premissa specialiter derogamus, illis al. in suo robore permanentibus, & aliis Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus; necnon Monasteriorum, & Ordinis prefatorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisqoe contrariis quibuscumque; aut si Abbatissis, & Monialibus Sancti Donati, & Sancte Marie Magdalene Monasteriorum huiusmodi, vel quibusvis aliis commoniter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum q. interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum revocationis, amotionis, translationis, suppressionis, extinctionis, voluntatis, concessionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, reservationis, constitutionis, assignationis, statuti, declarationis, commissionis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aotem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorom eius, se noverit incursurum. Dat. Florent. anno Incarnationis Dominice millesimoquadringentesimo quadragesimo secundo, sextodecimo kal. Maii, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum presentationem, et receptionem, nobis, & per nos, ut premittitur factas, fuimus per Dominos Cardinalem, Abbatem, & Thobiam Procoratorem, seu Sindicum, predictos, coram nobis personaliter constitutos debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarom litterarum Apostolicarum, & contentarum in eis procedere iuxta traditam, seu directam, a Sede Apostolica nobis formam dignaremor. Nos igitur Branda Episcopus Cardinalis executor prefatus volens mandatum Apostolicum, omniaque & singula in dictis litteris Apostolicis contenta reverenter exequi, ut tenemur, supradictas litteras Apostolicas in loco capitulari, & in presentia Monialium dicti Monasterii Sancte Marie Magdalene, alta voce, & publice, legi fecimus, & illarum vigore dictas Moniales requisivimus, & monuimus, atque monemus primo, secundo, & tertio, & peremptorie, cummuniter, & divisim, eisque & earum cuilibet in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandavimus, quatenus infra trium dierum spatium a dat. presentium computandorum, quorum trium dierum, unum pro primo, & unum pro secundo, reliquum vero diem pro tertio & peremptorio termino & monitione canonica eis, & earum cuilibet, communiter, & divisim, assignavimus, & assignamus, quatenus ad Monasterium S. Donati eiusdem Ordinis Cistercien. extra muros Florent. accessisse, aliasque mandatis & monition. &c. Inhibuimus insuper, prout Inhibemus, eisdem Monialibus ne diutius Abbati, Conventui, & Monacis, predictis & aliis personis in dictis litteris Apostolicis expressis, quominus ipsi Domini Abbas, Conventus, & Monaci, ac persone huiusmodi, possessionem de his, qui eis coniunctim, vel separatim, applicata existunt, & de eorum fructibus, redditibos, proventibus, universis illis debita satisfactio impendatur; ac predicte littere Apostolice, & suppressio, extractio, translatio, concessio, incorporatio, applicatio, appropriatio, reservatio, constitutio, & assignatio, ac voluntas, decretum, statutum, & declaratio, omniaque, & singula supra, & iufra scripta dictis litteris Apostolicis contenta, suum debitum sortiaotur effectum in premissis, seu eorum aliquo, impedimentum aliqood prestent, & seu aliqua earum prestet, publice, vel occulte, directe, vel indirecte; nec qoovis quesito colore prestari faciant, aut permittant, neque impedientibus dent auxilium, consilium, vel favorem; sed omnibus, & per omnia subscriptis monitionibus, inhibitionibus, & mandatis, nostris huiusmodi prout Apostolicis pareant & intendant &c. Per eosdem Dominos Cardinalem, Abbatem, ac Thobiam, Procuratorem, seu Sindicum, iterum fuimus requisiti, quatenus ad ulteriurem

ditione, ut, quotiescumque Sanctimoniales Sancti *Donati* confugere in Vrbem compellerentur, ipsi domum & Ecclesiam illam iisdem ad inhabitandum concedere deberent; quod anno MDXXX. tempore obsidionis Florentinae Vrbis contigit, recipientibus se in eum locum CXX. Sanctimonialibus ab Asceterio Sancti *Donati* profectis [a]. Hac obligatione tenentur etiamnum Sodales illi, licet Monasterio Sanctae *Mariae Magdalenae* Monasterium Sanctae *Mariae Angelorum* de Burgo Sancti Frigidiani mutatum fuerit. Monachi autem cum Monasterium Sanctae *Mariae Magdalenae* accepissent, eo angusto, & labefactato, pro hospitio diu usi sunt; donec anno MCCCCXC. piis & religiosis viris symbolam conferentibus, cum Ecclesia, tum Monasterium, in ampliorem & elegantiorem formam redigi coeperunt [b]. In hoc Monasterio sanctitatis opinione celebres sunt Sanctimoniales, ***Angela Victoria Zania***, ***Bernarda Nardia***, ***Catharina Tornabonia***, ***Laura Felix Zaphiria***, ***Maria Corona Homaccinia***, ***Maria Hyacintha Paulsanctia***, ***Maria Magdalena Tornabonia***, ***Obedientia a Castellione*** [c]. Et quidem harum Monacharum sanctimoniae fama adeo Italiam pervasit, ut quum *Hieronyma Vrsinia Farnesia* Castri Parmae & Placentiae Ducissa anno MDLIII. Parthenonem Ordinis Cisterciensis Viterbii fundare coepisset, impetrata a Sede Apostolica venia, ex hoc Monasterio [d] septem Monachas & Conversam unam eduxerit; & sic coloniam sa-

rem dictarum litterarum Apostolicarum, & in eis contentorum, executionem proceden. presatos Dominos Abbatem, Conventum, & Monacos, in corporalem, & realem, possessionem vigore dictarum litterarum Apostolicarum debitam &c. Datum, & actum Florentie in Monasterio Sancte Marie Magdalene de Cistella predicto, sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, indictione quinta, die vero Lune vigesimatertia mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Eugenii Divina Providentia Pape IV. anno duodecimo. Presentibus ibidem Reverendo Patre Domino Angelo Episcopo Arrianen. necnon venerabilibus & circumspectis viris D. Petro de Mera Decretorum Doctore, Domini nostri Pape Cubiculario, Cipriano de Pistorio litterarum Apostolicarum Abbreviatore, & Iohanne Annichini Mazzerio Dominorum Civitatis Florentie, testibus ad premissa vocatis specialiter. & rogatis &c.

Ego Nicholaus Magistri Petri de Piscia Imperiali auctoritate Iud. ord. Notariusque publ. &c.

[a] *Iac. Nardius Histor. Floren. Lib. VIII.* prodit, *Ludovicum Lutronium* Comitem, copiarum Germanarum Ducem, ad Monasterium Sancti *Donati* Pulverosae castrametatum fuisse, quod locus amplus, & spatiosus, & muros satis longo circumdatus esset, quem etiam circumvallavit. Eadem scribit *Ammiratus Lib. XXX. Histor. Florent. Tom. III. pag.* 390. & *Guicciardinius Lib. XX. Tom. II. pag.* 1381. editionis postremae Venetae.

[b] Vide *Scip. Ammiratum Histor. Florent.* ad hunc annum.

[c] De hisce omnibus *Brocchius Tom. I. Vitar. Sanct. Florent.* agit.

[d] Consule *Baccetium Histor. Septim. Lib. IV. pag.* 138. *Paulli IIII.* Pont. Max. Epistolam ex Archivo Monachorum Cisterciensium produco.

Di-

facram Viterbium deduxerit. Illae fuerunt,

Beatrix Carnefiecia Antiftita.

Francifca Salvettia.

Thaddaea Boninia.

Caritas Silveftria.

Angelica Attavantia.

Ludovica Carnefiecia.

Maria Angela Boninia Converfa.

Tamdem circa annum MDLXXX. Monachi Ciftercienfes Monafterii Septimi, huius Parthenonis procurationem & gubernium iuftis de cauffis amiferunt; quare eius cura ad Archiepifcopum Florentinum iterum reverfa eft [a]. Quoniam vero obiter enunciavimus, S. *Donatum ad Turrim*, Sanctum *Donatum in Pulverofa* etiam nuncupari, obfervandum eft, tractum illum planitiei Florentinae, qui a vicinia *S. Luciae* de S. Eufebio ad Rivum Fredi, & ultra, extendebatur, cuius pars nunc moenibus Vrbis inclufa eft, *Pulverofam* olim adpellatum fuiffe [b]; nam Via Ecclefiae Sanctae *Luciae* proxima etiamnum *Pulverofa* vocatur; & Ecclefia Sancti *Iacobi* ex-

Dilectis in Chrifto filiabus Abbatiffae & Conventui Monafterii Sancti Donati extra & prope muros Florentinos, Ciftercienfis Ordinis,

Paulus PP. IIII.

Dilectae in Chrifto filiae, falutem & Apoftolicam benedictionem. Cum dilecta in Chrifto filia Nobilis Mulier Hieronyma Urfina de Farnefio, Caftri, Parmae, & Placentiae, Duciffa, zelo devotionis accenfa unum Monafterium Monialium Ordinis Sancti Benedicti fub invocatione Beatae Mariae Virginis in quodam Palatio iuris dictae Hieronymae Duciffae in Civitate noftra Viterbienfi confiftenti, & apud quandam dicto Palatio contiguam Ecclefiam, cum Refectorio, Dormitorio, hortis, hortalitiis, aliifque officinis neceffariis, ad Dei laudem, & Religionis propagationem, rite conftrui facere inchoaverit; illudque fufficienter dotare, et diverfas virgines & alias mulieres in Moniales ipfius Monafterii recipiendas in illud introducere intendat; cupiatque virgines & mulieres introducendas huiufmodi in vita, & moribus, ac Religionis obfervantia, per vos, de quarum Religionis zelo, & vitae puritate, ac in Deum pietate, prae caeteris confidit, diligenter inftrui; Nos pio ipfius Hieronymae Duciffae defiderio deeffe nequeuntes, vos per praefentes hortamur, vobis nihilominus ad meritum obedientiae, & in remiffionem peccatorum veftrorum, iniungentes, ut pro honore Dei, & divini cultus augmento, ac Religionis propagatione, votis eiufdem Hieronymae Duciffae cum charitate annuentes, quot, & quot Moniales ex vobis ad opus huiufmodi ex relatione ipfius Hieronymae Duciffae neceffarias effe cognoveritis, ad praefatum conftrui coeptum Monafterium, ad omnem dictae Hieronymae Duciffae requifitionem, tranfmittere curetis. Ipfa enim Hieronyma Duciffa pro fua nobilitate, benignitate, et pietate, non modo eafdem Moniales veftras cum fida & decenti comitiva expenfis fuis transferri; verum etiam eis, poftquam applicuerint, ea omnia, quae eis non folum neceffaria, verum etiam commoda, fuerint, abunde fubminiftrari faciet. Sicque vos exinde detrimentum non patiemini, & nihilominus nobis, qui ipfam Hieronymam Duciffam nobis arcta propinquitate coniunctam unice diligimus, rem gratam facietis. Datum Romae apud Sanctum Petrum fub annulo Pifcatoris die XVIIII. Augufti MDLVII. Pontificatus noftri anno tertio.

[a] De hifce omnibus confule *Stephanum Roffellium in Defcript. Ecclefiarum Florentinarum MS.*

[b] Pulverofa memoratur fuperius pag. 965.

extra Vrbem, sed non procul, in *Pulverosa* cognominatur: quin & Porta Vrbis olim fuit inter Portam Faventiae, & Portam Prati Omnium Sanctorum, quae *Porta Pulverosae* vocabatur, quod illa moeniorum portio in loco Pulverosa adpellato exsisteret, ut *Io. Villanius* memoriae prodidit [a]: quare non mirum, si Monasterium quoque Sancti *Donati*, non tam a proxima Turri, quam a soli nomine, denotatum fuerit. Cur autem haec agri Florentini portio *Pulverosa* vocetur, in caussa esse potest, quod ibi terra putris, & solum pulverulentum, facile evadat, seque in tenuissimas particulas resolvat. Sic in Valle Pesae locus est, qui *Pulveretum* [b], non alia fortassis de caussa, adpellatur. Pulverosam Munio flavius, post moenia novissime circumducta, ita secabat, ut altius e montibus Faesulanis decurrens, & inter Portam Pinti, & Portam Sancti Galli, & forsan ubi Porta Servorum erat [c], moenibus Vrbis proximior factus, Ponte Portae Sancti *Galli* contiguo [d] transiretur; deinde moenia Vrbis usque adluens ad Portam Faventiae proflueret, cui pariter prope haerebat, & ubi Pontem subter labebatur: ad quem Pontem Parthenon Sancti *Ioannis Evangelistae* a sacris Puellis Faventinis conditus adsurgebat [e]. Extra hanc Portam, ultra Pontem illum, via erat, quae recta ad Ecclesiam Sancti *Stephani* Vno Pane, M. circiter P. distantem, ducebat, locum, ubi recentior Munionis est alveus, findens; eratque Suburbium ingens & amplum, quod prope ad mille passus protendebatur, Pontem Rivi Fredi, & Ecclesiam Sancti *Stephani* memoratam, proxime [f]. In hoc Suburbio Arcus erant, antiqui Aquaeductus reliquiae, & Xenodochium cum Ecclesia Sancto *Ioanni Baptistae* sacra; & Xenodochium alterum S. *Luciae*; de quibus in antecessum loquutus sum [g]. Ad hanc Portam cursus Munionis deflectebat, Portam Prati versus tendens: & veteris alvei vestigia quaedam supersunt, solum sabulosum et sterile, & glareae accumulatae & passivae; exstatque adhuc muri obex, quo ab anti-

965. & in alia Charta Archivi Capitularis anni MCXCIII. exarata, quae superius *pag.* 983. edita fuit.

[a] *Lib. IX. Chronic. Cap. CCLVI.* Consule etiam *Benedict. Varchium Lib. IX. Histor. Florent. pag.* 253. ubi falli videtur: scribit enim inter Portas Sancti Galli, & Faventiae, Portam Pulverosae exstitisse.

[b] Vide superius *pag.* 537.

[c] *Io. Villanius Lib. IX. Cap. CCLVI.*

[d] Hinc *Io. Villanius Lib. IX. Cap. CCLVI.* vocat Portam & Turrim Pontis ad Sanctum Gallum.

[e] Consule superius *pag.* 1177. 1178.

[f] *Bened. Varchius Lib. IX. Histor. Florent. pag.* 253.

[g] Adi superius *pag.* 1176. 1177. 1178.

antiquo flexu in novum alveum fluvius averteretur, & in Rivum Fredi deduceretur. Falli videtur [a] *Bened. Varchius*, ubi Portam Pulverosae, seu Vallisfundae, inter Portam Faventiae, & Portam S. *Galli*, collocat [b]: quum inter Portam Faventiae, & Portam Prati, fuisse videatur: seu directio viae, quae ad Ecclesiam S. *Iacobi* in Pulverosa, & Monasterium S. *Donati* in Pulverosa, ducit; seu viae vrbanae Vallisfundae tractus & terminus; considerentur: acceditque *Ioannis Villanii* testimonium disertissimum. Hac igitur Porta relicta, Munio ad Portam Prati evolvebatur, eamque, Pontem prope contiguum subiens, praeterfluebat, moenibusque semper adhaerens Arno flumine tandem excipiebatur. Porta Prati ita dicta videtur, vel quod ad Pratum Opidum X. M. P. distans duceret; vel quod intra illam statim pratum amplum usque ad S. *Luciae* Ecclesiam pateret. Extra Portam Prati, Ponte Munionis vix transacto, a dextris Viae, quae ad Pontem Rivi Fredi seu Mossarum ducit, Xenodochium Sancti *Barptolomaei* anno MCCXCV. conditum exstabat; & Xenodochio coniunctus Parthenon Sancti *Barptolomaei* & S. *Martini* anno MCCCLVI. aedificatus est, in quo Sanctimoniales Ordinis Camaldulensis morabantur; quae post Suburbiorum eversionem in Xenodochium Sanctae *Mariae* ab Scala vrbanum translatae fuerunt [c]. Tam vero Xenodochium, quam Monasterium, *Ad Munionem* dicebantur, quod fluvio illi proxima essent. Ecclesia Sancti *Donati* ad Turrim Paroeciam adhuc habet, ut olim habuit [d].

Monasterium S. *Salvii* Ordinis Congregationis Vallis Vmbrosae distat Florentia ad Orientem D. circiter P. Ecclesia haec, quae olim Paroeciam habuit [e], condita fuit ante annum MXLVIII. in loco, qui Paratinula dicebatur, itemque Carra-

a Immo constat ex testimonio *Io. Villanii Lib. IX. Cap. CCLVI.* qui scribit a Porta Faventiae versus Portam Prati, Pulverosae Portam occurrere; & quidem disertissime.

b *Bened. Varch. Histor. Florent. Lib. IX. pag.* 253.

c Adi *Richam Tom. III. pag.* 331. *& seqq.*

d Praeter ea, quae de hoc habentur superius *pag.* 1209. exstat etiam Instrumentum Archivi Capitularis anni MCXCIII. in quo Cappella, hoc est Paroecia, Sancti *Donati* ad Turrim memoratur; in eo enim dicitur quod anno. 1193. Tosolanus filius Bernardini Adale vendit Bernardo filio Ildebrandini petium terrae, & rei positae infra Cappellam Sancti Donati de Turri ubi Ad Fundo. Anno Incarnationis 1193. pridie Nonas Septembris Indictione 11. &c. Testes sunt Bonaccursus filius . . . . Panfollia fil. Donati Gonfalonghi, Vgolinus filius Baldoli, & Albertinus, & Signorellus filii Martini de Pontanico. Item 1193. 5. Idus Septembris Mainettus filius dicti Tosolani facit similiter dicto Bernardo in presentia Ioannis, & Iacopi fil. Rainerii, & Mainetti filii Giamboni de Erro, testium. &c.

e *Richa Tom. I. pag.* 357. 369. *Tom. II. pag.* 155.

e Tom.

rari [a]. Nam hoc anno a *Rolando* cognomento *Moro*, *Theuti F.* domino & patrono, ita constituta est, ut Monasterium esset; nisi potius instrumenti verba ita intelligenda sunt, ut tunc & Ecclesia exstructa sit, & simul Monachorum habitationi & usui destinata; id quod magis probo, sententiam *Ferdinandi Vghellii* sequutus [b]. Non ante tamen Ecclesia absoluta est, quam ML-

[a] *Domin. Mar. Mannius* sub *Tubalci Panichii* nomine latens, in Dissertatione *De Pede Liutprandi & Pede Portae*, quae habetur. *Tom. X. Opuscul. Calogerian. pag.* 162. profert compendium antiqui instrumenti, ex quo constat, quod anno MCXXXIII. *D. Paulus Abbas S. Salvii, siti in loco Carrari, concedit ad Livellum Petro de Gardingo filio quondam Guinizelli sexta parte de integra una casa cum fundamento, & Casalare ad unum se tenentium posit. in Civitate Florentiae in loco Perlascio Piccolo, quae sic decernitur: de una parte decurrit ei Via, sunt exinde pedes* 12. *ad Pedem Liutprandi Regis, de alia parte est finis terrae Actonis Medici, de tertia parte &c.*

[b] *In Episcop. Florent. pag.* 85. Instrumentum ex eodem *Vghellio* produco.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Cum divinae liberalitatis permissionibus, loca sacra, divinis cultibus mancipata, ad humanae dominationis iura deveniunt, dignum est, ut eo tenore tractentur, quo aedificata esse creduntur. Extra ordinem quippe omnimodis esse cernitur, ut res divina, ad sui dedecus, potestati hominis subiiciatur; & fiat seculare, & profanum, quod spirituale fuit, & sanctificatum. Divinis igitur constitutionibus homines subditi, sicut se custodire cupiunt, ne a bonorum celsitudine ad deteriora rapiantur; sic loca venerabilia cavere debent, ne sine suis honoribus ad usus secularis aliquatenus detrahantur. Quapropter ego Rolandus, qui & Moro vocatus, filius bonae memoriae Theuti, inspirante Deo, volo, &, ipso auxiliante, dispono, ut pro timore Dei, & animae meae, & uxoris meae Adalectae, & genitoris, & genitricis meae, & omnium meorum parentum praeteritorum, praesentium, atque futurorum, Ecclesia & Oratorium Sancti Salvii, quod est in loco, cui Paratinulae nomen est, infra Plebem Sanctae Reparatae, Civitatis Florentinae, amodo & deinceps fiat Monasterium Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, in omnibus, in quantum loci possibilitas permiserit, servientium regulae in Psalmis, & Hymnis, Orationibus, & Missis, in incensis, & luminaribus, & de omnibus ecclesiasticis cultibus, qui ab ipsis iubent fieri, quatenus ibi Deo sic deserviant, ut bonae omnis Christianae Religionis, & nobis proficiat, & omnibus, ad quorum salutem ipse locus venerabilis instruitur. Concedo ibi atque restituo in ipsa Ecclesia omnem mei iuris portionem, quae mihi per successionem, vel aliquod ingenium, de eadem Ecclesia cum sua pertinentia pertinere videtur, quae ipsius Oratorii pertinentia fuerunt, & sunt, tam in Paratinula, quam in aliis locis ipsius Plebis, sine bonorem. Petrus Presbyter, qui fuit Custos ipsius Ecclesiae, detinuit, & eo tenore, ut omni tempore, quo necesse fuerit, ibi Abbatem secundum sacras constitutiones, & Sancti Benedicti normam, cum reliquis consortibus eiusdem loci, tam ego, quam heredes mei, & qui nati ex ipsis legitime fuerint, debeamus ordinare. Insuper concedo, & tribuo, ac proprietario iure in perpetuum possidendam praefatae Ecclesiae concessitam meam portionem de terra, prope eandem Ecclesiam sitam, sicut muro antiquo per circuitum cingitur, quae recte fuit per Martinum de Curte, & nunc regitur per filios eius Petrum, & Ioannem. Si quis vero de nostra generatione fuerit, cui ordinatio ipsius Abbatis legaliter evenerit, qui aut per simoniacam haeresim eum ordinare voluerit, aut aliqua collidatione, seu factione, ab illis se subtraxerit, qui canonice, & regulariter, ordinare voluerint; aut si praedictum locum, & res ibidem pertinentes, molestaverit, detraxerit, aut invasiaverit, vel alienaverit; semper sit alienus, & extraneus a praedicti loci tam dominatione, quam potestate, & ad ipsos deveniat, qui ordinare voluerint secundum ecclesiasticam auctoritatem. Abbas itaque, & fratres in praedicto loco iuste, & religiose consistentes, nullam licentiam vel potestatem habeant praedictum locum, aut res ibidem pertinentes, contra nos, vel heredes nostros, aut eos, qui ex ipsis legitime nati fuerint, commendare, aut infiduciare, aut quocumque modo locare; vel facere, quod illi sancto loco, & nobis, debeat aliquo modo nocere. Si quis autem Abbas contra Dei auctoritatem ibi fuerit positus, potestatem habeamus omnes, ut a Monasterio eiiciatur, regulariter alium ibidem constituendo. De rebus vero praedicti Monasterii si male locatae, aut datae fuerint, iubeo,

ut

anno MLXXXVIII [a]. Monachi igitur hanc Ecclesiam tenuerunt, Sanctus *Ioannes Gualberti* Abbas, scilicet, eiusque sectatores; qui primum *Berictionem*, deinde *Dominicum*, Abbates S. *Salvii* constituere [b]; & in hoc Monasterio contigit anno circiter MLXII [c] quod a B. *Actone* Episcopo Pistoriensi in Vita S. *Ioannis Gualberti* ita narratur: *Ioannes Pater Petrum Florentinae Ecclesiae simoniacum invasorem aperte clamaverat; adhuc etiam eligens cum suis potius amittere mortalem vitam, quam caelare veritatem, ipsum Petrum non tantum simoniacum, sed etiam haereticum saepe dicebat. Vnde pervalida contentio inter Clerum, & Populum, Florentinum orta est. Alii quidem temporalia commoda diligentes ipsum defendebant; alii cum Monachis, iam illorum creduli verbis, eidem vehementius obsistebant. Dum haec igitur contentio per dies multos inter Clerum, & Populum, haberetur, & seditio inde frequenter oriretur; existimavit haereticus Petrus Clericos, & Laicos, hoc modo terrere, si Monachos necaret, a quibus verba sibi contraria principia sumserant. Pro qua re missa multitudine peditum, & equitum, nocturno tempore, iussit Sancti Salvii Coenobium igne comburi, & Monachos ibi repertos interfici. Ioannem vero Patrem illic existimavit tunc inveniri, sed ipse praeterito die recesserat. Ingressi igitur Ecclesiam, dum Fratres nocturnum officium celebrarent, evaginatis ensibus, ut immites carnifices oves Christi mactare coeperunt. Alii si*

ut nulla negligentia habeantur, sed restituantur, & revocentur ad utilitatem fratrum. Si quis autem eorum Abbatem ibi bene ordinatum, aut fratres ibi Deo servientes, & in bonis operibus ibi regulariter perseverantes, molestaverit, aut eiecerit, componere debeat ad supradicti Oratorii partem boni argenti monetae publicae denariorum libras decem, itaut eiectus revertatur, & ipse cum fratribus commoretur, in sua quiete manentibus: quae omnia in duabus chartis scribi rogavi, quarum unam esse Monasterii, & alteram reponere in scriniis volui. Actum in loco Poratinula, prope eandem Ecclesiam, territorio Florentino, anno Dominicae Incarnationis quadragesimo octavo post mille, & anno secundo Imperii domini Henrici, gratia Dei Imperatoris Augusti; sexto decimo Kalendas Maii, Indictione prima.

Signum manus praedicti Rolandi, qui hanc chartulam dotis, seu concessionis, fieri rogavit, ut supra.

Petrus Iudex domini Henrici Imperatoris interfui, & subscripsi.

Si-

Signa manuum Martini filii Ioannis, & Donati filii Boni, rogatorum testium.

Signa manuum Benedicti filii Corbuli, & Ildebrandi filii Tazzi, rogatorum testium.

Albertus Notarius scriptor huius chartulae dotis post traditionem complevi, & dedi.

a *Didacus Franchius Lib. VIII. Vitae S. Ioan. Gualberti pag.* 227.

b S. *Attho* in *Vita S. Ioannis Gualbert. Cap.* XXVIII. & LX. Superius *pag.* 544 561.

c *Fidelis Soldanius Par. I. Quaest. Vallumbr.* adsignat hoc factum anno MLXV. sed quum *S. Acto* in *Vita S. Ioannis Gualberti Cap. LXII.* scribat, post cladem Monachis S. *Salvii* illatam, Monachos Romam proficiscentes in Synodo ob *Alexandro* II. coacta *Petrum* Episcopum Florentinum simoniae accusavisse; & haec Synodus congregata fuerit anno MLXIII. ut tradunt *Baronius* ad hunc annum; & *Franc. Pagius* in *Breviar. Histor.* in *Alexandro II.* oportet ut clades illa anno circiter MLXII. contigerit.

Plo-

siquidem in fronte tam grave vulnus inflixerunt, ut usque ad testudinem cerebri acies ferri veniret [a]*. Alterum vero tam impie, tam graviter, sub oculos percusserunt, ut nasus & dentes cum superiori labio a compagine solita dividerentur, & super barbam in inferiori loco penderent. Alii praeterea gladiorum vulnus in interiora fixerunt. Dehinc super eos variis plagis illatis, demum Altaria penitus everterunt, & depraedati sunt omnia, quae invenerunt. Post haec igne domibus imposito, Monachis in Ecclesia septem*

[a] Diploma, paullo post necessarium futurum, produco ex *Tom. III. Deliciar. Erudit.* ad *Chronicon Imperatorum Leonis Vrbevetani, pag.* 144.

In nomine sanctae, & individuae Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus.

Notum sit omnibus Sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque fidelibus, tam futuris, quam praesentibus, qualiter pro remedio animae nostrae, & ob interventum coniugis nostrae Imperatricis Agnetis, & propter incrementum filii nostri Henrici Regis, Abbatia Sancti Salvii sita in Paratinula cum Capella S. Nicolai, cui praeest venerabilis vir Berizo, cum omnibus bonis suis iuste conquisitis, & iuste conquirendis, tam cum mobilibus quam cum immobilibus, ubicumque constitutis, in nostri mundiburdii defensionem suscepimus, ea videlicet ratione, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu aliqua magna, vel parva, nostri Regni persona eos molestare, aut aliquo modo inquietare, praesumat. Quicumque vero hoc violare praesumpserit duo millia mancusos auri optimi componat, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praedictae Abbatiae Sancti Salvii. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, hanc cartam insigniri iussimus nostri Sigilli impressione.

Guntherius Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovit.

Data XVII. Kal. Iulii Anno Dominicae Incarnationis MLV. Indictione VIII. anno autem Domini Henrici tertii Regis, Imperatoris autem secundi, ordinationis eius XXVI. Regni quidem XVII. Imperii vero VIIII. Actum Omiclo in Dei nomine feliciter; Amen.

Vbi fuerit *Omiclum* in Comitatu seu Agro Florentino, iuxta flumen Arni, Opidum seu Vicus, ut videtur, investigare, seu potius divinare, in tantis remotae antiquitatis tenebris, difficile est. Comitatus Florentinus Arno adiacens olim se extendit, ad Occasum, non ultra fluminis Elsae ostia; ad Orientem, non ultra ostia fluminis Decumani; si Dioeceseos Ecclesiasticae limites persequamur. Vtrinque autem XX. circiter M. P. protenditur. A Decumano fluvio & Opido cognomine Florentiam usque, sont iuxta Arnum in praesens Vici, aut Pagi, aut Castra, Fanum *Ditali* vel *Daedali*, Casinae, Mons Bonelli, Vicus, Rufina, Pons Sevae, ubi Arnus Agrum Faesulanum invadit, Rovectianum, seu melius Rubetianum. Ab Elsae ostiis Florentiam versos, sunt Fanum Florae, Empulum, Pons Ormae, Mons Lupi, Fanum Mineatis, vulgo *Samminiatello*, Lamulae seu Brutisnense, Portus, Gangalandi, Exinea, Lignatia, Monticelli. Nunc inquirendum, quomodo & quare *Henricus III.* Augustus anno MLV. Omicli versaretur. Imperator hic eo anno festum Pentecostes Florentiae celebravit, ibique coram eo a Domino Papa, generali synodo habita, multa correcta sunt, ut tradit *Hermannus* apud *Baronium ad an. MLV.* n. L. Dominica autem Pentecostes eo anno in diem V. Mensis Iunii incidit. Et quidem Diploma *Henrici* datum Florentiae hoc anno, VIII. Id. Iunii, hoc est, die sexta Mensis, profertur a *Muratorio Antiquit. Italic. Dissert. XXIII. Tomi II. pag.* 325. A. D. VIII. KL. Septembris *Henricus* in Agro Ferrariensi erat, in Germaniam reversurus. Ergo, quum Florenti discessit, Occidentem versus perrexit, ut Via Francisca in Galliam Cisalpinam tenderet. Illa enim via tunc temporis regia erat, & agger publicus peramplus, ex Galliis & Germania in Etruriam venientibus, seu in ea regna contendentibus. Cum autem Via Francisca a Podio Bonitii & Florentia ad Ficiclum, & Gaplanum, seu Campum Pisanum, & Gallenam, & Theupascium, & Porcarium, & Lucam, tenderet, debuit ad illa ingrediendum iuxta Arni finistram ripam ad Elsae ostia, & ulterius, procedere, ut in meo *Hodoeporico pag.* 783. 1195. videre est. Itaque & Monticellis, & Lignaria, & Gangalandi, & Portu, & Lamulis, & Fano Mineatis seu *Samminiatello*, & Monte Lupi, & Ponte Ormae, & Empulo, transire. Omiclum igitur haec circa, vel inter loca, vel horum locorum unum, esse debuit. Imperatores au-

ptem Salmos cum Litaniis cantantibus, & in nullo reluctantibus, nec silentium frangentibus, ipsos nudatos, & semivivos, relinquentes abierunt. Nam etiam eiusdem Monasterii Patrem nomine Dominicum conversatione sanctissimum omni nudaverunt amictu. Qui tamen sic nudus coepit solicite quaerere, si quid posset invenire, quod se indueret. Tandem pelliceum indumentum, quod ob incuriam inter Fratrum lectos ceciderat, invenit; seque illud diffutum, & conscissum, ac vetustate dilapsum, induit. Sed unde inimi-

tem Via Francingena profectos, quum vel in Tusciam advenirent, vel ex in Germaniam reverterentur, indicio sit, quod plura Diplomata habemus ab iis data Lucae, in Via Vinaria, quae parum ab ea Via distat, Ficicli, & in Fano Mineatis, quod pariter Viae illi est proximum. *Henricus* igitur quum lente progrederetur; & Opida Vrbesque Italiae lubenter inviseret atque consideraret; nil mirum si aliquam & in Omiclo moram traxit. Omicli autem versabatur die XIV. Iunii, ut ex hoc Diplomate constat; eademque die *Ganterius* eius Cancellarius placitum ibidem tenuit; cuius instrumentum publici iuris fecit *Muratorius Tom. I. Antiquit Italic. pag.* 473. *& Tom. IV. pag.* 471. *Tomo* autem *VI. Annal. Italicor. pag.* 173. adlegavit. Hoc autem ita incipit: *Dum, in Dei nomine, in Comitatu Florentiae, prope Flavium Arni, in loco, qui nominatur Omicla, in iudicio residebat Domnus Gunterius Cancellarius & Missus Domni Imperatoris ad iustitias faciendas ac deliberandas &c.* Ex hoc patet, *Guaterium* Cancellarium Imperatori haesisse, & eum in itinere sequutum esse, quod ex aliis etiam instrumentis constat, ut *Tom. II. Antiq. Italic. pag.* 15. videre est. Eum autem pluries in Tuscia ius dixisse, & placitum tenuisse, arguere est ex eo, quod *Lanfrancus Advocatus Monasterii Sancti Bartholomaei sito loco, qui vocatur Curtis Maimberti, cepit ei dicere: Iam plures vices me reclamavi ad vos Domnus Gaaterius Cancellarius, & Missus Domni Imperatoris super Bonifaciam & Epponem, & supra Rainerium filium Guillae &c.* Hinc comprehendere est, Imperatorem vel pridie, vel paucis ante diebus, Florentia discessisse, quum vel unius diei itinere Omiclum pervenire potuerit; qui quidem aliquot diebus Omicli versatus esse, ut innui, videatur; quare oportet ut Castrum, seu Opidum, amplum & nobile esset, quo Caesar & eius numerosus comitatus exciperetur. Tale autem fuisse non videatur aut Burgum S. Florae, aut Empulum, quod in Castri formam anno demum MCIX. construi coepit, aut aliquis alius Vicus prope sinistram Arni ripam. Fuerit tamen Pons Ormae, quem perantiquum, & Romanorum temporum, Opidum fuisse indicant vestigia, & ruinae aedificiorum Rumanis saeculis dignae, quae supersunt. Lapis item milliarius circa haec loca exstitit, qui signaret ab Vrbe Pisarum distantiam, cum Consulis *Flaminini* nomine; quae distantia XXXII. M. P. mirifice Ponti Ormae congruit; de quo lapide loquutus sum in meo *Hodoeporico pag.* 37. *& seqq.* & in *Praefat. pag.* XVIII. Hinc Indicium habemus per Pontem Ormae seu eius situm viam regiam, quae Pisas duceret, transiisse: quod magnum loco incrementum adferre potuit. In camporum quoque fertilium uberi solo situs est, & ad duorum fluminum confluentem. Aer ibi insuper temperatus ac salubris, habitatores & incolas adlicere potuit ita, ut semper multos & locupletes habuerit. Et profecto saeculi XII. initio *nobile Castrum* adhuc erat; & in eo natus est *Laborans* Cardinalis, qui praecipuis Romanae Aulae honoribus & muneribus functus est; & anno tandem MCXCI. supremum diem obiit; de quo pluribus egi in meo *Hodoeporico pag.* 10. & superius *pag.* 112. Hic igitur vir doctissimus, & plurium operum auctor, in sua *Compilatione Decretorum*, quam *Petro* Episcopo Pampelonensi inscripsit, ita de Ponte Ormae sui ortus loco scriptum reliquit: *Ad floridum Florentiae patriae mihi natale solum, & ad vallem Arnisanae Pontormae, nativitatis meae nobile Castrum, cui nomen dedit vicinissimus ei Pons, & fluvius Orma &c. Ptolemaeus* Lucensis memoriae prodidit, Castrum Pontis Ormae a *Currado* Marchione anno MCXX. obsessum fuisse; quod argumento esse potest, praeter amplitudinem, munimenta etiam habuisse. Ex eo alii illustres viri prodiere, et *Gaalterius* a Pontorma Magister & Canonicus Florentinus anno MCCXC. florebat; & Comites proprii in hoc Opido dominati sunt, qui *Pontormae Comites* dicebantur. Cur autem ita vastus, & prope desolatus, modo sit, in caussa esse potuere bella; nam anno MCCCXV.

si

micus victoriam, & exaltationem, acquirere credidit, inde detrimentum, & confusionem, invenit. Nam multi de Clero, & populo, qui prius eius videbantur esse fautores, ipsius intuentes impietatem, deinceps Monachis facti sunt adiutores, ipsius condemnantes, & blasphemantes, omnimodam pravitatem. Sequenti vero die tam homines, quam mulieres, Florentia ad supradictum Coenobium venerunt, & quicumque poterant necessitatibus Fratrum necessaria fideliter obtulerunt. Felicem se quisque credebat, si aliquem Monachorum videre

ei gravia damna intulerunt Germanicae copiae, quas Lucenses conduxerant: & anno MCCCXXV. *Castrucius* omnia devastans illum incendit; ut *Io. Villanius Lib. IX. Cap. LXXI. & CCCXVI.* tradit. Maius autem detrimentum accepit anno MCCCXXXIII. Arno enim exundante & inruente, dimidium prope corruisse, scribit Auctor Anonymus Historiae Pisanae inter *Scriptores Rerum Italicarum*. Sed frequentiae habitatorum Pontis Ormae plurimum etiam nocuisse puto proximum Empuli Castrum saeculo XII. aedificatum; ad quod inhabitandum proximos incolas *Imilia* Comitissa instanter invitavit, & omnimodis adlexit, ut in *Praefatione* mei *Hodoeporici pag. XXIII.* videre est. Ad novum enim Opidum habitandum undique mortales concurrisse videantur, & ex proximo Ponte Ormae praecipue. Promissio enim *Imiliae* ita habet: *Ad illa loca in antea usque ad Cal. Maii proxime venturas omnes homines Castellani, qui habitant modo in aliis Castellis de Impori, & in Cittadella, & in Burgis, & in Villis, faciant per habitandum venire, & inibi semper habitare, ad Praefatam Plebem S. Andreae &c.* & quod latius in laudata Prefatione habetur. Itaque ipse puto *Omiclum*, alium locum non esse, quam Opidum seu Castrum Pontis Ormae, quod duobus nominibus censeretur, Pontis Ormae scilicet, & Omicli. Opinor enim, principio *Ormiculum* dictum fuisse, quod iuxta fluvium Ormam situm esset; adpellatione aliis Tusciae & Vallis Arni nominibus analoga, in *ulum* scilicet desinente, ut sunt Pinoculum, Nuciculum Ciculum, Ficiculum, Monticulus, Populus, Colliculus, Ligulum, Furculae, Spiculum, Valaculum, Valliculum, Auserculum; de quibus locis & nominibus loquutus sum superius non uno loco; & in meo *Hodoeporico pag.* 73. 240. 784. & alibi passim. *Ormiculum* autem tractu temporis detrito *R* ob maiorem pronunciationis facilitatem, *Omiculum*, & *Omiclum*, evadere potuit. Eius elementi in nominibus detriti, aut taciti, aut mutati, plura exempla adferri possunt. Sic dicimus *Albera*, pro *Arbore*; *Vedello*, & *Avello* pro *Vederlo* & *Averlo*; *Vaio* pro *Vario*, & *Palaia* pro *Palaria*; *Librafatta* pro *Ripafracta*; *Lemmus* pro *Vilermus*, & *Guilelmus*; *Collegalli* pro *Collegarli*; *Ossaia* pro *Vrsaria*; *Camposelvoli* pro *Camporseuoli*; *Osmannoro* pro *Ormannoro*. Insuper nomina locorum propria saepe in antiquis Diplomatibus non recte, sed depravate, scribuntur, & corrumpuntur, & indicantur. Multa autem locorum nomina multimodis pronunciando a vulgo corrumpi, & diversimode a diversis efferri, res testatissima est. Sic *Pineta*, dicitur etiam *Pianeta*, *Pruneta*, *Impruneta*: sic *San Gerusalemme*, vulgo audit *San Gersolè*; *Sancta Iucunda* passim *Sancta Gonda* adpellatur. Alia loca duobus, vel pluribus nominibus censentur; sic *Ficiclum* & *Silamarthana* eumdem Vicum seu Pagum constituebant ut in *Parte* III. mei *Hodoepor.* & precipue *pag.* 1218. videre est; *Castrum Sancti Martini* vocabatur locus, ubi nunc est *Opidum Sancti Mineatis*, ut apud *Eug. Gamurrinium Vol. IV. Histor. Genealog. pag.* 208. videre est; *Castrum Florentinum*, in praesens etiam *Timinianum* includit; *Podium Bonitii* cum *Castro Marturi*, & *Monte Imperiali*, confunditur; *Malburghettum*, *Castri Montis Lupi* nomen adsumsit; *Filicaria* modo *Pons Sevae*, seu *ad Sevem*, nuncupatur. *Burgum Sanctae Florae* nunc *Pons Elsae* dicitur. Ita si *Ormiclum*, seu *Omiclum*, seculo XII. a *Laborante* Cardinali *Pons Ormae* audir, potuit utroque nomine adpellari, & ob fluminis, & ob Pontis, vicinitatem. Insuper licet arguere sit, Romanis temporibus ibi Pontem exstitisse: tamen an hic Pons medio aevo, & saeculo XI. adhuc subsisteret, incompertum habemus. Quamquam enim Orma fluvius viam regiam secuit: non tamen omnes fluvii seu torrentes, qui vias regias secant, statim pontes saxeos, seu lateritios, seu sublicios, habent: & exemplo sit Tillaventum ad Forum Iulii; & Caecinella in confinio agri Florentini & Pisani, qui fluvius, etsi iter Pisas intercideret, tamen usque ad annum MDCCLVI. sine ullo ponte fuit: nec Orma fluvius est latior, aut

re valebat, *aut eorum sacrum sanguinem fusum ex terra*, *lapidibus*, *& lignis*, *suis pannis posset extergere*, *cupientes illum pro magnis reliquiis secum habere*. Atque ita quidem S. *Atto*, qui tacet, *Gottifredum* & eius uxorem *Beatricem*, Tusciae Duces atque Marchiones, ab Episcopi *Petri* partibus stetisse; & hunc illorum praesidio fultum cladem illam Monachis Sancti *Salvii* intulisse [a]. Parum itaque Monachis illis profuit, quod Monasterium Sancti *Salvii* ab *Henrico III.* Imperatore sub patrocinium suum susceptum fuisset. *Bernardus* quoque *Brunonis* F. multa eidem Monasterio donavit [b]. *Azzo* & *Ambrosius* Episcopi Florentini exemtionem ab exactionibus concesserunt, & bona confirmarunt [c]; *Iulius* Episcopus Ecclesiam S. *Iacobi* inter Foveas largitus est, & Paroeciam adsignavit [d]. *Henricus VI.* Imperator protectionem, & bonorum & iurium confirmationem, munificenter iteravit [e]. *Iu-*

aut profundior, aut aqois copiosor, quam Caecinella. Iraque vel anno MLV. Orma nullo ponte transibatur, vel pons recens constructus loco nondum suum nomen communicaverat; vel post annum illum pons super Orniam aedificatus est; atque exinde *Omiclum* nupera *Pontis Ormae* adpellatione mutatum est: quare quom *Laborans* ille praesignis ortus est, iam *Pons Ormae* Vicus ille seu Castrom adpellari coeperat; adeoque se in Ponte Ormae natum fuisse adfirmavit, antiquatum *Omicli* nomen silentio praeteriens. Aliud argumentum pro mea sententia eruere est ex eo, quod antiqui illi homines nomina indere sibi solebant, a Regionibus, Vrbibus, Vicis, & Pagis, mutua accepta, ut mei *Hodoeporici pag.* 889. etiam videre est: & in agro, in qoo est Pons Ormae, atque in locis conterminis, homines offendimus, *Omicins*, & *Omilios*, vocatos, ot in Paniana, & Marciniana; constarque id ex laudato *Hodoeporico pag.* 889. 1029. Si minus res ita se habet, saltem non ab his locis procul, Omiclum fuisse arbitror; ubi autem, erudiriores inquirant.

a *Florentinius* in *Vita Mathildae pag.* 77. *Soldanius Part. I. Quaest. Vallumbros. pag.* 175. Superius *pag.* 103.

c Instrumentum produxi ex *Vghellio pag.* 237.

d Diplomata exhibui superius *pag.* 994.

e Consule superius *pag.* 994.

f Diploma ex *Tomo III. Deliciarum Eruditorum*, & *Soldanio Histor. Passinian. pag.* 265. profero.

Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Rex Augustus. Creditum nobis divinitus Regiae Dignitatis officium a nostra Celsitudine postulat & requirit, ut Ecclesiis Dei, & locis venerabilibus, specialem benignitatis nostrae favorem clementer impertientes contra malignantium insidias ipsum patrocinium nostrae tuitionis opponamus, & benefica eas munificentia respiciamus. Eapropter notum sit universis Imperii fidelibus tam praesentibus, quam futuris, quod nos pro salute animae nostrae, & Parentum nostrorum, Monasterium S. Salvii situm in Parentinul, cum Capella Sancti Nicolai & omnibus eius pertinentiis; Abbatem quoque Ghibertum, & omnes personas in ipso Monasterio divinis mancipatas ac mancipandas obsequiis, cum hominibus suis bonis ac possessionibus, quas in praesenti habent, aut in posterum iuste & rationabiliter poterunt adipisci, in nostram protectionem ac defensionem recepimus. Ad haec ipsi Monasterio Abbati & Fratribus, atque eorum successoribus in perpetuum, confirmamus omnia aedificia, quae sive in flumine Arni, sive in aliis aquis, in suo proprio fundo habent, haut in futuro habebunt; ita ut nulli hominum liceat superius sive inferius aliquod opus construere, quod Monasterio laesionem ullo modo possit inferre. Amplius quoque utilitati ipsorum providere volentes regia sit auctoritate concedimus, ut unum canale de flumine Arni per proprium solum suum ad Monasterium sive ad alium locum sibi congruum deducant, nulla ipsis obstante contradictione. Ad argumentum etiam regiae benignitatis nostrae praedictis Abbati, & Fratribus, ac eorum successoribus, concedimus, ut in saepedicto flumine Arni & in omnibus aliis aquis, quae sive per allodium, sive iuxta allodium, Monasterii decurrunt, quaelibet utilia sibi aedificia construant, sine tamen magno damno, & gravamine aliorum; nec alii homi-

Multi Pontifices Maximi privilegia aut concessere, aut confirmavere, ut *Alexander III.* ª *Vrbanus III. Clemens III.* & *Innocen-*

. . .um ibi aedificare, vel restes aut molendinum ponere, liceat sine Abbatis, & Fratrum consensu. Pro hac autem Maiestatis nostrae concessione praenominati Monasterii Abbas, & Fratres, unum Byzantium aureum annuatim Camerae nostrae persolveriat. Ut igitur haec Celsitudinis nostrae concessio, protectio, & confirmatio, rata in perpetuum, & inconvulsa, permaneat, praesentem paginam conscribi, iussimus, & sigilli nostri impressione communiri. statuentes & regali edicto praecipientes, ut nullus Episcopus, Dux, Comes, Vicecomes, nullus Capitaneus, vel Valvassor, nulla Civitas, nullum Commune, nullus Consul, nulla Potestas, nullus Civis, nulla denique humilis vel alta, saecularis vel Ecclesiastica persona, praememoratum Monasterium, Abbatem, vel Fratres, aut eorum homines, datiis, collectis, albergariis, angariis, seu parangariis, molestare audeat, vel quibuscumque iniuriarum calumniis attentare praesumat. Siquis autem (quod absit) huius regiae constitutionis nostrae temerarius violator exstiterit, in ultionem transgressionis suae decem libras auri puri pro poena componat, dimidium Camerae nostrae, reliquum passis iniuriam.

Huius rei testes sunt Orlandus Abbas S. Michaelis de Podio Bonitii. Rodulphus Imperialis Aulae Protonotarius. Comes Robertus de Nassovia. Federicus Dux de Riest. Robertus de Dorna. Comes Guido. Conradus de Amera. Philippus de Boulat. Guido & Orlandus Vicecomites de Ficiclo, & alii quamplures.

Datum apud Ficiclum per manum Rodulphi Protonotarii. Anno Domini MCLXXXVII. Indictione V. Tertio Kalendas Maii feliciter. Amen.

a Consule Bullam superius *pag.* 995. Interim aliam Bullam *Alexandri III.* ex *Soldanio* hic exhibeo, quae ita habet.

Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis Filiis Paulo Abbati Monasterii Sancti Salvii eiusque Fratribus tam praesentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse praesidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Ea propter, Dilecti in Domino Filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatum Monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & praesentis Scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quaecumque bona, idem Monasterium in praesentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Praedecessorum vero nostrorum felicis memoriae Urbani, Gregorii, & Innocentii, Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes statuimus, ut nulli Archiepiscopo vel Episcopo, aut alicui Praelato Ecclesiastico seu Saeculari, excepta Vallombrosana Congregatione, aliquod super Ecclesiis vestris dominium liceat obtinere, sicut ab iisdem Praedecessoribus nostris fuisse noscitur institutum. Praeterea sicut Capella S. Nicolai de Casa Arsa ad vestrum ius pertinens, ab omni iugo totius dominationis Episcopi & Plebani hactenus immunis noscitur extitisse, ita & de cetero eam immunem decernimus permanere. Illud etiam ius quod in Hospitali de Capraria hactenus habuistis, vobis nichilominus confirmamus. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos e saeculo fugientes liberos & absolutos in Monasterio vestro recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Chrisma vero, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, Ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines erunt promovendi, a Dioecesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicae Sedis habuerit, & ea gratis & absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin ad quemcumque malueritis recurratis Antistitem, qui nostra fultus auctoritate vobis quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat. Salva tamen canonica iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumtibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis Decimas praesumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet exactionibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, saecularisve persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque

se

centius III. [a] Sed & posteriores Pontifices non minus liberales erga hoc Monasterium fuere; nam *Eugenius IV.* dum Florentiae moraretur, remissiones piaculorum, vulgo Indulgentias, plures, eius Ecclesiam invisentibus, & preces Deo fundentibus, largitus est [b]. *Nicolaus* vero V. anno MCCCCIIL. coniunxit & adnexuit huic Monasterio Ecclesiam Sanctorum *Georgii* & *Ma-*

se divino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & a Sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen Amen Amen.

Ego Alexander Catholicae Ecclesiae Episcopus ss.

✠ *Ego Huboldus Hostiensis Episcopus ss.*

✠ *Ego Bernardus Portuensis & Sanctae Rufinae Episcopus ss.*

✠ *Ego Gualterius Albanensis Episcopus ss.*

✠ *Ego Huboldus Presbyter Cardinalis Tit. Sanctae Crucis in Hierusalem ss.*

✠ *Ego Henricus Presbyter Cardinalis Sanctorum Nerei & Achillei ss.*

✠ *Ego Ioannes Presbyter Cardinalis Tit. Sanctae Anastasiae ss.*

✠ *Ego Guilelmus Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Petri ad Vincula ss.*

✠ *Ego Hyacinthus Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Cosmedin. ss.*

✠ *Ego Oddo Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano ss.*

✠ *Ego Arditio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori ss.*

✠ *Ego Boso Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmae & Damiani ss.*

✠ *Ego Cinthius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani ss.*

✠ *Ego Petrus Diaconus Cardinalis Sancti Eustachii iuxta Templum Agrippae ss.*

✠ *Ego Ioannes Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Portica ss.*

✠ *Ego Manfredus Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum ss.*

Datum Turonis per manum Hermanni Sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi, & Notarii, Nonis Iunii, Indictione XI. Incarnationis Dominicae Anno MCLXIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae Tertii Anno quarto.

Signum Domini Alexandri Papae Tertii.
VIAS TVAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.

a Epistola est in *Bullario Vallumbros. pag.* 93. quae ita habet.

INNOCENTIVS Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio, *Paulo*, Abbati S. Salvii de Florentia salutem, & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter, dilecte in Domino Fili, tuis iustis precibus inclinati, concessionem oblationum quarumdam, quam Venerabilis Frater noster Fesulanus Episcopus, de consensu Capituli sui, vel maioris, ac sanioris partis ipsius, pie, ac provide, Monasterio tuo fecit, ratam habentes, oblationes ipsas, sicut eas iuste possides, & quiete, tibi, ac per te Monasterio ipsi auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Laterani v. Idus Aprilis, Pontific. nostri An. decimo.

b Instrumentum, seu supplex Libellus, profertur a *Fidel. Soldanio*, *Histor. Passinian. pag.* 272. qui quidem ita habet.

Beatissime Pater. Cum devoti vestrae Sanctitatis Oratores Abbas & Conventus Monasterii Sancti Salvii extra muros Florent. Ordinis Vallisumbrosae, qui sub regulari observantia Sancti Benedicti Altissimo famulantur, cupiant aliqua spirituali alimonia recreari, supplicant Sanctitati Vestrae, quatenus eis praesentibus, & futuris, in regulari observantia perseverantibus, & Conversis, ac personis omnibus in dicto Monasterio servientibus in diebus illis, in quibus sunt Stationes in Ecclesiis Almae Vrbis, visitantibus quinque Altaria ex parte superiori Ecclesiae dicti Monasterii sui, illas indulgentias, & peccatorum remissiones, consequantur, quas consequerentur si eisdem diebus praefatas Ecclesias dictae Vrbis personaliter visitarent; ita tamen quod coram quolibet Altari de dictis teneantur dicere Psalmum Miserere mei cum Ave Maria, & Pater noster, & cum Oratione, Deus omni-

IN-

Mamiliani in Clivo Florentino, quae olim Parocciam [a] habuit, & Monasterium fuit Monachorum Silvestrinorum Congregationis Montis Fani. Nam quum in eo solus remansisset *Placidus Ioannis* F. *de Catanüs* Mediolanensis, Prior, qui flagitiosam vitam ducens bona Monasterii dilapidabat, Prioratu se abdicavit; & hanc abdicationem Archiepiscopus Florentinus admisit, probavitque. Sciendum est enim, Silvestrinos illos Monasterium Sancti *Marci Novi* Florentiae primum tenuisse; Fratres autem Predicatores ab Observantia, qui in Coenobio Faesulano Sancti *Dominici* degebant, habitavisse etiam in Coenobio illo Sancti *Georgii*: ambo enim Monasteria unita & coniuncta fuerant. Quum vero *Eugenius IV.* Monachos Sancti *Marci*, Silvestrinos adpellatos, dissolute & flagitiose vivere intellexisset; Praedicatores illos Coenobii Sancti *Georgii* in Monasterium Sancti *Marci* migrare iussit; Monachos vero Silvestrinos a Coenobio Sancti *Marci* ad Monasterium Sancti *Georgii*, licet invitos detrectantesque, transtulit: nec eos quicquam iuvit ad Concilium Basileense provocatio [b]. Silvestrini igitur in Sancti *Georgii* Asceterio permansere, donec *Placidus* ille Prior dignitate se abdicavit; & Monasterium Monasterio Sancti *Salvii* adnexum fuit, ut dixi. Dum tamen Monachi Vallumbrosani hoc habebant, Parthenon eiusdem Ordinis in eo institutus est. Nam *Clemens VII.* Pont. Max. dum adhuc Cardinalis esset, iussu, vel suasu, *Leonis X.* Parthenonem Florentiae constituturus, Ecclesiam & Prioratum Sancti *Georgii*, iam, ut diximus, derelictum, & Monasterio Sancti *Salvii* adnexum, pro apta Sanctimonialium Vallumbrosanae Congregationis sede, convenienter elegit. In hanc, ubi dignam Parthenone formam recepit, *Ioannes Maria Canisianius*, supremus Congregationis illius Praeses, duodecim Monachas ex Monasterio Florentino S. *Viridianae* eductas anno MDXX. mense Septembri introduxit; quae quidem secundum primitivi Monasterii instituta & consuetudines hactenus vivunt, & Numinis aeterni Spiritus Sancti Asce-

mnium Fidelium, &c. Et si contingeret aliquem ipsorum ita graviter infirmari in dicto tempore, quod ad dictam Ecclesiam non valeret accedere, dicat Psalmum cum supradictis Orationibus, & dictam Indulgentiam consequatur; qui vero absentes fuerint ex aliqua rationabili causa visitent Altare maius illius Ecclesiae, ubi fuerint, cum Orationibus supradictis, & similiter dictam Indulgentiam obtineant; & hoc de gratia speciali cum clausulis opportunis. Fiat ut petitur. G.

Et quod simplex Signatura sufficiat sine confectione Litterarum Apostolicarum. Fiat ut petitur. G.

Datum Florentiae Pridie Nonas Octobris. Anno undecimo.

a Consule superius *pag.* 531. 781. 1075. 1080. 1135.

b Consule superius *pag.* 1122. 1123.

a Con-

Asceterio suo venerabile nomen indiderunt. Antistita, quae omnium prima illud moderata est, *Alexandra* a Vernio fuit [a]. Sed ut, unde digressa est, revertatur oratio, *Pius II.* Epistola data concessit Abbati Sancti *Salvii* in perpetuum Ecclesiam Sancti *Michaelis* in Podio, & Ecclesiam Sancti *Donati* Senarum; earumque possessio Abbati tradita est anno MCCCCLXIV [b]. Sed & privati quidam cives bonis & reditibus hoc Monasterium auxerunt, ut *Angelinus Petri* F. & *Guidaina* uxor eius, qui anno MCXC. domum quamdam in Suburbio Sancti *Paulli* exstantem Monasterio S. *Salvii*, & eius Xenodochio S. *Pancratii*, donaverunt [c]. An Xenodochium hoc etiam Sancti *Salvii* diceretur, ignoro; nam Hospitale Sancti *Salvii* memoratum invenio; sed forte fuit aliud Monasterio Sancti *Salvii* contiguum [d]. Quin & Xenodochium Caprariae ad hoc Monasterium pertinebat [e]. Multa quoque acquisivit Monasterium Sancti *Salvii* iuxta Florentiam circa *Perilasium*, seu Amphitheatrum, & circa Ecclesias Sancti *Remigii*, & Sancti *Iacobi* inter Foveas, ita ut spatium illud *Campus Sancti Salvii* adpellaretur [f]. Ad illud insuper Capella *S. Nicolai* Casae Arsae pertinebat, Ast plus ceteris illi, alio modo, profuit laudatus *Eugenius IV.* nam cum in eo, iam Clericis saecularibus commendato, & tamdem Abbatum Monachorum regimini restituto, Monastica disciplina collapsa esset, illud solicite reformavit, & ad pristini instituti observantiam salubriter redegit [g]. Abbates monasterio S. *Salvii* diversis temporibus praefuerunt,

Anno MLV. *Berictio* [h].
Anno MLXII. & MLXXXV. *Dominicus* [i].
Anno MXC. circiter *Bernardus* [k].
Anno MCXXXIII. MCXL. *Paullus* [l].
Anno MCL. *Ambrosius* [m].

An-

a Ex Vita Sanctae *Humilitatis* excusa Florentiae anno MDCCXXII. §. XX. *pag.* 70.

b Consule *Richam. Tom. I. pag.* 371.

c Consule *Richam Tom. I. pag.* 371.

d Consule superius *pag.* 210. 211.

e Adi superius *pag.* 995. 1213. An hoc Hospitale sit Sancti *Petri* ad Caprariam, in Plebatu Sancti *Hippolyti* Vallis Pesae, quo de etiam est superius *pag.* 535. 1137. mihi non liquet: sed forte idem fuerit.

f Adi *Mannium*, qui sub *Tubalchi Panichii* nomine latet, inter *Opuscula Calogeriana Tom. X.* & *Tractatu de Amphitheatro Florentino Lib. I. Cap. XI. & seqq. Richam Tom. I. Eccles. Florentin. pag.* 369. & *seqq.* Superius *pag.* 994.

g Consule superius *pag.* 1122. & *Ioseph. Richam Tom. I. Eccles. Florent. pag.* 376.

h Consule superius *pag.* 1228. 1229. *Richam Tomo I. pag.* 369.

i Superius *pag.* 237. 1230. *Dom. Mar. Mannius* inter *Opuscula Calogeriana Tomo X. pag.* 169.

k *Io. Mar. Brocchius Par. I. Vitar. Sanctor. Florentin. pag.* 161. *Ioseph. Richa Tom. I. Eccles. Florent. pag.* 374.

l *Dom. Mar. Mannius* inter *Opuscula Calogeriana Tom. X. pag.* 162. 164.

m *Dom. Mar. Mannius* inter *Opusc. Calogeriana Tomo X. pag.* 165.

De

Anno MCLVII. *Oprandus* [a], ſeu, ut alii legunt, *Obrandus*.

An-

[a] De hoc vide *Fid. Soldanium Hiſtor. Paſſinian. pag.* 266. 267. *Mannium de Amphitheatro Florentino pag.* 15. Chartas ex *Soldano*, locis citatis, in medium adduco.

Azo Dei gratia Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus. Dilecto in Chriſto Fratri Oprando Abbati Sancti Salvii eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Rationis ordo expoſtulat, & ſacrae legis ſanxit auctoritas, ut ea, quae intuitu charitatis, & pietatis inſtinctu, aliquando fiunt, ad uſum perverſionis minime convertantur. Iniuſtum eſt enim, ut ea, quae ex gratia & charitate aliquoties dantur, ad debitam poſtea perverti debeant coactionem. Expropter, dilecte in Chriſto Frater Oprande Abbas Sancti Salvii, experti charitatem tuam in neceſſitate noſtra, qua gravabamur, pro expenſis, quas pro Eccleſiaſtico officio recuperando, Romam ſaepe eundo & redeundo, fecimus, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus, providentes pro beneficio nobis collato, nolumus aliquam conſuetudinem Eccleſiae Sancti Salvii inde ſuccreſcere; aut aliquod detrimentum a me, vel a meis ſucceſſoribus, poſtmodum provenire. Conſtituimus igitur atque praeſentis decreti pagina roboramus, aliquam pecuniarum exactionem praefato Monaſterio a me, vel a meis ſucceſſoribus, minime imponi fieri, aut aliquod gravamen imponi; ſed Eccleſiam illam immunem & liberam ab omni iugo exactionis perpetuo eſſe decernimus atque ſancimus. Nolumus enim ut aliquis ſucceſſorum noſtrorum ab Eccleſia illa aliquid per exactionem repoſcat, aut quaſi per debitum a Fratribus ibi Deo ſervientibus aliquid exigat. Promittimus itaque atque Pontificali auctoritate firmamus, neque nos, neque ſucceſſores noſtros, a ſaepefato Monaſterio aliquid hac occaſione exigere, aut aliquam iniuſtam conſuetudinem Fratribus ibi commorantibus poſtmodum imponere. Qui vero hoc ſtudioſe infringere poſt huius noſtrae promiſſionis, & confirmationis, cognitionem, temptaverit, reum ſe de perpetua iniquitate, & a Corpore & Sanguine Domini alienum, eſſe cognoſcat. Vt autem haec pagina verius credatur, propriae manus ſubſcriptione voluimus roborare; & ad omnium notitiam ſigillo noſtrae Eccleſiae confirmare, Epiſcopali auctoritate, complacuit.

✠ Ego Azo Florentinus Epiſcopus hoc privilegium feci & propria ſubſcribendo manu corroborando firmavi ss.

✠ Ego Gerardus Sanctae Florentinae Eccleſiae Dei gratia Archipresbyter ss.

✠ Ego Petrus Presbyter & Canonicus Sanctae Florentinae Eccleſiae ss.

✠ Ego Ildebrandus Presbyter & Canonicus interſui ideoque ſubſcripſi ss.

Data per manum Alberti Sanctae Florentinae Eccleſiae Archidiaconi & Praepoſiti Anno incarnationis Dominicae MCLIV. Pridie Kal. Aprilis Indictione ſecunda.

In Nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Ambroſius Dei gratia Sanctae Florentinae Eccleſiae Epiſcopus. Dilecto in Chriſto Patri Obrando Abbati Monaſterii Sancti Salvii eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc nobis Eccleſiaſticae diſpenſationis cura a Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas & beneplacentem Deo Religionem ſtudeamus modis omnibus propagare; tunc enim iniunctum officium rite proſequimur, quum his, qui contemptis mundi curis divino ſunt obſequio mancipati, pietatis intuitu ſubvenimus. Ea propter, dilecte in Chriſto Frater Obrande, tuis, ac Fratrum tuorum, iuſtis poſtulationibus clementer annuentes Eccleſiam Beati Nicolai ſita Caſa Arſa, cum b   quae na c iuſte poſſider & quae in futurum, Deo propitio, poterit, rationabiliter adipiſci, tibi & ſucceſſoribus tuis noſtra auctoritate confirmamus, & praeſentis Decreti pagina roboramus. Abſolvimus quoque eamdem Eccleſiam ab omni prorſus pecuniaria exactione; & ab omni debito & ſervitio, quantum ad nos attinet, & ad Plebem noſtram, liberamus, atque immunem & liberam eſſe decernimus, quod bonae memoriae Gottifredum Praedeceſſorem noſtrum ſuo Privilegio feciſſe cognovimus. Non liceat itaque nobis vel ſucceſſoribus noſtris aliquid ſtipendiorum a praeſata Eccleſia exigere, aut aliquod iniuſtum gravamen Fratribus ibi commorantibus imponere. Qui autem hoc ſtudialiter infringere poſt huius noſtrae conceſſionis, & abſolutionis, cognitionem tentaverit, reum ſe de perpetrata iniquitate, & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Domini Noſtri Ieſu Chriſti alienum cognoſcat. Vt autem haec pagina verius credatur, propriae manus ſubſcriptione voluimus roborare, & ad omnium notitiam ſigillo noſtro confirmare, Pontificali auctoritate, complacuit.

Ego Ambroſius Dei gratia Florentinae Eccleſiae Epiſcopus a me ſacto ss.

Ego Gerardus Dei gratia Sanctae Florentinae Eccleſiae ss. ut Officiarius & Archipresbyter.

Ego Ildibrandus eiuſdem Eccleſiae Canonicus ss.

Anno MCLXIII. *Paullus* [a].
Anno MCLXXV. & MCLXXXVI. *Gilbertus* [b].
Anno MCCVIII. *Paullus*.
Anno MCCXII. *NN* [c].
Anno MCCXX. *V.* f. *Valentinus*.
Anno MCCXXXIII. *Valentinus* [d].
Anno MCCCIC. & MCCCCIX. *Marcus* [e].
Anno MCCCCXL. *Iacobus* [f].
Anno MDXVII. & MDXXXIV. *Michael De Tosa*.

Ec-

Ego Vgo Canonicus Diaconus Sanctae Florentinae Ecclesiae ss.

Ego Vbaldus Diaconus & Canonicus eiusdem Florentinae Ecclesiae ss.

Data per manum Alberti Sanctae Florentinae Ecclesiae Archidiaconi, & Praepositi, Anno Dominicae incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto. Pridie Kal. Novembris. Indictione quinta.

a Adi *Soldanium Histor. Passinian. pag.* 267. & superius *pag.* 1233.

b Consule superius *pag.* 994. 995. 1232. *Dom. Mar. Mannium* inter *Opuscula Calogeriana Tom. X. pag.* 262. *Richam Tom. I. pag.* 370.

c Superius *pag.* 1234. *Scipio Ammiratus in Episcop. Volaterranis pag.* 119.

d Adi superius *pag.* 118.

e *Ascanius Tamburinius Tomo I. De Iure Abbatum Disput. XX. Quaest. I.* ita scribit, dum agit de Abbatibus Vallumbrosanis, qui Pontificalium usum obtinuere: *Secundus vero fuit D. Marcus Abbas Monasterii Sancti Salvii extra & prope muros Florentiae, qui a Bonifacio IX. Mitrae, Annuli, & aliarum Pontificalium, usum consequutus est per Bullam eiusdem Pontificis datam Romae apud Sanctum Petrum V. KL. Maii, Pontificatus sui anno IX.* Consule *Vghellium Tom. III. pag.* 562.

f Huius Abbatis mentio occurrit in sequentibus Bullis. & Actis, erutis ex Archivo S. *Mariae Angelorum* Senarum.

Acta quod ad Commendam Prioratus S. Andreae Musciani.

Reverendissimo in Christo Patri & Domino Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Florentino eiusque in spiritualibus Vicario & Officiali generali; ac universis & singulis venerabilibus Dominis & Conventui Prioratus S. Andreae de Musciano Ordinis S. Augustini Florentinae Dioecesis; illique vel illis, ad quem vel ad quos, Prioratus Sancti Andreae de Musciano Ordinis & Dioece-

fis

sis praedictorum; quem nuper Thomas de Castellanis tunc ipsius Prioratus Prior obtinebat; collatio, provisio, praesentatio, seu quaevis alia dispositio, communiter vel divisim, pertinet; & quibuscumque aliis & singulis quorum interest, vel interetit, & quem seu quos, tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, communiter seu divisim, quibuscomque nominibus censeantur & quacumque praefulgeant dignitate. Angelus eadem gratia Episcopus Parentinus Iudex & Executor ad infrascripta una cum quibusdam aliis infrascriptis, Salutem in Domino. Litteras Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Eugenii divina providentia Papae IV. &c. nos cum ea qua decet reverentia recepisse noveritis; quarum quidem litterarum Apostolicarum &c. tenor talis est. Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Parentino, & dilectis filiis Sancti Pancratii & Sancti Salvii extra Muros Florentinos Monasteriorum Abbatibus, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius Bartholomaeus Thomasii de Corbinellis Clericus Florentinus . . . . *Cetera desunt*.

De Pensione S. Andreae Musciani.

Petrus Dei & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Massanus in Romana Curia residens, Executor ad infrascripta una cum infrascriptis nostris in hac parte Collegis, cum illa Clausula: Quatenus vos vel duo aut unus &c. per vos vel alium seu alios &c. Venerabili viro Domino Bartholomaeo Thomasii de Corbinellis Clerico Florentino in infrascriptis litteris Apostolicis nominato, omnibusque aliis &c. quarum unius videlicet gratiosae tenor est. Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Universitatis Canonicorum Sancti Salvatoris nuncupatae, Ordinis Sancti Augustini, extra Muros Florentiae, salutem & A-

po-

Ecclesia Sancti *Salvii*, fronte ad Occasum versa, antiquum Christianorum ritum imitatur, licet refecta renovataque fuerit. Haec non Sancto *Salvio* Episcopo tantum, sed & Sancto *Michaeli* Archangelo, dicata est. In modum Crucis formata quinque habet Altaria; quorum tria sunt in extremo eminentiori solo ad Ortum vergente, ad quod per gradus quosdam adscendi-

postolicam benedictionem. Decens reputamus & congruum, ut ea vobis favorabiliter concedamus, quae vestris commoditatibus fore conspicimus opportuna. Dudum siquidem pro parte vestra nobis exposito, quod licet in Monasterio seu Priorato Sancti Donati de Scopeto Ordinis Sancti Augustini extra Muros Florentiae Prior & Canonici Congregationis vestrae, decem octo vel circa numerandi, a prioribus annis sub regulari observantia & vitae castimonia ac alias laudabiliter vixerant, ac tunc etiam vivebant: tamen ex illis fructibus, redditibus, & proventibus, non poteratis commode sustentari; Nos per alias nostras litteras Prioratum S. Andreae de Musciano dicti Ordinis, Florentinae Dioecesis, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis vobis per vos iuxta vestra privilegia, ritus, mores, & constitutiones, & statuta, tenendum regendum & etiam gubernandum Apostolica auctoritate perpetuo concedi appropriari & incorporari mandavimus. Et demum nos dictum Prioratum Sancti Andreae tunc certo modo vacantem, dilecto filio Bartholomaeo Thomasii de Curbinellis Clerico Florentino, quo ad vixerit, tenendum regendum & gubernandum concessimus & commendavimus. Nos itaque ne occasione Commendae huiusmodi nimium detrimentum patiamini providere volentes, vobis pensionem annuam centum florenorum auri de Camera super fructibus, redditibus, & proventibus, dicti Prioratus S. Andreae, vobis per eundem Bartholomaeum, cuius ad id accedit assensus, quo ad vixerit, vel procuratoribus vestris legitimis, annis singulis per aequales in celebritate omnium Sanctorum ac festivitate Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi portiones in Civitate Florentiae persolvendas, auctoritate Apostolica concedimus constituimus & assignamus, decernentes, eundem Bartholomaeum ad solutionem pensionis huiusmodi iuxta concessionis constitutionis & assignationis predictarum tenorem fore efficaciter obligatum; ac volentes & eadem auctoritate statuentes, quod si dictus Bartholomaeus in aliqua festivitatum earumdem, vel saltem infra triginta dies tunc immediate sequentes, pensionem tunc debitam huiusmodi non persolverit cum effecto, lapsis diebus eisdem excommunicationis sententiam incurrat, a qua donec vobis vel eisdem procuratoribus de ipsa pensione debita integre satisfactum vel alias vobiscum amicabiliter super hoc concordatum fuerit, absolvi non possit, praeter quam in mortis articulo constitutus. Si vero per sex menses praefatos triginta dies immediate sequentes sententiam eam animo, quod absit, sustinuerit indurato, ex tunc lapsis mensibus eisdem Commenda ipsa cesset, ac dictus Prioratus vacare censeatur eo ipso, non obstantibus constitutionibus &c. nec non Prioratus & Ordinis praedictorum iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque &c. Volumus autem quod si & postquam Commendam ipsam ex quavis causa cessare vel expirare contigerit, unio incorporatio & annexio predictae suum plenarium sortiantur & sortiri debeant effectum; et quod ex tunc liceat Congregationi praedictae per se vel alium seu alios corporalem Prioratus de Musciano iuriumque & pertinentiarum eiusdem possessionem propria auctoritate libere apprehendere; nec non suos dicti Prioratus fructus &c. Ac praedicta Congregatio postquam unio huiusmodi effectum sortita fuerit, omnia & singula Ecclesiae dicti Prioratus incumbentia onera supportare debeat & etiam teneatur; & insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate &c. Si quis autem haec attemptare praesumpserit &c. Datum Florentiae Anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXIX. XV. Kal. Augusti Pontificatus nostri anno nono. Alterius vero litterae, executoriae videlicet, tenor sic incipit: Eugenius Episcopus &c. servus servorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Mossano, & dilectis in Christo filiis S. Pancratii Florentiae ac Sancti Salvii extra Muros Florentiae Monasteriorum Abbatibus salutem &c. Decens reputamus & congruum, ut ea dilectis filiis, & Universitati Congregationis Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris nuncupatae, Ordinis S. Augustini extra Muros Florentiae favorabiliter concedamus, quae suis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Du-

dum

ditur; Altare princeps, scilicet, in Apside, & duo lateralia. Duo in pavimento inferiori exsistunt ad navis parietes, adversa invicem: sub horum dextro Epigramma insequens legitur:

D. O. M.
Dei Genitricis Nunciationi
SS. PP. Nostris
Ioanni Gualberto Fundatori et
Bernardo Monasticae Observantiae in hoc
S. Salvii Monasterio Propagatori
Aliisque Sanctis quorum Reliquiae hic adservantur
D. Stephanus Matthionus Mon. Vall.
Et huius Monasterii Prior
Et Eleemosynis sibi ex Concionibus delatis
Cappellam hanc funditus erexit
A.D.M.DC.III.

Sed

dam siquidem . . . . . . &c. Quo circa discretioni vestrae per Apostolic scripta mandamus, quatenus vos vel duo &c. feciatis . . . . eandem Congregationi vel pro ipsa procuratori praedictu huiusmodi concessionis &c. efficaciter persul. v. &c. & *alia generalia*. Datum Florentiae anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXIX. XVI. Kal. August. Pontificatus nostri anno nono. Post quorum quidem praedictarum litterarum Apostolicarum receptionem &c. in forma communi.

Datum & actum Florentiae in Palatio Apostolico & Camera nostrae habitationis sub anno a Nativitate Domini MCCCCXXXXII. Indictione quinta XXV. die mensis Iunii Pontificatus praefati Domini nostri Papae anno duodecimo.

Bulla unionis Plebis Sanctae
Caeciliae Decimi
Cum Actis exsequutionis eiusdem

Iacobus permissione divina humilis Abbas Monasterii Sancti Salvii extra Muros Florentiae, Ordinis Vallisumbrosae, Executor unicus ad infrascripta auctoritate Apostolica specialiter deputatus: Vniversis & singulis Christi fidelibus praesentes inspecturis; nec non Parochianis utriusque sexus hominibus Plebis Sanctae Caeciliae de Decimo Florentinae Dioecesis, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos, dictae Plebis collatio, provisio, praesentatio, seu quaevis alia dispositio, communiter vel divisim, pertinet; omnibusque aliis & singulis, quorum interest, intererit, seu interesse poterit, quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus censeantur, aut quantacumque praefulgeant dignitate, salutem in Domino. Litteras Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Eugenii divina providentia Papae IIII. cum chordula canapis vera, bulla plumbea ipsius Domini Nostri Papae inpendenti, more Romanae Curiae bullatas sanas & integras non vitiatas non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes, nobis per venerabilem & religiosum virum Fratrem Deodatum Iacobi de Bononia Priorem Prioratus Sancti Donati de Scopeto extra Muros Florentiae de Congregatione Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini pro se & dicto Prioratu, aut Canonicis & Fratribus dicti Prioratus, in dictis litteris Apostolicis specialiter nominatis, publice & testibus infrascriptis praesentatas; nos cum ea qua decet reverentia recepisse noveritis, huiusmodi sub tenore. Eugenius Episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio Abbati Monasterii Sancti Salvii extra Muros Florentiae salutem & Apostolicam benedictionem. Pastoralis officii debitum, cui disponente Domino praesidemus, nos compellit, ut curam Ecclesiarum, praesertim curam animarum habentium, nec non Monasteriorum & aliorum religiosorum locorum quorumlibet, statum utiliter & prospere dirigendum cum paternis & sollicitis studiis mandemus; nec non his, per quae eorum ac personarum in Monasteriis & locis ipsis sub regulari habitu Altissimo famulantium opportunitatibus subvenitur

&

Non procul ab adverso Altari parieti adpensa est tabula, in qua quaedam de huius Ecclesiae origine scripta sunt, sublestae admodum fidei, & nimiae novellitatis arguenda; quae quidem ma-

& Monasteriorum huiosmodi saluti consulle opem & operam quantom cum Deo possumus faciliter impendamos. Sane pro parte dilectorum filiorum Prioris & Conveotus Sancti Donati de Scopeto extra Muros Florentiae Congregarionis Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini nobis noper exhibita petitio continebat, quod licet plures Congregationis & Ordinis praedictorum Canonici a multis citra temporibus in Priorato praedicto sub regulari observantia & vitae castimonia die ac nocte diurna imibi officia celebrando permanserint, pro ut etiam hodie dicti exponentes viginti aut circa nomero permanent; tamen propter exilitatem fructuum Prioratus eiusdem permanentes ipsi plura in eorum vitae susteotatione ac aliorum ibi onerum pro tempore occurrentium sopportatione, necessitatites & incommoda sustinuerint, pro ut etiam sustinent de praesenti; quapropter tam dicti exponentes ad hoc ut ipsi & alii pro tempore existentes dicti Prioratus Priores & Canonici a similibus incommodis & necessitatibus soblevati, sua quietius & liberius inibi Altissimo vota reddere & circa divinorum celebrationem intendere valeant; quam etiam dilecti filii Parochiani Ecclesiae Plebis S. Caeciliae de Decimo Florentinae Dioecesis considerantes, quod olim Plebes ipsa propter quorumdam illius tunc Plebanorum negligentiam ac malum regimen, varia in spiritualibus & temporalibus damna & detrimenta suscepit, earumque animarum cura plurimum neglecta remansit; & quod de cetero vel post cessum vel decessom dilecti filii Hieronymi Petri de Florentia Congregationis Canonici ac Plebis huiusmodi Plebani, ad negligentium & inotilium gubernatorum manus denoo venire posset; ac sperantes quod illa, qoae a Prioratu praedicto per octo vel circa milliaria distare dignoscitur, & praesentialiter a Hieronymo praedicto eius Plebanatum, qui Curatus & dignitas inibi principalis existit, obtinente laudabiliter gubernatur, per Priorem & Canonicos pro tempore supradictos, eorum virtutibus ac fructuosis operibos mediantibus in eisdem spiritualibus & temporalibus, salubriter dirigi & gubernari debeat, eamdem Plebem praefato Prioratui perpetuo incorporari, annecti, & uniri, desiderant. Quare pro parte dictorum Prioris & Conveotus, etiam asserentiom, quod de memoria hominum aliquis Canonicorom dictae Plebis in ea residentiam non fecit, neque illi ser-servitia praestitit, nec ratione Canonicatus & Praebendarum inibi institutorum, fructus aliquos percapit neque percipit; ac etiam Parochianurum praedictorum; nobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum desideriis huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, ac alias super hoc statui Prioratus & Plebis nec non Congregationis & personarum eorumdem, quantum cum Deo possumus, salubriter providere volentes, huiusmodi sopplicationibus inclinati, Discretioni tuae per apustolica scripta mandamus, qoatenus de praemissis omnibus & singulis auctoritate nostra te diligenter informes; & si per informationem huiosmodi ea vera esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Plebanatum, cuius ducenta, etiam si ad eum consueverit quis per electionem assumi, ac Plebem huiosmodi com omnibos ioribos & pertinentiis suis, eidem Prioratui cuius septuaginta florenorom auri de Camera fructos, redditus, proventus secondom commonem extimationem valorem annuom, ut ipsi exponentes asserunt, non excedunt, aoctoritate praedicta perpetuo incorpores, unias, & annectas. Ita quod cedente vel decedente dicto Hieronymo, seu alias Plebanatum ipsum quomodollbet dimittente, liceat Priori pro tempore Prioratus huiusmodi per se vel aliom seu alios corporalem possessionem Plebanatus ac Plebis ioriumque & pertinentiarum praedictorum auctoritate propria libere apprehendere, ac huiosmodi illius fructus, redditus, & proventus, quandiu regularis in Prioratu huiusmodi observantia vigebit, in soos ac Prioratus & illius Canonicorom pro tempore, nec non Plebis, predictorum usus & utilitatem convertere & exponere, Dioecesani loci & coiuscumque alrerios super hoc licentia minime requisita: non obstantibus constitotionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictae Plebis iuramento confirmatione Apostolica vel quacumqoe firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscomque: aut si aliquis super provisionibos sibi faciendis de dignitatibus praefatae Plebis speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales, Apostolicae Sedis vel Legatorum eios litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem & decretum vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem litteras & processus ad Plebanatum ac

magis heic ad augmentum, quam ad complementum et absolutionem, operis proferre lubet.

D. O. M.

Hic octingenti fere sunt anni locus fuit, quo duo ex Monachis S. Salvii Albig. Episcopi, Brachium eiusdem asportarunt. & cava quercu condiderunt. noctem immorati. postera luce dum progredi parabant sacram Reliquiam e loco nulla vi dimovere valent accersitus Fesul. Antistes Sacellum divino iubet afflatu ibidem construi, longo temporis intervallo incolae extruunt templum ubi Sancti Viri pignus duabus reclusum thecis recondunt.

Scripsit & pro omnium notitia posuit Iulii MDCXXXVIII. F. A. F. T. A. M. C. S. T.

Pro

ac Plebem huiusmodi volumus non extendi, sed nullum in huc eis quuad reservationem dignitatum vel beneficiorum aliorum praeiuditium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris Apostolicis specialibus vel generalibus quurumcumque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non insita effectus earum impediri valeat quumodolibet vel differri; & de quibus quuruuique tutis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio spetialis, Seu quod nos dudum, ut dicti expunentes etiam asserunt pensionem annuam centum florenorum similium, super fructibus, redditibus & proventibus Prioratus S. Andreae de Musciano Ordinis & Dioecesis praedictorum per dilectum filium Bartholomaeum Thomasii de Curbinellis Clericum Florentinum illius Commendatarium Priori pro tempore & Conventui praedictis, & quamdiu praefata Commenda duraverit, & annis singulis, integre persulvendam reservari, constitui, & assignari concessimus gratiose. Volumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem praedictas, si illas vigore huiusmodi effectum sortiri contigerit, Plebes ipsa debitis nun fraudetur obsequiis, sed per secularem Presbyterum aut unum ex Canonicis dicti Priuratus pro tempore existentibus ad id idoneum a Priure pro tempore supradictu quotiens ei videbitur eligendum, qui continuu in dicta Plebe personaliter resideat, laudabiliter gubernetur, curaque Parocbianorum pro tempore huiusmodi salubriter exerceatur, eiusque debite supportentur onera cunsueta, quodque eorum omnes & singuli ipsius Plebis Canonicatus & Praebendae suppressi existant, ac illos tunc obtinentes eiusdem Plebis Canonici esse desistant. Datum Florentiae anno Incarnationis Dominicae MCCCCXXXX. Kal. Novembris Pontificatus nostri anno decimo. Post quarum quidem litterarum Apostulicarum praesentationem & receptionem, nobis & per nos ut praemittitur factam venerabilis & religiosus Vir frater Hieronymus Petri de Florentia Congregationis & Ordinis praedictorum Canonicus, ac Plebis Sanctae Ceciliae de Decimu Plebanus, coram nobis personaliter constitutus, Plebem sive Plebanatum praedictum in manibus nostris cum omnibus iuribus & pertinentiis suis ac libertatibus privilegiis indultis & gratiis sponte & libere ac matura praehabita deliberatione sine quovis dolo & fraude cessit & resignavit ad effectum in praescriptis litteris Apostolicis expressum consequendum, ac coram nobis nonnullis testibus fide digna productis eisque per nos in forma iuris rite receptis, admissis, iuratis & examinatis, eorumque depositionibus, & attestationibus per nos fideliter attente & mature consideratis, fuimus per praelibatum subsequenter dominum Deodatum Priorem coram nobis constitutum sui ipsius ac Prioratus Sancti Donati ac Fratrum & Canonicorum praedictorum debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum litterarum Apostolicarum & contentorum in eisdem procedere dignaremur iuxta traditam seu directam a Sede Apostolica nobis formam. Nos igitur Iacobus Abbas & Executor prae-

Pro Ecclesiae Vestibulo Porticus est columnis lapideis fulta, in cuius sinistro pariete marmoreum & antiquum B. *Humilitatis* arietina pelle caput tectae simulacrum exsistit; nam & eius cadaver integrum & incorruptum in Ecclesiam hanc a Sanctimonialibus

praedictus volentes mandatum Apostolicum nobis in hac parte commissum reverenter exequi ut tenemur. Et quia ex dictis & depositionibus testium praedicturum invenimus contenta & narrata in ipsis litteris Apostolicis saltem ad effectum & finem per nos faciendum, & nobis auctoritate Apostolica commissum, veritate fulciri, idcirco auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa praelibatam Plebem sive Plebanatum Sanctae Caeciliae de Decimo Monasterio ac Prioratui S. Donati de Scopeto praedictis, quamdiu in eodem regularis observantia Congregationis & Ordinis praedictorum vigebit, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis auctoritate praedicta per resignationem sive cessionem praedictas in manibus meis factas, perpetuo incorporavimus, univimus, & annexuimus; ac incorporamus, unimus, & annectimus per praesentes; ac omnes & singulos Canonicatus & Praebendas in dicta Plebe institutos & fundatos eadem auctoritate supplantamus, & destituimus, & supprimimus, ne quis se de cetero pro dictae Plebis Canonico gerat & nominet, & siqui Canonici existant tenore praesentium eadem auctoritate privamus & destituimus, ut Canonici esse desistant. Parochianorum dictae Plebis ad hoc expressu accadente consensu, prout & quemadmodum quodam publico desuper confecto consensus instrumento, coram nobis producto, manu Notarii publici ut prima facie apparebat subscripto & signato, plenius continetur & habetur, praelibatum dominum Deodatum Priorem dictorum Prioratus suique ac Canonicorum & Fratrum nominibus in corporalem realem & actualem possessionem dictae Plebis sive Plebanatus iuriumque & pertinentiarum omnium eiusdem induximus & inducimus per praesentes investiendo eumdem dominum Deodatum Priorem dictis nominibus, per praedictarum litterarum Apostolicarum ad manus sui traditionem principaliter delatam. Quae omnia & singula vobis universis, & singulis supradictis, quibus praesens noster processus dirigitur, communiter vel divisim intimamus insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per praesentes, vosque nihilominus & vestrum quemlibet in solidum dicta auctoritate Apostolica tenore praesentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio & peremtorio communiter vel divisim vobisque & vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae & sub infrascriptis sententiarum poenis districte mandamus praecipiendo, quatenus praelibato domino Deodato aut alii pro tempore Priori seu Prioribus Canonicis & Fratribus dicti Prioratus S. Donati de Scopeto existentibus de ipsius Plebis sive Plebanatus fructibus redditibus proventibus iuribus & conventionibus universis integre respondeatis, & ab aliis in quantum in vobis fuerit faciatis plenarie responderi. Quod si forte praemissa omnia & singula, prout superius narrantur & vobis mandantur, non adimpleveritis, & mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis, non parueritis realiter & cum effectu, in vos omnes & singulos supradictos quod culpabiles fueritis in praemissis aut aliquo praemissorum, & generaliter in contradictores quoslibet & rebelles, impedientes Priorem seu Priores Canonicos & Fratres Prioratus S. Donati praedicti pro tempore existentes, principales vel eorum Procuratorem eorum nominibus super praemissis vel aliquo praemissorum, ac ipsos & eorum quemlibet impedientes, dantes auxilium consilium vel favorem publice vel occulte directe vel indirecte, quovis quaesito colore cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, conditionis aut praeeminentiae existant, & ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, singulariter in singulos inobedientes rebelles in hac parte dicta Canonica monitione praemissa excommunicamus: in Capitula vero & Collegia ac Conventus quarumcumque Ecclesiarum & Monasteriorum in his forsitan delinquentes suspensionem addimus. Et in praefatam Plebem, seu Plebanatum, Sanctae Ceciliae de Decimo dictae, & horum, & aliorum delinquentium Ecclesias & Monasteria interdicti sententiam ferimus in his scriptis; ac etiam promulgamus quod absolutionem omnium & singulorum qui praefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint seu incurrent quoquo modo, nobis et superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium praemissorum praesentes nostras litteras sive praesens publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum in se continentes sive continens exinde fieri & per Notarium publicum infrascriptum subscribi & publicari mandavimus, nostrique Sigilli fecimus appositione communiri. Datum & actum in Ecclesia Mona-

libus suis translatum est. Hoc in praesens pone Altare quod a sinistris in pavimento inferiori esse dixi, in eleganti arca iacet, una

Monasterii S. Salvii extra Muros Florentiae sub anno a Nativitate Domini MCCCCXL. Indictione tertia die vero nona mensis Decembris Pontificatus praesati domini nostri domini Eogenii Papae IV. anno decimo, praesentibus ibidem discretis viris Nardo Petrucii de Carpineto habitante in praedicta Ecclesia Sancti Salvii, & Dominico de Cinis Populi Sancti Donati de Scopeto, Florentinae Dioecesis, testibus ad praemissa vocatis specialiter & rogatis..

Ego Nicolaus olim Andreae quondam Angeli Ser Bondi Civis & Notarius Florentinus Imperiali auctoritate Iudex ordinarius & Notarius publicus praedictis praesentationi & resignationi suprascriptorum ac testium acceptioni unioni incorporationi & omnibus praescriptis praesens fui dum sic agerentur & fierent, ut praefertur, & ea rogatus scribere & publicare per alium me aliis occupato fideliter scribi feci & publicari in hancque publicam formam redigi. Et ideo in fidem & testimonium omnium praemissorum me subscripsi & signum meum consuetum apposui.

Acta spectantia ad Antoniam Strotiam quod ad Ecclesiam & Plebem Decimi.

Vniversis & singulis &c. Iacobus Dei & Apostolicae Sedis gratia Abbas Monasterii Sancti Salvii prope Florentiae Muros Executor ac Commissarius &c. Quarum tenor talis est &c. Eugenius Episcopus servus servorum Dei &c. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris & Conventus Monasterii Sancti Donati de Scopeto extra Murus Florentiae per Priorem soliti guberneri, Ordinis Sancti Augustini, petitio continebat. Quod olim condam Michael de Lapie de Castelloncbio laicus, & dilecta in Christo filia Antonia Pierozzi de Strozzis, eius relicta tunc uxor vidua, in Civitate Florentiae commorantes ad frugem vitae melioris aspirantes, se ac omnia & singula bona sua Parochiali Ecclesiae Plebi nuncupatae Sanctae Caeciliae de Decimo Florentinae Dioecesis, quam postea praefato Monasterio auctoritate Apostolica unitam & incorporatam Prior & Conventus praedicti in suos usus tenuerunt, prout tenent de praesenti, perpetuo commiserunt optulerunt donaverunt: & in illam transtulerant. Et licet post commissa donata, & translata, ac ante unionem & incorporationem huiusmodi, plures praefatae Ecclesiae Rectores Plebani nuncupati fuerint, & dicta vidua ipso Michaele vita functo pluribus annis in viduitate permanserit, tandem eadem vidua a praefatis Rectoribus nunquam victum & vestitum habuit, nec aliud recepit ab aliquo eorumdem. Cum autem sicuti eadem petitio subiungebat, Prior & Conventus praedicti ab ipsarum unionis & incorporationis tempore praefatae viduae succurreriae, & illi, quae ex compositione cum ipsis Priore & Conventu facta dictorum bonorum fructus redditus & proventus integre percipit, & donec vixerit, percipiet, XXII. florenos auri de Camera, quos nullus Rectorum praedictorum solvere voluit, persolverint; illique & dicta vidua timeant quod per dissolutionem ipsarum incorporationis & unionis vel alias quo ad Ecclesiam praefatam debeat in praeiudicium dicti Monasterii aliquid procedente tempore innovari. Pro parte Prioris & Conventus asserentium quod de Congregatione Sancti Salvatoris Bononiae existunt, ac viduae eorumdem, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut bona praedicta ab ipsa Ecclesia dimembrare, separare ac segregare, ac praefato Monasterio assignare & appropriare et alias in praemissis indemnitatibus praefati Monasterii opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui de praemissis certam notitiam &c. attendentes, quod veris existentibus, Rectores praefati se circa eandem viduam nimiam ingratos reddiderant, huiusmodi supplicationibus inclinati, Discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus super eisdem praemissis ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem huiusmodi ea vera esse reperreris, super quo tuam conscientiam oneramus, bona praedicta praefata auctoritate ab ipsa Ecclesia dimembres, segreges, ac separes, ac eidem Monasterio assignes & appropries. Itaque liceat Priori & Conventui praefatis per se vel alium, seu alios, nomine dicti Monasteris corporalem possessionem bonorum eorumdem auctoritate praedicta libere apprehendere; ac post obitum ipsius viduae de illis sicut de re propria ipsius Monasterii disponere & ordinare, nec non eorum fructus, redditus & proventus percipere & levare, ac in suos & dicti Monasteris usus convertere, & perpetuo retinere, Dioecesani loci & cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus &c Datum Senis anno Incarnationis Dominicae MCCCCXLIII. VIII. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno XIII. Post quarum &c. &c. pro parte dictorum Prioris & Conventus principalium non nullis iuribus & mediantibus te-

sti-

una cum cadavere Beatae *Margaritae* eius fociae . Nam *Clemens Bonentius* Monachus Ordinis Vallis Vmbrofae, & Monafterii S. *Salvii* Gubernator, Altare illud Beatae *Humilitatis* honori anno MDCXXIII. erigendum fuae Congregationis aere curavit, quod tabula ab egregio artifice *Dominico Paffinianio* depicta exornavit . In ea B. *Humilitas* puerum mortuum in vitam revocans repraefentatur . Sunt in eadem Porticu tabulae duae lapideae , adverfis fibi invicem parietibus infixae, in quarum una anaglypto opere Sanctus *Bernardus Vbertius*, in altera Sanctus *Michael* Archangelus , exhibentur . Ad Portae Ecclefiae latera picturae duae vifuntur duorum fratrum Apoftolorum, *Ioannis* Evangeliftae, videlicet, & *Iacobi*; tituli antiqui & primitivi Parthenonis monumentum . Ante Ecclefiam pratum, five area, patet, in qua Aedes quaedam exigua eft, D. *Ioanni Gualberti* facra . Cur autem locus hic *Paratinula*, feu *Parentinula*, diceretur, non facile eft divinare; quamquam proclive eft, cur *Carraria* etiam vocaretur, intelligere . Sed forte *Parentinula* dictus eft, depravate & corrupte, quafi *Parentini Aula*, alicuius fcilicet domini & poffefforis fundi, cui *Parentino* nomen effet . Id enim nominis a quibufdam in Tufcia ufurpatum fuiffe, compertum habeo . *Aula* vero, *Olla*, & *Halla*, media aetate, domum, domicilium, aream, fignificabat . Ab hoc Monafterio & Ecclefia ager vicinus & pagus aliud fibi nomen quaefivit; & in eo caftrametatus eft *Henricus VII.* Imperator , qu-

ftibus fide dignis ad informandum animum noftrum de & fupra contentis & expofitis in litteris antedictis coram nobis exhibitis , ipfifque teftibus in forma iuris receptis ac deligenter examinatis & interrogatis , eorumque dictis & depofitionibus in fcriptis fideliter redactis , fuimus pro parte eorumdem Prioris & Conventus principalium , nec nonboneftae dominae Antoniae Pierozzi de Strozzis debita cum inftantia requifici &c. Nos igitur Iacobus Abbas & Executor praefatus attendentes requifitionem huiufmodi fore iuftam & confonam rationi , volentefque mandatum Apoftolicum nobis in hac parte datum reverenter exequi ut tenemur . Et quia ex iuribus & monimentis fupradictis dictifque depoficionibus teftium predictorum reperimus contenta & expofita in dictis litteris Apoftolicis veritati inniti. Idcirco auctoritate Apoftolica nobis commiffa &c. &c. omnia & fingula bona condam Michaelis de Lapis de Caftelloncbio laici , & dictae dominae Antoniae Pierozzi de Strozzis eiufdem Michaelis relictae tunc uxoris viduae &c. per ipfos Michaelem & Antoniam & eorum quemlibet Parochiali Ecclefiae Plebi nuncupatae S. Caeciliae a Decimo Florentinae Dioecefis commiffa oblata donata & translata , ab ipfa Parochiali Ecclefia dimembravimus fegregavimus & feparavimus , ipfaque dicto Monafterio Sancti Donati de Scopeto affignavimus & appropriavimus , pro ut demembramus feparamus & fegregamus , ac affignamus & appropriamus , praefentium per tenorem . Itaque liceat Priori & Conventui praefatis per fe vel alium nomine dicti Monafterii corporalem poffeffionem eorumdem bonorum auctoritate propria libere apprehendere; ac poft obitum dictae viduae de illis ficut de re propria dicti Monafterii difponere . Nec non eorum fructus &c. &c. in fuos & dicti Monafterii ufus convertere &c. Datum & actum Florentiae in domo noftri Abbatis Monafterii S. Salvii anno a Nativitate Domini MCCCCXLIII. Indictione fexta , die vero XX. menfis Maii Pontificatus SS. Domini Eugenii Papae IV. anno XIII. praefentibus teftibus &c.

quum Florentiam anno MCCCXII. obſideret [a]. Eccleſia autem Paroeciam vel medio ſaeculo XV. adhuc habebat [b]. Aſceterium vero hoc plurimi ſemper factum fuit. Hinc exortis controverſiis inter *Paganum* Epiſcopum Volaterranum, & Volaterranum Populum, *Honorius III.* Pont. Max. Abbati Sanctae *Mariae* Florentiae, & Abbati Sancti *Salvii*, anno MCCXVII. commiſit, ut inter eos concordiam iterum induceret [c]. Abbas Monaſterii Vallis Vmbroſae Delegatus Sedis Apoſtolicae anno MCCCXVII. *Benedictum* Abbatem Monaſterii Sancti *Salvii*, (quem Abbatem praeterivi in Catalogo Abbatum, quem ſuperius [d] contexui) ſubdelegavit, ut una cum *Iacobo* Priore Eccleſiae Sancti *Stephani* ad Pontem, Delegato pariter Apoſtolicae Sedis, procurationes Legatis & Nunciis eiuſdem Sedis miniſtrandas praeſtandaſque curaret [e]. *Marcus* Abbas S. *Salvii*, praeterquamquod Pontificalium veſtium & ornamentorum uſum a *Bonifacio IX.* obtinuit, Concilio Piſano anno MCCCCIX. interfuit & ſubſcripſit [f]. *Eugenius* autem IV. *Iacobo* Abbati S. *Salvii*, ut Eccleſiam Plebem Sanctae *Caeciliae* Decimi, & Eccleſiam Prioratum S. *Andreae* Muſciani, Eccleſiae & Monaſterio Sancti *Donati* in Scopeto adnecteret atque coniungeret, mandavit [g]. In hoc inſuper Monaſterio ſanctimoniae laude floruere Monachi *Berictio*, *Dominicus*, *Bernardus*, *Barptolemaeus*, *Michael Flaminius* Arretinus, *Albertinus*, *Ruſticus*, *Simon* [h]. Monachi Congregationis Val-

a *Io. Villanius Lib. IX. Cap. XLVI. Scipio Admiratus Lib. V. Hiſtor. Florent. pag.* 254. *Leonardus Arretinus Hiſtor. Florent. Lib. V. pag.* 91. *Dominicus Bouinſegnius Lib. I. pag.* 142. *Io. Lelmius editus in Deliciis Eruditorum pag.* 97. Superius *pag.* 240.

b Vide *Richam Tom. II. pag.* 155.

c Adi *Admiratum in Epiſcopis Volaterran. pag.* 129. *& Vghellium in iiſdem Epiſcopis*.

d Adi ſuperius *pag.* 1236.

e Conſtat ex Charta, quae in Archivo Capituli Florentini adſervatur, in qua dicitur, quod anno 1317. RR. DD. Viri Iacobus Prior Secularis Eccleſiae S. Stephani ad Pontem de Florentia Delegatus, & Benedictus Abbas Monaſt. S. Salvii prope Flor. Subdelegatus Ven. Patris D. . . . Abbatis Monaſt. Vallis Vmbroſae Delegati, una cum d. Domino Iacobo Delegato Apoſtolicae Sedis ſuper procurationibus Legatis & Nunciis Apoſtolicae Sedis miniſtrandis & faciendis in Civitate, & Dioeceſi Flor. & Feſulana, nomine ipſorum & d. Officii & Delegationis &c. RR. DD. Viri D. Simon Prior Eccleſiae S. Andreae de Foro Veteri, & Presbyteri Cinus Canonicus Eccleſiae SS. Apoſtolorum, Mannus S. Donati de Vecchietris, & Bertus S. Mariae Vgonis, Eccleſiarum Rectores Florentini, Procuratores Cleri Florentini Civitatis & Dioec. procuratorio nomine, & pro d. Clero, & ſingulis de d. Clero, faciunt Procuratores Mannum Contadini Plebanum Plebis de Fagna Flor. Dioec. & D. Lapum Recuperi, abſentes, ad impetrandum in Romana Curia privilegia, indulgentias, & quaslibet litteras, & alia &c. Anno Incar. 1317. Indictione prima, die 23. Febr. Teſtibus Presbytero Orlando Rectore Eccleſiae S. Caeciliae, & Domno Michaele Monacho S. Salvii Ordinis Vallisumbroſae &c.

Ser Guglielmus de Caſtro Flor. Ser Ioannis fil. Not.

f Conſule ſuperius *pag.* 1238. *Vghellium Tom. III. pag.* 562.

g Adi ſuperius *pag.* 1238. *& ſeqq.*

h Conſole *Brocchium Tom. I. Vitar. Sanctor. Florentinorum*, qui de hiſce fere omnibus loquitur *pag.* 561. 554. 556. 562. 573. 594. & *Richam Tom. I. pag.* 374.

a Con-

Vallis Vmbrosae hoc Asceterium usque ad annum MDXXXIV. tenuere [a]. Nam quum Parthenon Sancti *Ioannis* Evangelistae prope Florentiam & extra Portam Faventiae, ob imminentem Vrbis obsidionem anno MDXXIX. eversus fuisset; Sanctimoniales in proximum & vrbanum Sanctae *Catharinae* Monasterium translatae fuere; ex quo in Monasterium Sancti *Antonii* non multo post migraverunt. Sed quum *Alexander Mediceus* Florentiae Dux, in loco, in quo Parthenon S. *Ioannis* Evangelistae fuerat, Arcem [b] construere vellet, cuius ambitu & amplitudine Monasterium etiam S. *Antonii* contineretur; oportuit ut alia sedes Sanctimonialibus illis quaereretur. *Clemens* igitur VII. Pont. Max. *Ioanni Statio* Canonico Florentino praecepit, ut ex locis religiosis Florentiae exstantibus unum seligeret, quo Sanctimoniales hae reciperentur. Monachi autem Vallumbrosani, quorum multum intererat, ne Ordo harum Puellarum Florentiae deficeret, & ut Pontificis intentio & iussa adimplerentur, Monasterium S. *Salvii* illis excipiendis anno MDXXX. unanimiter obtulerunt; in quod tamen nonnisi dicto anno MDXXXIV. illae se receperunt, & in quo adhuc permanent. Monachae enim hae institutum Vallumbrosanum secta-

a Consule *Richam Tom. I. pag.* 360. & *seqq. Tom. II. pag.* 221. *Brunium Descript. Florent. pag.* 192. *Pocciantium de Eccles. Florent. pag.* 187. *Vitam S. Humilitatis Florentiae anno MDCCXXII. editam* §. *XX. pag.* 67.

b In hac Arce exstat adhuc puteus, quo de superius *pag.* 1178. loquutus sum, cum aedicula, in qua miraculi series depicta est, insequenti Inscriptione adposita.

Sanctae Humilitati Viduae Faventinae
Vallisumbrosae Monialium Institutrici
In Asceterio hic olim a se constructo
Febris ardoribus Augusto mense aestuanti
Situla ex huius putei fundo
Glaciem
Quam expetebat prae aqua exhibuit
Prodigium
Antiquo colore iam deficiens
Illustrissimus ac Clarissimus D. Senator
Petrus Philippus Vguccioni
Generalis Arcium Etruscarum Praefectus
Hoc marmore perennavit
A. D. MDCCXVIII.

a De

iis, quae superius edidimus [a]. Cui Sancto *Salvio* Episcopo, ex diversis homonymis, Ecclesia haec sacra sit, disquiritur apud *Iosephum Richam* de Ecclesiis Florentinis scribentem [b].

Coenobium, & Xenodochium, Sanctae *Mariae* ad Sanctum *Gallum*. Ante omnia observandum est, opus fuisse, ut vetusta Ecclesia B. *Gallo* sacra hoc loco exstiterit, quo locus *Sanctus Gallus* adpellari posset. Ita Monasterium Sanctae *Catharinae*, ad Sanctum *Gaium* dictum est, quod Ecclesia D. *Gaio* Pontifici Romano dicata ibi esset. Ita Nosocomium Sancti *Iacobi*, ad Sanctum *Eusebium* nuncupatum est, quod Ecclesiae SS. *Michaelis*, & *Eusebii*, proximum esset. Ita Platea Sancti *Xysti* Florentiae nominatur, quod Aedes olim eius nomine insignis ibidem surgeret, ut videtur: & id genus exemplis Lectorem obruere possem. Ecclesia igitur, vel Xenodochium, S. *Galli* prope Florentiam olim exstiterit: ut quidem vel anno iam MCXCII. exstitisse videatur [c]. Sed remotioribus sae-

duis Salvatoris gratiam precibus implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam, & gaudia consequi mereantur aeterna. Cupientes igitur, ut Ecclesia Monialium Sancti Ioannis Evangelistae Floren. congruis honoribus frequentetur, & a Christi Fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere poenitentibus, & confessis, qui ad praedictam Ecclesiam in festo eiusdem Sancti; nec non in festivitatibus infrascriptis, videlicet, Nativitatis D. N. Ch. Circumcisionis, Epiphaniae, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, omnibus, & singulis festivitatibus Beatae, & Gloriosae, semper Virginis Mariae, BB. Petri, & Pauli, ac omnium Sanctorum Apostolorum, & Evangelistarum, & Exaltationis Sanctae Crucis, Sancti Michaelis Archangeli, Ioannis Baptistae, Nicolai, Martini, Gregorii, Ambrosii, Augustini, & Hieronymi, ac Sanctarum Mariae Magdalenae, Catharinae Virginis, Ursulae, & Humilitatis, & in omnibus, singulisque diebus Maioris Hebdomadae, in Commemoratione omnium Sanctorum, & per Octavas praedictarum festivitatum, causa devotionis, peregrinationis, vel orationis, accesserint, aut qui Corpori Christi, & Oleo Sancto, cum portantur infirmis, devotam praebuerint comitivam; vel qui circumierint Coemiterium dictae Ecclesiae dicendo Orationem Dominicam pro defunctis; seu qui in serotina pulsatione campanae flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint; aut, qui in extremis laborantes dictae Ecclesiae quicquam suarum legaverint facultatum; nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, & alia dictae Ecclesiae necessaria, manus porrexerint adiutrices: de omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate, confisi, singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo Dioecesani voluntas ad id accesserit, & consensus. In cuius rei testimonium praesentes litteras Sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Aven. Anno Domini MCCCXVII. Mense Aprilis, Pontificatus D. Ioannis Papae XXI. Anno I.

a Consule superius *pag.* 246.

b Tomo I. laudato *pag.* 379. producta Dissertatione *συμμύσου* sui.

c In Libro *Censuum Romanae Ecclesiae* anno MCXCII. a *Centio* Camerario composito, in Episcopatu Florentino *Hospitale S. Galli* recensetur. Aliquod Hospitale igitur erat eo anno, quod Sancti *Galli* nomine censeretur; antequam Xenodochium S. *Mariae* ad Sanctum Gallum anno MCCXVIII. construeretur. Et quidem *Centius* testatur, se sub *Coelestino* Pontifice librum illum scripsisse; qui Pontifex usque ad annum MCXCVIII. tantum sedit. Quum autem in eodem etiam Monasterium S. *Mariae* in Monticello memoretur; oportet ut antequam Clarissae anno MCCXVII. in hoc Monasterium migrarent, iam Monasterium hoc exsisteret, tunc forte desertum. Forte *Guidalottus* & *Bernardesca* eius uxor Xenodochium S. *Galli* amplificaverunt, & magnificentius aedificarunt, & maioribus reditibus locupletarunt, Sanctae *Mariae* nomine novam dumum decorantes, quae ad

saeculis Ecclesiam S. *Gallo* sacram erectam a Florentinis fuisse opinor; nam Sancti *Galli* Abbatis fama, ob infinita propemodum ab eo patrata miracula, cunctas Europae regiones pervaserat ab usque saltem saeculo IX. quo *Valafridus Strabo* Abbas Augiensis eius vitam, & miracula, scriptis consignavit [a]. Etenim & Venetiis iam saeculo XI. Ecclesia Sancti *Galli* nomine insignis exstabat, cui B. *Petrus Ursfeolus* Venetiarum Dux Xenodochium adiecit, quod *Hospitale Sancti Marci* vocabatur [b]. Nostra autem D. *Galli* Ecclesia vel cum nova Xenodochii S. *Mariae* confusa est; vel ubi Ecclesia Sancti *Galli* esse desierat, Xenodochium & Ecclesia Sanctae *Mariae de Populo* constructa sunt. Xenodochium hoc fundatum, vel a fundamentis iterum excitatum, & locupletatum, fuit a *Guidalotto*, *Vultus Urci*, seu *Orchi*, F. & *Bernardesca* eius uxore, anno MCCXVIII. & Sedi Apostolicae donatum atque subiectum; *Hugolino* Cardinali Ostiensi, & Veliterno Episcopo, Apostolicae Sedis Legato, pro ea recipiente, cum consensu tamen *Ioannis* Episcopi, & Capituli Florentini; cui annuus canon unius librae cerae die festo *S. Ioannis Baptistae* solvendus reservatus fuit [c]. Similis canon Sedi ipsi Apostolicae pa-

ad S. *Gallum* dicta est, quod in loco, ubi antiquum Xenodochium, aut Ecclesia, fuerat, excitata fuisset.

[a] Hanc Vitam habes apud *Surium*, & *Mabillonium in Act. Sanctorum Ordinis Sancti Benedicti Tom. II.*

[b] Vide *Flaminium Cornarium Tom. III. Eccles. Venetarum pag.* 346. 347.

[c] *Ios. Richa Tom. V. Eccles. Flor. pag.* 167. ita scribit: *E principiando dalla Porta della Città, che da il nome a tutta la Via, diremo, che questa fu murata nell'anno* 1284. *in occasione del terzo Cerchio delle mura della Città. E secondo il costume de i Fiorentini fu appellata Porta a San Gallo per lo Spedale di San Gallo molto accosto alle mura da quella parte. Nè dispiace qui, che di questo Spedale una volta famosissimo, e poscia distrutto, ne diamo breve contezza, cavata dall'Archivio degl' Innocenti, a i quali furono unite le sue entrate. Al numero adunque* 2. *havvi carta del Fondatore Guidalotto di Volto dell'Orco, nella quale egli lo dona alla Sede Apostolica, e per lei lo riceve Ugo Cardinale Legato in Toscana, e Vescovo di Ostia, e Velletri, ed è la seguente:* 1218. III. Non. Octobris. Constat per me quidem Guidalottum fil. Vultu Orchi pro anime mee, & parentum meorum, remedio donasse Domino Ugoni Hostiensi, & Veletrano Episcopo Cardinali, Domini Pape Legato, recipienti nomine S. R. E. Vicarii, eiusque successorum, in perpetuum ex integro, videlicet Domum, & Hospitale, & locum, & fundum, cum omnibus suis pertinentiis hedificatum, & hedificandum, ad alimoniam & substentationem pauperum, & peregrinorum, masculorum, & feminarum, & ad eorum receptionem, positum iuxta Ecclesiam S. Marie de S. Gallo, confines cuius sunt, a 1. & 2. Via, a 3. Abbatie Florentine, a 4. eiusdem Abbatie, cum omnibus &c. Actum in Palatio Domini Episcopi: Ioannes Ballionus fil. Uguccionis Ballionis testis. Ego Montaltus Iudex rog. Domina Bernardesca uxor Domini Guidalotti firmavit; Dominus Ugolinus Cardinalis intravit in corporalem possessionem An. 2. Pontificatus Domini Honorii Pape III. *Del suddetto Cardinale si conserva ivi pure al num.* 20. *un Breve scritto al Priore, e Frati, di San Gallo, che dice come appresso:* Hugo Hostiensis, & Veletr. Episcopus Cardinalis, Apostolice Sedis Legatus, Dilectis in Christo filiis Fratri Isaac Priori, & Fratribus Hospitalis Sancte Marie de S. Gallo Flor. salutem in Domino. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, & vota non a rationis tramite discordantia effectu prosequente complere. Quapropter, dilecti in Domino filii, Prioris vestri iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Hospitale ve-

pariter solvebatur; quare in Libro *Censuum Romanae Ecclesiae*, a *Centio* Camerario composito, *Hospitale Sancti Galli* unam libram cerae Sedi Apostolicae debere scribitur [a]. Xenodochium hoc obti-

vestrum cum omnibus pertinentiis suis ex pia liberalitate dilecti filii Guidalotti, & uxoris ipsius, in ius, & proprietatem Apostolice Sedis de voluntate, & assensu Ven. Fratris nostri Ioannis Episcopi Flor. (*Gio. da Velletri*) recepimus, reservata sibi tantummodo una libra cere in festo B. Ioannis Baptistae singulis annis persolvenda. Ita quod nec ei, nec successoribus suis, liceat locum ipsum, & Ecclesiam, dante Domino, ibidem ad honorem gloriosissime Virg. construendam interdicere, vel Fratres ibi constitutos excommunicare, vel in eos aliquam iurisdictionem habere; sed Sancte Sedi Apostolice tantum Hospitale cum Ecclesia supradicta subiaceat. Personas igitur vestras, & possessiones dicti Hospitalis, quas iuste, & pacifice possidetis, & quas in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, oblatione Christifidelium, seu aliis quibuscumque iustis modis poteritis adipisci, sub B. Petri, & Sedis Apostolice protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus; Statuentes ut nulli omnino hominum liceat predictum Hospitale, & Fratres eius, presentes scilicet & futuros, perturbare, aut possessiones eorum auferre, vel quibuslibet fatigationibus molestare. Omnibus autem, qui pias eleemosynas Hospitali duxerint erogandas XL. dies de iniunctis sibi penitentiis relaxamus. Datum Bunoniae V. Id. Octobris An. 2. Pontif. Domini Honorii Pape III. *Chi fossero questi Frati indicati nel Breve, e che io trovo nominati in un Diploma di Ardingo Vescovo Fiorentino del 1244. ed ancora in una lite tra essi, ed il fondatore Guidalotto, nel 1250. io per verità sono stato in dubbio fin a tanto, che mi è venuto tralle mani il Breve di Papa Benedetto XII. diretto al Priore, e Frati di S. Gallo dell'Ordine di S. Agostino, dato in Avignone, che comincia:* Dilectis Filiis Priori & Fratribus Hospitalis Pauperum S. Mariae ad S. Gallum prope Flor. Ord. S. Augustini salutem: *onde sembra, che non possa dubitarsi, che la cura dello Spedale fosse presso i Padri Agostiniani, i quali sempre fiorito avendo in santi esempli di pietà, e massimamente di carità, fecero sì, che il luogo fosse presso i Fiorentini un Santuario; lo che chiaro si discerne in un Breve di Bonifazio IX. nel quale si commenda la venerazione de' Fiorentini a questo Spedale, con le parole che seguono:* Cupientes, ut Hospitalis Pauperum S. Marie ad S. Gallum prope Flor. ad quod causa devotionis maxima hominum confluit multitudo, & quod dilecti Filii Vexillifer Iustitie, & Priores Artium, Civitatis Flor. qui sunt pro tempore, qualibet prima Dominica cuiuslibet mensis visitare consueverunt &c. Ut ergo visitantium honoribus frequentetur, & ut fideles ipsi causa devotionis libentius confluant, omnibus vere penitentibus, qui eumdem locum in diebus Annuntiationis, Purificationis, Assumptionis, & Nativitatis, B. Marie Virginis, & S. Io. Baptiste, & Apostolorum Petri, & Pauli, visitaverint, indulgentiam ann. C. concedimus in perpetuum, &c. Datum Perusii IV. Id. Decembris ann. 4. Pontif. *Inoltre abbiamo una provvisione della Repubblica dimostrante la stima, che il Pubblico faceva di tale Spedale; e questa fu stabilita, e fermata nel Consiglio Generale del 1462. a i 27. di Ottobre, il cui sunto è il seguente „ Considerando di quanta importanza sia lo Spedale di Santa Maria di San Gallo, per provvedere a quella Casa, che non vada in Commenda nell' avvenire, e nelle mani di chi non fosse idoneo al governo: ed essendo morto Niccolò di Guidalotto, e dipoi Bartolommeo suo figlio, che erano Padroni di detto Spedale, et non essendo più persona di detta famiglia, restando lo Spedale libero, e senza alcun padrone, la Repubblica lo piglia sotto la sua protezione, e governo.* Ego Ioannes olim Petri de Stia rog. „ Hactenus *Ioseph Richa*, in cuius verbis observandum, *Benedictum XII.* in Cathedra B. *Petri* sedisse ab anno MCCC. XXXIV. usque ad annum MCCCXLII. quartum autem annum Pontificatus *Bonifacii IX.* incidere in annum MCCCXCIV.

a *Lud. Ant. Muratorius Tom. V. Antiquit. Italic. Medii Aevi pag.* 851. hunc librum edidit, adfirmavitque, scriptum fuisse anno MCXCII. Sed quis dicat, eo anno scribi forte inceptum fuisse, & postea continuatum etiam saeculo insequenti; ideoque & Hospitale S. *Galli*, & Monasterium Sanctae *Mariae* in Monticello, in eo recenseri: haec enim saeculo XIII. initium habuerunt. Rem ipse, quicquid dubitans paullo ante differuerim, in medium relinquo. Iuvat autem ex eo libro quaedam excerpere, quae ad aliquos Tusciae Episcopatus spectant.

Ita igitur habet pars Catalogi illa, quae ad Etruriam pertinet.

In Episcopatu Clusino.

Monasterium Sancti Salvatoris de Monte Amiato, II. Marabotinos.

Ec-

tinuerunt, & procurabant, Eremitae Augustiniani; talesque eos ad-

Ecclesia Sancti Laurentii, II. Salidos Lutensec.

Rocca Trinitatis in Episcopatu Clusino, dimidium.....

In Episcopatu Suanensi.

Nihil hic in Episcopatu Suanensi ponitur, sed in Tomis Bibliothecae Lateranensis apud eumdem *Maratorium Tom. V.* laudati operis *pag.* 832. ita scriptum est: *Item in quodam Tomo Charticio, qui est in Chartulario iuxta Palladium, legitur, Papam Benedictum locasse Civitatem, & Comitatum, Suanensem cum Castellis & Villis, & cum omnibus pertinentiis suis.* Praestabat haec Civitas LX. Solidos.

In Episcopatu Castrensi.

Monasterium Sancti Mamiliani XII. Lucenses. Castrum est parva Civitas in Patrimonio Sancti Petri, cuius Episcopus saeculo XIII. fuit Fr. *Rogerius Calcagnius* Dominicanus Florentinus, de quo consulendus *Vghellius Tom. I. pag.* 617.

In Episcopatu Grossetano.

Hic idem est ac Rosellensis. Legitur autem in proxime citato Tomo, quod idem *Benedictus* Papa locavit *Civitatem & Comitatum Rosellensem cum Villis & Castellis, & suis pertinentiis & districto & placito, & cum omni datione & reditu suo.* Praestabat haec Civitas LX. Solidos.

Monasterium Sancti Pancratii, XII. Lucenses.

Castrum de Buriano XX. solidos Pisanorum. In laudatis Tomis legitur: *Item Curtis, quae dicitur Barrianum, in territorio Rosellano, cum omnibus sibi pertinentibus, ut praedictum est de Monasterio Lucensi. Praestat auri Solidos Lucanos XV. ana Denarios IX. Et duas Curtes, quae vocantur Piscaria & Flatianum cum Caio suo, qui dicitur Tertino, una cum Monasterio Sanctae Iuliae. Nec non & Villamagna, & Fossa, quae vocatur Flexu, cum omnibus sibi pertinentibus: positae sunt in praefato territorio Rosellano. Praestant auri Solidos Lucanos X. Item Curtis in integrum Capaniaticum, cum Ecclesia S. Iusti, Villa, quae dicitur Castellione, cum omnibus sibi pertinentibus. Positae sunt in territorio Rosellano. Praestat auri Solidos Lucanos X.*

Quidam milites, qui dicuntur Lambardi Grossetanae Dioecesis, tenentur solvere annuatim XX. Solidos Pisanorum pro Bariano & quibusdam aliis Castris & Possessionibus ad Ecclesiam Romanam spectantibus.

In Episcopatu Massano.

In Episcopatu Vulterrano.

Ecclesia Sancti Bartholomaei de Scalocla II. Denarios.

Comes Panoccia IV. Marabotinos de tota terra sua.

Ecclesia S. Nicolai de Monterio, unum Marabotinum.

Ecclesia S. Faustini de Valle Ense, II. Solidos Lucensium. Hinc patet, Plebem Elsae, seu Sanctorum *Ioannis, Faustini, & Iovitae* Collis, vere sitam fuisse in Dioecesi Volaterrana, & constat etiam ex Bulla *Bonifacii VIII.* quae producta est *Tom. II. Deliciarum Eruditorum* ad *Chronicon Leonis Vrbevetani pag.* 342. & ex Bulla *Ioannis XXIII.* edita superius *pag.* 218. Patet etiam ex his, quae sequuntur de Ecclesia Sancti *Ioannis* Collis, quae Plebi adnexa ex Bulla *Callisti II.* videatur, de qua egimus superius *pag.* 827. *Ensa* pro *Elsa* corrupte etiam pronunciatur.

Monasterium de Serena, unum Marabotinum.

Monasterium de Insula, II. Solidos.

Ecclesia Sancti Iohannis de Colle, XII. Denarios.

Ecclesia Sancti Iusti de Montecciano, unum Marabotinum.

In Episcopatu Senensi.

Ecclesia Sancti Leonardi de Silva de Lacu, II. Solidos Lucensium. Silva de Lacu idem est ac Ilicetana, in quo celebris Eremitarum Augustinianorum Congregatio instituta est, de quo consulatur *Ambrosius Landuccius* in *Sacra Ilicetana Silva pag.* 2. *& seqq.*

Ecclesia Sanctae Trinitatis de Turri, II. Solidos Lucenes.

Hospitale Sanctae Rodulendae, XII. Lutensec.

Ecclesia Sanctae Mustiolae, II. Solidos Lucenses.

Ecclesia Sancti Lazari de Tersola, unum Massemutinum.

Ecclesia Sancti Laurentii, II. Solidos Lucenses.

Ecclesia Sanctae Mariae de Saltiano, Obolum aureum.

Ecclesia Sanctae Mariae de Rocca maiore, XIII. Senenses.

Monasterium Sanctae Mariae iuxta Stratam, unum Obolum. Quod est liberum.

In Episcopatu Aretino.

Abbatia de sub Castello circa Castrum, quod dicitur Cillalam. V. Solidos Lucenses.

Plebs de Petiole, unum Marabutinum.

Ecclesia Sancti Iusti, III. Solidos Lucenses.

Ecclesia Sanctorum Laurentini, & Procentini, II. Solidos Pisanorum. Legendum esset *SS. Laurentini, & Pergentini.*

Ecclesia Sanctae Mariae de Rufeno, unum Massemutinum.

Co- Ec-

adpellat *Innocentius* IV. in Epistolis ad eos directis; & adpellavit etiam *Benedictus XII.* Anno MCCL. lis orta est inter *Guidalottum* Xeno-

Ecclesia Sancti Basilii & Sanctorum Cosmae & Damiani, XII. Parvenses.

Hospitale de Valle Pontis. II. Solidos Lucensium. Hospitale de Valle Pontis est in Plebatu Sancti *Cassiani*, & Ecclesiam habebat antiquam Sanctae *Mariae* de Podio Acuto, a qua consueverunt habitatores ipsius Hospitalis Ecclesiastica recipere Sacramenta, ut habetur in Bulla *Coelestini III.* data anno MCIIIC. qua Pontifex confirmavit sententiam *Petri* Episcopi Florentini sui Iudicis Delegati &c. Vide *Baralium* in *Episcopis Arretinis* in *Amadeo*. *Petro* Episcopo Florentino, & Abbati Vallis Umbrosae commisit quaedam etiam *Innocentius III.* ad Episcopum & Civitatem Arretinam spectantia, ut videre est apud *Ughellium* in *Episcopis Arretinis* in eodem *Amadeo*.

Monasterium Sanctae Mariae, unum Obulum. Quod est liberum.

In Episcopatu Florentino.

Hospitale situm ad Pontem Bonici secus Stratam. VI. paria ferri. Forte legendum fuerit *ad Montem Bonici*, vel *ad Podium Bonici*. Sed potuit esse etiam *Pons Bonici*, super flumen Marturi scilicet. Vide superius *pag.* 794.

Ecclesia Sancti Laurentii de Cortina. II. Solidos. Est in Plebatu Sancti *Donati* in Pocis, ut superius *pag.* 536. videre est.

Ecclesia Sancti Crescii. II. Solidos. Hic intelligenda videtur Ecclesia Sancti *Crisci* in Campis, quae Romanae Ecclesiae subiecta erat. Vide superius *pag.* 601. & *seqq.*

Ecclesia Sancti Dominici. II. Solidos. Restituendum est *Ecclesia Sancti Dmnini*, de qua plura habentur superius *pag.* 601. & *sequ.* & 604.

Ecclesia Sancti Petri de Colle. II. Solidos.

Hospitale S. Petri de Galvanis, VI. Denarios.

Ecclesia Sanctae Agnetis in Podio Bonici unum Marabotinum. Ecclesia S. *Agnetis* in Podio Bonici hic diserte & evidenter in Dioecesi Florentina collocatur. Consule superius *pag.* 795.

Ecclesia Sanctae Mariae de Calchon, II. Solidos Lucenses. Legendum videtur *Ecclesia Sanctae Mariae ad Talcionem*, quae in Plebatu Sanctae *Agnetis* Podii Bonitii est, & in praesens ad Dioecesin Collensem pertinet.

Ecclesia Sancti Peregrini iuxta Salternum XII. Annon legendum potius *Ecclesia Sancti Petri iuxta Santernum?* In Plebatu S. *Ioannis* Rivi Cornaclarii, ut habetur superius *pag.* 534. tunc esset.

Ecclesia Sancti Stephani de Archia, XII. Lucenses. Legendum videatur *Sancti Stephani de Arcora*, & intelligendum de Plebe S. *Stephani* Uno Pane, vel In Pane, quae non multum distat a loco, qui *Inter Arcora*, & *Trall Arcora*, hoc est *Inter Arcus*, & *Arcuata*, dicebatur. De his consule superius *pag.* 1017. 1018. 1020. 1176. 1177.

Monasterium Sanctae Mariae de Montignano, II. Solidos Lucenses.

Ecclesia Sanctae Mariae posita in Semefonti, V. Solidos Lucenses.

Monasterium Sanctae Mariae in Monticello, unum Obolum. Quod est liberum.

Hospitale Sancti Galli, unam libram cerae.

In Episcopatu Fesulano.

In Episcopatu Pistoriensi.

Ecclesia Sancti Baronti. IV. Solidos Lucenses.

In Episcopatu Lucano.

Episcopus ipse pro Plebibus in Vallibus Arni. L. Solidos Lucenses. Has Plebes cum suis Ecclesiis habes enumeratas superius *pag.* 513. ubi Dioeceseos Miniatensis Ecclesiae recensentur.

Monasterium Sextense, III. Marabutinos.

Ecclesia Sancti Alexandri, V. Marabutinos.

Ecclesia Sanctae Mariae Filiorum Corbi, III. Solidos.

Monasterium Sancti Petri in Cortina, II. Marabotinos.

Ecclesia Sancti Salvatoris in Mostolio, XII. Denarios.

Monasterium Sancti Pontiani. IV. Marabotinos.

Hospitale Pontis Populi, unam libram cerae.

Ecclesia Sancti Leonardi de Ponte Sancti Quirici, XII. Lucenses.

Capella Sanctae Mariae de Collis, duas libras cerae.

Ecclesia de Lari, unum Massemutinum. Larium, seu Lares, Oppidum est in Collinis Pisanis, nunc in Dioecesi Miniatensi. Consule superius *pag.* 515.

Ecclesia Sancti Petri de Lucliu, unum Marabutinum.

Hospitale Sanctae Mariae de Cerbaris, II. libras cerae.

Eremitorium Sancti Iacobi de Colledomnicu, unam libram cerae.

Monasterium Sanctae Mariae ad Gattaliola, unum. . . . : . . . .

Hospitale Sancti Peregrini de Alpibus, III. Obolos aureos, & IV. libras cerae

Oooooooooooooo In

nodochii conditorem, & Fratres illos, ac Familiares eiusdem Xenodochii; ſed de qua re ageretur, me fugit: compertum tantum ha-

In Tomis iam citatis legitur: *Leguntur Patrimonia eſſe B. Petri Apoſtoli, ab eodem* (hoc eſt Papa *Gregorio*) *locata. Ideſt. Monaſterium B. Petri in integro, cum mercato ſuo, ſitum intra Civitatem Lucenſem in loco, qui vocatur Cortina, cum Curte, quae dicitur Valentina, vel Bientina, ſeu ceteris Curtibus, cum caſis, caſalibus, vineis, terris, pratis, ſilvis, paſcuis, cultis & incultis, mobilibus vel immobilibus, ſeſeque moventibus, ſervis, & ancillis, aldiis, aldionibus, augararibus, mandaritiis, colonis, & tolonabus, ibidem reſidentibus, vel cum omnibus ſupra ſcripto Manaſterio generaliter pertinentibus. Praeſtant ſub penſione XIII. auri Solidos Lucanos, ana Denarios IX. & Veſtita ſtameſirica IV. cum gniudegis ſuis. Nec non & Curtem in integro, quae dicitur Corcinianum, poſitam territorio Lucenſi, & Walterrenſi, tum omnibus ad eam pertinentibus, ut praemiſſum eſt de Monaſterio Lucenſi. Praeſtat XVIII. auri Solidos Lucanos, ana Denarios IX.*

Item Monaſterium Salvatoris cum Curte ſua in eodem territorio poſita, in loco, qui dicitur Vicoalais, cum omnibus ſuis pertinentibus, ut praemiſſum eſt de Monaſterio Lucenſi. Praeſtat auri Solidos Lucanas L. ana Denarios IX. Et cum Curte in integro, quae dicitur Rapida, ſita in territorio Piſano, loco qui dicitur Eccleſia Sancti Ruſioi, cum omnibus ſibi pertinentibus, ut praemiſſum eſt de Monaſterio Lucenſi. Nec non & Cortem aliam, quae dicitur Cicerana, cum Eccleſis Sancti Andreae, cum omnibus ad eam pertinentibus, ut praemiſſum eſt de Monaſterio Lucenſi. Praeſtat auri Solidos Lucanos V. ana Denarios IX. Monaſterium hoc Sancti Salvatoris poteſt eſſe Monaſterium Ficiclenſe; & poteſt eſſe Monaſterium Sextenſe. Sed cum eius Curtes ſit in loco, qui dicitur Vicoalais, quem puto idem eſſe ac Vicovvalaris, in quo erat Oppidum Sancti Geneſii, ut ſuperius *pag.* 312. 313. 520. vidimus; & locus hic vix MM. P. Ficiclo diſtet, puto hic agi de Monaſterio S. Salvatoris Ficicli: nam & hoc ad Sedem Apoſtolicam pertinebat; ut paullo inferius conſtabit.

Itemque Monaſterium Pecuma integre, & alia ſita in territorio Lucano, & Silicano loco, qui dicitur Cordenae, & Caſtello Nuvo, cum omnibus eis pertinentibus, ut praemiſſum eſt de Monaſterio Lucenſi. Praeſtat auri Solidos Lucanos II. &c.

Item in alio Tomo, cui praeſcriptus eſt Papa Benedictus, leguntur, poſita eſſe in comitatu Lucenſi, & in Comitatu Corunnio, & in Comitatu Roſellano, & in Comitatu Piſano, haec Patrimonia beati Petri, & ab eodem locata: Ideſt Curtis, quae dicitur Burrianum, & Saalma, & Carpanianum cum Caſtello ſuo; & Curtis Vada iuxta mare; & Paniſtellum; & Valsutina, & terra, quae ponitur inter Arno & Armice (Armice, ſeu Arma, eſt lacus ſeu flumen, quod poſtea Iuxiana adpellatum eſt. Conſule meum *Hodoeporicon pag.* 1202.); *& Maſſa, quae ponitur in Montecla, Terra quae ponitur in Politano, & Terra Alama; Terra in Bitentale, & Maſſae; Terra in Saldocla; Maſſae in Carara; Maſſae & Terra a Saltopplo; Terra a Flexu; Terra a Vicoſolaru: Terrae & Maſſae in Strate; Terra in Sexta; Terra in Brancalo; Maſſae & Terrae, quae ponuntur in* ☉. *Terra in Dimizono; Terra in Fvidsglio, Terrb in Timpaniano; Terra in Decimo; Terra in Leoiana; Terra in Paſtino; Maſſae in Avane, & Maſſae in Roio: & Maſſae & Terra in Convalli; Terra & Maſſae in Anclano; Terra & Maſſae in Lacune; Maſſae & Terra in Controni, ſive in Caſa Baſciana, vel in Buliano, ſive Eccleſia Sancti Petri in Ciſarana, cum omnibus ſuis pertinentiis: Villamiliana, & Villaariana; Villa in Bargano, ſeu Roſiactuza: in Villamaiore, in Bacano, in Foſtanu, & Curte in Caſtellione: Villa a Colle: Maſſae Silquano Roiana: Maſſae in Caricino; Maſſae in Roio; Maſſae in Ciſatico; Corte Cerasana cum Eccleſia Sancti Andseae, & Cortis, quoe dicitur Vicus, & Eccleſia Sonctae Ruſinae cum Curte ſua, & Curtis in Piſcoria in integrum, & Curtis de Companiotito; Moſſas & Terra in Caſcania, ſeu in Corſine, ſeu in Pstroniano; in Caſtello de Curſiotaoo; Curtis de Vrſigoono; Maſſoe, quoe dicontur Griſomoletio, quoe ponantue inter Paternom, & Petsiolum; in Copruoiano; in Vipiliano; in Ba . . . . . ☉; in Ceesliana; in Graguio; in Gooiaoo; Canalia. & alia Granaana; in Icano Curtis Foloniana com partinentiis ſuis; Cortis in Coſcooiana; Curtis in ☉ia; & Curtis in Lactarin, com introicu, & exitu eaeum, & com omoibus ad omnes ſupradictas Curtsi & Terras generaliter & in integro psrtinentibus.*

Item in quodam Tomo chartitio, qui eſt in Chartulario iuxta Palladium, legitur, Papam Benedictum locaſſe Civitatem, & Comitatum Suanenſem com Villis & Caſtellis, & com omnibus percinentiis ſuis, & Civitatem & Comitatum Roſelleoſem com Villis, & Caſtellis, & ſuis pertineotiis, & diſtricto, & placito, & cum omni datione, & reditu ſuo. Praeſtat ouſqoaeqoe Civitas LX. Solidos.

In

habeo, *Ioannem Camezanium*, Pontificis Romani Cappellanum, litteras dedisse super hac quaestione ad *Guidalottum*, eamque commisisse definiendam *Octaviano Vbaldinio* Sanctae Mariae in Via Lata Diacono Cardinali *a*. Anno MCCLVIII. idem *Guidalottus* donavit

In Episcopatu Lunensi.

Monasterium de Cheperarin, unum Marabutinum.

Ecclesia S. Peregrini inxta Salternum, XII. Imperiales. Hinc magis elucet, superius in Episcopatu Florentino legi debere: *Ecclesia Sancti Petri inxta Santernum &c.*

Ecclesia de Vezano, unum Massemutinum.

In Archiepiscopatu Pisano.

Ipse Archiepiscopus debet IV. Marabutinos, pro quibusdam terris beati Petri; & pro quadam domo ante Palatium, duos Marabutinos.

Monasterium de Verrca II. Marabutinos, & pro quadam campo iuxta Bocam. XII. Denarios.

Ecclesia Sancti Nicolai de Paratino, II. Solidos.

Monasterium Sancti Quirici, II. Denarios.

Ecclesia Sanctae Mariae de Valleponte de Monticulo V. Solidos Lucenses.

Monasterium Sancti Felicis de Vada, unum Obolum Massemutinum.

In Episcopatu Castellae.

Ecclesia Sanctae Trinitatis, II. Solidos Lucenses.

Civitas Castelli, IV. Libras Pisanorum.

Monasterium Sanctae Mariae in Burgo, unam libram de cera, quod est liberum.

In Episcopatu Massano.

Plebs de P tra, V. Solidos.

Homines ipsius loci, singuli singulos Denarios.

Monasterium Aquaevivae, II. Solidos.

Monasterium Sancti Iustiniani debet pro censu unum Marabotinum, singulis annis.

Monasterium Omnium Sanctorum Ordinis Monialium inclusarum de Ripa Arni Pisana, unam libram cerae.

His vero inobservandum est, quod apud eumdem *Muratorium*, & Tomo eodem *pag.* 900. & 902. habetur, in Additamento ad librum *Centii* Camerarii de Censibus Sanctae Romanae Ecclesiae, scripto certe post annum MCCXXXIII. In eo recensentur primum Episcopatus ad Sanctam Sedem pertinentes, & in Tuscia quidem, seu Vmbria, *Perusium, Camerinum, Assisium, Tadertum, Amelia, Orthe, (forte Ortbe) Narnia, Reate, Nepe, Sutrium, Civitas Castellana, Tuscana, Balneum Regium, Vrbivetum, Clusium, Aretium, Senae, Florentia, Fesulae, Pistoria, Lunae, Luca, Pisae, Vulterrae, Massa, Rosellae, Suana, Castrum &c.* Deinde sequuntur *nomina Abbatiarum, & Canonicarum Regularium Sancti Petri*. In Tuscia autem sunt.

In Episcopatu Clusino.

Monasterium Sancti Salvatoris de Monte Amiato. S. Cornelii. In Lacu Sanctae Christinae.

In Episcopatu Rosellano.

Monasterium Sancti Pancratii cum Castro Barriano iuris est Beati Petri: quod videlicet Castrum solvit XX. Solidos, & Monasterium XII. Denarios.

In Territorio Pisano.

Monasterium Sancti Petri in loco, qui dicitur Guada. Et Monasterium de Verraca. Puto legendum *Grado*, ita ut intelligatur *Ecclesia Sancti Petri in Grado* ad littus maris, quae adhuc exstat. De Monasterio Sancti Michaelis de Verraca consulendus *Plac. Puccinellius* in *Chronico Abbatiae Florentinae*

In Episcopatu Vulterrano.

Plebs de Elsa: & Monasterium de Serena. De Plebe Elsae consule superius *pag.* 1288. & de Monasterio Serenae *pag.* 547. — 558.

In Episcopatu Lucano.

Ecclesia Sancti Frigdiani. Monasterium Sextense. Monasterium Sancti Petri, situm infra eamdem Civitatem. Monasterium Ficiclense. Monasterium Sanctae Mariae in Gattaiola. De Ficiclensi Monasterio consulenda *Pars III. mei Hodoeporici.*

In Episcopatu Arretino.

Monasterium Camaldulense cum Abbatiis suis. Monasterium Sanctae Mariae in Pisnta (lege *Pinata*) *Monasterium Sanctae Mariae de Farneto.*

In Episcopatu Florentino.

Monasterium Vallimbrosanum cum Abbatiis suis. Monasterium Sancti Hilarii Montalium. Monasterium Sanctae Mariae Ancillarum Christi. Haec omnia Monasteria non in Episcopatu Florentino, sed in Fesulano, sunt. De Monasterio S. *Hilarii*, vulgo *Sant' Ellero*, consule superius *pag.* 118. 139. 199. 200. *& seqq.* 575. *& seqq.* 692.

In Episcopatu Lunensi.

Monasterium de Tyro Insula.

a Consule superius *pag.* 857. 858. In Adversariis *Ferdinandi Leopoldi del Migliore* signatis *tom.* 90. *pag.* 92. *& sequentibus*, eruta ex Archivo S. Mariae Innocentium haec sunt.

1250. XII. Kal. Febr. Octavianus Tituli S. Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis, Apo-

vit Ecclesiae & Hospitali Sancti *Galli* ius, quod habebat in dicta Ecclesia Sanctae *Mariae*, & in ipso Hospitali, & in adiacenti terra seu area, quamquam non universum donavisse videatur [a]. *Innocentius* IV. Pont. Max. quum Lugduni esset, anno MCCXLVI. Litteris datis, fundationem Xenodochii cum conditionibus adpositis confirmavit; & insuper Fratribus illis, ut in veste Crucem Rubeam, & Lilium, gestarent, concessit. Quum devotae etiam feminae, seu sorores, pauperibus in illo Xenodochio deservirent; & nimius earum numerus Fratres Eremitas gravaret; idem *Innocentius* illis indulsit, ut ad eas recipiendas minime obligarentur [b]. Multa religione populus Florentinus ad hoc Xenodo-

Apostolicae *Sedis* Legatus, provido viro *Guidalocto Vultus Orci* Civi Florentino, Fundatori Hospitalis S. Galli &c. Per certe discordie nate in detto Spedale, l' esorta alla quiete, e pace.

1258. De XIII. Martii Dominus *Guidaloctus Vultus del Orcho* de Populo S. Petri C e.orum, pro remedio animae suae & Domini Tedaldini quondam filii sui, & Dominae Bernardeschae quondam uxoris suae, donavit inter vivos omne Ius Patronatus, quod habet in Ecclesia S. Mariae ad Hospitale S. Galli, de Florentia, ipsi Ecclesiae, & *Vintae* filio quondam *Torselli* Camerario Hospitalis S. Galli, recipienti nomine dictae Ecclesiae, & Hospitalis, & pauperum dicti loci, fines Ecclesiae S. Mariae praedictae & soli & fundamenti, & murorum pro Ecclesia aedificanda, & horti & terrae pertinentis.

Item donavit omne Ius Patronatus, quod habet in ipso Hospitali.

Item donavit omne Ius sibi competens in terra, quae est prope dictam Ecclesiam S. Mariae praedictae, vel in solo, in quo iam murari fecerat, & fundaverat ex omni parte, & etiam omne ius sibi competens in muris, & fundamentis, iam factis, & lapidibus muratis, & non muratis, & &c.

Ego Bonavere Ciuffoli Iudex &c.

Actum apud locum Fratrum *S. Gilii*, qui est prope muros Civitatis Florentiae. F. Guglielmus Prior S. Gilii, & F. Petrus de *Blondiis* dicti Ordinis de Saechis, & Chiaro *Girolami* de Populo S. Pancratii, & Gherardus Specialis filius Gianni de Populo S. Petri Scheradii, & *Rinuccius* filius Iacobi del *Veguiente* de Populo S. Proculi, testes.

1271. IV. Kal. Martii, Iacobus, qui Ciampi dicitur, filius quondam Domini Napoleonis della *Tosa*, vendidit Lotto quondam Domini Tedaldini Guidalocti recipienti pro Hospitali S. Galli. Sono del Volro d'Orcho.

1274. die 21. Augusti. F. Guglielmus Vicedominus Prior, Custos, & Rector, Capituli Ecclesiae, & Fratrum S. Aegidii de Florentia, qui Fratres de Sacco nominantur, vendiderunt

Aldobrandino, qui vulgo Bindus vocatur, filio quondam Domini Guidonis Aldobrandini de *Vicedominis*, tres urceos musti, quos annuatim, & in perpetuum, recipere debebant dicti Fratres ab *Hospitali* S. Galli, tanquam ab beredibus Dominae Bellae uxoris quondam *Bonamici Ciccignerrae*.

Ego Benedictus *Capitanus* rog.

Pio II. per sua Bolla diretta all' Arcivescovo di Fireuze, supplicato dall' Arte di Por S. Maria, unì, e incorporò, lo Spedale di S. Maria a S. Gallo in quello degl' Innocenti con tutti i suoi beni, ed appartenenze.

Datum Romae 1463. 6. Id. Novembris, Anno 6. sui Pontificatus. Hactenus *Melisrius*.

a Consule paullo inferius.

b Epistolas quatuor *Innocentii IV.* ex Regesto Vaticano descriptas, Fratribus Xenodochii S. *Galli* missas, heic profero.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei &c. Rectori & Fratribus Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum Florentin. Ordinis S. Augustini &c.

Cum a nobis petitur &c. usque *effectum. Vestra sane petitio nobis exhibita continebat, quod cum olim Guidaloctus, & Bernardesca uxor eius, qui Hospitale vestrum fundaverunt, illud cum pertinentiis suis felicis recordationis Gregorii Papae praedecessori nostro tunc Hostiensi & Velletrensi Episcopo in partibus illis Apostolicae Sedis Legato de consensu bonae memoriae Episcopi, & Capituli, Florentini in ius, & proprietatem, B. Petri perpetuo contulissent, dicti Episcopus & Capitulum praefatum Hospitale cum eius Ecclesiis ab omni Episcopali iurisdictione, reservato sibi, suisque successoribus, unius librae cerae censu annuo, exemerunt, prout in literis con-*

dochium, & eius Ecclesiam, concurrebat; eo magis, quod proximum Portae cognomini exsistebat, a dextris exeuntium; & ager ibi amoenus erat, Munionis aquis irrigatus [a]. Donec familia & posteri *Guidalotti* perdurarunt, domini & patroni huius Xenodochii fuisse videantur [b]; sed quum tamdem *Nicolaus Guidalotti* F. & *Barptolemaeus* praedicti *Nicolai* F. diem supremum obiissent, nec liberos reliquissent, Commune Florentinorum Xenodochium sub suo patrocinio & gubernio suscepit anno MCCCCLXII. & anno insequenti illud *Pius II.* Pont. Max. Brephotrophio Sanctae *Mariae* Innocentium Florentiae copulavit atque coniunxit [c]. Nam in illo praeter peregrinos, etiam infantes expositi excipiebantur, & alebantur. Sed & anno MCCXCIV. Commune idem patrocinium huius Xenodochii susceperat; licet tunc fortassis fundatoris posteri nondum defecissent [d]. Fratres igitur Augustiniani sine fundis & reditibus remansere; sed Frater *Marianus* a Ginecchiano, Augustinianus Ilicetanae Congregationis, ob suam doctrinam & eruditionem meruit, ut *Laurentius Medices* aere suo Eremitis illis Augustinia-

confectis exinde dititer plenius contineri. Nos igitur vestris iustis precibus inclinati, quod super hoc, tam ab eisdem fundatoribus, quam Episcopo, & Capitulo Florentino, pie ac provide factum est, ratum gratum habentes, illud auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c. Nostrae confirmationis &c. Si quis &c. Datum Lugduni XVI. Kal. Octobris anno III. Hoc est anno MCCXLVI.

Innocentius Episcopus &c. Rectori, & Fratribus Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum Florentin. Ord. S. Augustini ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis &c.

Etsi quorumlibet precibus libenter quantum cum Deo possumus annuamus, illorum tamen preces favore tenemur prosequi ampliori, qui nostro manum Ecclesiam nullo pertinent mediante. Volentes igitur domum vestram Sedi Apostolicae immediate subiectam favore prosequi speciali, decrevimus vestris precibus benignum impertientes assensum deferendi pro signo in vestibus vestris duplicem Crucem rubeam cum Lilio in parte superiori vobis auctoritate praed. concedimus facultatem. Nullus ergo &c. nostrae concessionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni VIII. Kal. Novembris anno III. Hoc est anno MCCXLVI.

Innocentius Episcopus &c. Eisdem

His, quae a nobis ob divini cultus amorem pie ac provide postulantur, favorem benivolum impertimur. Hinc est, quod nos precibus vestris benignum impertientes assensum praesentium vobis auctoritate concedimus, ut cum Civitatem Florentinam ecclesiastico interdicto subiacere contigerit, liceat vobis in Ecclesia Hospitalis vestri clausis ianuis, non pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdici. Nulli ergo &c. nostrae concessionis &c. Datum Lugduni XVI. Kal. Ianuarii anno III. Hoc est anno MCCXLVI.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei &c. Eisdem.

Cum Hospitale vestrum, sicut accepimus, sit super receptione Sororum inclusarum plurimum aggravatum, nos volentes vobis, & eidem Hospitali, in posterum a simili gravamine praecavere, vestris supplicationibus inclinati auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut nullam de cetero teneamini per litteras Apostolicas in Sororem recipere, nisi expressam fecerint de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo &c. nostrae concessionis &c. Si quis &c. Datum Lugduni IV. Idus Ianuarii anno III. Hoc est anno MCCXLVII.

a Intelligitur ex *Io. Boccaccii Decam. die IV. Novel. VII. Franco Sacchettio Novel. LXXV. Mannio in Decam. pag.* 298. 299. superius *pag.*

b Consule superius *pag.* 1292.

c Adi superius *pag.* 1292.

d Consule *Mannium* in *Decamerone* *pag.* 301.

Ppppppppppppp *e* De

nianis peramplum ibi Coenobium, & centum Monachorum capax, cum Ecclesia anno MCCCCLXXXVIII. aedificandum curaret, *Iuliano Iambertio* architecto, qui ideo *Iulianus a Sancto Gallo* deinde cognominatus est. Descriptionem & mensuras huius Coenobii habes apud V. Cl. *Ios. Richam* de Ecclesiis Florentinis agentem. Tamdem anno MDXXIX. quum obsidio Vrbis immineret, solo aequatum est, Eremitis illis in Vrbanam S. *Iacobi* inter Foveas Ecclesiam translatis [a]. Quum anno MDCCXXXVIII. Arcus triumphalis *Francisci Lotharingi* Magni Ducis, & nunc Imperatoris, honori erecti fundamenta iacta sunt [b], effossa terra, reliquiae & rudera Monasterii Sancti *Galli* patuere. Ecclesia & Coenobium atque Xenodochium Sanctae *Mariae* ad Sanctum Gallum, ita posita erant, ut secundum antiquum Christianorum ritum facies adversa Occidentem, aversa Orientem, respiceret; & a Porta Vrbis centum Passus P. M. distabant. Itaque ultra Munionem fluvium erant; nam fluvius hic moenia proxime praeterlabebatur [c]; donec non procul a Porta Prati in Arnum influeret. Et heic e re nata animadvertendum est, saeculo XII. Arni alveum ita infra Florentiam ad Septentriones declinasse, ut iuxta Ecclesiam Sancti *Donati* ad Turrim deflueret, quod indicat Diploma *Friderici I.* Imperatoris, cuius superius meminimus, datum Veronae anno MCLXXXIV. [d]

Di-

a De hisce omnibus *Ios. Richa Tom. I. pag.* 264. 273. *Tom. II. pag.* 316. *Tom. V. pag.* 170. *Meliorius pag.* 314. 361. *Dom. M. Mannius Tom. II. Sigill. pag.* 75. 94. & in *Decameronem pag.* 299. *Benedictus Varchius Histor. Flor. Lib. IX. pag.* 252. *Ambrosius Landuccius Sacrae Silvae Ilicetanae Cap. III. & V. Fuscia Illustrata Tom. I. pag.* 59. 304. Superius 997.

b De hoc Arcu consule *Richam* laudatum *Tom. I. pag.* 266. ubi & eius scenographiam habes. Errat tamen ubi inceptum dicit anno MDCCXXXIX. cum anno antecedenti inchoatus fuerit.

c Consule superius *pag.* 1206.

d Adi superius *pag.* 1207. Lubet heic Diploma ipsum proferre ex Archivo Monasterii S. *Donati* ad Turrim erutum, & descriptum accuratissime, ex quo emendanda sunt, aut supplenda, quae citata pagina litteris commendavi.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus.

Si Ecclesiis, & ecclesiasticis personis imperialis gratie sinum clementer aperimus, in eterna beatitudine nos inde misericordiam consecuturos indubitanter speramus, quas tanto ferventius gaudere sua libertate volumus, quanto sanius etiam sub Pharaone sacerdotes, & sacrorum ministros, a communi servitutis onere exemptos fuisse legimus. Quia ergo Ecclesiam beati Donati de Turre, & in ea Deo militantes personas, intuitu divine miserationis & respectu religionis eorum pro affectu diligentes amplectimur, concedimus eis & donamus ac imperiali auctoritate confirmamus, ut ab omni iure forensi, & publicis civilis iustitiae ministris, a collectis & dutiis, ab angariis & parangariis, rogiis, carrigiis, a fossatis, & muris civitatis edificandis & reficiendis, a theloneis, curaiis & aliis exactionibus, & a pravis quibuslibet consuetudinibus & sordidis oneribus omnino liberi fiant, & penitus exempti, quatenus omnipotenti Deo & Sanctis eius tranquilla pace & inconcussa quiete suum valeant dependere famulatum, & pro remedio anime nostre ac predecessorum nostrorum divinam debeant interpellare clementiam. Omnia igitur bona praefatae Ecclesiae, videlicet claustrum Canonicorum cum suis officinis; domos laicorum, & Hospitale ibi positum, hortos, terram, & vineam, que fuit Hildebrandi Medici, vineam proximam Ecclesie, quadrivium prope Tribunal, & campos ex utraque parte vie, vineam de Risfredo;

Diplomatis verba sunt: *Quibus etiam ex Imperiali Clementia pro remedio & salute animae filiae nostrae nuper defunctae indulgemus & confirmamus, ut in flumine Arni, iuxta quod eadem Ecclesia sita est, nemine prohibente eis liceat sursum & deorsum suis usibus molendina ponere, piscari, & piscarias facere.* In S. *Galli* Ecclesia mausoleum Oratori Regis Cypri Florentiae vita functo excitatum fuerat, cum sequenti Epigrammate *.

Quisquis ad hoc rigidum flectis tua lumina saxum,
Perlege flebilibus carmina scripta notis.
Nec dedigneris placida sic mente profari,
Et simul haec molli dicere verba sono:
Quisquis in hoc tumulo es, valeas precor, & tua, quaeso,
Vrgeat impositus molliter ossa lapis.

Me

do; & aqua ipsius Rifredi; pontem de Rifredo & terram in capite pontis cum solito, terras de Casiola. Curtem etiam de Sexto cum domo, area, & vinea ibi posita. Curtem de Velia & Ecclesiam Sancti Andreae ibi positam, curtem de Ale Machie cum Hospitali, vinea, campis, pratis, silvis, ibi positis, & Ecclesiam Beati Dominu cum omnibus suis pertinentiis, sicut in suis autenticis scripturis continetur; & quecumque donationes, emunitates, & libertates, in eorum autenticis, & publicis instrumentis annotatae, in presentiarum eis competunt, vel in futuro iusto tytulo competere poterunt, pretaxatae Beati Donati Ecclesiae confirmamus, & eiusdem Ecclesiae personas cum supradictis omnibus in defensionis nostrae patrocinium accipimus. Auctoritate igitur imperiali prohibemus, ut in supradicta Sancti Donati Ecclesia, vel in claustro, vel in domibus seu officinis suis, nemo insultum fatiat, nemo violentiam ingerat, nemo grana, vinum, aut vasa sua, reponat. Nullus etiam laicus electioni Prelatorum aut Canonicorum suorum, consiliis aut correctionibus eorum se ingerere, aut conviviis interesse, aut ad civile iudicium eos trahere, presumat, nec aliquo modo eos in persona vel rebus molestare. Quibus etiam ex imperiali clementia pro remedio & salute animae filiae nostrae nuper defunctae, indulgemus & confirmamus, ut in flu[mi]ne Arni, iuxta quod eadem Ecclesia sita est, nemine prohibente, eis liceat sursum, & deorsum, suis usibus molendina ponere, piscari, & piscarias facere. Statuimus insuper & imperiali auctoritate sanciendo firmiter inhibemus, ut nulla omnino persona, humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, nulla civitas, nullum commune, nullave potestas, hanc autenticam Maiestatis nostrae paginam audeat violare. Si quis autem huic nostrae concessionis & confirmationis paginae contraire presumpserit, nostre maiestatis offensam incurret, & LX. Marcas auri puri componat, dimidium imperiali camere, & reliquum iniuriam patienti Ecclesiae. Vt autem hoc auctoritatis nostre preceptum in perpetuum firmiori valitudine inconcussum permaneat, presentem inde paginam conscribi iussimus, & imperatoriae Maiestatis sigillo communiri. Huius rei testes sunt. Chonradus Maguntinus Archiepiscopus. Ebrhardus Merseburgensis Episcopus. Bertramus Metensis Episcopus. Carlidonius Mantuanus Episcopus. Omnebonus Veronensis Episcopus. Ludovicus Langravius Thuringie. Bertoldus Marchio de Andehse. Obizo marchio de Este. VVezelo de Lamino. Heinricus Marscalcus de Lutra.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Gotefridus Imperialis Aule Cancellarius vice Phylippi Coloniensis Archiepiscopi & Ytalie Archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno dominice Incarnationis MCLXXXIV. Indict. II. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius XXXIII. Imperii vero eius XXX.

Dat. in Villa Sancti Zenonis iuxta Veronam II. Nonas Novembris feliciter. Amen.

✠ *Signum Sigilli.*

a Extractum est ex Ephemeridibus litterariis Florent. anni MDCCXLVII. *pag.* 627. Praecedit autem hic titulus: *Quoddam Epitaphium in Templo Sancti Galli posito extra portam S. Galli prope Florentiam ducentos passus, ubi in marmoreo tumulo haec Carmina inscripta sunt.*

a Ini-

Me pietas, me sancta fides, decorabat, & omni
Mens mea virtutum splendida luce fuit.
Vincebam mira sanctum gravitate Catonem:
Et clemens magni Caesaris instar eram.
Non humilem tristis, non me sors laeta superbum,
Reddebat levibus concomitata bonis.
Alter Aristides, alter fui in orbe Lycurgus:
Nostra omnis vitii mens sine labe fuit.
Rex meus ergo mihi decus est largitus equestre,
Et mihi dum vixi munera multa dedit.
Ingentem claris mensuram nominis actis
Aequavi: Stephano nam mihi nomen erat.
Virtutis primam meruit mea vita coronam,
Qua dicor reliquos exsuperasse viros.
Pignolam stirpem decoravi insignibus actis,
Et patriam Cypron laude sub astra tuli.
Cypron in astra tuli: genuit me florida Cypros;
Cypros ab Idalia semper amata Dea.
Missus eram in Latium patriis Orator ab oris;
Abstulit hic reditus invida Parca meos.
Ardua nam magnae peterem dum moenia Romae,
Me dedit impigrae sors violenta neci.
Non potui claris mortem depellere gestis:
Omnia mors aequa corpora falce metit.
Sparsa quidem totum volitat mea fama per orbem:
Membra premit saxum: spiritus astra tenet.

De instructa huius Coenobii Bibliotheca agit *Petrus Victorius*, eiusque Codices manu exaratos celebrat [a]. Eremitae Sancti *Galli* Oratorium in Vrbe habebant, Sancto *Dionysio* sacrum, in quo pauperes pariter excipiebant [b]. Iuxta Ecclesiam Sancti *Galli* Sodalitium fuit Textorum Langobardorum [c]. De Sigillo & Insigni Xeno-

[a] Initio suarum Castigationum in *L. Moderatum Columellam*, de Codice librorum Columellae agens, qui ab Augustinianae familiae Sodalibus, qui Divi *Galli* appellantur, possidebatur, ita scribit: *Posterior liber in ampla quondam & ipse Bibliotheca servabatur, quam aedificarat, & plurimis antiquis monimentis referserat, Laurentius Medices, splendidus & illustris vir, extra Portam, quam Divi Galli vulgo appellant, unde etiam Sodales, qui Sacellum ab eodem ibi magnifice erectum procurabant, vocati erant. Aedes autem sacra, & praeclara illa sedes librorum, superiore bello eversa est, quod saluti civium (valde enim moenibus urbis propinqua erat) officere posse videbatur; multitudo autem librorum ab iisdem intra Vrbem receptis custoditur: non tamen ut antea explicati sunt, sed in arcis quibusdam servantur. Inde igitur deprompsi antiquissimum Columellae volumen, literis, quas Longobardas appellant, exaratum.*

[b] *Richa Tom. V. pag.* 238.

[c] *Meliorius pag.* 361.

a Tom.

nodochii Sancti *Galli*, *Dominicus Maria Mannius* differtat [a]. Hospitalarium, seu Xenodochum, huius sacri loci constitutum fuisse, constat ex antiquis instrumentis [b]. Quaedam eius possessiones indican-

a *Tom. III. Sigill. pag.* 94.

b *Gregorius X.* Pont. Max. anno MCCLXXIV. X. Kal. Ianuar. dispensavit *Michaelem de Meleto* electum Rectorem Hospitalis Sanctae *Mariae* ad Sanctum Gallum ad Sanctam Romanam Ecclesiam immediate spectantis, ne pro confirmatione sua ad Curiam accedere teneretur,

Ex Regesto anni III. Gregorii PP. X. Ep. 81.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri nostro.... Episcopo Urbevetano, Vicario nostro in Urbe.

Sua nobis, dilecti filii Fratres Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum Florentini ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis petitione monstrarunt, quod eodem Hospitali destituto Rectore, ipsi prout moris est, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium Michaelem de Meleto Fratrem eiusdem Hospitalis, virum, sicut asseritur, providum & discretum, ac in spiritualibus, & temporalibus, circumspectum, in Rectorem eiusdem Hospitalis canonice & concorditer elegerunt, nobis humiliter supplicantes, ut cum idem Electus propter paupertatem eiusdem Hospitalis & viarum discrimina non possit Apostolicam Sedem adire pro confirmationis munere obtinendo, electionem ipsam confirmari in illis partibus de benignitate Apostolica mandaremus. Nos igitur attendentes, quod rectis dispositionibus nihil debet difficultatis afferri, Fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si tibi constiterit, praedictum Hospitale ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere, inquisita de modo electionis huiusmodi, studiis eligentium, & Electi meritis, diligentius veritate, praedictam electionem, si eam inveneris, de persona idonea canonice celebratam, auctoritate nostra confirmes, faciens eidem Electo a suis subditis obedientiam & reverentiam sibi debitam exhiberi, recepturus pro Nobis, & Ecclesia Romana, iuxta formam, quam tibi sub Bulla nostra mittimus, fidelitatis debitae iuramentum. Alioquin ea rite cassata, facias eidem Hospitali de persona idonea per electionem canonicam provideri. Contradictores &c. Formam autem iuramenti, quod ipse praestabit nobis, per suas patentes litteras eius sigillo sigillatas, per fidelem Nuntium quantocius destinare procures. Datum Lugduni X. Kal. Ianuarii Pontificatus nostri Anno tertio.

Anno MCCCII. fuisse Hospitalarium F. *Ioannem*, constat ex Charta Archivi Cisterciensium Florentiae, signata O. 110. Anno MCCCXVII. Idibus Aprilis *Ioannes XXII.* Pont. Max. commisit confirmationem *Lapi*, electi Rectoris Hospitalis Sanctae *Mariae* ad Sanctum Gallum, quum *Angelus* Rector obiisset.

Ex Regesto Anni I. Par. 3. Ioannis PP. XXII. Epist. 2585.

Ioannes Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri........Episcopo Faesulano salutem.

Sua nobis dilecti filii Fratres Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum Florentin. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis petitione monstrarunt, quod eidem Hospitali per obitum quondam Angeli Rectoris eiusdem Hospitalis destituto Rectore, ipsi vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt, commode interesse, die ad eligendum praefixa, ut est moris, convenientes in unum ac deliberantes ad electionem huiusmodi per viam procedere compromissi, dilectis filiis Lucae Iohannis, Simoni Orlandini, & Iohanni Ciani, eiusdem Hospitalis Fratribus, providendi ea vice ipsi Hospitali de Rectore contulerint plenariam potestatem, promittentes illum in Rectorem dicti Hospitalis recipere, quem iidem Compromissarii ducerent eligendum. Praefati vero Lucas, Simon, & Iohannes, in se huiusmodi potestate recepta secedentes in partem, & considerantes diligenter de meritis personarum Hospitalis eiusdem, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium Lapum ipsius Hospitalis Fratrem, virum utique providum, discretionis maturitate conspicuum, ac morum honestate multipliciter commendatum, auctoritate huiusmodi potestatis eis in hac parte traditae in suum & dicti Hospitalis Rectorem canonice elegerunt. Quare iidem Fratres nobis humiliter supplicarent, ut cum idem Electus propter guerrarum discrimina, quae inimicus humani generis in illis partibus suscitavit, ad Sedem Apostolicam venire commode non possit, pro suae confirmationis munere obtinendo, providere super hoc eis, & dicto Hospitali, de benignitate Apostolica misericorditer dignaremur. Nos igitur cupientes praedicto Hospitali in hac parte salubriter providere, Fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus quaesita de modo electionis huius-

cantur superius ; quasdam indicat *Mannius* laudatus . In facie Ecclesiae Sancti *Galli* pictum fuisse *Luciferum* multis faucibus hiantibus horrendum, insinuat *Ioannes Boccaccius*. Quis hunc *Luciferum* saeculo XIV. seu antecedenti, pinxerit, me latet; scio tamen, *Andream Vannucchium*, alias *Andream Sartoris*, artificem plane mirabilem, tres tabulas egregias & absolutissimas in Ecclesia Sancti *Galli* pinxisse, quas Eremitae Augustiniani, quum ab everso Coenobio ad Sancti *Iacobi* inter Foveas migravere, secum absportarunt, & in hac Ecclesia statuere . Sed antea quaedam in illa Ecclesia pinxerat *Thomas Iostinus*, Pictor pariter Florentinus; deinde vero *Iacobus a Ponte Ormae*, *Iulianus Bugiardinius*, & *Rodulphus Ghir-*

modi, studiis eligentium, & Electi meritis, diligentius veritate, si electionem eandem inveneris de persona idonea canonice celebratam, ipsam auctoritate nostra confirmare procures, faciens eidem Electo a suis subditis obedientiam & reverentiam sibi debitam exhiberi, recepturus ab eo postmodum nostro, & Ecclesiae Romanae, nomine fidelitatis solitae iuramentum iuxta formam, quam tibi sub Bulla nostra mittimus interclusam . Alioquin ea rite cassata, facias eidem Hospitali per electionem Canonicam de persona idonea provideri, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compelcendo . Formam autem iuramenti, quod ipse praestabit nobis, per suas litteras patentes, eius Sigillo sigillatas, per fidelem Nuncium quamcitius destinare procures . Datum Avinione Id. Aprilis Pontificatus nostri anno I.

Ex Lib. Camer. Ap. Anni 1317. pag. 66. t.

Facta fuit Quitatio Fratri Lapo Rectori Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum iuxta Florentiam de 24. libris cerae solut. nomine census annui, XII. videlicet pro censu duodecim annorum proxime praeteritorum terminan. In Vigilia Nativitatis Domini proxime ventura; & duodecim pro duodecim annis proxime subsequentibus, semper, ut praedicitur, in dicta Vigilia terminandis, una libra pro anno quolibet computata; per manus Ranuccii Sapiti de Florentia Procuratoris sui. Datum Avenione XX. die Decembris, anno Domini 1317 Pontificatus &c. Anno II.

Anno vero MCCCXXII. idem Pontifex confirmavit *Deotalleve* electum Priorem Hospitalis ad Sanctum Gallum .

Ex Regesto Anni VI. lib. XXII. Tom. 73. Ep. 585.

Iohannes Episcopus &c. Venerabili Fratri ..... Episcopo Pistoriensi, & dilecto filio Abbati Monasterii Vallis Umbrosae Faesulanae Dioec.

Angit nos Apostolicae servitutis officium, ut Ecclesiis, & aliis piis locis, nobis, & Ecclesiae Romanae, immediate subiectis, & illis praesertim, in quibus hospitalitatis vacatur officiis, & necessitatibus infirmorum & pauperum providetur, cum ipsa vacare contingit, per sollicitudinis nostrae studium sic celeriter de utili provideatur substitutione Rectorum, quod propter vacationis incommoda nulla in spiritualibus & temporalibus perferrent detrimenta . Sane dilecti filii Deotalleve Benvenuti de Mostano Prior Ecclesiae S. Marci Novi Florentini, necnon Fratres Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum iuxta Florentiam ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, nuper nobis significare curarunt, quod dudum dicto Hospitali per obitum quondam Lapi Rectoris ipsius Hospitalis vacante, dicti Fratres, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt, commode interesse, die ad eligendum praefixa, ut est moris, convenientes in unum, ac deliberantes ad electionem huiusmodi per viam procedere compromissi, dilecto filio Nicolao Iacobi Fratri ipsius Hospitalis eligendi ea vice Rectorem dicti Hospitalis, quem expedire videret, eidem contulerint plenariam potestatem, promittentes illum in Rectorem ipsius Hospit. recipere quem idem Compromissarius duceret eligendum; praefatus vero Nicolaus in se huiusmodi potestate recepta, exquisitis primo diligenter votis omnium & singulorum dictorum FF. ac etiam intra se diligenti deliberatione praehabita de assumenda aliqua persona idonea ad ipsius regimen Hospitalis; tandem post huiusmodi deliberationem solertem, Spiritus S. gratia invocata, in dictum Deotalleve Benvenuti in sacerdotio constitutum, virum, sicut asseritur, providum, & discretum, ac idoneum,

Ghirlandarius, seu Latine, *Sertorius* [a]. Iuxta Ecclesiam Sancti *Galli*, S. *Franciscus Assisias* Hospitiolum anno MCCXI. obtinuit, in quo plures suo habitu vestivit, omnes virtute praesignes; quorum plerique requieverunt in primo illo Coenobio, non sine populi veneratione. Exstruxerunt autem Florentini in horum memoriam egregium Sacellum prope dictam Ecclesiam S. *Galli*, in quo eorum corpora honorifice condiderunt. Quum vero *Laurentius Medices* novum Coenobium Augustinianorum aedificare vellet, & fabricae amplitudini Sacellum illud impedimento esset, dirui fecit, elevatis prius Beatorum illorum reliquiis, quas novae Ecclesiae destinaverat; sed frustra: nam clam ab ignotis hominibus subreptae fuere [b]. In hac eadem Sancti *Galli* Ecclesia initium habuere devotae illae Puellae, quae *Mantelatae S. Augustini* dicebantur; & quae

um, atilem & expedientem Hospitali praefs-to, & qui futuros spectatur circa paupetes & infirmos ipsius Hospitalis sullicitus & atten-tos, direxit aciem mentis suae, eumque auctoritate huiusmodi potestatis sibi in hac parte concessae in suum, & dicti Hospitalis Rectorem elegit, dictusque Deotalleve ad magnam dictorum FF. ipsius Hospitalis instantiam praestitit huiusmodi electioni de ipso celebratae consensum. Quare praefati Deotalleve & Fratres per speciales eorum Procuratores & Nuntios, quos propter hoc ad Sedem Apostolicam destinarunt, nobis humiliter supplicarunt, ut cum idem Deotalleve propter discrimina guerrarum in illis partibus ingruentium ad praedictam Sedem personaliter nequeat se conferre pro confirmatione suae electionis huiusmodi obtinenda, providere super hoc eit, & Hospitali praefato, de benignitate Apostolica misericorditer dignaremur, cum alias per eos statuta a iure ipso fuerint observata. Nos igitur dicto Hospitali in hac parte salubriter consulere cupientes, dictumque Deotalleve a personali comparitione propter praemissa excusatum habentes, discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum, inquisita de modo dictae electionis, & ipsius Electi meritis, diligentius veritate, si electionem ipsam inveneritis de persona idonea canonice celebratam, ipsam auctoritate nostra confirmare curetis, facientes eidem Electo a suis subditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, recepturi ab eo postmodum nostro & Ecclesiae Romanae nomine fidelitatis solitae Iuramentum iuxta formam, quam vobis sub Bulla nostra mittimus interclusam. Alioquin, ea rite cassata, faciatis eidem Hospitali per electionem canonicam de persona idonea provideri, contradictores per censu-ram

ram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Formam autem iuramenti, quod ipse praestabit nobis, per eius patentes litteras, suo Sigillo signatas, per proprium Nuncium quantocius destinare curetis. Datum Avenione XIIII. Kal. Aprilis Pontificatus Nostri anno IV.

Anno MCCCCXXIX. fuisse Priorem, & Hospitalarium D. *Bernardum*, patet ex Instrumento Archivi Parthenonis Sanctae *Apolloniae*, cuius compendium ita habet: 1429. 27. *Iannar. Actum Florentiae. Ioannes Orsini de Cignano Civis, & Campsor Florent. de Pop. S. Margharitae de Flor. uti Procurator Ven. & Relig. viri D. Bernardi Prioris, & Hospitalarii Hospitalis S. Mariae ad S. Gallum de extra & prope Florentiam, dedit, permutavit, & transtulit, egr. Decr. Doct. D. Zenobio Iacobi Domini Blaxii de Guasconibus, uti Procuratori Abbatissae Monialium S. Apolloniae Ordinis S. Benedicti unam domum posit. in Pop. S. Laurentii in Via S. Galli &c. Ego Bartholomaeus olim Bambi Civis &c. N. 223. iam N. 230.*

a De hisce omnibus consulendi superius *pag.* 822. *Mannius loco citato*: *Boccaccius* in *Decaemer. Die VIII. Milef. IX.* & ad eam *Mannius pag.* 515. *Raph. Borghinius Lib. III. pag.* 416. 418. 420. *Georg. Vasarius tertiae Partis Vitar. Volum I. pag.* 150. 154. 158. & *Volum. III. pag.* 454. 475. 571. *Phil. Baldinuccius*, *Franc. Mocchius*, de claris Pictoribus agentes. Harum picturarum descriptionem accuratam habes apud *Vasarium* & *Borghinium* citatis locis; & *Franc. Bocchium* à *Cinellio* auctum, ubi de Ecclesia Sancti *Iacobi* inter Foveas agit.

b *VVadingus Annal. Francisc. ad Annum MCCXI.*

a Ri-

quae nunc Parthenonem Sancti *Clementis* in Via Sancti *Galli* habent, quum antea Monasterium S. *Mariae de Misericordia* habitarent in Paroecia Sancti *Marci* Veteris, quod in Loemocomium hodiernum conversum fuit; & adhuc super Portam antiquae Ecclesiae fictilis Deiparae imago est, peplo Moniales protegentis. Nam *Antonius Dulciatius* Florentinus earum Monasterium instituit, dum Prior Coenobii Sancti *Galli* esset [a]. In Ecclesia Sancti *Galli* Beatus *Antonius* Archiepiscopus noster Missam fecit ea die, qua in Archiepiscopatus possessionem intravit [b]. Xenodochium Sancti *Galli* cereum quotannis Sacello Sancti *Bernardi* in Palatio publico obferebat, die eidem Sancto sacra, XIII. scilicet Kal. Septembris; quem Consules Artis Sericae, postquam illud Brephotrophio Sanctae *Mariae* Innocentium coniunctum est, obferre consueverunt. Tandem Praefectus Brephotrophio isti quatuor cereos, pendentes quatuor libris singulos, Xenodochii Sancti *Galli* vice, quotannis solvit [c].

Ecclesia & Monasterium Sancti *Donati* ad Scopetum. Scopetum ita dictum est, quod Ericis, fruticibus illis, quibus scopae confiunt, & nos ideo Scopas vulgo adpellamus, sponte nascentibus abundaret. Sic in Mucillo Scopetum exsistit, cui locus alius, Viminicium consimili nomine nuncupatus, confinis est [d]. Insula maris Tyrrheni quoque ab Ericis in ea germinantibus, Ericusa denominata fuit. Distat Florentia C. circiter P. extra Portam Romanam a dextris Viae regiae, in tumulo, Ecclesiae & Coenobio Divi *Francisci a Paula*, ulterius, sed proxime, sito, imminenti [e]. Huius Ecclesiae mentio ab anno usque MLXIV. repetitur [f]. Quisnam hanc Ecclesiam condiderit, ignoro; sed certe saeculo XIII. gens *Pilastria* Florentina & vetustissima eius patrona erat [g]. Nam anno MCCLXXXVI. *Pilastrii* facultatem concessere ad praesentandum, ut aiunt, *Andreae* Episcopo Florentino Rectorem Ecclesiae Sancti *Donati* ad Scopetum [h]; & anno MCCXCI. eorum nomine praesentatus fuit Presbyter *Datus Bacherini* F. a Curticella Mucilli [i]. Sed anno MCCLX. Rector huius Ecclesiae

a *Richa Tom. I. pag.* 269. & *Tom. V. pag.* 248. 249. 250. 255.

b *Franc. a Castellione in Vita S. Antonii; Dominicus Maccaranius in Vita eiusdem Lib. I. Cap. X.*

c Consule *Tusciam Illustratam Tom. I. pag.* 213.

d Adi superius *pag.*

e Consule superius *pag.* 1002. 1057. 1091. 1240. 1244. *Bened. Varchium Libro IX. Histor. Flor. pag.* 254. 255. *Richam Tom. IV. pag.* 211. *Petr. Aloysium Gallettium Epistol. de origine Hieronyminorum pag. XXXII. Ioseph. Mar. Brocchium Tom. II. Vitar. Sanct. Flor. pag.* 310. *Mannium Sigill. Tom. XVII. pag.* 74. *Ammiratum in Familiis Florentinis pag.* 80. *t.*

f Adi superius *pag.* 1001. & 1002.

g Adi superius *pag.* 35. 37. 38. *Mannium Tom. XVII. Sigil. pag.* 77.

h Ex Charta Archivi Cistercienfium Florentiae signata M 18. Superius *pag.* 38.

i Superius *pag.* 38.

a Su-

fiae *Lanfrancus* Presbyter erat [a]. Saeculo XIV. ius patronatus huius Ecclefiae ad Monachos & Monafterium Sancti *Salvatoris* Septimi tranfivit, donante iis *Nefa*, filia *Rogerini de Marinario*, & uxore *Cionis Pilaftrii*, devota Tertii Ordinis Praedicatorum, una cum iure patronatus Ecclefiae Sancti *Georgii* ad Ruballam [b], anno MCCCXXVI. Tandem anno MCCCLXX. *Petrus Corfinius* [c] Epifcopus Florentinus confiderans qualitates, conditionem, & ftatum, huius Ecclefiae, & ad quantam inopiam decidiffet, III. Kal. Iunias pro fe & fuis fucceffforibus univit, & adnexuit, eam laudato Monafterio Sancti *Salvatoris* Septimi; & Canonici Florentini, *Paullo Soderinio* excepto, unanimiter & concorditer ratam habuerunt hanc donationem & conceffionem a fuo Epifcopo Monafterio illi factam [d]. Hinc anno MCCCLXXXII. *Thomas* Abbas S. *Salvatoris* Septimi elegit Rectorem Ecclefiae S. *Donati*, Monachum fui Monafterii *Alexandrum* nomine, vigore coniunctionis & donationis ab Epifcopo *Petro* factae [e], tam dictae Ecclefiae, quam eius bonorum, & iurium univerforum, ad fui Monafterii favorem. Oportuit igitur, ut dominium huius Ecclefiae, faltem *Petri* Epifcopi tempore, ad Epifcopum Florentinum devolutum fuerit, quo de ea ita difponere poffet. At non diu Ecclefia haec a Monachis Septimanis poffeffa fuit; nam, quum anno MCCCCVIII. Congregatio Auguftiniana, quae Canonicorum Sancti *Salvatoris* dicta fuit, ad Senas inftituta fuiffet, & Canonicis Sancti *Salvatoris* Bononiae adnexa, a *Guidone Antonio* Vrbini Comite, & Florentinarum, & Ecclefiafticarum copiarum Duce, protecta fuit, adeoque eos Florentiam advocavit, & ita pro eis egit, & conatus eft, ut hanc Ecclefiam cum Monafterio iis obtinuerit [f]. Itaque *Martinus V.* Pont. Max. quum anno MCCCCXX. Florentiae effet, XIII. Kal. Aprilis literas dedit, quibus Canonicis Sancti *Salvatoris* Ecclefiam & Monafterium Sancti *Donati*, tunc vacans, & ab dominio Abbatis & Conventus Septimi exemtum, cum omnibus bonis iuribus & actionibus affignavit & tradidit [g]. Huius Bul-

a Ex citata Charta praedicti Archivi fignata M. 18.

b Confule fuperius *pag.* 35. 37. *Galletium Epift. laudata pag. XXXIII. Mannium Tom. XVII. Sigil. pag.* 77.

c De hoc Epifcopo Cardinali multa habes apud *Vghellium Tom. III. Cerracchinium pag.* 106. *Faft. Theolog. pag.* 28. 73. 78. *Baluzium de Pontif. Avenionenf. Tom. II. Ciacconium, Io. Palatium &c.* Epiftolas ad hunc Cardinalem fpectantes habes in Codice MS. Riccardiano fignato III. M. II. & inter Epiftolas *Colucii* editas.

d Confule fuperius *pag.* 38.

Ric-

e Ex Charta Archivi Ciftercienfium Florentiae fignata M. 33. *Mannius Tom. XVII. Sigil. pag.* 78. ait, hanc unionem a Pontifice Romano factam fuiffe, nefcio qua auctoritate fultus: antiquae enim Chartae docent id, quod adfirmavi.

f *Ioseph Richa Tom. IV. pag.* 211.

g Haec Bulla exftat in libro *Vitonum Canonicorum S. Salvatoris*; & eius fententia exponitur in alia Bulla eiusdem Pontificis iisdem Canonicis eodem anno conceffa, quae ita habet, ex eorum Bullario extracta.

Martinus Epifcopus fervus fervorum Dei.

Rrrrrrrrrrrr ex-

Bullae exequutio commiſſa fuit Fratri *Antonio* a Florentia, Ordinis Praedicatorum, qui poſtmodum Archiepiſcopus Florentinus fuit, & San-

Dilectis universis Canonicis Regularibus Fratribus Sancti Salvatoris nuncupatis Sancti Augustini ubilibet constitutis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacrae Religionis, sub qua devotum sedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honestas, ut vos Apostolicis favoribus, & gratiis, prosequamur. Dudum siquidem ad vestrae supplicationis instantiam, certis per vos tunc expressis, animum nostrum ad hoc moventibus, causis per alias nostras litteras Parochialem Ecclesiam Sancti Donati de Scopeto prope Florentiam, quae Monasterio Sancti Salvatoris de Septimo, Cisterciensis Ordinis, Florentinae Dioecesis, immediate subiecta tunc existebat; & per Monachos eiusdem Monasterii ad solum nutum Abbatis existentis pro tempore amovendos, antea regi, & gubernari consueverat: & quae, sicut acceperamus, diu vacaverat, & tunc vacabat, si causae huiusmodi verificarentur, & ad id dicti Abbatis accederet assensus, ac alias sub certis modo, & forma, a subjectione Monasterii, & Ordinis, nec non ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Abbatis, praedictorum eximi, & totaliter separari, ipsamque Ecclesiam cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, & pertinentiis suis, vobis, ac Ordini vestro, concedi, & assignari; nec non in Ecclesia ipsa dictum Cisterciensem Ordinem, ac illius habitum, & observantiam, si qui in ea essent, extingui, & supprimi, ac eandem Ecclesiam in Prioratum Conventualem dicti Ordinis vestri per Priorem, per Canonicos, sive Fratres, ex eis, qui ibi essent pro tempore, erigendum, & Archiepiscopo Florentino pro tempore existenti, seu eius in spiritualibus Vicario generali, praesentandum, quoties Prioratum ipsum vacare contingeret, iuxta certos modos, formas, conditiones, limitationes, tunc expressas, in spiritualibus, & temporalibus perpetuo regendum, & gubernandum, erigi; nec non singulis, qui in Prioratu huiusmodi postquam erectus foret, pro tempore degerent, quod ipsi, & Prioratus idem cum omnibus suis iurisdictionibus, pertinentiis, iuribus, & bonis mobilibus, & immobilibus, quae ad ipsum iustis titulis pertinerent, nonnullis tunc expressis, ac aliis, quae pro etiam expressis eisdem litteris haberi volumus; privilegiis, indulgentiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, concessionibus, & gratiis uti, & gaudere perpetuo valeant, concedi: ac insuper, ut ipse Prioratus, postquam erectus foret, ut praefertur, cum suis rebus, bonis, membris, iuribus, iurisdictionibus, & pertinentiis praedictis, quae videlicet eius usibus, iustis modis, dante Domino interim tradita, seu oblata forent, aut offerri, tradi, & applicari possent quomodolibet in futurum disponi; aut personae, quae in eo pro tempore degerent, ut praefertur, cuiuscumque dignitatis, status, aut conditionis, existerent, ordinationi, correctioni, reformationi, & obedientiae Congregationis vestrae, & eiusdem Ordinis vestri, ac generali Capitulo, vestro per vos secundum constitutionum, & statutorum vestrorum, desuper disponentium exigentiam celebrando pro tempore, in omnibus subiecta perseverent, decerni gratiose mandavimus, certo nobis super iis executore deputato, prout in dictis litteris plenius continetur: vosque in vim executionis litterarum earundem per executorem praedictum, iuxta ipsarum formam factae, Ecclesiam praefatam assecuti, illam ex tunc tenuistis & possedistis, prout de praesenti tenetis, & possidetis, pacifice, & quiete. Cum autem, sicut exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat, aut litteras praedictas, ex eo quia illis contentum dumtaxat, quod dicti Abbatis, in quibus forte cavendum fuisset, quod etiam dilectorum filiorum Abbatis Cisterciensis Ordinis, & Conventus Monasterii praedictorum ad praemissa accederet assensus; in eis quoque, quod fructus, redditus, & proventus dictae Ecclesiae secundum communem existimationem, viginti non excedebat, licet aliquando viginti quinque florenorum auri valorem annuum ascenderent, prout ascendunt; & quod ipsa Ecclesia nullos, vel paucos habebat, licet viginti, vel circiter Parochianos haberet, prout habet, expressum fuit, subreptitias reputari; vosque propterea super eadem Ecclesia in posterum molestari posse timeatis: Nos volentes promeritis, huiusmodi honestatis intuitu, favoribus prosequi, gratiose vestris in hac parte supplicationibus inclinati, volumus, & ex certa scientia Apostolica vobis auctoritate concedimus, quod litterae praefatae, ac processus habiti per easdem, ab illarum data, & quaecumque inde sequuta, perinde valeant, plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si in eisdem litteris cautum, quoad praemissa, etiam Abbatis, & Conventus praedictorum accederet assensus antedictus: quodque iidem fructus, redditus, & proventus xxv. florenorum valorem huiusmodi, secundum dictam existimationem, ut praemittitur, ascendunt, seu alias non excedunt: & quod eadem Ecclesia xx. vel circa, ut praefertur, Parochianos habet, expressum fuisset: necnon assensus Abbatis, & conventus huiusmodi ad executionem praefatam, si accedere debuerat, solemniter accessisset. Decernentes nihilominus absque Abbatis, & Conventus, praedictorum assensu, ad praemissa assensum huiusmodi plenarie sufficisse; ac irritum, & ina-

& Sanctorum albo adscriptus ab *Hadriano VI.* Pont. Max. anno MDXXIII. die XVI. Kal. Iun. Sciendum est enim, Sanctum *Antonium*, seu *Antoninum*, multam benevolentiam erga illos Canonicos exercuisse, eo quod B. *Ioannes Dominici* o, Ordinis Praedicatorum, ac deinde Cardinalis, quum Praeses esset Coenobii SS. *Barnabae* & *Dominici* Faesulani, quod ipse aedificandum curaverat p, *Antonium* illum

inaae, si secus super his a quoquam quavis au ctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, necnon Statutis, & consuetudinibus Monasterii, & Cistercienfis Ordinis praedictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis, indultis, & indulgentiis, litterisque Apostolicis generali bus, vel specialibus, sub quacumque forma, vel expressione verborum Abbati, Conventui, Monasterio, & Cisterciensi Ordini praefatis forsitan ab Apostolica Sede concessis; de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in vestris litteris mentio specialis; necnon quae in dictis aliis vestris litteris volumus non obstare: ceteris contrariis quibuscumque &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis, concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Florentiae anno Incarnationis Dominicae MCCCCXX. V. Kal. Iulii, Pontificatus nostri anno tertio.

o Huius B. *Ioannis* Vitam habes apud *Silvanum Razzium Tom. I. Vitar. Sanct. Tusciae pag.* 640. De eo plura *Flaminius Cornelius Tom. I. Eccles. Venet. pag.* 117. Consule *Pocciantium*, et *Iul. Nigrum*, de *Scriptor. Flor.* et *S. Antoninum Par. III. Hist.* & *Echardum Bibliotheca Dominic.* et *Seraphin. Razzium*, & *Leandrum Albertium de Vir. Illustr. Ordin. Praedicat.* ut nihil dicam de *Ciacconio*, *Ioanne Palatio &c.*

p De huius Monasterii constructione consule *Eugenium Gamurrinium Vol. V.* ubi de Alliis agit, *pag.* 279. & *Volum. I. pag.* 319. ubi de gente a Diacceto scribit, & *Razzium* laudatum. Sed quae *Gamurrinius Vol. V.* de huius Coenobii origine habet, heic producere iuvat.

Gloria non ordinaria di questa gran famiglia è l' aver fondato il Convento di S. Barnaba de' Domenicani posto nel Monte di Fiesole, dove presentemente si vede con quale esemplarità da quei buoni Padri si osserva la Regola di S. Domenico, e si officia quella Chiesa a gloria di Dio, e del glorioso S. Domenico, e di S. Barnaba Apostolo; e però non mai a bastanza lodato perpetuamente sarà Barnaba figliuolo di Gio. di Filippo degli Agli, che pieno di pietà, di religione, e di zelo, verso il culto divino, e devotissimo della Religione Domenicana, e particolarmente di questa gran Chiesa, e Convento, di S. Maria Novella di Fiorenza, dove hanno sempre fiorito, e fioriscono, soggetti di grido in tutte le professioni; & in riguardo di questo fece un Codicillo al suo Testamento fatto del 1410. alli 10. di Decembre rogato da Ser Francesco di Antonio de' Franceschi Notario pubblico Fiorentino; il quale rogò pure il suddetto Codicillo l' anno 1418. alli 16. di Maggio, nel quale volse, e dispose: Quod quidam Locus, sive Aedificium, pro parte, ut dicitur, initiatum pro Fratribus Observantiae Ordinis B. Dominici Fratrum Predicatorum, positum & situatum in Camerata in Podio Fesularum, Fratrum S. M. Novellae de Florentia Ordinis S. Dominici, cui Loco, & Aedificio causam, ut dicitur, dedit D. Cardinalis Ragugiae, alias olim vocatus Frater Ioannes Dominici, dicti Ordinis Fratrum S. Mariae Novellae de Florentia, deberet constitui modo, & forma, & tempore, infrascripto, dummodo dictum Aedificium, prout ibi est inceptum, cum solo & suis pertinentiis libere, & sine aliqua mercede vel servitute, detur, & tradatur, & concedatur in totum per dictos Fratres, Capitulum, & Conventum S. M. Novellae, & seu per Generalem dicti Ordinis, ita quod sequatur dictus effectus dicto Barnabae Codicillatori antedicto, & seu eius heredibus, vel executoribus supradictis, aut maiori parti ipsorum, ut praedicitur; & quod facerent, & curarent, ita & taliter, & cum effectu, quod d. Locus, & Aedificium cum solo, & omnibus suis pertinentiis, pertineat pleno iure ad dictum Barnabam, & seu eius heredes, perinde ac si dictus Barnabas aedificasset in totum dictum Locum, & ad ipsum ab initio pertinuisset, cum eius solo, & aliis pertinentiis, & eiusdem quibuscumque cohaerentiis. Et in quantum praedicta adimplerentur per praedictos Fratres, Capitulum, & Conventum, & seu per Generalem dicti Ordinis, voluit, & iussit, quod ipsi sui executores tam in Testamento, quam in Codicillis, nominatis, aut maior pars ipsorum supraviventium, infra duos annos proxime futuros a die mortis ipsius Codicillatoris,

lum *Pierottii* F. sacro habitu Praedicatorum induerat; & ipsi *Ioanni* a Sede Apostolica commissum fuerat, ut Constitutiones novae Con-

ris, teneantur, & debeant, dictum Conventum, & seu Aedificium, pro Coovento cum dormentoriis, & coenaculis, & aliis opportunis, compleri facere eo modo, & forma, quibus dictis suis executoribus, & seo maiori parti ipsorum supraviventiuus videbitur expedire. In quo Convento, & seu Loco, & eius Aedificio, sic construendo voluit dictus Barnabas, quod possint commode stare, morari, & permanere, in observantia Regulae S. Dominici, & seu primi Ordinis eiusdem, & in paopertate, tam in universali, quam in particulari, ad minus triginta Fratres continue: Et voluit, disposuit, & mandavit, quod per dictos executores, & seu maiorem partem ipsorum, expend. possit de bonis ipsius Codicillatoris, tam pro fundando, & terrenum necessarium emendo, & ornando, & seu complendo, dictum Aedificiom, & seu Conventum; quam pro Paramentis, & Calicibus. Libris, Lectis, & Vestimentis dictorum Fratrum, & aliis necessitatibus dicti Conventus, & Fratrum dicti Conventus; ita quod possint celebrare, divina Officia continue dicere, & supplicate Deo, & Beato Barnabae, pro anima dicti Codicillatoris, & suorum antecessorum, usque in qoantitatem florenorum auri sex millium, & non ultra; & quos erogari, & expendi voluit eo modo, & forma, & prout ipsis executoribus, aut maiori parti ipsorum, videbitur expedire, sane & certe intelligendo. Et in casu, quo dicti sui executores, & fideicommissarii, essent negligentes, aut praedicta vel aliquid eorum facere, & observare nollent, tunc, & eo casu, fecit, reliquit, & esse voluit, suos executores ad dictum Conventum, & alia circa ipsum Conventum, & Locum, & seu Aedificium, & Fratres, pertinentia, solum, & dumtaxat DD. Consules Artis Calismalae pro tempore existentes, aut maiorem partem ipsorum, cum eadem potestate, & balia, quam dedit dictis executoribus. Quem Conventum intitulari voluit, & vocari, Conventum Sancti Barnabae, & insigniri Armis dicti Codicillatoris prout, & in locis, quibus videbitur dictis executoribus. Gubernatores autem, Administratores, & Defensores, et Praeceptores, et Manutentores dicti Conventus, et Fratrum ibidem pro tempore existentium, reliquit, fecit, et esse voluit, Consules Artis Calimalae de Florentia, qui pro tempore fuerint, aut maiorem partem ipsorum, rogando eos, quantum potuit, quod per se, et alios, quibus commiserint, cum illa solertia, et humanitate, cum qua soliti sunt alia loca protegere, et amplius si esse posset, manuteneant, et conservent, ac defendant, dictum Conventum, et Fratres: et sic animadvertant, et curent, qoomodo melius potuerint, quod ibi regula observantiae teneatur per dictos Fratres, et quod honeste vivant; et quod in casu, quo aliquis ex Fratribus praedictis ullo unquam tempore non se bene, et honeste gereret, et inhoneste viveret, et seu Regulam non servaret in dicto Convento; & Generalis, seu Provincialis, et seu Prior, et Gubernator dictorum Fratrum, Capituli, et Conventus, *S. Mariae Novellae*, non reiiceret, et seu removeret, talem Fratrem sic se male gerentem, et inhoneste viventem, de dicto Conventu; tunc et eo casu attento imposuit, et rogavit, ipsos Consules, quod facerent, et curarent, ita et taliter, quod dictus Frater vel Fratres inhoneste viventes, vel Regulam transgredientes, expellantur, et corrigantur, per eum modum, qoi babilior eis videbitur. Et in hoc casu ded.t, et concessit, omnem baliam, auctoritatem, et mandatum, dictis Consulibus, aut maiori parti ipsorum, qui pro tempore fuerint, et seu qoibus commiserint, ipsum, seu ipsos Fratres, qui sic se male gererent, et seu gereret; et inhoneste viverent, seu viveret; in dicto Conventu, et seu Regulam transgrederetur, expellendi de dicto Conventu, et alium, seu alios Fratres, mittendi in dicto Conventu, prout dictis Consulibus, et seu maiori parti ipsorum, videbitur expedire; et prout dicti Consules poterunt vigore dictae potestatis, et seu alterius, qoam habere curent, si opus erit. Voluit tamen dictus Codicillator omne ius patronatos vel quasi, et seu quodcumque aliud ios de iore resultans ex dictis aedificiis construendis, et seu ex constructione dictae Ecclesiae vel Conventus, remanere, et esse apud dictos filios suos, et heredes, et eorum descendentes legitimos et naturales masculos, prout haec et alia in Instrumeoto dictorum Codicillorum, et ultimae voluntatis, publice scriptum manu mei Notarii infrascripti plenius, et latius contioetur.

Doppo sei mesi morì il suddetto Barnaba lasciando doppo di se Filippo, Iacopo, e Domenico, suoi figliuoli legittimi.

E così i Padri di S. Maria Novella congregati in pubblico Capitolo accettarono la sopraddetta donazione con le condizioni proposte dal suddetto Barnaba, volendo eseguire in tutto la sua volontà. Ridondò ciò in grandissima utilità, & onore di detti Religiosi, Capitolo, e Convento, e perciò i suddetti de-

Congregationis Canonicorum recenseret & adprobaret; & Beatus *Stephanus Agazarius* Senensis, illius Congregationis auctor, quum ve-

derunt, donaverunt, & concesserunt, Philippo filio quondam dicti Barnabae Testatoris, et Codicillatoris praedicti, et etiam cuilibet ipsorum Philippi, Iacobi, et Dominici, heredum pro tertia parte ex Testamento praedicti q. Barnabae, Testatoris praedicti, et rorum et cuiuslibet eorum heredibus recipientibus, et stipulantibus, totum dictum Locum sive Aedificium pro parte initiatum pro Conventu Fratrum Observantiae Ordinis B. Dominici Fratrum Praedicatorum positum, et situatum in Camerata in Podio Fesularum dictorum Fratrum, Capituli, et Conventus S. Mariae Novellae praedictae: cui Loco, et Aedificio causam, ut dicitur, dedit D. Cardinalis Ragugiae, alias olim vocatus frater Ioannes Dominici dicti Ordinis fratrum S. Mariae Novellae de Florentia, cum solo, et omnibus suis pertinentiis, et coherentiis. Et voluerunt quod vigore praesentis donationis & contractus, dictos Philippum, Iacobum, & Dominicum, filios, & heredes dicti q. Barnabae, consequantur hunc effectum, videlicet. Quod dictus Locus, & Aedificium pro Conventu cum solo, & omnibus suis pertinentiis, pertineat pleno iure ad dictos heredes dicti q. Barnabae perinde, ac si dictus Barnabas, vel eius heredes, aedificassent in totum dictum Locum; & ac si dictum Aedificium factum fuisset super solo dicti Barnabae, & eius heredum, & ac si ad ipsum Barnabam, & eius heredes, pertinuisset, cum eius solo, & aliis pertinentiis, & eiusdem quibuscumque coherentiis. Quod quidem Aedificium, & bona praedicta donata, & quodlibet eorum, & quae ad ipsa pertinent, pro dictis filiis, & heredibus dicti Barnabae Testatoris, & Codicillatoris praedicti, constituerunt, se tenere, & possidere, donec ipsi filii, & heredes dicti q. Barnabae possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi, & retinendi deinceps ipsorum propria auctoritate, & absque licentia, vel decreto alicuius Iudicis, vel Curiae, licentiam omnimodam contulerunt, atque dederunt. Et insuper dicti Fratres dicto consensu, & quilibet eorum ex causis, & rationibus suprascriptis, dederunt, cesserunt, & concesserunt, transtulerunt, & mandaverunt dicto Philippo ibidem praesenti, & ut supra recipienti, & stipulanti, omnia, & singula iura, nomina, & actiones reales & personales, utiles & directas, tacitas & expressas, praetorias, civiles, anomalas, & conventionales, & alias quascumque dictis Fratribus, Capitulo, & Conventui, & cuilibet, & seu alicui ipsorum, quomodolibet pertinentes, vel spe-

spectantes in dicto Aedificio, & bonis, contra quoscumque auctores, & defensores, & auctorum auctores, & defensores dicti Aedificii, & bonorum. Et fecerunt, & constituerunt dictos, Philippum, Iacobum, & Dominicum, heredes praedictos, & quemlibet eorum procuratores, & dominos, ut in rem suam, & posuerunt eos, & quemlibet eorum, in locum, & ius ipsorum, & cuiuslibet eorum, ita quod amodo dicti Philippus, Iacobus, & Dominicus, heredes praedicti, & quilibet eorum, deinceps possint, & valeant eorum propriis nominibus dictum Aedificium, & bona suprascripta de iure, & de facto, defendere, & petere, & omnia & singula alia facere, quae facere, & petere poterant dicti Capitulum, & Conventus, & quilibet, seu aliquis ipsorum, ante praesentem donationem, & concessionem, & iurium cessionem, & contractum. Et promiserunt dicti Fratres, Prior, Capitulum, & Conventus, & quilibet eorum, dicto consensu, dicto Philippo ibidem praesenti, & ut supra recipienti & stipulanti, dictum Aedificium, & bona, & iura supradonata de iure, & de facto in iudicio, & extra; & ab omni persona, Loco, Communi, Collegio, & Universitate, defendere, authorizare, & disbrigare, & modis omnibus expedire, omnibus & singulis dictorum Fratrum, Prioris, Capituli, & Conventus, & totius Ordinis sumptibus, et expensis litis, & extra. Et omnem litem tam motam, quam movendam, in, & seu super dicto Aedificio, & bonis, in se recipere, & suscipere, & in totum removere a dictis filiis, & heredibus dicti Barnabae, omnium, & singulorum dictorum Fratrum, Capituli, & Conventus propriis sumptibus, & expensis litis, & extra, infra quatuor dies proximos futuros, postquam dicta talis causa, quaestio, seu briga denunciata, seu notificata fuerit dictis Fratribus, Capitulo, & Conventui apud dictum Capitulum, & Conventum S. Mariae Novellae per publicum instrumentum, & seu per publicum nuncium Communis Florentiae, vel alium quemcumque modum. Ita quod denunciatio sic, vel apud dictum locum, facta sufficiat. Cum pacto, quod facta dicta notificatione dicti filii, & heredes dicti q. Barnabae non teneantur ire ad litem, causam, & quaestionem praedictam, neque in iudicio interesse. Et in casu evictionis dictorum bonorum, promiserunt, & solemni stipulatione convenerunt, dicto Philippo ibidem praesenti, & ut supra recipienti, & stipulanti, dare, solvere, & pagare, reddere, & restituere dictis filiis, et heredibus, dicti q. Bar-

na-

vestem Eremitarum Augustinianorum veste Canonicorum S. Salvatoris mutare deberet, novum habitum in Coenobio Faesulano San-

nabae, & habentibus, & seu habituris ius, vel causam ab eis infra octo dies tunc proxime futuros duplum valoris, & aestimationis supradicti Aedificii, & bonorum, & omnium, & quarumcumque expansarum, tam utilium, quam necessariarum factarum, & ultra omnis, & cuiuscumque melioramenti dictorum bonorum, & omnes, & singulas expensas & interesse. Cum pacto, quod dictis filiis, & heredibus dicti q. Barnabae non possit dici, obiici, vel opponi, quod dicta lis non fuerit notificata, seu quod dicti filii, & heredes, iudicio non astiterint, seu quod per imperitiam, vel nequitiam, Iudicis dictum suprascriptum Aedificium, & bona, suprascripta fuerint evicta, vel quomodolibet avocata. Quae omnia, & singula, suprascripta promiserunt, & solemni stipulatione convenerunt dicti Fratres, Prior, Capitulum, & Conventus S. Mariae Novellae praedictae, & quilibet eorum, in solidum, dictis modis, & nominibus, & consensu, dicto Philippo ibidem praesenti, & ut supra recipienti, & stipulanti, se perpetuo firma, & rata habere, tenere, attendere, & observare, & contra non facere, vel venire, de iure, vel de facto, in iudicio, vel extra, sub poena, & ad poenam dupli eius, unde pro tempore ageretur, & cum refectione damnorum, expensarum, & interesse litis, & extra. Quae poena toties committi, & pati, & exigi possit, & valeat cum effectu, quoties in aliquo contra factum fuerit, sive ventum, vel effectualiter non servatum; & poena praedicta commissa vel non, soluta & exacta vel non, nihilominus praedicta omnia, & singula suprascripta, firma, & rata maneant, & perdurent. Pro quibus omnibus & singulis observandis, adimplendis, & firmis, & ratis habendis, & tenendis, & pro dicta poena solvenda, si commissa fuerit, & toties quoties, obligaverunt dicti Fratres, Prior, Capitulum, & Conventus, & quilibet eorum in solidum dicto consensu, dicto Philippo ibidem praesenti, & ut supra recipienti, & stipulanti, seipsos, & quemlibet eorum, & dictum Capitulum, & Conventum, & ipsorum successores, & bona omnia praesentia, & futura, quae bona constituerunt precario possidere pro observatione omnium praedictorum, renunciantes in praedictis omnibus, & singulis, & eorum quolibet dicti Fratres, Prior, Capitulum, & Conventus, & quilibet eorum in solidum dictis modis, & nominibus, exceptioni non factae dictae donationis, concessionis, & iurium cessionis, promissionis, & obligationis, & ei non sic praestiti dicti consensus, et non sic celebrati contractus, doli mali, condictioni indebiti, sine causa, et ex iniusta causa, privilegio fori, et omni alio Legum, Iuris, et Constitutionum auxilio, et iuri dicendi generalem renunciationem non sufficere. Quibus quidem Fratribus, Priori, Capitulo, et Conventui, et cuilibet eorum praesentibus, et praedicta omnia supradictis modis, et nominibus, et consensu sic volentibus, confitentibus, et iurantibus praecepi

Ego Franciscus Iudex Ordinarius, et Notarius publicus infrascriptus per quarantigiam nomine iuramenti, prout mihi licuit, et licet, ex forma, et secundum formam Statutorum, et Ordinamentorum Communis Florentiae de quarantigia loquentium, quatenus praedicta omnia, et singula suprascripta super ipsos, et quemlibet, eorum supradictis modis, et nominibus, et consensu, promissa faciant, et observent in omnibus, et per omnia, ut promiserunt, et superius continetur, et scriptum est. Rogantes me Franciscum Notarium infrascriptum, quod de praedictis omnibus publicum conficerem instrumentum &c.

Tutte le sopraddette donazioni, condizioni, promissioni, furono tutte approvate dal Reverendo Padre, e Maestro di Sacra Teologia, Fra Leonardo di Stagio Dati, Generale dell' Ordine de' Predicatori, che comincia:

Cunctis pateat evidenter, quod Reverendus Pater, et Sacrae Theologiae Magister, Frater Leonardus Stagii Dati Generalis Ordinis Praedicatorum, audita et intellecta suprascripta donatione, promissione, et obligatione, et iurium cessione, facta per suos Fratres, Capitulum, et Conventum S. Mariae Novellae praedictae, dicto Philippo olim Barnabae Ioannis olim de Aleis, et hodie de Filippeschis, praedictis nominibus, et modis, in dicto instrumento donationis contentis, recipienti, et stipulanti de dicto Loco, sive Aedificio pro parte initiato, pro Conventu Fratrum Observantiae Ordinis B. Dominici Fratrum Praedicatorum, posito, et situato in Camerata, in Podio Faesularum, cum solo, et omnibus suis pertinentiis, et coherentiis, de quo, et seu quibus, in dicto instrumento donationis, et iurium cessionis, sit mentio, et omnibus et singulis in dicto instrumento donationis, et iurium cessionis, contentis, et de ipsis omnibus, et singulis, asserens se habere plenam, et claram scientiam, habito colloquio, tractatu, et deliberatione matura, de libertate, et ex certa scientia, et omni modo, via, et iure, quibus melius, potuit suprascriptam donationem, et instrumentum do-

Sancti *Dominici*, coram B. *Ioanne Dominici*, & Sancto *Antonio*, induere voluit [a]. Nam a Fratribus Coenobii Ilicetani, seu Silvae de Lacu, in agro Senensi, originem haec Congregatio habuit, & B. *Stephanus* fuit ille, qui statim ad obtentum Monasterium Sancti *Donati* ad Scopetum se cum sociis contulit, & tyrocinium suorum Fratrum ibi posuit; illudque diu rexit; donec, scilicet, *Franciscus Ghisilerius* Canonicus S. Salvatoris Bononiensis vixit. Quod vero amplum hic & magnificum Coenobium Canonici illi construxerint, ex eo argui potest, quod ei aedificando quinquaginta millia scutatorum diversis temporibus impenderint, ut *Scipio Ammiratus* tradit. Ab hoc loco Congregatio haec *Scopetinorum* dicta fuit, quum celebre Monasterium exstiterit [b]. In hoc enim Monasterio Beatus *Stephanus* non tantum Etruscos iuvenes recipiebat, sed etiam eos, quos Bononiae, post coniunctionem utriusque Congregationis, sui Ordinis insignibus amiciverat. In eo insuper mirabile quoddam patraverat, quod in *Fastis Senensibus* [c] ita narratur: *Vt autem qualem Capitis integritas sanctimoniae vim in religiosos artus diffunderet, ex uno intelligas, amoenissimum obedientiae prodigium accipe. Sancti Donati Asceterium ad Florentiam incolens tyro in sarmentum plane aridum, & exsuccum, forte pedem impingens, ab obvio tyrocinii Praeside iussus est, tale vitis cadaver defossae telluri committere, & eo usque colere, dum revivisceret. Obsequenti illico iuveni, sterilemque taleam inhumanti, obsecuta est & natura, egregiae culturae respondens, dum surculum animavit in vitem, quae brevi flagellis luxurians, & sublimius geniculato cursu scandens, longe lateque uvis onusta, ad proximum usque seculum vixit. Et viresceret adhuc, nisi bellorum tempestas ipsis Coenobii ruinis vitem illam, aut verius obedientiae palmam, involvisset. Ea certe; si, alia ulla, vitis ligno quolibet aeternior esse meruit: nec facilitate respondendi curae mortalium, ut ceterae, sed ipsa naturam subigente sanctioris culturae difficultate, reliquis stirpibus iure praeponi.* Quum autem B. *Stephanus* sua mora Civitatem nostram illustraverit, quaedam heic de eius vita delibare tempestivum mihi opportunum-

donationis, promissionis, et obligationis, et iurium cessionis, et omnia et singula suprascripta, et in dicto instrumento donationis, et iurium cessionis, contenta confirmavit, et approbavit, et firma, et rata habuit, et mandavit, et pro se, et suis successoribus promisit, et solemni stipulatione convenit dictus D. Generalis dicto Philippo ibidem praesenti etc. *E dette scritture si conservano appresso il Capitano Cosimo della Rena, come parente di questa presente famiglia con molte altre scrittare, e cognizioni della suddetta.*

a *Domin. Maccaranius Vita S. Antonii Archiepisc. Flor. Lib. I. Cap. I. & VI.*

b *S. Antonius Summa Historiali Par. II. Tit. XVI. Cap. XXIII.* §. 2. Sed vide *Trombellium* in *Monument. Canon. S. Mariae de Rheno, & S. Salvatoris Cap. IX.*

c *Pag.* 263. Sed de eo latius et distinctius agit *Io. Chrysostomus Trombellius opere, & Capite laudato IX.*

a Bea-

numque videtur [a]. Hic igitur Senis nobili gente *Agazaria* anno MCCCLIV. ortus, quum annum quartumdecimum circiter ageret, ad Ilicetum, locum MMM. P. Senis distantem, ubi celeberrimum Eremitarum Augustinianorum Asceterium est, secessit, & ibi sacrum habitum sumsit, & vitam monachicam professus est. Morum sanctitate magnam aestimationem sibi conciliavit; quare quum *Gregorius XII.* Pont. Max. anno circiter MCCCCIIX. Ilicetto transisset, eum commendavit, eiusque vitae rationem maxime probavit. Lucam profectus Pontifex, Canonicos quosdam Fratres instituere cogitans, ad se *Stephanum* illo evocavit; quo hic statim contendit συμμύστην suum *Dominicum Vguccionis* ducens. Cum autem Pontificis voluntatem intellexisset, Ilicetum reversus est, & collegas suos ad novum institutum amplectendum omnes induxit, praeter unum conversum; quapropter suum Procuratorem ad hanc rem exsequendam *Stephanum* constituere; qui Lucam cum socio rediens anno MCCCCVIII. mense Aprili novum institutum, nomine Canonicorum SS. Salvatoris decoratum, acceperunt; eosque Pontifex misit ad *Antonium Corrarium* Cardinalem, R. E. Quaestorem, electum Bononiae Episcopum; *Gabrielem Condolmerium* Thesaurarium Cardinalem, Episcopum Senarum pariter electum; & *Ioannem* electum Ragusii Archiepiscopum, ut ab eis vivendi canones, & constitutiones, acciperent. His igitur peractis, cum socio suo Faesulas se contulit, & in Ecclesia & Coenobio Beati *Dominici* novum Canonicorum habitum simul induerunt [b]. Sed Ilicetum reversi, & nova veste alios amicientes, huiusmodi eorum proposito Civitatem Senensem obsistentem, & contrariam, habuerunt; quare *Gregorius* Pontifex, quum Arimini versaretur, Bullam dedit, qua Canonicis Ilicetanis permittebat ad vetus & pristinum institutum reverti; quod, maiorem partem, fecerunt. Sed *Stephanus* in proposito persistens cum aliis quibusdam paucis, ad Pontificem iam errabundum, & dignitate prope deiectum, confugit, tandemque in *Guidonem Antonium a Monteferetro*, Vrbini Comitem, & Iguvii Dominum, incidit, cuius amicitiam & benevolentiam promeritus, Monasterium prope Iguvium anno MCCCCXIV. ab eo obtinuit, quod Sancti *Ambrosii* nomine censebatur [c]. Heic *Stephanus* cum sociis sub-

[a] Beati *Stephani* Vitam scripsere *Silvanus Razzius Tom. I. Vitar. Sanctor. Tusciae*, pag. 636. *Fasti Senenses pag.* 264. *Isidorus Vgurgerius Pomp. Senens. Par. I. Tit. X. pag.* 247. *Io. Chrysostomus Trombellius opere citato Cap. VII. VIII. & IX. &c. Eliothus Histor. Relig. Tom. II. pag.* 397. *Ambros. Landuccius Sacra Silva Ilicetana pag.* 49. 110. *&c.*

[b] Nova Canonicorum Congregatio, et novus habitus, inducta sunt in Monasterium Ilicetanum per Bullam *Gregorii XII.* datam Lucae anno MCCCCVIII. quae exstat in *Bullario* horum Canonicorum *pag.* 68.

[c] Id concessit, et confirmavit, *Gregorius*

ſubſiſteus, vitam auſteriori diſciplina exercebat; quumque eius fama late diffunderetur, *Franciſcus Ghiſilerius*, unicus ex Canonicis Sanctae *Mariae* de Rheno, & Sancti *Salvatoris* Bononiae, qui ſupereſſet, ſuam Congregationem reſtituturus, *Stephanum* ad ſe invitavit, quo ſibi opem ferret. Quum autem inter ſe conveniſſent, & B. *Nicolaus Albergatius* Archiepiſcopus Bononienſis, *Martini V.* Pont. Max. conſenſu, conſilium eorum roboraſſet, *Stephanus* Germaniam cógitans, Ordinis ſui confirmationem anno MCCCCXIX. [a] ab eodem Pontifice obtinuit, & anno MCCCCXX. Eccleſiam & Monaſterium Sancti *Donati* ad Scopetum impetravit, ut diximus. Quum autem ad hoc Monaſterium multi confluerent, ut ſub eius diſciplina vitam piam ſanctamque ducerent, ſupremus Ordinis Praeſes ipſe a ſuis electus eſt, in qua dignitate quindecim annis perſtitit, donec anno MCCCCXXXIII. inter diem V. & IV. Kal. Octobris, vita defunctus, ſideribus receptus eſt; & anno MCCCCXLII. *Beati* titulo donatus fuit. Talis ac tantus erat, qui Canonicos Sancti Salvatoris in Monaſterium & Eccleſiam Sancti *Donati* ad Scopetum primum introduxit. Hcic autem commorantes, numero aucti, ſubficientes reditus non habebant, quibus vitam tolerarent. Hinc *Eugenius IV.* Pont. Max. quum Florentiae eſſet, Eccleſiam Sancti *Andreae* Muſſiani, vulgo *Moſciano*, Eccleſiae, & Monaſterio S. *Donati* ad Scopetum adnexuit, atque copulavit. Eccleſia Sancti *Andreae* Muſſiani, ſaeculo XI. a Praepoſito regebatur, qui cum ſuis Fratribus canonice viventibus in ea permanebat, ut *Nicolaus II.* in ſua Bulla anno MLIX. ad *Ioannem* Praepoſitum data luculente indicat [b]. Indicantur in ea etiam Patroni, hoc eſt, *Ioannes*, cognomen-

rius XII. ſua Bulla data hoc anno Arimini, quae exſtat in laudato *Bullario pag.* 76.

a Conſule Bullam *Martini V.* in laudato Bullario, et Decretum B. *Nicolai* Archiepiſcopi, *pag.* 82. 88.

b Bullam profero.

Papa Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto in Domino filio Iohanni Presbytero, Ecclesiae S. Andreae Mussiani sitae digno Praeposito, suisque Confratribus canonice viventibus, eorumque successoribus ibidem canonice manentibus in perpetuum. Quoniam Omnipotentis dignatio suo gratuito munere ad hoc nostrum humilitatem dignata est provehere, quatenus per nos ubique terrarum diffusae Ecclesiae lumen administret indeficiens, rationabile omnino ducimus specialis regiminis nostrae curae commissae Florentinae Ecclesiae congruentem provisionem impendere iugiter; sic namque Doctoris gentium imitari valebimus salubre documentum pro viribus nostris, qui bonum impertiri omnibus iubet opus, et domesticis fidei maxime, cum pro nostris viribus divino cultui locis dicatis digna providerimus obsequia, ut indefessa laudatio in eis celebretur per omnia saecula. Sed quia lapidei parietes non ad hoc sunt constructi, ut Deo possint promere laudes, congruum profecto videtur ad divini operis perfectionem, Clericorum circa venerabilia loca ordinare sedulam frequentationem, qui quidem nisi terrenis temporaliter sustententur stipendiis, idonei vix possunt existere cultibus divinis; cum ipse conditor mundi secundum humanam naturam sibi naturam dignatus sit perferre sitim, & esuriem. Ad gloriam itaque illius, per quem sumus, & vivimus, & cuius misericordia gubernamur, assistentium Fratrum magna quoque hortatu, nec non Presbyteri Io-

mento *Corbacio*, filius *Rustici*; & *Vgo*, filius *Vberti*; & *Sichelmus*, cognomento *Morellus*, filius *Anselmi*; & *Rolandinus* & *Anselmus* germani, filii *Hildebrandi*, qui *Leonis* filius fuit; & *Signorellus* ac *Bonomus* germani, filii *Rodulphi*, filii eiusdem *Hildebrandi*; & Ecclesiae

Iohannis Ecclesiae S. Andreae Mosciani sitae Ven. Praepositi dignissimo rogatu, proprioque consilio roborati, praesentibus scilicet nostrae Curiae fidelibus, eiusdemque Ecclesiae Patronis, Iohanne videlicet qui dicitur Corbacione filio Rustici, & Vgone filio Vberti, & Sichelmo qui dicitur Morellus filio Anselmi, & Rolandino, & Anselmo germanis filiis Ildebrandi filii Leonis, & Signorello & Bonomo germanis filiis Rudolfi filii eiusdem Ildebrandi, obnixe nostram Devotionem pro peccatis suis exorantibus; denique pro eiusdem Ecclesiae maximo in futuro regimine, & etiam totius populi salute, quatenus praedictorum suorum, & omnium suarum proprietatum, decimationem ipsi Ecclesiae privilegii praeceptione concessimus, quod solemniter praesens potuimus; & ut in futurum inviolabiliter, & aeternaliter observetur, investituram Apostolicam obtulimus. Suscipe igitur, Domine Sancte Pater Omnipotens aeterne Deus, una cum Filio tuo & Spiritu Sancto, nec non & cum B. Andrea Apostolo tuo, iamdudum devotiss. Papae Nicolai voluntarium munus, ipsiusque Ecclesiae rerum per me amodo & usque in sempiternum singulare & integrum sine aliqua controversia aggredere dominium, quatenus in Aula tuo nomini dedicata religiosus Clerus tibi Deo omnipotenti laudum robur cantica. Nunc itaque Apostolico privilegio concedimus, firmamus, stabilimus, & inconcusso fundamento perenniter sancimus, in iam dicta Ecclesia, & Canonica, Beatissimi Andreae Apostoli integre omnes decimationes supradictorum hominum, Iohannis videlicet filii Rustici, qui dicitur Corbaccione, & Vgonis filii Vberti, & Morelli filii Anselmi, & Rolandini, & Anselmi germanorum filiorum Ildebrandi filii Leonis, & Signorelli & Bonomi filiorum Rudolfi filii item Ildebrandi, scilicet, omnium illarum proprietatum, quas praedicti homines possident, vel alii per eos, vel in antea acquisierint, infra totum territorium Plebis S. Iuliani sitae Septimi, & Plebis S. Martini sitae Brozzi, & Plebis S. Vincentii sitae Pesae, & in tota Valle de Greve, & Villanova, & in tota Capella S. Pauli, & in Casignano, exceptis mansis de Cacillatico, quorum decimas in Florentina Canonica persolvere debent. Praeterea hac eadem privilegii praeceptione omnes decimas illarum proprietatum, quae olim fuerunt Benzi filii Petronis de Radda, quae sunt positae in loco Godosole, & in Villanova, & in S. Paulo, & in Casignano, & per alia loca, & vocabula, in tota iam dictae Ecclesiae Parochia, eidem Ecclesiae firmiter concedimus; & insuper omnes decimas novalium de silvis supradictorum hominum, quaecumque laborantur, vel laborabuntur; & omnium aliarum silvarum, quae laborantur, vel laborabuntur, infra totum ipsius Ecclesiae territorium. Similiter in eadem Canonica concedimus simili modo omnes primitias populi praedictae Ecclesiae, & integras spontaneas oblationes vivorum & defunctorum, & integra testamenta, & liberam sepulturam totius sui populi, & maxime Patronorum; & omnium, qui infra Dioec. iam dictae Ecclesiae habitant, vel habitabunt, eidem Ecclesiae perpetualiter, & sine fine, largimur. Rursus praedia omnia a quibuscumque fidelibus quocumque modo iuste acquisita vel acquirenda; electionem, & confirmationem proprii Pastoris, & totam ordinationem ipsius domus, & Clericorum repraesentationem ante proprium Episcopum, & ad ordinandum Canonicos eiusdem Ecclesiae liberam facultatem, perpetualiter concedimus & stabilimus. Haec omnia concedimus Clericis in ipsa Aula canonice manentibus, quia olimdum simpliciter Episcopatus praelationem exerceremus, Sacerdoti Ioanni iam dicto Praeposito & suis Confratribus eorumque successoribus stabilivimus, & tenerissimus. Absolvimus praeterea, liberumque eumdem Ven. locum Apostolica sanctione persistere iubemus, nec liceat alicui magnae parvaeque personae, Clerico vel laico, ibidem canonice commorantes Clericos dehonestare, & placitando infestare, vel debitum tributi, vel alicuius subiectionis ab eis exigere, seu aliqua occasione sive a nobis aut ab aliis res concessas, sive concedendas, invadere, subtrahere, diminuere; sitque pred. Ven. locus sub omnipotentis Dei nostraque, & nostrorum successorum tuitione, nulliusque subiiciatur dominio, nisi Florentini Episcopi, ipseque Episcopus benigne, & honeste tractando, omni superflua exceptione remota ad servanda proposita eos semper hortetur. Si quis ergo, quod non credimus, sacrilega mente quae in conspectu Episcopi Humberti Cardinalis Silvae Candidae atque Ildebrandi S. R. Ecclesiae Archidiaconi, nec non Episcoporum Perusini, & Rosellani, & Rozonis S. Flor. Ecclesiae Archipresbyteri, iuste stabilivimus, conatus fuerit infringere, decem auri libras praefatae Basilicae cogatur persolvere, medietatem Flor. Episc. & medietatem Clericis in eodem Ecclesia consistentibus: descendantque super eum omnes illae maledictiones, nisi admonitus satisfecerit, quas in Deuteronomio descripsit Moyses; atque interficiat eum Deus spiritu oris

fiae reditus augentur. Aſt ſaeculo XII. non amplius Praepoſitus, ſed Prior, eam moderabatur, & Canonici quidam, Regulam B. *Auguſtini* profitentes, habebant, ut ſignificat *Alexander III.* Bulla *a* an-

oris ſui, ſicut Dathan, & Abiron, quos vivos deglutivit terra; & inſuper, ſi Clericus fuerit, ſui Ordinis officio privetur. Praeterea ut haec pagina plenam fidem praeſentibus, seu etiam poſteris, aſtruat, propriae Apoſtolicae manus ſubſcriptione munivimus.

Ego Nicolaus ſervus ſervorum Dei huius privilegii paginae teſtis.

Ego Ildebrandus S. R. E. Archidiaconus.

Ego Gerardus S. Roſſellanae Eccleſiae Epiſcopus interfui.

Ego Rozo S. Florentinae Eccleſiae Archipresbyter.

Loco ✠ *Sigilli. Data ibidem XV. Kal. Feb. per manus Humberti Epiſcopi S. Eccleſiae Silvae Candidae Cardinalis, Apoſtolicae Sedis Bibliothecarii, An. Domini MLVIIII. Pontificatus autem Domini Papae Nicolai II. primo Ind. XII. quo videlicet die in praefata Eccleſia ab Epiſcopo Humberto iuſſu eiuſdem Domini PP. duo Altaria, unum in honorem B. Mariae ſemper Virginis, & Sanctarum Virginum Priſcae & Margaritae; alterum in honorem S. Blaſii, & SS. Fabiani, & Sebaſtiani, ſunt conſecrata.*

Quum haec Bulla data ſit eo die, quo *Humbertus* Cardinalis duo Altaria in Eccleſia S. *Andreae* Muſſiani conſecravit; & Bulla in conſpectu eiuſdem Cardinalis edita fuerit, & inſuper *Ibidem* data dicatur, ſi recte *Gamaccinus* legit: oportet ut Pontifex Maximus ea die, XV. ſcilicet KL. Februarii ad hanc Sancti *Andreae* Eccleſiam ſe contulerit: adeoque die XVIII. Ianuarii *Nicolaus II.* in Canonica Sancti *Andreae* Muſſiani manſerit.

a Bullam exhibeo.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis, Angelo Priori Eccleſiae S. Andreae de Muſciano, eiuſque Fratribus tam praeſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti, & utilitati, auxiliante Domino, ſalubriter providere. Dignum namque, & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & eas B. Petri, & Sedis Apoſtolicae patrocinio muniamus. Quapropter, dilecte in Domino fili Angele, praefatae Eccleſiae Prior, tuis rationabilibus poſtulationibus annuentes, Eccleſiam S. Andreae de Muſciano, cui, Deo auctore, praeeſſe dignoſceris, ſub B. Petri tutela, & Apoſtolicae Sedis protectione, ſuſcipimus, & noſtri ſcripti pagina roboramus. Statuimus ergo, ut quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona, praefata Eccleſia in praeſentiarum iuſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, praeſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis. Praedium, in quo Eccleſia veſtra fundata eſt, cum pertinentiis ſuis, & quicquid habetis in Poio & Campo Silvano, & in Campo de Navilo; & quicquid habetis in Maſia de Marinaia, & in Pulanuola Sivi, vos, & filii Benictoli, & omnia eorum; & quicquid habetis in Valle Oſcurea, & in Coſta de Muſinali, & in Fontanella, & in Diffranico, & in Rio Paſcoli, & in Caſtagnito, & in Villanova, & in qua . . . . . . & in S. Paulo, & in Piſciaa, & quicquid habetis in Valleſe, & in tota Villa de Tornioni, & in Lama de Canaito; & quicquid habetis in locis illis, qui vocantur Godefoli, & in Colle Matilli, & in Poia de Novole; & quicquid a vobis detineat Caleffi, & homines de Cartarelli cum conſortibus ſuis, & quicquid a vobis detinent homines illi, qui vocantur generatim de Lebiano, & quicquid habetis in Plano de Septimo. Nominative quicquid iuſte, & rationabiliter, poſſidetis in Eccleſia S. Petri de Soliciano, & in pertinentiis ſuis, & vineam, quam ibi habetis, & quicquid habetis in Liſceto, & in Caſelle, & in Roſpaldi, & ad Stratam, & in Murcia, & in Carcarelli; & quaecumque alia in praefatis, ſeu in aliis locis, rationabiliter poſſidetis. Ad haec decimationes proprietatum Patronorum veſtrorum, quas poſſideat, vel alii per eos, vel in antea acquiſierint, infra totum territorium Plebis S. Iuliani ſitae Septimi, & Plebis S. Martini ſitae Brazi, & Plebis S. Vincentii ſitae Peſae, & in tota Valle de Greve, & in Villanova, & in tota Cappella S. Pauli, & in Caſignano, exceptis Maſiis de Cacillatico, quarum Decimas in Florentina Canonica perſolvere debent. Omnes etiam decimas illarum proprietatum, quae olim fuerunt Beatii filii Petronis de Radda, quae ſunt poſitae in loco Godoſole, & in Villanova, & in S. Paulo, & in Caſignano, & per alia loca, & vocabula, in tota iam dictae Eccleſiae Parochia; & inſuper omnes decimas novalium de ſilvis ſuperſcriptorum Patronorum, ubicumque laborantur, vel laborabantur, & o-

anno MCLXX. in favorem huius Ecclesiae & Monasterii concessa, qua bona eius omnia confirmantur, & inter alia ius, quod habent in Ecclesia Sancti *Petri* Soliciani; utque diserte dicit *Euge-*

& omnium aliarum silvarum, quaecumque laborantur, vel laborabuntur, infra totum ipsius Ecclesiae territorium, sicut a quadraginta annis retro inconcusse habuistis, vobis auctoritate Apostolica confirmamus. Simili modo omnes primitias Populi praefatae Ecclesiae, & testamenta, quae vobis a Dei fidelibus rationabiliter conferuntur, vobis nihilominus duximus confirmanda; sepulturam quoque Patronorum vestrorum, & aliorum, qui apud vos sepeliri deliberaverint, liberam esse concedimus, & eorum devotioni, & extremae voluntati, nisi excommunicati sint, vel interdicti, nullus obsistat, salva iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia, praeponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris, secundum Deum, & B. Augustini Regulam, praeviderint eligendum. Ordinationem quoque, & dispositionem ipsius Ecclesiae vestrae, & repraesentationem Clericorum vestrorum ab Episcopo Florentino ordinandorum, quamdiu in eadem Ecclesia Ordo Canonicus observabitur, vobis per praesentis scripti paginam confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli hominum fas sit, praefatum locum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Florentini Episcopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, honoris, potestatisque suae dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, a Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Loco ✠ Sigilli.

Ego Alexander Catholicae Ecclesiae Episc.

Ego Bernardus Portuensis, & S. Ruffinae Episcopus.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Ierusalem.

Ego Ioannes Presb. Cardinalis SS. Ioannis & Pauli.

Ego Ildebrandus Basilicae XII. Apostolorum Presb. Card.

Ego Ioannes Presb. Card. tit. S. Anastasii.

Ego Guilielmus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

Ego Boso Presb. Card. tit. S. Pudentianae tit. Pastoris.

Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Damaso.

Ego Hyacinthus Diaconus Card. S. Mariae in Cosmedyn.

Ego Cincyus Diaconus Card. S. Adriani.

Ego Hugo Diaconus Card. S. Eustachii iuxta Templum Agrippae.

Ego Vitellianus SS. Georgii, & Bacchi Diac. Card.

Datum Verulis per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi, & Notarii, Ind III. Incarnationis Dominicae Anno MCLXX. Pontificatus vero Domini Alexandri PP. III. Anno XI.

In hisce duabus Bullis Pontificiis, quae ab *Eugenio Gamurrinio Vol. V. pag. 4. & 6.* ubi de gente *Nerlia* agit, proferuntur, observandum est, *Ioannem* illum cognomento *Corbacionem*, aliosque, in Bulla *Nicolai II.* nominatos, *Nerliorum* maiores, & progenitores, credi ab *Gamurrinio* laudato, quamquam ad gentem *Trinciavelliam* spectare, alii putant. *Trinciavellii* enim ius patronatus huius Ecclesiae habuerunt, cum antiquitus, tum vel ipso saeculo XV. ut patet ex B. *Antonini* Archiepiscopi Decreto, quod anno MCCCCXLV. editum fuit. Nisi & *Trinciavellia* familia gentis *Nerliae* esset. Hi igitur Patroni Ecclesiae S. *Andreae* Mussiani erant, quia ab aliis ius illud acquisierant. Plebs Sancti *Vincentii* sita Pesae, Plebs est S. *Vincentii* ad Turrim, cuius frequens mentio superius *pag.* 245. 535. 801. 826. 1206. occurrit. Cappella, hoc est, Paroecia Sancti *Pauli*, in Mussiano pariter est, & vulgo *Sanctus Paullus ad Mussianum* audit, in Plebatu S. *Alexandri* in Iugulis, sive *Iocoli*, ut subgerit meum *Hodoepor. pag.* 1059. 1095. quemadmodum exstat Ecclesia haec Sancti *Andreae*. *Cappella* autem Paroecia dicitur, Pisanorum, & Bononiensium more, qui ita Paroecias adpellabant, ut apud *Troncium* in *Annalibus Pisanis*, & apud *Ghirardaccium* in *Historia Bononiensi*, videre est. Sed Florentini etiam hanc adpel-

Ego l-

genius IV. in Bulla, quam superius tempestive protulimus. Anno MCCXLVII. Prior huius Ecclesiae *Petrus* erat, qui vendidit *Iacobo* Abbati Sancti *Salvatoris* Septimi agros quosdam pro debito suae Ecclesiae solvendo, consentientibus patronis, hoc est, *Pagancllo*, filio q. D. *Albizonis* de Mucillo; D. *Albizonc* Iudice, filio q. *Trinciavelliae*; & *Guidone*, filio q. *Caccialosti*. Anno

lationem interdum usurpabant, & exempla occurrunt superius *pag*. 948. 1187. Casinianum pariter est in eodem Piebatu cum Ecclesia D. *Zenobio* Episcopo Florentino sacra. Casinianum alterum est in Dioecesi Faesulana, in quo Parthenon Eremitarum Puellarum Sanctae *Mariae* perantiquus olim exstitit, ut superius *pag*. 1087. videre est; positumque est in Piebatu S. *Leonini* Pontis ad Rinianum. Radda Oppidum est Clanti caput, de quo superius *pag*. 111. 727. 793. quaedam delibavimus; sed ad Dioecesim Faesulanam pertinet. *Bentius* hic *Petroni* F. a Radda, nominatur etiam in Bulla, quam *Nicolaus II.* seu *Gerardus*, quum tantum Episcopus Florentinus esset, ad eumdem *Ioannem* Praepositum Sancti *Andreae* Mussiani anno MLIV. dedit. Sunt qui credant, ab hoc *Beatio* nobilem *Beatiorum* familiam Florentinam derivatam esse. Sed laudatam Bullam adferamus.

Gerardus Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus. Ioanni Praeposito Ecclesiae Sancti Andreae, sitae Mussiani, digne praeposito, suisque Confratribus canonice conviventibus, eorumque successoribus in eadem professione victuris in perpetuum. Quoniam Ecclesiam tuam, quam, Deo disponente, gubernas, in sancta conversatione, & praesitura honestate, atque communi vita, iamdudum manere cognovimus, aliquantis munificentiae donis eam munire Episcopali auctoritate decrevimus. Et quia ipsam Ecclesiam tantae facultatis non esse cognoscimus, ut Fratres ibidem commorantes in communi societate manere possint, ideirco de ipsis beneficiis, quae in proprietate Ecclesiae, cui, Deo gubernante, praesidemus, divina gratia dispensante, visa sunt permanere, misericorditer aliquanto concedimus, quatenus Fratres expeditius in eadem professione Deo deserviant. Stabilimus itaque in eadem Ecclesia integre omnes decimationes omnium proprietatum bonorum hominum, qui Tutores & Defensores eiusdem Ecclesiae esse noscuntur, & iura patronatus habere dinoscuntur, videlicet, Ioannis, qui dicitur Corbaccione, filii Rodolfi, qui Rusticus est dictus; Ugonis filii Ioannis, & Sichelmi, qui dicitur Morellus, filii Anselmi; & Rolandini, & Anselmi germanorum filiorum Aldebrandi, filii Leonis; & Segnorelli & Bonomi, germanorum, filiorum Rodolfi, filii item Ildebrandi, quas possideot ipsi, vel alii per eos, infra territorium Plebis Sancti Iuliani, sitae Septimi, & Plebis Sancti Martini, sitae Brozzi, & Plebis Sancti Vincentii, sitae Pesae, & in tota Valle de Greve, & in Villanova, & in Villa de Sancto Paulo, & in Cosignano, exceptis Mansis de Ciolatico, quorum decimas in Florentina Canonica persolvere debent. Insuper decimas novalium de sivis supradictorum hominum, ubicumque laborabuntur omne deinceps tempore, & quae modo laborantur. Quas omnes decimas una cum praedio, quod est undique circa eamdem Ecclesiam, in quo ipsa Ecclesia fundata est, & hedificata, quod praedecessores eorum a Benzo filio Petronis de Radda, & a Benza coniuge eiusdem Benzi, olim acquisierunt, largato illis iurepatronatus dictae Ecclesiae a praedictis iugalibus, tibi praefato Ioanni Presbytero iam dictae Ecclesiae Rectori & Praeposito, tuisque successoribus, vice, & utilitate ipsius Ecclesiae, in nostra praesentia, & nostra concessione, perpetua & perenni stabilitate tradiderunt, atque pro animabus suis suorumque praedecessorum, & subsequentium, devotissime obtulerunt, nos in praenominata Ecclesia aeternaliter concedimus. Similiter omnes decimas proprietatum, quae olim fuerunt Benzi, filii Petronis de Radda, ut in concessione eiusdem Ecclesiae Patronis a nobis facta continetur, & omnes primitias & integras spontaneas oblationes vivorum, & defunctorum, & integra testamenta, & liberam sepulturam omnium Patronorum & Patronarum; cum omnibus familiis, & omnium liberorum hominum utriusque sexus totius Populi, qui infra territorium iam dictae Ecclesiae habitant vel habitabunt, eidem Ecclesiae perpetualiter, & sine fine largimur. Electionem quoque & confirmationem proprii Pastoris, & totam ordinationem ipsius domus, & Clericorum repraesentationem ante proprium Episcopum ad ordinandum Clericos eiusdem Ecclesiae libera facultate perpetualiter concedimus & stabilimus. Haec omnia tibi & Confratribus tuis, eorumque successoribus, in sancta & communi professione viventibus, omni tempore concedimus; & quoad durare studueritis in sancta conversatione nulli alii Ecclesiae istae inferiori, cui, Deo auctore, praesidemus, vel alicui personae nobis inferiori, in aliquo subici compellamini, nisi nobis, nostrisque successoribus, quibus superflua exactione proposita, reverentiam & debitam honorem solvere co-

no MCCIC. adhuc Canonica nominatur in Catalogo Capitolino [a]; sed tamdem Clericis saecularibus commendata erat saeculo XV. quando *Eugenius* IV. eam Monasterio Sancti *Donati* univit: nam antea *Barptolomaeo*, *Thomae* F. *Corbinellio*, quodam modo vacantem, tenendam, regendam, & gubernandam, commendaverat. Itaque *Eugenius*, quum Ecclesiam hanc Monasterio Scopeti adnexuisset, nec eius possessionem Canonici adprehendere, & reditus habere, possent, quoad *Corbinellius* ille Commendatarius vixisset; ita cum eo egit, ut adsentiretur pensionem centum Florenorum annuam illis interim solvere, donec vixisset: nam post eius mortem libera omnia ad Canonicos Scopetinos deveniebant. At satis non fuit *Eugenio* Pont. Max. Ecclesiae Sancti *Andreae* reditibus

gamini. Quicumque huius nostri Decreti pius conservator & defensor exstiterit, cum beatissimo Andrea Apostolo, caelestis fruatur benedictione regni. Qui autem conatus fuerit infringere, cum Iuda traditore patiatur cruciatus inferni, & temporaliter quoque damnum patiatur, scilicet decem libras argenti praefatae Basilicae persolvere cogatur, medietatem Florentino Episcopo, & medietatem Clericis in ipsa Aula existentibus; & si Clericus fuerit infringendi habeat voluntatem, sui ordinis dignitate & officio privetur. Ut autem hoc Decretum nostro iussu scriptum esse credatur, nostrae propriae manus subscriptione munivimus.

Ego Gerardus Sanctae Florentinae Ecclesiae Episcopus SS.

Illod *Campo Silvano* interpretandum puto, *Campo Silvani* a domini nomine; sicut *Campo de Navilu* dictum quasi *Campo Navili*. *Messa* est pro *Messi*, seu *Mensa*. *Marinaia* pro *Mariuaria*, quasi *Marinus Area*; nec multum distant *Marinolae*. seu ab alio etymo, de quo superius *pag.* 777. *Palunuova Savi*, quasi nova scaturigo, quae ad *Savum* quemdam pertineret. *Godesole*, quasi terra, quae *gaudet sole*, aprica videlicet. *Murcia* a muris male compositis, seu acervis lapidum, denominata videtur. *Carcarelli* Villa est, MM. P. Florentia distans ad Argestem, quae modo a familia *Accariola* possidetur, & ubi Oratorium Sanctae Crucis exstat. Ita adpellata videtur, quasi *Cardicum Carelli*; ut in Mucillo *Mons Carelli* est, a nomine domini & possessoris ita nuncupatus. *Cardicum* autem, medio aevo, species fundi erat, forte a Carduis in eo nascentibus ita vocati. *Lischetum*, Ischetum est, cuius primae litterae articulus adhaesit. Ischetum autem vox corrupta ab *Esculetum*. Esculos enim nos Tusci *Ischias* adpellamus. *Lama* est locus, in quem aquae pluviae confluunt, & solum corrodunt. *Calessi* esse videntur, qui ius annuae lignationis, in silva, ad suae familiae usum habent; sed hic potius nomen gentis esse potest. *Rospaldi* dictum puto, quasi *Rosta*, seu *Rossa Paldi*. *Rosta* autem obex est ex asseribus, vel ad aquam coercendam, vel ad alterius generis impedimentum. *Rossa* vero fundi species. *Rosa* etiam loca dici potuere, quae ab aquis corrosa essent; atque inde dictum *Le Rose* locum IV. M. P. Florentia distantem existimo, licet collinum. Nuncupari etiam potuit a *Rosis*, & *Rosariis*, quasi *Rosae Paldi*, aut *Rosaria Paldi*. *Cucilaticum*, certe a laticibus dictum videtur, ut *Brachialaticum*, *Poteolaticum*, *Monslaticum*, *Celaticum &c.* Ipse *Celaticum* nominatum putabam quasi *Cella Laticum*; sed quomodo *Cucilaticum* componam? Idem ac *Celaticum* esse non videtur, nam *Celaticum* cum Ecclesia Sancti *Mariani* erat in Communi seu territorio Gangalandi, ut videre est apud *Manniam Illustrat. Decaemeronis Boccaccii pag.* 669. quare nimis distans esse videtur. Num ita dictum fuit quasi *Coscia*, hoc est, *Coxa Laticum*? Vel quasi *Cuccia Laticum*, hoc est ubi *Latices cubant*! Itali enim lectum seu cubile *Cuccia* vocant. In *Nicolai II.* Bulla, quam, quum Episcopus tantum esset, anno MLIV. dedit, observandum est, non *Cucilaticum*, vel *Cucillaticum*, sed *Ciulaticum* scribi; & tunc forte idem erit ac *Celaticum*.

a Consule illum superius *pag.* 535. ubi notatu dignum est, ibi recenseri inter Ecclesias Plebatus Sancti *Iuliani* Septimi; quum hodie reputetur in Plebatu Sancti *Alexandri* Iuguli. In Descriptione Dioeceseos Florentinae facta, ut puto, iussu *Alexandri Martii Medici* Archiepiscopi, Ecclesia Sancti *Andreae* Mussiani non recensetur, neque in Plebatu Sancti *Iuliani* Septimi, neque in Plebatu Sancti *Alexandri* Iuguli; forte quia Monasterio Scopetinorum adnexa erat.

a A-

bus Canonicos illos augere; sed quum populus, seu paroeci, Ecclesiae Plebis Sanctae *Caeciliae* Decimi illi exposuissent, *quod olim Plebes propter quorumdam illius tunc Plebanorum negligentiam, ac malum regimen, varia in spiritualibus damna & detrimenta suscepit, earumque animarum cura plurimum neglecta remansit, & quod de cetero post cessum vel decessum Hieronymi Petri de Florentia, Congregationis Canonici, ac Plebis huiusmodi Plebani, ad negligentium & inutilium gubernatorum manus denuo venire posset*; *ac sperantes quod illa, quae a Prioratu praedicto per octo vel circa milliaria distare dignoscitur, & praesentialiter ab Hieronymo praedicto eius Plebanatum, qui Curatus & dignitas inibi principalis existit, obtinente laudabiliter gubernatur, per Priorem, & Canonicos pro tempore supradictos, eorum virtutibus ac fructuosis operibus mediantibus in eisdem spiritualibus & temporalibus salubriter dirigi & gubernari debeat, eamdem Plebem praefato Prioratui perpetuo incorporari, adnecti, & uniri, desiderant*; his paroecorum precibus *Eugenius* facile & libenter adnuit, quum insuper Canonici illi Scopetini adseverassent, quod Canonicorum dictae Plebis nullus in ea iam residebat, nec Ecclesiae servitia praestabat, nec ratione Canonicatus & Praebendarum fructus aliquos percipiebat. Quare *Iacobo* Abbati Sancti Salvii commisit, ut de his omnibus edoceri curaret, & Ecclesiam ac Plebem Sanctae *Caeciliae* auctoritate Apostolica Monasterio Sancti *Donati* ad Scopetum uniret & adnecteret; quod quidem omne *Iacobus* Abbas laudatus exsequutioni mandavit, & Plebem illam, cum omnibus iuribus & bonis ad eam pertinentibus, dicto Monasterio coniunxit, eodem anno MCCCC-XL. quo Bulla Pontificis Maximi data fuerat. Quia vero *Michael Lapi a Castelliunculo*, & *Antonia Stroctia* eius uxor, omnia bona sua Ecclesiae Sanctae *Ceciliae* praedictae obtulerant, atque donaverant, ea conditione, ut de eorum fructibus victus & vestitus, quoad vixissent, sibi subpeditaretur; *Eugenius* IV. quum Senis esset, eidem *Iacobo* Abbati anno MCCCCXLII, commisit, ut haec etiam bona Monasterio Sancti *Donati* uniret & adnecteret, quum iam inter *Antoniam Stroctiam*, & Canonicos Sancti *Donati*, convenisset, ut *Antoniae* illi XXII. Floreni aurei quotannis subsicerentur; quod quidem Abbas ille eodem anno exsequutus est [a]. Ecclesia Plebes S. *Caeciliae* Decimi vetustissima est, & iuris Episcopatus Florentini fuit, eique nomine census perpetui unum congium vini, & grani sextarios sexdecim, quotannis solvebat [b].

An-

[a] Acta unionis & coniunctionis S. *Andreae* Mussi ni, & Sanctae *Caeciliae* Decimi, & bonorum *Michaelis a Castelliunculo*, habes superius *pag.* 1238. 1240. *& sequent.*

[b] Adi superius *pag.* 257. 258. 266. 735.

[a] Con-

Antea tamen ad Monasterium Sancti *Silvestri* Nonantulanum ex donatione *Caroli Magni* pertinebat [a] , a quo , quum cetera bona innumera , quae in Tuscia possidebat , in alios transissent , haec quoque Ecclesia ad Episcopatum devoluta esse videatur . Huius Ecclesiae Plebanus anno MCXCVII. *Guerius* Presbyter erat [b] ; anno vero MCCLXXI. *Gherardus* ; anno MCCCLVI. *Petrus* [c] ; anno MCCCCXXVII. *Michael Bartholomaeius* ; anno MCCCCXL. Frater *Hieronymus Petri* a Florentia . Compertum etiam habemus circa annum MDXXIX. Plebanum Sanctae *Caeciliae* fuisse *Vincentium Durantium* [d] ab Oppido Sanctae Crucis Vallis Arni Inferioris.

a Consule superius *pag.* 542.

b Ex charta Archivi S. Mariae Novellae .

c Ex Charta Archivi Cistercienfium Florentinae signata C. 50. Superius *pag.* 1024.

d Silvanus Salvinius in Vita Vincentii Durantis, quae publici iuris facta in meo *Hodoeporico pag.* 279 ita scribit : Vincenzio di Banduccio di Durante Duranti fu da S.Croce, Terra del Valdarno di sotto , illustre per li natali della B. Cristiana, ove ella santamente morì nel MCCCX. Nella prima erezione de' Cavalieri di S Pietro fatta nel MDXX. da Leone X. egli fu scelto uno di essi. Ebbe il nostro Canonicato nel MDXXVII. per morte di Giovanni Vespucci . Di lui si valse in questo anno Clemente VII. del qual Pontefice parlando il Varchi nel Libro II. delle sue Storie così scrive : *Disse si ancora , che egli intesa la mala mente , e disposizione , de Cittadini di Firenze, e di quello Stato temendo , aveva M. Vincenzio di Orvieto, al Signor Giovanni* (de' Medici) *mandato , perchè egli con tremila fanti vi andasse* . Essendo il Duranti accettissimo familiare, e Maiordomo del Cardinale Niccolò Ridolfi Arcivescovo di Firenze, rinunziato il Canonicato a Niccolò di Lorenzo Ridolfi cugino del Cardinale, ne prese di nuovo un' altro l' anno dopo per morte di Guglielmo Capponi; e nel MDXXIX. ottenne il Vescovado d' Orvieto per rinunzia del sopradetto Cardinale ; e fu fatto da Papa Clemente suo Prelato Domestico . L' Ughelli nel Tomo primo dell' Italia Sacra lo chiama Fiorentino , come che egli era del Dominio di Firenze ; ed io di più l'ho trovato Cittadino Fiorentino, fatto dalla nostra Repubblica insieme con Agnolo suo fratello, che fu Dottor di Legge, e Auditore del Torrione di Bologna , nella Balia del MDXXXI. il dì 6. di Febbraio , ove il nostro Vescovo è chiamato buono , e leale servitore di sua Santità, e della Casa de' Medici . L'anno dopo rinunziò il Canonicato a Luigi Capponi fratello del sopraddetto Guglielmo.

Ho

Ho veduto da memorie autentiche venutemi di Santa Croce la lettera , che scrisse quel Comune a Roma a questo Prelato, in occasione della sua promozione , con questo titolo : *Reverendissimo in Christo P. Domino Vincentio de Durantis de S. Cruce Episcopo Urbevetano, Domino nostro colendissimo* . Evvi la risposta del Vescovo , *Spectabilibus Viris Prioribus , & Communi , Terrae S. Crucis Vallis Arni meis carissimis* : dando loro parte, essere stato assunto a tale dignità il dì 3. di Dicembre MDXXIX. per liberalità del suo Cardinale de' Ridolfi ; e si soscrive : *Filius Vincentius Durantes Prior , & Episcopus Urbevetanus.* Era egli nella sua patria Priore della Chiesa Collegiata ; la quale fu da esso restaurata , ed abbellita , come ancor si vede dalle Armi sue: e volendo poi mostrare a quella Terra alcuno atto di sua gratitudine, e beneficenza, lasciò in perpetuo, che ogni anno si dispensasse da' suoi eredi dugento sacca di grano alle persone bisognose della medesima Terra; e nella copia autenticata appresso di me del chirografo fatto da detto Vescovo a tale effetto il giorno primo di Maggio del MDXLIII. così egli medesimo di se , e di sua condizione , favella : *Io Vincenzio di Banduccio Duranti da S. Croce , e della famiglia delli Arpinelli , come si vede in un Sepolcro nostro di marmo fuori della Chiesa di S. Tommè; trovandomi Priore della Collegiata di detta Terra di Santa Croce , dalli anni 17. in circa della mia età : & oggi per la Divina grazia , e bontà del Reverendiss. mio Cardinale de' Ridolfi, Vescovo d' Orvieto : ho più volte fra me stesso pensato, e discorso quel ch' io far potrei , che ridondasse in beneficio universale delli uomini , e popolo, della detta mia Terra di S. Croce : che avendo io dalli mia anni della discrizione in qua sempre amato tanto gli uomini, quanto le donne , chi per padre , chi per fratelli , e chi per figliuoli , e figliuole , secondo il grado dell' età di ciascheduno , trovo desiderio con qualche amorevole opera dimostrare tal mia affezione , ec.*

Il

ris, Episcopum Vrbevetanum, anno illo indicato electum; & non multo post Plebanus fuit *Stephanus Herculanius Iunior* Bononiensis. In ea, ut diximus, Collegium erat Canonicorum, quare *Andreas* Episcopus anno MCCLXXXVII. *Hildibrandinum Banchi F. Cavalcantium* Clericum Florentinum, Canonicum Plebis suae Decimi constituit [a]. Sed Episcopatus Florentinus non tantum Plebis, verum etiam Castelli, & Curiae Decimi, dominus erat, ut latius in antecessum exposuimus; & in eo & Sancti Cassiani Vico, Praetorem constituebat [b]. Decimum dictum est, quasi ad *Decimum Lapidem*, quanta est eius ab Vrbe Florentia distantia; id quod indicat, illac Viam militarem fuisse, quae Florentiam & Faesulas duceret [c]. Quamquam autem Plebes Decimi Monasterio Sancti *Donati* vere fuerit adnexa, eius tamen dominium iterum ad Episcopatum devenit; eo quod Beatus *Antonius* Archiepiscopus Florentinus anno MCCCCXLV. Plebem Decimi rursus a Monasterio Sancti *Donati*, qua auctoritate nescio, disiunxit atque separavit; confirmavit tamen eidem Monasterio Ecclesiam Sancti *Andreae* Mussiani ea conditione, ut genti *Trinciavelliae*, tamquam illius Ecclesiae patronae, vas vitreum viventibus piscibus plenum quotannis obferret, & largiretur [d]. Quamquam non me fugit, Plebem Decimi non multo post ab Cancellaria Apostolica *Francisco* cuidam Presbytero Florentino, quum is sibi consensisse Canonicos Sancti *Donati* falso exposuisset, collatam fuisse; & contra eam collationem Canonicos ad *Pium II.* Pont. Max.

Il sepolcro degli Arpinelli di sopra enonciato ancor si vede in forma d' un antico cassone di marmo, con l' Arme di questo Vescovo, che ben mostra l' antichità, e potenza di sua famiglia. Nel tempo, che egli tenne la Chiesa d' Orvieto, conseguì in Firenze la Priora de Santi Apostoli, e la Chiesa Parrocchiale di San Donato de' Vecchietti, come riscrisce Ferdinando Leopoldo del Migliore nella Firenze illustrata; ed ebbe ancora di fuori la Prioria di S. Martino a Lucardo, la Propositura di S. Andrea di Vico in Valdelsa, le Pievi di S. Cecilia a Decimo, di S. Cresci a Montefiealle, di S. Lorenzo a Montefiesoli, e di S. Piero a Ripoli, per morte questa di Niccolò Strozzi, che vi finì santamente i suoi giorni. Passò a miglior vita Monsignor Duranti non l' Anno MDLIV. come afferma l' Vghelli, ma l' anno MDXLVIII. come è stato emendato nella nuova edizione di questo Autore, e ritornò il suo Vescovado per regresso al Cardinale Ridolfi, il quale lo cedè subito al mentovato Niccolò Ridolfi nostro Canonico, e suo Vicario Generale, come accenna il Padre Giulio Antonio Lucenti nell' Italia Sacra dell' Vghelli, correggendo qualche sbaglio preso dallo stesso Vghelli, ove parla di Vincenzio Duranti. Egli piantò la sua famiglia in Orvieto, ove fu ascritta a quella Nobiltà. Vi furono tra gli altri, Giovambatista, Orazio, e Mariano, d' Antonio di Francesco Duranti; il qual Francesco era fratello di Monsignor Vincenzio; i primi due di questi fratelli Arcipreti della Cattedrale d' Orvieto, il terzo accasato colla Caterina di Pepo della nobilissima famiglia de' Monaldeschi, stati già Signori d' Orvieto.

a Adi superius *pag.* 258.

b Consule superius *pag.* 730. *& seqq.* 735. *& seqq.* 809. 868. 869. 874. 887. 888. *& seqq.*

c *Ioann. Targionius Itiner. Tusciae Tom. V. pag.* 149.

d *Meliorius* in *Adversariis.*

Max. reclamavisse [a], exponentes, eam Plebem ab *Eugenio IV.* suo Sancti *Donati* Monasterio adnexam fuisse: quo tamen successu, me latet, & quomodo haec secum pugnantia concilientur. Porro *Eugenius IV.* Monasterium Sancti *Donati* favore usque prosequens, & amplius locupletare volens, aliud Monasterium illi copulavit. Parthenon quidam fuit, cuius murorum rudera & reliquiae adhuc visuntur, in Paroecia Sanctae *Luciae* Massae Pagani, Sancti *Michaelis* titulo insignis, cui dicata Ecclesia adhuc superest, quam Sanctimoniales quaedam Ordinis Sancti *Augustini*, cognomento *Eremitae*, habebant. *Philippus ab Antilla*, seu *Incinula*, ut antiquitus vocabatur, Episcopus Florentinus, anno MCCCLVII. concessit facultatem *Datae*, *Bencii* Tabellionis filiae, & aliis octo Puellis, aedificandi hoc Monasterium, Sancti *Augustini* regulam professuris, & *Eremitabus* denominandis [b]. Constat anno MCCCLXXVII. in eo Sanctimoniales XV. & unam Conversam exstitisse; & anno MCCCCVII. Sanctimoniales quinque & Antistitam. Anno MCCCCXXXVIII. duodecimum numerum expiebant, & in earum Ecclesia semel in hebdomada Prior Ecclesiae Sancti *Felicis* ad Imam Missam faciebat, qui a Monasterio Florenos tres annuos propterea recipiebat; & *Lucas Gregorii* nominatus fuisse videatur. Sed quum *Eugenius IV.* cognovisset, ad duas tantum Sanctimoniales illas redactas esse, eas suppressit, & anno MCCCCXLVI. earum Monasterium cum fundis & iuribus Canoniae S. *Donati* ad Scopetum adnexuit atque coniunxit. Parthenon ille *De Campis*, vulgo *Delle Campora*, adpellabatur a loco, in quo situs erat [c]. Ast, quum anno MDXXIX. Monasterium & Ecclesia Sancti *Donati*, ob imminentem Vrbis obsidionem, eversa funditus sunt, Canonici Sancti Salvatoris ad Ecclesiam Sancti *Petri* Cattuarii, anno MDXXXII. transierunt, cum privilegiis omnibus & oneribus, ut ex Bulla *Clementis VII.* elucet atque eminet. Deinde vero, quum munimenta Vrbis ad Ecclesiam Sancti *Petri* Cattuarii condita fuere, haec Ecclesia cum Monasterio, anno MDLII. deleta est; quare Canonici in Monasterium Sanctae *Catharinae* ad Munionem se contulerunt; & paullo post, anno scilicet MDXLVII. *Paullo III.* Pont. Max. adprobante, Ecclesiam Sanctae *Luciae* ad Sanctum *Eusebium* obtinuerunt; in qua permansere, donec anno MDLXXVI. ad Eccle-

a Ex Charta Archivi S. Mariae Angelorum ad Senas.

b Ex Protocollo *Ser Francisci Masi* Notar. Florentini ab anno 1355. ad annum 1358. *pag.* 238. *Mannio Tom. XVII. Sigill. pag.* 76.

c De hisce omnibus agit *Dom. Maria Mannius Tom. XVII. Sigill. pag.* 75.

a De

clesiam Sancti *Iacobi* Super Arnum translati sunt [a], ex qua tamdem anno MDCCIII. eiecti fuere; & eam Presbyreri Missionis, ut vocant, a Sancto *Vincentio Paullio* instituti, *Cosmae III.* Magni Ducis opera, adsequuti sunt. Ex ruinis autem & ruderibus Monasterii Sancti *Donati* ad Scopetum, a *Faustino Risalitio* Canonico S. Salvatoris eruris, Ecclesia Sancti *Iacobi* instaurata & exornata fuit, ut illi versus indicant, qui supra Portam Ecclesiae mediam scripti sunt.

Saxa suburbanis Scopeti erepta ruinis
Huc dominos priscos iure sequuta sumus.
Nos senior Petrus Medices, dum templa manebant,
Magnus Franciscus nunc, pietate fovet.

Quarumdam tabularum, quae super Altaria Ecclesiae Sancti *Donati* erant, memoria exstat apud *Georgium Vasarium*.

Par-

[a] De his omnibus vide *Manninum* loco citato *pag.* 78. & ego ipse in antecessum superius *pag.* 954. 998. 1027. Vide etiam *Scipion. Ammiratum* in *Familiis Florentinis*, ubi de *Risalitis* agit. Ad Sanctum *Iacobum* autem Scopetini migrarunt, vigore Bullae *Gregorii XIII.* Pont. Max. quum illius Ecclesiae Antistes *Horatius Mediceus* esset, qui lubenter ab ea recessit; hisce omnibus *Francisco* Magno Duce favente. Hasce Scopetinorum migrationes indicavit Tabula marmorea in medio pavimenti Ecclesiae Sancti *Iacobi* posita cum sequenti Inscriptione.

CANONICI REGVLARES EX ANTIQVIS CANONICIS S. MARIAE
RHENANAE IVXTA BONONIAM A GREGORIO XII. PONTIFICE
ANNO MCCCCVIII. S. SALVATORIS NOMINE INSIGNITI CVM PRIMIS
SEDIBVS QVAS AD S. DONATVM IN SCOPETO EXTRA VRBEM
HABVERANT VRGENTE BELLO EXPVLSI ANNO MDXXXII. AD
S. PETRVM IN GATTVLINO ATQVE INDE PROPTER VRBIS
MVNITIONEM AD S. LVCIAM IN PRATO POST ANNOS XVI. SE
sic
CONTVLISSET DEMV ANO MDLXXVIF AD S. IACOBVM SVPER ARNVM
TANQVAM HONESTIORE IN LOCO DOMICILIVM POSVERVNT
SERENISS. FRANCISCO MEDICE MAGNO ETRVRIAE DVCE ET
SANCTISS. GREGORIO XIII. PONTIFICE APPROBANTIB.
CLARISS. PETRO VICTORIO PRO PAROCHIANIS PROCVRANTE
D. AVTEM SERAFINVS MAPHAEI FLORENTINVS
QVI VT HOC SEPVLCHRVM CANONICIS PONERETVR
CVPIDE CVRAM ADHIBVIT PRIMVS POST MENSEM IMMATVRA
MORTE CORREPTVS ILLVD INIVIT
R. D. F. R. F. PRIOR. I. MDLXXX. NONIS MARTII. P. C.

Postremae illae siglae explicari debent *Reverendus Dominus Faustinus Risaliti Florentinus &c.* Haec Inscriptio refertur ab *Ammirato* loco citato, & a *Petro Aloisio Gallettio* in laudata *Epistola De Origine Hieronyminorum &c.*

a De

Parthenon Sancti *Bartptolemaei* Gignori, cum Ecclesiâ & Paroecia Sancti *Michaelis*; quae Paroecia amplius non exstat. Hoc Monasterium Sancti *Barptolemaei*, Sanctimonialium erat, quae Regulam Sancti *Benedicti* profitebantur; situmque fuit in Plebatu Sancti *Ioannis Baptistae*, distans Florentia ad Ortum MD. circiter P. Proximum habuit Monasterium, & Ecclesiam, & Parocciam olim, Sancti *Martini* ad Melsolam, seu Mensulam, torrentem: itemque Sancti *Balthassaris* Alceterium; ambo a Sanctimonialibus culta: nec longe abest Ecclesia & Paroecia Sanctae *Mariae* Coferciani, quae dicta fuit fortassis etiam *De Leporis*. Hoc Monasterium Gignori [a] constructum fuisse perhibetur a Domino *Pace* Iudice, qui concessit ius suum in hanc Ecclesiam Rectori memoratae Ecclesiae Sanctae *Mariae* De Leporis. Rector autem ille concessit pariter Episcopatui Florentino quicquid iuris in hanc Gignori Ecclesiam habebat, medio saeculo XIII circiter vertente. Nescio tamen an *Boncompagnus*, *Alderotti F.* ius aliquod in eamdem Ecclesiam habuerit: etsi compertum habeo, eum Episcopo Florentino pro Ecclesia Gignori quaedam bona & iura donavisse. Nescio etiam an *Boncompagnus* hic e gente *Baroncellia* esset [b]; nam *Bel-*

[a] De hoc Monasterio consule superius *pag.* 243. 249. 257. 262. 1120.

[b] Chartam Compromissi produco ex Archivo Monasterii Sancti *Barptolemaei* Gignori, seu *S. Mariae Reginae Caeli*.

In Nomine Domini Amen. Anno suae Incarnationis millesimo tercentesimo octugesimo septimo Indictione decima, die vero vigesimoquarto Mensis Iulii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Vrbani Divina Providentia Papae Sexti. Pateat publice quod nobilis Vir Ioannes quondam Pieri Bandini de Baroncellis de Florentia pro se ipso, & suo proprio & privato nomine, ac etiam vice, & gestorio nomine Laurentii nati quondam Domini Philippi Giammori, & Nicolai, Angeli, & Cionaccii fratrum, filiorum ol. Francisci, omnium de Baroncellis praedictis, & cuiuslibet eorum, pro quibus, & quolibet quorum de rato promisit infrascripto Feo Syndico, ut infra, recipienti, & stipulanti; & se facturum, & curaturum, omni exceptione remota, ita & taliter, quod dicti Laurentius, Nicolaus, Angelus, & Cionaccius, quilibet et ipsorum praesens compromissum, & omnia, & singula, in eo contenta ratificabunt, emologabunt, approbabunt, hinc ad quindecim dies proxime futuros sub infrascripta petitione, stipulatione, promissione, & quolibet dictorum nominum, in solidum ex parte una; & providus vir Ser Feo olim Bindi Notarius Florentinus Syndicus, & Procurator, & syndicario, & procuratorio nomine Abbatissae Monialium Capituli & Conventus Monasterii S. Bartholi de Gignoro de via S. Galli de Florentia, aliter dicti Reginae Caeli, habens ad infrascripta sufficiens mandatum, prout constare dixit ex publico instrumento inde confecto, rogato, & inbreviato, per Ser Thomasium Francisci Masi Not. Florent. ex parte alia; generaliter omnes, & singulas lites, causas, quaestiones, differentias, litigia, & controversias, quacumque de causa, & quibuscumque modis, inter dictas partes dictis nominibus, seu aliquam ex dictis partibus, nominibus supradictis cum alia parte, seu e converso, vertentes, & quas in futurum nasci, seu oriri, contigerit quoquomodo inter partes praedictas dictis nominibus, vel aliquo eorum, usque in diem duraturi praesentis Compromissi, seu prorogatum ex eo quemlibet secuturum, rationibus, & causis quibuscumque, communi concordia commiserunt, & compromiserunt, & de eis omnibus, & singulis compromissum generale, & speciale fecerunt in Reverendiss. in Christo Patrem D. Bartholomaeum, Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopum Florentinum, tanquam in ipsorum partium dictis nominibus arbitrum, & arbitratorem, & eorum amicum, et amicabilem compositorem, et bonum virum; dan-

Beltramus Baroncellius circa annum MCCCLXXII. ius patronatus huius Monasterii filiis reliquisse dicitur; qui deinde pertenderunt, ius patronatus hoc ab se acquisitum fuisse, quod *Bartholus*, seu *Barptolemaeus*, *Mainetti F.* de sua gente, eiusdem Monasterii auctor & institutor fuerit; sed eum vere fuisse auctorem, liquidis & per-

dentes, & concedentes dictae partes compromittentes praedictis nominibus dicto arbitro, & arbitratori, plenam licentiam, & liberam potestatem, auctoritatem, & baliam, & generale mandatum, arbitrium, et iurisdictionem super praedictis huiusmodi litibus, causis, litigiis, quaestionibus, & differentiis, & qualibet eorum, & super quibuscumque dependentibus ab eis, vel aliqua, seu aliquibus ex eis, seu etiam ab ipsis prorsus extraneis, & diversis, & super quibuscumque aliis, laudandi, dicendi, sententiandi, arbitrandi, praecipiendi, mandandi, declarandi, cognoscendi, & amicabiliter terminandi, componendi, & transigendi, inter dictas partes compromittentes, dictis nominibus; ipsis partibus, & compromittentibus, quibus supra nominibus, vel aliqua ipsarum, praesentibus vel absentibus, citatis & non citatis, & una parte citata & alia non citata, sedendo & recte stando, diebus feriatis & non feriatis, iuris ordine servato & non servato, omni etiam iuris solempnitate obmissa, & penitus non servata, de iure & de facto, vel de iure tantum, vel de facto tantum, & partim de iure, & partim de facto, semel, pluries, & quoties, alte, & basse, quolibet loco, tempore, prout & sic, & quemadmodum de ipsius arbitri, & arbitratoris libera processerit voluntate, & eidem videbitur, & placebit, cum pacto expresso inter dictas partes compromittentes praedictis nominibus in praesenti contractu nato, & solempni stipulatione interveniente hinc inde vallato, quod dictus arbiter, & arbitrator possit, & ei liceat etiam super quibuscumque aliis, quae in praesenti compromisso non continerentur, etiam quaecumque viderentur, seu fuerint prorsus extranea, & adversa praedictis, inter dictas partes, & quamlibet ex dictis partibus, quibus supra nominibus, coniunctim, & divisim laudare, sententiare, arbitrari, dicere, praecipere, mandare, corrigere, declarare, auferre, dare, adiudicare, laudata, seu laudanda per eum inter dictas partes dictis nominibus; revocare, augere, minuere, corrigere, mutare, annullare, interpretari, declarare semel, & pluries, & quoties, ac si in praesenti compromisso forent per ordinem narrata, specificata, & expresse apposita, per compromittentes praefatus nominibus su-

pre-

pradictis; hoc etiam apposito, addito, & repetito in principio, medio, & fine praesentis contractus, & compromissi per partes, & inter partes compromittentes praedictis nominibus; & quod omne, & totum id venisse intelligatur, et in praesenti compromisso pro expresso, et apposito habeatur, & de eo & eis intelligantur fuisse, & esse lis, & quaestio inter dictas partes dictis nominibus, de quo, super quo, seu quibus, per praedictum arbitrum & arbitratorem laudatum, sententiatum, dictum, arbitratum, & mandatum fuerit inter dictas partes compromittentes nominibus, quibus supra, ac si de eo, & eis omnibus, & singulis in praesenti compromisso specialis, & expressa mentio facta foret. Promittentes dictae partes, & compromittentes dictis nominibus sibi ad invicem, & vicissim, & unus alteri, & alter alteri, & e converso, stare, & parere, & effectualiter obedire, omni laudo, sententiae, arbitrio, praecepto, diffinitioni, pronuntiationi, dicto, & declarationi ferendae per praedictum arbitrum, & arbitratorem; ac etiam dare, attendere, facere, adimplere, observare, & cum effectu executioni mandare, & mandari facere, in totum, & ad plenum, omne id totum, & quidquid in ipso laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento, & aliis quibuscunque dicendis, ferendis, seu faciendis, per dictum arbitrum, & arbitratorem, vigore praesentis compromissi continebitur; & ab ipsius arbitri, & arbitratoris laudo, sententia, arbitrio, & arbitramento, & praecepto, vel contentis, seu continendis in eis, vel eo, non appellare, nec de nullitate, seu iniustitia, iniquitate, seu inaequalitate opponere, vel obiicere quoquo modo, nec etiam petere ipsum laudum, sententiam, seu arbitramentum, vel aliquid aliud dicendum, faciendum, vel ferendum per ipsum arbitrum, & arbitratorem in totum, vel in aliqua parte corrigi, infringi, suspendi, seu immutari, seu quod reducant ad arbitrium alicuius alterius boni viri, & se contra praedicta vel infrascripta, vel aliquod eorum, vel quod sequeretur ex eo, vel eis, dare seu facere aliquid dictis nominibus non posse, nec debere, nec dare, vel facere in futurum; sed ea omnia, & singula, & quae sequerentur ex eis, vel aliquid eorum, semper inviolabiliter observare, & to-

 ta-

perſpicuis probationibus minime demonſtrarunt. Translatum tandem Gignori Monaſterium fuit ad locum Bibienae in Via Sancti *Galli*. Vbi ſit Bibienae locus, comprehendere haud difficile eſt; ſive nomen hoc indigena ſit, & pars Viae Sancti *Galli* prope Portam cognominem Bibiena vocata fuerit; ſive advena ſit, & locus ita

taliter adimplere, Si vero contre praedicta vel aliqoid praedictorum datum, ſeu factum, eut quomodolibet ventum apparuerit, aut ſi, ut dictum eſt, ea omnia, & ſingula et eorum quodlibet non fuerier, ut praedicitur, obſervata totaliter, & inviolabiliter edimplera, & exeoutioni mandata, promiſerunt, & ſolemniter convenerunt inter ſe, & ſibi ad invicem, & viciſſim praedicti compromittentes praedictis nominibus, ſcilicet ille ex compromittentibus ſupradictis, quibus ſupradictis nominibus, in fide non ſtans, & praedicta non ſervans, alteri parti praedicta ſervanti, & in fide perſiſtenti, dare, ſolvere, paghare, cum effectu pro poena, & nomine poenae, florenos quingentos de bono & puro auro, ſolemni ſtipulatione hinc inde interveniente, ſolemni promiſſa, qua quidem poena commiſſa, vel non; ſoluta, vel non; aut gratioſe remiſſa, vel non; praedicta omnia, & ſingula nihilominus firma perdurent, & inviolabiliter obſerventur, cum refectione damnorum, expenſarum, ac intereſſe litis, & extra. Pro quibus omnibes & ſingulis firmiter obſervandis, adimplendis, firmiſque ſemper tenendis, obligaverunt dicti contrahentes dictis nominibus ſibi invicem, & viciſſim, ſcilicet dictus Iohannes nominibus, quibus ſupra, dicto Ser Feo Syndico, & Procuratori, ut ſupra, recipienti, ſeipſos, & ſuorum heredum bona, nec non eorum quorum nomine agit; & dictus Ser Feus Syndicario nomine ſupredicto eidem Iohanni, ut ſupra, recipienti, dictum Monaſterium, & eius Capitulum, & Conventum, ac bona praeſentia, & futura; quae bona ſe ad invicem, & viciſſim dictis nominibus unus pro alio, & è converſo, conſtituerunt iere precario poſſidere; volentes dictae partes dictis nominibus praeſens compromiſſum durare, & vires habere, hinc ad per totum menſem Auguſti proximi ſecuturi, & per totum ipſum tempus, & non ultra, renuntiarent dicti compromittentes dictis nominibus in praedictis omnibus, & ſingulis, exceptioni non ſic facti, dicti, compromiſſi, promiſſionis, obligationis, rei non ſic geſtae vel aliter, aut minus ſolemniter celebratae, exceptioni doli, ſine cauſa, & ex iniuſte cauſa, in factum actioni, & omni alii legum et iuris et ſtatuti auxilio favori et exceptioni; et ſingulariter nominatim et expreſſe Iuri dicendi generalem renunciationem non valere. Quibus quidem compromittentibus ſupra nominatis dictis nominibus praeſentibus volentibus, et praedicta confitentibus, praecepi per guar. Ego Antonius Notarius et Iudex ordinarius infraſcriptus pro ut mihi licuit, et licet, ex forma iuris, et ſtat. communis Florentiae de guar. loquentium, quatenus ſupraſcripta omnia, et ſingula, a ſe dictis nominibus promiſſa faciant, attendant, impleant, et ſic ſupradicti promiſerunt, ut ſcriptum eſt.

Acta fuerunt praedicta Florentiae in Populo S. Petri Scheradii, in Palatio Populi Florentini, praeſentibus magnif. viro D. Franciſco de Gambarellis da Padua I. V. D. et Benedicto Gratini nomine Seerſo Populi S. Felicis in Piazza de Florentia, aliiſque teſtibus ad ſupraſcripta vocatis ſpecialiter et rogatis.

Item poſtea dictis, anno Incarnationis, et Indictione, die vero 28. menſis Auguſti. Certum eſt quod dicto praeſenti anno, & die vigeſimo quarto menſis Iulii proximi praeteriti, nobilis vir Iohannes quondam Pieri Bandini de Baroncellis de Florentia pro ſe ipſo, & ſuo proprio, & privato nomine, ac etiam vice, & geſtorio nomine Laurentii nati quondam domini Philippi Giammori, & Nicolai, Angeli, & Cionacii fratrum, filiorum olim Franciſci, omnium de Baroncellis praedictis, pro quibus & quolibet quorum de rato, & ratihabitione promiſit ex parte una; & prudens vir Ser Feus olim Bindi Not. Florentinus Syndicus, & Procurator, & Syndicatorio, & Procuratorio nomine Abbatiſae, Monialium, Capituli, & Conventus Monaſterii Sancti Bartholi de Gignoro de Via Sancti Galli de Florentia, aliter dicti Reginae Caeli, habens ad geſta tunc per eum nomine praedicto mandatum ſufficiens, pro ut conſtare dixit ex publico inſtrumento inde confecto, & publice ſcripto per Ser Thomaſum, Ser Franciſci Maſi Notarium Florentinum ex altera parte: omnes, & ſingulas ſuas dictis nominibus lites, quaeſtiones, cauſas, brigas, differentias, & controverſias, vertentes inter eos dictis nominibus, & quae ſunt & eſſe poſſent durante compromiſſo, de quo proxime fiet mentio, compromiſerunt, & de eis compromiſſum certo modo, & forma, & praedicto tempore, fecerunt manu mei Notarii infraſcripti·

ita adpellatus fuerit, quod in eo Sanctimoniales, Bibiena, ſeu Biblena, agri Arretini Oppido, huc profectae, in Aſceterio ſcilicet Sanctae *Agathae*, ſubſtiterint, ut quidam opinantur. Vnitum enim & coniunctum Gignori Monaſterium fuit Monaſterio Sancti *Salvatoris*, ſeu Sanctae *Mariae Reginae Caeli*, in Via Sancti

pei in Rev. in Chriſto Patrem Dominum D. Bartholomaeum, Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopum Florentinum, tamquam in dictarum partium, dictis nominibus, arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, & bonum virum; & al a fecerunt dictis nominibus, quae & pro ut in dicto Compromiſſo rogato, & imbreviato per me iam dictum Notarium latius, & ſerio continentur. Vnde hodie hac praeſenti ſupraſcripta die Iohannes Pieri Bandini ſupraſcriptis modis, & nominibus, quibus ſupra, & pro quolibet eorum in ſolidum promittit dicto Ser Feo Syndico, & Procuratori, nominibus quibus ſupra, recipienti & ſtipulanti, ſe facturum & curaturum omni exceptione remota ita & taliter, quod ſupra nominati Laurentius, Nicolaus, Angelus, & Cionacius, & quilibet ipſorum, praeſentem prorogationis contractum, & omnia, & ſingula in eo contenta, ratificabunt, & approbabunt, & emologabunt, hinc ad quindecim dies proximos ſub infraſcripta petitione, ſtipulatione, promiſſione, dicto Ser Feo dicto nomine petenti, recipienti, & ſtipulanti: & dictus Ser Feus Syndicus, & Procurator praedictus Syndicario, & Procuratorio nomine praelibato ex parte altera, habens ad infraſcripta proroganda mandatum legitimum, & ſubficiens, pro ut conſtare dixit ex publico inſtrumento rogato, & publice ſcripto, per dictum Ser Thomaſum Notarium ſupradictum, compromiſſum per eos dictis nominibus celebratum in Rev. in Chriſto Patrem, & Dominum D. Bartholomaeum, Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopum Florentinum, de quo ſupra fit mentio, prorogaverunt in eumdem Dominum Epiſcopum tanquam in arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem praedictum; & ipſum compromiſſum vires habere voluerunt, & per pactum expreſſum fecerunt dictis nominibus hinc ad per totum menſem Septembris proximi futuri cum omnibus, & ſingulis, tali auctoritate, poteſtate, & cum obligatione praeſentis petitionis a dictis renuntiat. praecept. guar., & cum omnibus, & ſingulis clauſulis, partibus, & capitulis in dicto Compromiſſo contentis, & ſcriptis, quae in praeſenti prorogatione & contractu inter ipſos ſingulariter inito, & ſtipulat. vallato expreſſa continentur, & haberi voluerunt pro expreſſis, inſertis, & innovatis, in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum in dicto Compromiſſo plenius ſcriptum eſt, rogantes me Antonium Notarium infraſcriptum, quatenus de praedictis conficerem publicum inſtrumentum.

Acta fuerunt praedicta Florentiae in Populo S. Petri Scheradii, in domo Gbabellae iuris, praeſentibus ad omnia Nicolao de Oricellariis, Iacobo Ioannis Cari Lanaiolo Populi S. Felicis in Piazza de Florentia, & aliis teſtibus ad infraſcripta vocatis, & rogatis.

In Nomine Domini Amen. Nus Bartholomaeus Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopus Florentinus, arbiter, & arbitrator, & communis amicus, electus, & adſumtus, ac deputatus, a Iohanne quondam Pieri Bandini de Baroncellis de Florentia compromittente ſuo proprio & privato nomine, ac etiam vice, & nomine Laurentii nati quondam domini Philippi Giammori, Nicolai, Angeli, & Cionaccii, fratrum, & filiorum olim Franciſci, omnium de Baroncellis praedictis, pro quibus, & quorum quolibet, de rato, & rati habitione, promiſit ex parte una; & a Ser Feo Bandi Notario Florentino, Syndico, & Procuratore, & Syndicario, & Procuratorio nomine Abbatiſſae, Monalium, Capituli, & Conventus Monaſterii S. Bartholi de Gignoro de Via S. Galli de Florentia, aliter dicti Reginae Caeli, pro ut de ipſius Syndicatu, & Procuratione conſtare dicitur per Ser Thomaſum, Ser Franciſci Maſi Notarii Florentini ex parte alia; ad videndum, cognoſcendum, laudandum, terminandum, ſententiandum, & amicabiliter componendum, lites, quaeſtiones, cauſas, differentias, & controverſias, vertentes inter dictas partes dictis nominibus, ex eo & pro eo maxime, quia per dictos Ioannem & alios praedictos de Baroncellis dicebatur, ſe patronos eſſe dicti Monaſterii, & ſibi tanquam patronis praedictis debere de iure praeſtari, & dari per dictas Abbatiſſam & Moniales & Capitulum & Conventum dicti Monaſterii S. Barthuli annuatim in perpetuum duas libras cerae nomine cenſus, & in recognitionem patronatus praefati, & ſeu dari, & praeſtari petebant. Item dicebant, & petebatur per eoſdem Iohannem, & alios praedictos de Baroncellis, ſe debere, & poſſe mittere, & ponere certum numerum Monialium in dicto Monaſterio ſecundum formam certarum conventionum, ut dicitur, hactenus initarum, ac etiam petebatur per eos ſupra nominatos, ipſam Abbatiſſam, Monialeſque dicti Monaſterii, non potuiſſe vel de-

cti *Galli* exsistenti a *Petro Cursinio* Episcopo Florentino, anno MCCCLXX: quum Sanctimoniales quatuor tantum in illo superessent, quarum Abbatissa *Nicolucia* vocabatur. Caussa autem suppressionis Monasterii Gignori, & coniunctionis cum Parthenone Sanctae *Mariae Reginae Caeli*, fuit, quod quatuor illae Sanctimo-

debere recipere vel admittere in dicto Monasterio aliquam, ut ibi Monialis efficeretur vel existeret, sine ipsorum licentia & assensu. Item quod ipsi Iohannes, & alii de Baroncellis praedictis possent, eisque liceret tanquam veris patronis praedictis arma, seu insignia sua facere pingi vel sculpi in parietibus, seu muris, dicti Monasterii S. Bartholi aliter Reginae Caeli de Via S. Galli praedicti; & quod ipsa Abbatissa, Moniales, & Capitulum, & quaecumque Ministrae, seu Servitiales dicti Monasterii, tenerentur & deberent dictum Monasterium dicere, & appellare Monasterium S. Bartholi de Gignoro de Florentia, & sic describere, seu describi, & nuncupari facere, in quibuscumque scripturis, & instrumentis, & negotiis Monasterii praelibati, & alias de Baroncellis, pro ut in petitione per eos, & eorum nominibus exhibita latius continetur. Pro parte vero dictarum Abbatissae, Monialium, Capituli, & Conventus, ex adverso dicebatur & negabatur, supradicta petita per dictos de Baroncellis fieri debere de iure, nec eas vel se debere ad id astringi quoquo modo: prout de Compromisso praedicto in nos per dictas partes dictis nominibus facto, & de ipsius Compromissi prorogatione in nos facta, dicitur constare ex publicis instrumentis inde confectis per Ser Antonium Ser Chelli Notarium Florentinum: viso namque dicto Compromisso, & prorogatione, & auctoritate, balia, & potestate, nobis in eodem, & dicta prorogatione, a dictis compromittentibus dictis nominibus attributa, & concessa: & visis petitionibus, et responsionibus, per dictas partes dictis nominibus coram nobis exhibitis, & factis; visisque instrumentis, iuribus, & probationibus, dictarum partium, quas coram nobis producere, & ostendere voluerunt super dictis eorum litibus & quaestionibus; ac etiam auditis pluries dictis partibus compromittentibus, & earum Syndicis, & Advocatis; & demum super praedictis, & infrascriptis communicato colloquio cum pluribus iuris peritis, & intra nos habita meditatione & demum deliberatione matura; & omnibus plene visis, discussis, & examinatis, quae videnda, discutienda, & examinanda fuerunt in praedictis, & infrascriptis; volentesque dictas lites, causas, quaestiones, & controversias, dictarum partium decidere, & finaliter terminare, pro bono pacis, et concordiae dictarum partium, & uniuscuiusque ipsarum, Christi nomine invocato pro tribunali sedentes in loco infrascripto inter dictas partes laudamus, sententiamus, arbitramur, & condemnamus; dicimus, declaramus, & mandamus, pro ut inferius continetur.

In primis cum inveniamus, & omnia, & singula infrascripta ex iustis, & rationabilibus causis fieri debere, consideratis maxime iuribus hinc inde productis & probationibus factis, dispositione iuris communis, & consuetudine Monasteriorum Civitatis, ac Dioecesis, Florentiae, & aliis, quae visa sunt considerari debere, laudamus, sententiamus, arbitramur, & declaramus, dictos Iohannem, Laurentium, Nicolaum, Angelum, & Cionaccium, de Baroncellis praedictis, et eorum, & cuiuslibet ipsorum descendentes per lineam masculinam, vel femininam, sicut et pro ut in testamento Beltrami domini Biviglioni de dictis Baroncellis de ipsa linea feminina continetur, esse Patronos dicti Monasterii Sancti Bartholi de Gignoro de Via S. Galli, aliter dicti Reginae Caeli; et pro Patronis ipsius Monasterii debere in perpetuum ab Abbatissa, Monialibus, Capitulo, et Conventu, dicti Monasterii, praesentibus, et futuris, haberi, teneri, nominari, tractari, et reputari,

Item quod dicta Abbatissa, Moniales, Capitulum, et Conventus, dicti Monasterii teneantur, et debeant, in perpetuum singulis annis dare, et praestari facere, duas libras candelarum, seu torchiettorum, de cera nova, in die festi B. Bartholomaei Apostoli, quod celebratur de mense Augusti, dictis Iohanni Petri, & aliis supra nominatis de Baroncellis, et eorum descendentibus supradictis, vel duobus, aut uni eorum, pro se, et aliorum nomine, recipientibus pro censu, et nomine census, tanquam Patronis dicti Monasterii,

Item quod quandocumque contingit quod dicta Abbatissa, Moniales, Capitulum, et Conventus, dicti Monasterii, vel earum successores deliberare voluerint aliquam, vel aliquas, Monialem vel Moniales, recipere in dicto Monasterio ad novitiatum, seu ad probationem Regulae monachalis, seu aliter in dicto Monasterio recipere, ut ibi Moniales existant, teneantur, et debeant ipsa Abbatissa, et Moniales, et Capitulum, notificare, seu notificari facere, ante receptionem ipsius Moniа-

Moniales extra Monasterii claustra saepe vagarentur, & in illud laicos homines, tam mares, quam femellas, introducerent; & monachicae disciplinae rigorem non servarent. Quare primum excommunicationis fulmine ictae sunt, & Abbatissa suo gradu & officio privata; & post mensem haec unio & connexio Mona-

nialis vel Monialium dictam deliberationem faciendam praedictis Iohanni et aliis nominatis de Baroncellis, vel saltem duobus ex eis, si & in quantum fuerint in Civitate Florentiae, ut possint si velint consulere ipsis Abbatissae, Monialibus, Capitulo, & Conventui quid sit faciendum super deliberatione & receptione praedictis; ita tamen quod dictae Abbatissa, Moniales, Capitulum, & Conventus dicti Monasterii non teneantur expectare ultra triduum a die notificationis praedictae, nec postea sequi consilium antedictum, nisi pro ut, & sicut pro ipsius Capituli & Conventus libera processerit voluntate; sed ante aliquam receptionem ipsius Monialis, vel Monialium per ipsum triduum teneantur expectare, & audire, & auscultare, consilium ipsorum, & cuiuslibet eorum. Et quod si facta notificatione homines praedicti Iohannes, & alii supra nominati de Baroncellis vel aliquis seu alius eorum, vel ipsorum, aut alicuius eorum, successores, vel heredes per se vel alium aut alios directe, vel indirecte, publice vel occulte, in iudicio vel extra, in aliquo receptionem praedictam impedirent, aut turbarent, aut facerent, quod huiusmodi receptio suum non sortiretur effectum: vel dictas Moniales in aliquo perturbarent in dicta receptione, vel circa ipsam, ex tunc libere de cetero in perpetuum absque aliqua notificatione vel consilio possint, & valeant ad receptionem cuiuscumque vel quarumcumque Monialium procedere, & eam, seu eas, recipere pro earum libera voluntate; non tamen exprimendo, & notificando ipsis Abbatissae Monialibus Capitulo Conventui dicti Monasterii infra dictum triduum mores, vitam, & conditiones ipsius Monialis recipiendae vel consanguineorum ipsius, & dando super hoc consilium suum, intelligantur, seu censeantur, dicti Iohannes, & alii supra nominati de Baroncellis receptionem ipsam impedire, perturbare, seu aliquid facere, quo ipsa receptio suum non sortiatur effectum.

Item quod praedicti Iohannes Pietri, & alii sepea nominati de Baroncellis, possint & eis liceat figurari, & affigi facere arma sua, et Insignia, vel insignia armorum de Baroncellis per modum picturae vel sculpturae super portam, et in muris dicti Monasterii Sancti Bartholi intra Civitatem Florentiae situm, in quantum hoc providerint de beneplacito, & consensu Abatissae, & Monialium, & Capituli, & Conventus praedictorum; & si dicta Abbatissa, & Moniales, in hoc consentire recusaverint, tunc, & in eo casu dicti Iohannes & alii de Baroncellis supra nominati possint, & valeant libere praedictum insigne, vel insignia armorum de Baroncellis per modum dictae picturae vel sculpturae affigi vel figurari facere in muris Ecclesiae Monasterii antiqui Sancti Bartholi de Gignoro siti extra Civitatem Florentiae loco dicto A Gignoro, intus, & exterius, in ipsius muris pro ut eis placuerit; vel antiqua seu alias apposita, vel depicta Insignia, seu sculpta, conservari, & renovari, & restaurari facere, pro libera voluntate. Quam quidem Ecclesiam antiqui Monasterii praedicti de Gignoro dicta Abbatissa, & Moniales, et earum successores teneantur, & debeant expensis dicti Monasterii sui S. Bartholi praedicti de Via Sancti Galli tam facere reparari, & conservari, quam tecta, & structuram Ecclesiae aedificiorum, & habita ratione circumstantiarum, quae adhuc non occurrerent; nec ipsa tecta vel aedificia deteriorent, ut quomodolibet collabantur; & ipsam Abbatissam, & Moniales, & Capitulum ad sic faciendum per hoc nostrum laudum & sententiam condemnamus.

Item laudamus, sententiamus, arbitramur, & declaramus, atque statuimus, quod dictum Monasterium S. Bartholi de Via Sancti Galli, in quo ad praesens habitant Abbatissa, & Moniales praedictae, de cetero in perpetuum debeat vocari, & nominari, & appellari, ac describi, in contractibus, & scripturis quibuscumque Monasterium Sancti Bartholi de Gignoro, per dictas Abbatissam, & Moniales, et Capitulum, & Conventum, & familiam, & Servientes earum, & alias; non intelligimus tamen, nec prohibemus, quin ipsae Abbatissa, & Moniales et Capitulum et Cappellani, et Servientes, & familia, ipsius Monasterii, in petendo eleemosynas, vel aliis iuribus, possint nominare ipsum Monasterium S. Bartholi, quod vocabatur Monasterium Sanctae Mariae Reginae Caeli, sic & in quantum, ut taliter loquentes putaverint hunc loquendi modum esse necessarium vel utilem ad intellectum audientium, vel excitandum devotionem eorum,

ita

nasteriorum a laudato Episcopo peracta fuit, quatuor illis Monachabus Gignori in Monasterium Sanctae *Mariae Reginae Caeli* translatis. Hac unione facta, lis super iure patronatus inter Sanctimoniales, ac *Baroncellios*, orta est. Quare ab utraque parte, anno MCCCLXXXVII. compromissa quaestio fuit in *Barptolemaeum*

ite & taliter quod in hoc per Abbatissam, & Moniales, Cappellanos, & Servientes earum bona fide, & sine fraude procedatur.

Item laudamus, sententiamus, arbitramur, quod praedictae Abbatissa, & Moniales, ac Capitulum, & Conventus, dicti Monasterii, & eorum successores, teneantur, & debeant omnia & singula praemissa realiter, & effectualiter attendere, facere, & observare, praenominatis Iohanni, & aliis de Baroncellis praedictis, eorumque descendentibus ut supra, pro omni et toto iure patronatus, & quolibet alio iure eis in dicto Monasterio competenti, & loco ipsius iuris, & insignium, quod sint veri & legitimi patroni ipsius Monasterii, & quod donec dictae Abbatissa, & Moniales, Capitulum, & Conventus dicti Monasterii, & quae praemissa sunt de solutione dictarum librarum cerae nomine census, & de notificatione deliberationis de recipiendo Monialem, vel Moniales, in Monasterium effectualiter servaverint, dicti Iohannes, & alii de Baroncellis supradicti, vel alii eorum, seu eorum vel alicuius eorum descendentes, non debeant neque possint in iudicio vel extra, infringere aut nullam ostendere, aut modo aliquo impugnare unionem olim factam de Monasterio S. Bartholi de Gignoro praedicto extra Civitatem Florentiae cum dicto Monasterio olim dicto Reginae Caeli de Via S. Galli, quod hodie dicitur S. Bartholi de Gignoro, per D. Matthaeum de Civitate Castelli tunc Vicarium Domini Episcopi Florentini. Si vero Abbatissa, Moniales, Capitulum, & Conventus dicti Monasterii, per tres annos continuos vel interpellatos cessarent in solutione dicti census, aut coniunctim vel interpellate in receptione trium Monialium aut plurium cessarent in notificatione deliberationis faciendae de receptione alicuius, vel aliquarum Monialium, sicut superius est laudatum, tunc in eo casu dicti Iohannes & alii de Baroncellis supra nominati, & eorum descendentes, libere uti possint omni iure, si quod haberent, ad infringendum, et nullam ostendendum, vel impugnandum unionem de qua superius dictum est.

Item considerantes, quod ex quadam perversa consuetudine, imo verius corruptela, Patroni Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum locorum Ecclesiasticorum, gravia, & plura gravamina ipsis Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis, eorumque personis, inferre consueverunt; volentesque providere in futurum dicto Monasterio S. Bartholi, non praeiudicando propterea dictis Iohanni & aliis de Baroncellis supradictis in dicto iure patronatus, nec ad hoc intendentes, sed potius ad cavendum scandala, quae ex facilibus causis nasci saepissime consueverunt, laudamus sententiamus, & arbitramur, & condemnamus, quod ultra superius expressa dicti Iohannes, & alii de Baroncellis praedicti, vel eorum descendentes praefati, nullam gravamen, vel molestiam inferant, vel inferre debeant, dicto Monasterio, eiusque personis, ponendo pro se seu aliis albergarias, prandia vel coenas, vel receptiones ad colationem, seu aliud quodcumque simile magis seu minus expressum, vel aequale, nec ad talia aut praestanda teneantur dictae Abbatissa, & Moniales, plus quam cuilibet extraneo tenerentur.

Item laudamus, & sententiamus, arbitramur, & volumus, quod propter istam causam litigandi ex utraque parte expensae sint, & esse debeant communes.

Item laudamus, sententiamus, volumus, & arbitramur, quod si quo tempore reperiretur testamentum, & ultima voluntas, Bartholi Manetti de Baroncellis praedicti circa fundationem, & erectionem Monasterii alicuius, in quo testamento, & ultima voluntate contineretur, qualiter dictus Testator absolvisset, & liberasset dictum Monasterium a iure patronatus, vel praestatione dicti census, vel ab intimatione deliberationis, vel receptionis Monialium, de qua supra dictum est; vel aliud, aut alias dispositum esset per dictum Testatorem, aliter, quam contineatur in hoc nostro laudo & sententia, illa talis dispositio, & ultima voluntas dicti Testatoris, non obstantibus supra per nos laudatis, exequutionem omnimodam habeant, & per dictas partes debeant observari in omnibus, & per omnia, prout & sicut in dicto testamento foret dispositum, & ordinatum, intelligendo praedicta &c. si, & in quantum dictum Monasterium S. Bartholi de Gignoro de extra Civitatem fuerit illud Monasterium, quod vigore testamenti dicti Bartholi fundatoris debebat, vel quod loco illius fuerit legiptime & canonice subrogatum. Item laudamus, sententiamus, arbitramur, quod usque ad decem

maeum Episcopum Florentinum, qui arbiter laudavit & pronunciavit, *Baroncellios* Monasterii Gignori patronos esse, quo titulo, non satis liquet; adeoque Sanctimoniales Sanctae *Mariae Reginae Caeli* ab eo condemnatae fuere ad iis solvendum annuum censum duarum librarum cereorum, tamquam patronis: quem Sancti-

cem dies proxime secuturos, utraque dictarum partium liberam habeant facultatem emulogandi, recipiendi, & approbandi coram nobis dumtaxat hoc laudum, & hanc nostram sententiam; & si quidem ambae partes praedictae infra dictum terminum hoc nostrum laudum, & sententiam, & seu arbitramentum, emologaverint, & adprobaverint, teneantur, & debeant deinceps ipsum laudum sententiam, & arbitramentum exequi, effectualiter adimplere, ac servare sub infrascripta poena, & sub modis, & conditionibus appositis in hoc nostro laudo, sententia, & seu arbitramento. Si vero aliqua dictarum partium hoc nostrum laudum, et sententiam, coram nobis dixerit, se non velle accipere, approbare, vel emologare, super quo habebat liberam licentiam & facultatem infra dictos decem dies, tunc & eo casu, alia pars etiam non teneatur hoc nostrum laudum, & arbitramentum in aliquo observare, vel adimplere; sed utraque partium praedictarum remaneat in omnibus suis iuribus, in quibus erat ante compromissum, & prorogationem in nos factam, de quibus supra dictum est: & in dicto casu per hoc nostrum laudum, & sententiam, nullum eisdem partibus, vel alteri earum, praeiudicium generetur. Quod si neutra partium praedictarum dixerit expresse coram nobis infra dictum terminum decem dierum, se velle dictum nostrum laudum, sententiam, seu arbitrium, approbare, recipere, vel emologare, vel etiam non reprobare, seu non emologare, talis taciturnitas habeatur, & haberi declaramus pro consensu, approbatione, & emologatione, & in quolibet casu non reprobans dictum laudum nostrum, sententiam, & arbitrium, expresse coram nobis infra terminum supradictum, altera parte expresse adprobante coram nobis, habeatur, & reputetur, & eam haberi, & reputari volumus, & declaramus pro approbante, & emologante, & confirmante dictum nostrum laudum, sententiam, & arbitramentum, & omnia & singula in eo contenta.

Quae omnia & singula suprascripta laudamus, sententiamus, arbitramur, & condemnamus, a dictis partibus observari, adimpleri, & exsecutioni mandari, in omnibus, & per omnia, prout supra per nos laudatum exstitit, sententiatum, & arbitratum, sub poenis in dicto Compromisso, & prorogatione contra eos facta contentis.

Latum, datum, promulgatum, fuit suprascriptum laudum, sententia, & arbitramentum, & omnia suprascripta facta fuerunt per dictum Dominum Episcupum Arbitrum, & Arbitratorem praedictom pro Tribunali sedentem, in populo Sancti Martini de Montughi, in loco Sancti Antonii, praesentibus Ser Neno q. Geril de Rogeriis de Pisis Notario Apostolico, Domino Thomaso de Falconibus Decret. Per. de Florentia, Neno Nenii de Florentia, Petro Prudente q. Iohannis Clerico, Villano de Forolivii, familiaribus dicti Domini Episcopi, ad suprascripta testibus nomine rogatis, sub anno Dominicae Incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, Indictione undecima, die vero ultima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Vrbani, divina Providentia Papae VI. anno decimo.

Item postea dictis, Anno, Indictione, & die vero trigesimo primo mensis Octobris. Cunctis pateat, huius serie instrumenti, quod discreti viri, Angelus, q. Francisci, de Baroncellis de Florentia, suo proprio, & privato nomine, ac etiam ut Procurator, & procuratorio nomine, Nicolai, fratris sui carnalis, & filii olim dicti Francisci, habens ab eodem Nicolao mandatum sufficiens ad infrascripta, prout constare vidi, & legi ego Antonius Notarius infrascriptus, ex publico instrumento inde rogato, publice scripto per Ser Nofrium Lenzi Genolis de Empoli Notarium, sub die XXVII. instantis mensis Octobris, et quolibet dictorum nominum in solidum, & Laurentius natus q. Domini Philippi Giammori, & Gionaccius filius olim dicti Francisci, omnes de dictis Baroncellis, auditis, ut dixerunt, et eis ad memoriam reductis, et plenarie recensitis per me Antonium in eadem Notarium quodam Compromisso die XXXV. mensis Iulii, et prorogatione ipsius Compromissi die XXVIII. mensis Augusti proxime praeteriti, eorum, & cuiuslibet ipsorum vice, & gestorio nomine celebratis per Iohannem Pieri Bandini de dictis Baroncellis ex parte una, & Ser Feum Bindi Notarium Florentinum Syndicum, & Procuratorem, & syndicario, & procuratorio nomine Abbatissae Monialium Capituli & Conventus Monasterii

ſtimoniales hae praeſtiterunt, quamdiu gens *Baroncellia*, & eius familia *Bandinia*, ſuperfuerunt. Alia quoque iura iis adſeruit, circa receptionem Monialium, & poſſe eos ſuae familiae inſignia Monaſterii parietibus adpingere, inſculpere, aut quomodolibet adponere declaravit. Item declaravit & iuſſit, ut Mo-

rii Sancti Bartholi de Gignoro, alias dicti Reginae Caeli, de via Sancti Galli de Florentia, in Reverendum in Chriſto Dominum et Patrem, Dominum Bartholomaeum Dei gratia Epiſcopum Florentinum, tanquam arbitrum, et arbitratorem, et communem amicum dictarum partium nominibus antedictis, de quibus quidem Compromiſſo, et prorogatione ipſius Compromiſſi, conſtat ex publicis inſtrumentis inde confectis per me Antonium Notarium memoratum, ac etiam audito per ſupra nominatos de Baroncellis, dictis nominibus, et quolibet eorum in ſolidum, quodam laudo, vigore dicti Compromiſſi, et prorogationis, lato inter dictas partes per dictum Dominum Epiſcopum arbitrum et arbitratorem praedictum, die ultima menſis Septembris proximi praeteriti, prout conſtat manu mei Notarii antedicti, et ipſo laudo, et omnibus et ſingulis in ipſo contentis, laudatis, & ſcriptis, et reductis ad memoriam ſupradictorum de Baroncellis, ad ipſorum intelligentiam pleniorem, et aſſerentes ſupra nominati, Angelus, nominibus quibus ſupra, et quolibet eorum in ſolidum, et Laurentius, et Cionaccius de Baroncellis praefatis, ſe de ſupradictis Compromiſſo, prorogatione, et laudo, et omnibus, et ſingulis iniunctis, et ipſorum quolibet contentis, et ſcriptis, plenam, certam, et claram, habere notitiam, et ſponte, et ex certa ſcientia, omni modo, via, iure, et forma, quibus magis, et melius potuerunt, ipſa ſupradicta, Compromiſſum, prorogationem, et laudum, et omne, et quodlibet, et omnia, et ſingula in eis, et eorum quolibet contenta, et ſcripta, eorum nomine geſta ratificaverunt, approbaverunt, et emologaverunt, rogantes me Antonium Notarium infraſcriptum, quatenus de praedictis publicum conficerem inſtrumentum.

Actum Florentiae in Curia Epiſcopalis Palatii Florentiae in populo Sancti Salvatoris, praeſentibus Ser Maſo, Ser Franciſci Maſi, Ser Angelo Bandini, et Ser Manno Dominici de Avellano, Notario Florentino, teſtibus ad ſupraſcripta ſpecialiter vocatis et rogatis.

Ego Antonius q. Ser Chelli Ser Iacobi Civis Florentinus publicus & Apoſtolica Imperiali auctoritate Notarius, eademque auctoritate Imperiali Iudex Ordinarius, ſupraſcriptis omnibus et ſingulis in hoc & in praecedentibus dictis petiis membranarum ſimul ſutis, et meo ſolito ſigno ſignatis, contentis, dum agerentur interfui, eaque rogatus ſcripſi, et publicavi, ideoque me ſubſcripſi, et ſignum meum appoſui conſuetum.

In Dei nomine Amen. Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti ab eius ſalutifera incarnatione milleſimo quingenteſimo trigeſimo octava Indictione duodecima, & die decima ſeptima Septembris. Actum in Populo S. Margaritae de Florentia praeſentibus Ser Nicolao Tommaſii de Corella Notario, & Cive Florentino, & Ser Iacobo Lapini de Gaiole Clerico Florentino, teſtibus ad infraſcripta omnia, & ſingula vocatis, habitis, rogatis. Publice pateat qualiter cum ſit quod uſque in annum milleſimum trecenteſimum octuageſimum ſeptimum, & diem ultimam menſis Septembris latum fuerit laudum, arbitrium, ſeu arbitramentum, per Reverendiſſimum Dominum Bartholomaeum tunc Dei, & Apoſtolicae Sedis gratia Epiſcopum Florentinum arbitrum, & arbitratorem, inter Iohannem Pieri Bandini de Baroncellis, ſuo, et nomine Laurentii Domini Philippi Gammori, & Nicolai, Angeli, & Cionacii fratrum, & filiorum olim Franciſci omnium de Baroncellis, pro quibus de rato ex una; & Ser Feom Bindi Notarium Florent. Syndicum, & Procuratorem, et eo nomine Abbatiſſae, Monialium, Capituli, et Conventus S. Bartholi de Gignoro de Via S. Galli aliter nuncupati Reginae Caeli ex parte alia; in quo, et per quod inter alia viſis, et conſideratis iuribus partium, et quae videnda fuerunt, declaravit dictos Iohannem, Laurentium, Nicolaum, Angelum, et Cionaccium, de Baroncellis, et eorum, et cuiuſlibet ipſorum deſcendentes per lineam maſculinam, vel femininam, ſi, et pro ut in teſtamento Beltrami D. Bivigliani de Baroncellis, eſſe patronos ipſius Monaſterii S. Bartholi de Gignoro de Via S. Galli; aliter nuncupati Reginae Caeli, et pro patronis ipſius Monaſterii debere in perpetuum ab Abbatiſſa, Monialibus, Capitulo, et Conventu dicti Monaſterii praeſentibus, et futuris haberi, teneri, nominari, tractari, et reputari. Item quod dicta Abbatiſſa, et Moniales, et Capitulum dicti Monaſterii teneantur, et debeant, in perpetuum ſingulis annis dare, et praeſtari facere duas libras candelarum, ſeu torchict-

Monasterium a *Clarito Voliae* institutum, non amplius Sancti *Salvatoris*, & Sanctae *Mariae Reginae Caeli*, vocaretur, sed Monasterium Sancti *Barptolemaei* Gignori nomen adsumeret [a]. At si minus *Boncompagnus* ille e gente *Baroncellia* fuit, forte eo, vel eius posteris, donantibus, vel heredes instituentibus, iuspatronatus ad *Baroncellios* devolutum est; quare huius gentis insignia in fronte Ecclesiae suburbanae adhuc exstant. Nunc Ecclesia Gignori, Parthenone deleto, tantum superest, & extimam structurae

chiettorum, de cera nova in die festi Sancti Bartholomaei Apostoli dictis Iohanni, et Piero, et aliis supra nominatis de Baroncellis, et eorum descendentibus supradictis, vel duobus, aut uni eorum pro se et aliorum nomine recipienti, pro censu, et nomine census tanquam patronis dicti Monasterii, pro ut praedicta et alia plura plenius, et latius constare dicunt per instrumentum dicti laudi rogatum manu Ser Chelli Ser Iacobi Notarii, et Civis Florentini, ad quod et omnia in eo contenta ad effectum de quo infra, habeatur relatio, et infrascripti se retulerunt, et referunt. Et cum sit, pro ut affirmarunt infrascripti, quod ex supranominatis in dicto laudo, et compromisso; et quorum vigore dictum laudum emanavit, videlicet ex linea dicti Iohannis Pieri extant Franciscus, et Iohannes olim Pieri Antonii Bandini de Baroncellis; et ex dicto Angelo Francisci extant Laurentius, et Bartholomaeus fratres, et filii quondam Angeli Laurentii Angeli Francisci de Baroncellis; et ex dicto Cionaccio Francisci extant Angelus Marci, et Iohannes Baptista vocatus Ioseph filius Angeli Iohannis Angeli Cionaccii omnes de Baroncellis; et nulli alii extant descendentes ex dictis compromittentibus, et patronis, prout infrascipti affirmarunt; et cum sit quod a nonnullis annis, et citra dictae Moniales dicti Monasterii S. Bartholomaei de Gignoro de Via S. Galli, aliter Reginae Caeli, volgariter nuncupati de Chiarito, dictum annuum censum non dederint, et seu transmiserint Iohanni Francisci Nicolai Bartholomaei de Baroncellis, cum sit quod dictus Iohannes Francisci dictum censum per errorem receperit, et propterea intendat, et velit dictum censum infrascriptis Francisco, et Laurentio restituere, et declarare ut infra.

Hinc est quod hodie hac praesenti die praefatus Iohannes Francisci Nicolai Bartholomaei Sandri de Baroncellis non vi etc. sed omni modo etc. volens recognoscere bona fide dictum censum librarum duarum cerae per dictos annos videlicet de anno 1536., et 1537. habitum, et receptum, et seu ad eum transmissum per dictas Moniales restituit dictis Francisco Pieri Antonii Bandini Baroncelli, et Laurentio Angeli similiter de Baroncellis, et qui Franciscus eorum nomine, et vice, et nomine aliorum praedictorum patronorum dicti Monasterii confessus fuit habuisse, et recepisse, ac eis restitutas fuisse dictas libras quatuor cerae per eum ut supra habitae a dictis Monialibus pro dictis duobus annis, et pro futuro tempore, non exigere promisit, sed dimittere dictum censum exigi per dictos patronos eo modo, et forma, et pro ut retroactis temporibus percipere, et habere consueverunt; et voluit, et declaravit, quod sit perinde ac si dictum censum non recepisset, et quod sit, et restet in eo esse, et gradu, et prout erat ante receptionem dicti census praesentibus dicto Francisco, et Laurentio, et pro se, et dictis compatronis, et eorum descendentibus recipient., et acceptant. quae omnia etc. promisit attendere etc. poena dupli etc. quae etc. qua etc. pro quibus etc. obligavit etc. quarantigiam etc. rogans etc.

Ego Bernardus olim Domini Io. Baptistae de Gamberellis Civis Florentinus nec non Imperiali, ac Communis Florentiae auctoritatibus Notarius publicus Florent. de praemisso instrumento restitutionis census, ac declarationis facto per dictum Io. Franciscum Nicolai Bartholomaei, Sandro de Baroncellis, ut supra proxime scripto, et notato in praesenti charta de membranis manu cuiusdam mihi fidi, quia aliis occupatus negociis, rogatus in fidem me subscripsi.

[a] De hac unione vide *Pocciantium De Eccles. Florent. pag.* 147. 148. qui tamen fallitur, putans Monasterium Gignori esse idem ac Monasterium Sancti *Barptolemaei* ad Mugnionem, quod insuper confundit cum Monasterio *Sanctae Mariae de Misericordia*, quod in praesens Locomocomium est in Paroecia Sancti *Marci Veteris*. Hinc corrigendum est, quod scripsi superius *pag.* 718. *Pocciantii* fidem sequutus. Alia quaedam ex hisce emendanda quoque sunt superius *pag.* 1120. 1121. ubi multa de Monasterio Gignori habentur.

rae vetustatem praesefert; nec Sancto *Michaeli* sacra in praesens dicitur, sed Sancto *Barptolemaeo* Apostolo, cuius picta imago Altari imminet. Hoc Monasterium perpetuum quinque librarum cerae censum Episcopatui Florentino, die festo Sancti *Ioannis Baptistae* solvere tenebatur; & post unionem solvere eumdem censum perrexit. Ceterum Ecclesiam Gignori, quae Paroeciam olim habebat, Sancto *Michaeli* Archangelo sacram fuisse, constat ex libris & membranis vetustis innumeris; non tamen putandum est, diversam fuisse ab Ecclesia Sancti *Barptolemaei*, cuius nomine Parthenon censebatur: sed utrumque Divum Adhaerentem fuisse, atque ita Sanctorum *Michaelis*, & *Barptolemaei*, titulum habuisse. Et quidem Sanctimoniales Sanctae *Mariae Reginae Coeli*, vulgo *Clariti*, dies festos Sancto *Michaeli*, & Sancto *Barptolemaeo*, sacros celebrant; & in antiqua tabula, quae in Altari Ecclesiae Gignori exstabat, Sanctus *Michael* Archangelus pictus erat, quam tabulam Sanctimoniales Clariti adhuc in suo Coenobio servant *. Sanctimoniales Gignori *Reclusarum* nomine veniunt

* Ecclesiam Gignori et Paroeciam, Sancti *Michaelis* dictam fuisse, satis docent Chartae, quae in Archivo Generali, et alibi Florentiae habentur. In Protocollo Ser *Roberti Talenti* a Faesulis *pag.* 53 memoratur Populus Sancti *Michaelis* del Gignoro, et locus in ipso dictus *Camperappoli*, circa annum MCCLVI. Rector Ecclesiae Sancti *Michaelis* de Gignoro memoratur in Charta Archivi Abbatiae Florentinae, quam legendam exhibeo.

In Dei nomine amen. MCCLI. Indictione IX. IV. Non. Aprilis. Cum Monasterium Sancti Martini de Melsola, quod spectat ad Monasterium Sancte Marie de Florentia, Abbatissa vacaret, Dom. Bartholomeus Abbas Monasterii S. Marie predicte, consensu & parabola Domnorum, Palmerii, Diedati, Donati, & Bandini, Monachorum, Fratrumque suorum ibidem tunc presentium, vice & nomine dicti Monasterii Florentini, fecit, atque constituit suos & dicti Monasterii Florentini Donnos Marcium & Ranerium Monachos eiusdem Monasterii Florentini Sindicos & Procuratores, & quemlibet eorum in solidum, dando eis, & cuique eorum, licet absentibus, licentiam & potestatem eligendi Dominam & Rectricem dicti Monasterii S. Martini, & pertinentiarum suarum, & ad omnia & singula facienda, que in predictis viderint expedire, & que veri Sindici & Procuratores facere possunt & debent, promittens de consensu dictorum Fratrum suorum perpetuo ratum & firmum habere quicquid ab eis, vel altero eorum, factum fuerit de predictis. Actum Florentie apud dictum Monasterium Florentinum, presentibus testibus ad hec rogatis, Risalito filio Mellii, Cenni filio Guidonis Masnade, Casino filio Buoni, & Guernerio filio Martini, Servientibus dicti Monasterii Florentini.

Item post eodem die. Actum apud dictum Monasterium Sancti Martini de Melsola, presentibus testibus ad hec rogatis, Presbitero Bene S. Marie de Septinguana, Dom. Chiarentano Rectore Ecclesie S. Michaelis de Gignoro, & Cenni Clerico, filio Guidonis Masnade & aliis. Ad honorem Dei omnipotentis & B. Virginis Marie & omnium Sanctorum & Sanctarum Dei, & totius Capituli Monasterii Sancte Marie de Florentia, & totius Capituli Monasterii S. Martini de Melsola, & omnium hominum eiusdem Populi S. Martini, dictus Marcius Monachus & Sindicus dicti Monasterii S. Marie de Florentia, presente & consentiente dicto Domno Ranerio Monacho & Sindico eiusdem Monasterii Florentini, mortua & sepulta Domina Scotta quondam Abbatissa ipsius Monasterii Sancti Martini, presentibus multis hominibus & feminis eiusdem Populi S. Martini, & aliis, qui ad corpus eiusdem Domine Scotte quondam Abbatisse venerant, vocavit & elegit Dominam Margaritam Monialem eiusdem Monasterii S. Martini in Abbatissam Dominam & Rectricem dicti Monasterii S. Martini de Melsola, & confirmationem & institutionem concessit eidem. Et dedit ei potestatem administrandi tam in temporalibus, quam in spiritualibus dicti Monasterii Sancti Martini, & pertinentiis suis, assignando ei locum in Choro & Dormentorio, & eam, tanquam

unt in testamento *Beatricis* Comitissae, *Marcovaldi* Comitis uxoris, & filiae *Rodulfi* Comitis Caprariae [a]; *Pocciantius* tamen *Eremitas* vocatas fuisse, ait. Paroecia Sancti *Michaelis* Gignori amplius non exstat, ut diximus; sed partim Ecclesiae Sancti *Petri* Vadi Longi, partim proximae Ecclesiae Sanctae *Mariae* Coferciani, attributa fuit. *Gignorum* dictum puto, quasi *Giniorum*, hoc est, *Arva Giniorum*, quod *Giniae* gentis ibi fundi essent; ut *Fabrorum*, & *Antinorum*, quasi *Antoniorum*; & *Ormannorum*, vulgo *Osmannoro*; quod *Fabrae* vel *Fabriae*, & *Antoniae*, & *Ormanniae*, gentium praedia & agri ibi exstiterint. Curtem in Gignoro confirmavit Abbatiae Florentinae *Henricus IV.* Imperator, quam forte ei tradiderat *Willa* Comitissa [b]; & fundos in Gignoro donavit eidem Monasterio *Petrus II.* Abbas [c]. *Volca Consilii* F. Xenodochio Sancti *Paulli* in Pinti arvum & vineam positam ad Gignorum largitus est [d].

Monasterium Sancti *Martini* la Mensola, quod Florentia MM. circiter P. distat, extra Portam Crucis, non procul a Gignoro & Coferciano. Huius Monasterii initia ita narrantur [e]. Quum Sanctus *Donatus* Scotus Episcopus Faesulanus esset, & popularem suum *Andream* Archidiaconum secum haberet, & per Faesulanos colles, recreandi animi gratia, ambularent, ad torrentem

quam Abbatissam futuram dicti Monasterii S. Martini predictam Choro eiusdem in sede ponendo. Et ibidem incontinenti post hec Domina Victoria, & Domina Sofia, Moniales dicti Monasterii Sancti Martini promiserunt & fecerunt eidem Domine Margarite in Abbatissam electe obedientiam manualem cum sono campane cantando Te Deum laudamus, & orationes alias consuetas.

Item post anno & Indictione predictis, quarto Nonas Martii dicta Domina Margarita veniens coram Domno Bartholomeo Abbate dicti Monasterii S. Marie Florentine, & ipsius Monasterii Capitolo, petiit ab eis tanquam a Dominis & Patronis dicti Monasterii Sancti Martini, electionem, confirmationem, & institutionem de se factam in Abbatissam eiusdem Monasterii S. Martini per Dom. Mattium eiusdem Monasterii Florentini Monachum atque Sindicum, confirmari & institui se in dicto Monasterio Sancti Martini. Qui Dominus Abbas incontinenti consensu & parabola Dominorum Palmerii, Diedati, Donati, Mactii, Ranerii, & Bandini, Monachorum Fratrumque suorum ibidem tunc presentium, confirmationem electionem & institutionem & omnia & singula etiam facta per dictum Domnum Maccium confirmavit & ipse D. Abbas confirmationem & institutionem concedendo eidem dedit sibi potestatem administrandi tam in spiritualibus quam in temporalibus in predicto Monasterio S. Martini & pertinentiis suis. Unde dicto Domino Margarita Abbatissa recipiendo confirmationem & institutionem predictas fecit eidem Abbati accipienti pro se & suis successoribus obedientiam manualem & promisit consueta servitia, & consuetas reverentias eidem Abbati, & eiat Capitulo exhibere. Actum Florentie in Choro dicti Monasterii Florentini, presentibus testibus ad hec rogatis Presbytero Salvi Capellano Sancti Stephani Abbatie, Guernerio filio Martini, & Cosino filio Booni, Servientibus eiusdem Monasterii Florentini.

Ego Donus Gianni Magistri Iudex & Notarius, predictis dum agerentur rogatus interfui, & ea coram me acta hic fideliter scripsi & publicavi, ideoque subscripsi.

a Consule superius *pag.* 75.

b Superius *pag.* 88. puto enim ubi legitur *loco Giguoci* legendum esse *loco Gignori*.

c Consule superius *pag.* 99. 100.

d Adi superius *pag.* 1100.

e *Ammiratus* in *Episcopis Faesul. Puccinellius Chronico Abbatiae Florent. pag.* 48. *Brocchius Tom. II. Vit. Sanct. Florent. pag.* 125. *Silvan. Razius Par. I. Sanctor. Tusciae pag.* 170.

a Ho-

tem Melsolam, seu Mensulam [a], descenderunt. Hic Sacellum quoddam desertum ac semirutum & Beato *Martino* sacrum, quum observassent, *Andreas* rogavit Episcopum, ut locum illum sibi concederet. Quem, quum obtinuisset, instauravit, seu magis a fundamentis Ecclesiam excitavit, & exiguum Monasterium adiunxit. Hic *Andreas*, quibusdam sociis adscitis, substitit, & Monachi vitam, iuxta Sancti *Benedicti* institutum, egit, a collegis suis Abbas electus. Vita functo *Andrea*, quum alii Monachi eius socii diem tandem obiissent; vacuum Monasterium sacris puellis cessit [b]: quo tempore, profecto ignotum est. Sed & hae Sanctimoniales postremum defecere; & Ecclesia Sancti *Martini*, eiusque Paroecia a Sacerdote tantum procurabatur. Tandem anno circiter MXXIV. quum Monasterium Sanctae *Mariae* Florentinum Ecclesiam hanc iam possideret, *Petrus II.* Abbas eam labefactatam una cum Monasterio refecit; atque iterum in eam Sanctimoniales Ordinis Sancti *Benedicti* introduxit; quae fortassis illae fuerunt, quae Parthenonem urbanum Sancti *Andreae* habuere, ut alibi disserui [c]. In Historia institutionis huius Monasterii illud difficile occurrit, quod, quum in Dioecesi Florentina situm sit, Episcopus Faesulanus locum Beato *Andreae* concesserit, Ecclesiam ipsam consecraverit, confirmaverit Abbatem, ut *Puccinellius* scribit. Quomodo haec substineri possint, non video, nisi Episcopus Faesulanus loci dominus erat, ideoque iurisdictionem ibidem exercebat. Difficultas est haud absimilis illi, quae occurrit in Historia constructionis Ecclesiae Sancti *Salvii* in Paratinula, quae quum in Dioecesi Florentina, & non procul ab ipsa Vrbe exsistat; tamen Episcopi Faesulani consensu & auctoritate conditam fuisse, fabulantur [d]. *Alexander II.* & *Alexander III.* Pont. Max. Ecclesiam Sancti *Martini* in Mensula Abbatiae Florentinae confirmavere [e]. Cum autem anno MCCLXXXI. Ecclesia haec ruinosa prope collaberetur, ideoque restauratione opus haberet, *Ildebrandinus*, *Burnecti* F. *Alfanius*, Civis Floren-

a Hodie volgo *Mensula* pronunciatur; et *Mensae* nomen non uni loco in Tuscia haeret, pro Graeco τραπέζη *Trapeza*, quo nomine, seu τραπεζίον, aut *Trapezia*, ager inaequalium laterum denotatur; et tandem etiam aequalium laterum; vulgo ac corrupte *Pezza*, *Pezzo*: barbare *Petium* et *Petia*; unde *Petiolus*, de quo superius *pag.* 837. et *Petioli*, vulgo *Peccioli*, in collibus Pisanis, cuius mentio superius passim occurrit; et *Petiolae* in agro Arretino, superius *pag.* 1288. Hic torrens *Mensula* nuncupatur in antiquis instrumentis superius *pag.* 107. 111. 971. 973. 1135. et ab *Joanne Boccaccio* in suo *Nymphali*. *Melsola* vero dicitur in iisdem *pag.* 248. 989. 1330. & quae paullo inferius producentur. Si vero *Melsula* potius nominandus est, tunc vocabulum corruptum putaverim, mutato R. in L. ut apud Tuscos usuvenit; adeoque *Mersula* efferendum. Sic in agro Pisano *Mersa* flumen decurrit.

b Ex Charta *Petri II.* Abbatis, quam ex *Puccinellio* produxi superius *pag.* 971.

c Adi superius *pag.* 971. 973. 974.

d Vide *Richam Tom. I. pag.* 356. *Soldanium Hist. Passin. pag.* 265.

e Adi superius *pag.* 107. 111.

a Con-

rentinus, fummam argenti quamdam fuo teftamento legavit, qua Ecclefia Sancti *Martini* ad Menfulam reficeretur [a]; & compertum habemus, hoc Monafterium fub initium faeculi XIV. adhuc floruiffe [b]. Quum vero Epifcopus Florentinus *Ioannes* fibi fubditum hoc Monafterium effe pertenderet, controverfia vehemens inter ipfum, & Abbatem S. *Mariae*, atque Antiftitam S. *Martini* la Melfola, excitata eft, quam *Honorius III.* Pontifex Romanus *Herico* Praepofito Pratenfi definiendam commifit; qui Iudex Delegatus in Epifcopi favorem fententiam tulit [c]. Abbas autem Sanctae *Mariae*, & Abbatiffa Sancti *Martini*, ab ea ad Pontificem Romanum provocarunt [d]. Pontifex autem caufam iterum delegavit *Gof-*

a Ex Charta Archivi Sanctae Mariae Novellae.

b Confule fuperius *pag.* 532.

c Confule fuperius *pag.* 248.

d Adpellationes & alia Acta produco.

In Dei nomine Amen. Coram vobis Domino Henrico Prepofito Prate fi, ego Macius Procurator Abbatis & Monachorum Sancte Marie Florentie, & Abbatiffe & Monialium Sancti Martini de Melfula, nomine ipforum Monafteriorum p opono, quod in caufa, quam movet Dominus Epifcopus Florentinus contra dictum Monafterium Sancti Martini, non eftis Iudex, cum in refcripto tanta auctoritate procedere valeis nulla mentio de dicto Monafterio habeatur, & non intelligatur fub generali claufula comprehendi, cum fit magis omnibus in refcripto nominatim exprimendum. Item fi appareat aliquando vos fuper hoc effe Iudicem, non tamen debetis procedere, cum fitis in terra nobis fufpectus propter maximam, & nimiam amititiam, quam habetis cum Epifcopo memorato, & propter caufam, & differentiam, quam habetis cum dicto Abbate, ficut manifefte apparet per refcriptum contra vos ad Dominos C. & M. Fefulanos Canonicos impetratum, & propter quedam alia fuo loco, & tempore proponenda. Quare ne in predicto facto aliquo modo procedatis ad Sedem Apoftolicam, & Dominum Papam appello.

Facta funt hec Prati in claoftro Plebis Sancti Stefani prefentibus Bonacorfo Petronis, & Ugo Manelli de Florentia, & Adeodato quondam Rainaldi, rogatis teftibus, millefimo CC. nonodecimo, quinto KL. Madii, indictione feptima.

Ego Ubaldinus Imperiali auctoritate Iudex atque Notarius his omnibus interfui atque omnia publice fcripfi rogatus.

In Dei nomine Amen. Domnus Bartholomeus Abbas Sancte Marie de Florentia de confenfu Fratrum fuorum, videlicet, Prebiteri Gherardi. Prebiteri Nicolai. Iacobi Diaconi. Marcii Diaconi. & Bruni, & Benedicti. Item Domina Contiffa Abbatiffa Sancti Martini de Melfola de confenfu dicti Abbatis, prefentibus quoque ibidem, & confentientibus Cecilia. Stetta. & Domina Donore, Sororibus, & Monialibus ipfis, conftituerunt, fecerunt, & ordinaverunt Guilielmum Diaconum Sindicum, Refponfalem, & Defenforem. in caufa, quam habeas, vel habet, feu fperant, vel fperat habere cum pro dicto Monafterio S. Marie, quam pro alio Monafterio S. Martini, cum Florentino Epifcopo fuper reverentia, vel obedientia. vel aliis rebus, vel fuper confirmatione alicuius fententie diffinitive, fi fententia dici poteft, que fuper his lata dicitur a Pratenfi Prepofito, et coram Piftoriensi Epifcopo dictus Guilielmus poffit agere proponere excipere refpondere, & defendere, & appellare, & appellationes que fequentur, & omnia facere, que ad predicta pertinere videntur, permittentes, tam dictus Abbas, quam Abbatiffa prefata, predictorum Monachorum, & Monialium confenfu, firmum, & ratum habere quitquid ab eodem Guilielmo factum inde fuerit vel procuratum.

Acta funt hec Florentie in Ecclefia Sancte Marie Abbatie Florentine, Dominice Incarnationis anno millefimo ducentefimo vigefimo primo. Septimo Idus Ianii. Indictione nona. In prefentia Tedaldini Giannibelli, & Rainieri filii Orlandi, & Giamboni filii Angiolelli, rogatorum teftium.

✠ *Ego Bartholomeus Abbas huic inftrumento a me, & a mea auctoritate, facto fubfcripfi.*

Ego Marcius Monacus, & Levita confenfi & ss.

Ego Nicholaus Monacus, & Sacerdos ss.

Ego Gerardus Monacus, & Sacerdos confenfi, & ss.

Ego Brunus Monacus confenfi, & ss.

Ego Iacobus Monacus, & Levita confenfi, & fubfcripfi.

Ego Benedictus Monacus, & Subdiaconus confenfi, & ss.

✠ *Ego Contiffa Abbatiffa Monafterii Sancti*

Bbbbbbbbbbbbbb

Goffredo Episcopo Pistoriensi; & coram eo causa acta est ab utrisque adversariis; sed quum Episcopus Pistoriensis copiam Rescri-

Gi Martini de Melfala huic instromento propria manu suscripsi.

Ego Adouera Monaco consensi.

Egu Catilin Monaca coasensi.

Ego Scotta Monaca tonsensi.

Ego Agnessa Monaca coosensi.

Egu Beoedicta Monaca consensi.

Ego Margarita Moaaca consensi.

Ego Guilielmus Foresi Gottifredi Iudex, & Notarius predictis dum agerentur intersui, & ea rogatus fcripsi. & in publicam formam redegi ideoque subscripsi.

In Dei nomine Amen. Millesimo CCXXI. V. idus Iunii Indictione VIIII. His publicis litteris clareat omnibus evidenter quod Guilielmus Diaconus Sancte Marie Monasterii Florentini repræsentavit se coram Domino Goffredo Pistor. Episcopo tam pro Abbate & Monasterio Florentino, quam pro Abbatissa, & Monasterio Sancti Martini de Melsala; & ibi coram dicto Episcopo legit publicum instrumentum manu Guilielmi Foresi Gottifredi Iudicis & Notarii factum & subscriptum manibus predictorum Abbatis, Abbatisse, & Fratrum & Sororum suorum, in quo publice instrumento continebatur, quod Domnus Guilielmus posseat agere & respondere coram Domino Episcopo Pistoriensi in causa, quam movet vel habet dictus Abbas vel Abbatissa, seu sperat habere, aut sperant, cum Florentino Episcopo super reverentia vel obedientia vel aliis rebus vel supee confirmatione alicuius sententie diffinitive, que super his lata dicitur a Pratensi Preposito, & illud instrumentum dedit Pistoriensi Episcopo, & Episcopus tenuit illud manibus suis, & respexit. Item legit coram dicto Episcopo quasdam litteras sigillatas sigillo Pistoriensis Episcopi, quas dictas Episcopus confessus fuit suas fuisse; tenor autem illarum litterarum talis erat. Goffredus Dei gratia Pistoriensis Episcopus. Venerabili Abbatisse Sancti Martini de Melsula eternam in Domino salutem. Dominus Papa scripsit nobis in hunc modum. Honorius Episcopus Servus Servorum Dei &c. Venerabilis frater noster. . . . Florentinus Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut diffinitivam sententiam, quam pro eo . . . . Pratensis Prepositus contra Abbatissam S. Martini de Melsula sue Diocesis super hobedientia & reverentia quam petebat ab ipsa Abbatissa auctoritate nostra exigente iustitia promulgavit apostolico dignaremur munimine roborare. Ideoque Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam ipsam, sicut est iusta, facias per censuram Ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. Datum Laterani IV. Idus Maii Pontificatus nostri anno quinto. Vnde tibi auctoritate Domini Pape qua fungimur precipiendo mandamus quatinus aut nominato Domino Episcopo hobedientiam exhibeas & debitam reverentiam, aut si facere volueris ei contra latam sententiam, & volueris aliquid dicere, mandamus tibi ut V. Idus Iunii venias aut sufficienter mittas ad presentiam nostram qui dicto Domino Episcopo valeat respondere. Et lectis litteris istis dixit dictus Dominus Episcopus Pistoriensis quod nondum venerat Nuntius Florentini Episcopi. Vnde mandavit dicto Sindico ut sequenti die in mane post Missam repræsentaret se coram eoque predictis. Et dictus Guilielmus, presente & audiente dicto Episcopo Pistoriensi, rogavit me Coppiam Iudicem & Notarium predicta publice scribere.

Acta sunt hec Prati in Claustro Plebis Sancti Stefani presentibus Guido Guazzaloto, Panso quondam Vgolini, testibus ad hec omnia rogatis.

Ego Coppia Imperiali auctoritate Iudex & Notarius predictis omnibus intersui, eaque publice scripsi rogatus, & dictæ superius punctata s. eaed. & mea manu punctavi.

In Dei nomine Amen. Millesimo CCXXI. IIII. Idus Iunii Indictione VIIII. Ex hac quidem publica litterarum serie clareat omnibus evidenter quod Domnus Guilielmus Sindicus, & Procurator tam Abbatis, & Fratrum Monasterii Florentini, quam etiam Abbatisse, & Monialium Sancti Martini de Melsula, nomine ipsorum Monasteriorum petiit a Domino Goffredo Pistoriensi Episcopo, ut condemnaret Florentinum Episcopum S. in expensis, quas estimavit XL. solidos pi. pro eo quod dicto Sindico venienti pro causa confirmationis diffinitive sententie, que lata dicitur a Pratensi Preposito pro dicto Episcopo Florentino, contra Abbatissam coadictam super hobedientia, & reverentia. dictus Episcopus venire contempsit, nec per se, nec per alium veniendo. Item petiit dictus Sindicus ab eadem Pistoriensi Episcopo, ut absolveret eum pro utroque predictorum Monasteriorum, & utrumque eorum, ab observatione sui iudicii. pro eo quod dictus Florentinus Episcopus contumax extitit non veniendo, & ei sibi inducie penitus denegande. cum ipse Florentinus Episcopus rescriptum apostolicum reportasse dicatur ad Dominum Pistoriensem Episcopum extraordinarium Iudicem. Dictus vero Pistoriensis Episcopus respondit, quod de facto expensarum sibi reservabat. in alio vero articulo respondit, quod non absolveret ab observatione sui iudicii. sed ipse Sindicus recederet cum licentia sua, & dixit dictus Sindicus quod expectaret fere usque ad tertiam, & ipse Epi-

scripti Apostolici facere Abbatissae non potuisset, & Abbatissa subspectum illum adlegaret, iterum Pontificem adpellavit, qui cau-

Episcopus dixit, quod iam erat hora tertie. Acta sunt hec Prati in claustro Plebis Sancti Stefani. presentibus Pipino quondam Carbonre. Ormano Notacio, Bonacorso del Torto, testibus ad hoc rogatis.

Ego Coppia Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius predictis omnibus interfui eaque publice scripsi rogatus.

In Dei nomine Amen. M. CCXXI. IIII. Idus Iunii Indictione VIIII. His publicis litteris clareat evidenter, quod Gulielmus Sindicus, & Procurator tam Abbatis, & Fratrum Monasterii Florentini, quam etiam Abbatisse, et Monialium Monasterii Sancti Martini de Melsola. tam pro dicto Monasterio de Melsola, quam & pro Monasterio Florentino prefato. ad quod dictum Monasterium Sancti Martini de Mensula, tam in temporalibus quam etiam in spiritualibus pleno iure spectare dicebat. petiit a Domino Goffredo Pistoriensi Episcopo, ut ostenderet sibi rescriptum Domini PP. quod Florentinus Episcopus dicebat ad ipsum impetrasse contra prefatam Abbatissam. Item proposuit dictus Sindicus coram eodem Pistoriensi Episcopo quod in causa confirmationis diffinitive sententie que super obedientia, & reverentia lata dicitur per Prateusem Prepositum pro Florentino Episcopo contra prefatam Abbatissam habebat dictum Pistoriensem Episcopum suspectum, pro eo quod Episcopus Florentinus iam dictus est Iudex in ardua causa ex communicationis, & excommunicationum, quam dictus Episcopus Pistoriensis habet contra Pistoriensem Potestatem, & fauteres seu consiliarios. & dixit dictus Sindicus manifestum esse, quod dictus Florentinus Episcopus in ardua causa predicta sit Iudex. unde Sindicus memoratus recusavit iudicium, & examen Pistoriensis Episcopi antedicti, eligens super hoc Arbitrum Dominum Magnarium Canonicum Fesulanum. Item dixit, quod habet dictum Episcopum Pistoriensem suspectum, ex eo videlicet quod non levi amicitia est coniunctus Florentino Episcopo, set est amicissimus eius. & elegit dictus Sindicus eundem Arbitrum in hoc casu, petens a supra fato Episcopo Pistoriensi, ut scriberet Florentino Episcopo, & significaret ei qualiter, & in quibus casibus, dictus Arbiter erat electus, & ut ipse alium eligeret Arbitrum, qui cum predicto Magnario cognosceret de predictis causis. Item petiit, ut scriberet dicto Magnario, ut cognosceret in predictis causis, & infra certum terminum, cum Arbitro qui eligeretur ab Episcopo Florentino. Dictus autem Pistoriensis Episcopus respondit quod non habet rescriptum Domini PP. apud se, set erat apud Episcopum Florentinum. Item dixit quod manifestum est quod ipse habet dictam causam coram Florentino Episcopo contra Potestatem Pistoriensem, set dixit quod non scriberet modo dicto Episcopo Florentino nec Arbitro memorato, set dixit quod cum Episcopus Florentinus elegerit suum Arbitrum ipse communiter scribet Arbitris memoratis. & dedit dicto Sindico licentiam recedendi. Acta sunt hec Prati in Coro Ecclesie Sancti Stefani presentibus Pansio Coltensi, & Restituo Diresciti, et Scoata Torsi, testibus rogatis ad predicta omnia.

Ego Coppia Imperiali auctoritate Iudex, & Notarius predictis omnibus interfui, eaque publice scripsi rogatus.

In Dei nomine Amen. Dominus Guillielmus Sindicus, & Procurator Abbatis, & Fratrum Monasterii Florentini, & Abbatisse, et Monialium, Monasterii Sancti Martini de Melsula, protestatus est in primis coram Archipresbitero Florentino, & Domino Magnario Canonico Fesulano Arbitro a se electo, & coram Arcidiacono Florentino quem Arcidiaconum Petrus Camerarius Sindicus, & Actor, & Procurator Domini Iohannis Florentini Episcopi ibidem tunc elegit Arbitrum pro dicto Episcopo Florentino, & dixit dictus Guillielmus quod volebat sibi salvas esse omnes exceptiones, quas vellet obicere in personas vel personam adverse partis.

Item dictus Guillielmus Sindicus nomine dictorum Monasteriorum ostendit publicum instrumentum manu Coppie Notarii de Prato factum coram Domino Arcipresbitero Florentino, & dictis Arbitris, in quo continebatur qualiter dictus Guillielmus Sindicus pro utroque dictorum Monasteriorum proposuit coram Domino Soffredo Pistoriensi Episcopo quod habebat eum suspectum, ex eo quod Florentinus Episcopus est Iudex in ardua causa excommunicationis, vel excommunicationum, quam dictus Episcopus Pistoriensis habet cum Potestate Pistoriensi, & quod dixerat hoc esse manifestum quod dictus Florentinus Episcopus Iudex in ardua causa predicta, & qualiter dictus Pistoriensis Episcopus dixerat manifestum esse quod Florentinus Episcopus erat Iudex dicte cause.

Item dictus Guillielmus Sindicus nomine dictorum Monasteriorum protestatus est & dixit quod paratus erat, & volebat procedere coram dictis Arbitris secundum formam iuris in dicta causa suspitionis scilicet quod Florentinus Episcopus sit Iudex in ardua causa excommunicationis, vel excommunicationum quam habet Pistoriensis Episcopus cum Potestate Pistoriensi, & postulavit a dictis Arbitris cum instantia, ut admitterent eum sic volentem procedere in dicta causa, & facerent sibi respondere super hoc dictum Petrum Camerarium pro dicto Episcopo Florentino.

Acta

causam adpellationis *P.* Abbati S. *Gaudentii* examinandam commisit [a]. Sed Abbate minime in caussa, ut videtur, procedente; vel ab Abbatissa male adpellatum iudicante; quum Abbatissa multas exceptiones, ut vidimus, Episcopo Pistoriensi opposuisset, & eum suspectum habere dixisset: tamdem eo devenit, ut *Mugnarium* Canonicum Faesulanum Arbitrum eligeret; rogavitque Episcopum Pistoriensem, ut Episcopo Florentino scriberet, quo & ipse Arbitrum suum eligeret. Itaque *Ioannes* Episcopus Florentinus Archidiaconum Florentinum Arbitrum suum elegit; sed quem tandem exitum caussa habuerit, mihi est incompertum. Siquid autem divinare datur, videtur Episcopus Florentinus saltem obtinuisse, ut Conventum Sancti *Martini* tunc reformare posset, quod quidem anno MCCXXV. fecit, ut *Puccinellius* memoriae prodidit [b]. Exploratum tamen habeo, Abbatissam Sancti *Martini* semper electam fuisse ab Abbate Sanctae *Mariae* Florentiae [c]; & ad eum spectasse visitationem, correctionem, & refor-

Acta sunt hec Florentie in Claustro Sancte Reparate anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, quintadecima KL. Iulii, Indictione nona, coram Arsipresbitero, & Arbitris memoratis, presentibus testibus Renaldo filio quondam Iohannini, & Giambona filio quondam Angiolelli.

Ego Renuccius de la Pressa Iudex atque Notarius predictis dum agerentur interfui, & ea rogatus in publicam formam redegi.

a Consule instrumentum, & ipsas Litteras *Honorii III.* superius *pag.* 989.

b *Puccinellius Chronico Abbatiae Florentinae pag.* 48.

c Electionum Instrumenta quaedam produco.

In Dei nomine Amen. Domina Contessa Abbatissa Monasterii Sancti Martini de Melsula renuntiavit in manibus Domni Bartholomei Abbatis Sancte Marie Florentini Monasterii, & resignavit prelationem, quam habebat in dicto Monasterio de Melsula, & dixit quod ipse Abbas, tanquam Dominus poneret ibi Abbatissam ad voluntatem suam, & ipse Abbas recepit renunciationem suam.

Actum in Claustro dicti Monasterii de Melsula. Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, septimo Idus Iulii, Indictione nona, presentibus ibidem Adunora, Cecilia Scotta, Agnessa, Benedicta, & Margarita Monialibus Sancti Martini predicti, & presentibus Presbitero Vgone, & Vgolino Converso, & Domno Guilielmo de Abbatia, & Giunta q. Martini, & aliis ad hec omnia rogatorum testium.

Ego Cambius Foresi Iudex, & Notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, & me presente acta rogatus scripsi, & complevi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi.

In Dei nomine Amen. Dominus Bartholomeus Abbas Sancte Marie Florentini Monasterii examinatis secundum formam iuris voluntatibus Fratrum suorum, eis presentibus, & consentientibus, elegit Ceciliam Monacam Monasterii S. Martini de Melsula in Abbatissam Sancti Martini prefati, & dictum fuit more solito, Te Deum laudamus.

Actum Florentie in Coro Sancte Marie de Florentia anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo primo, quinto idus Iulii, Indictione nona, presentibus ibidem rogatis testibus, Orlandino qui muratur in Abbatia, & Giunta quondam Martini, Bibiano, & aliis bene pluribus.

Ego Cambius Foresi Iudex, & Notarius hec omnia me presente acta rogatus scripsi, & complevi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi.

In Dei nomine Amen. Ex hac publica scriptura evidenter appareat, quod Domnus Bartholomeus Abbas Sancte Marie Monasterii Florentini sollemniter publicavit, & investituram eiusdem Monasterii de Melsula dedit atque concessit, ponendo ipsam Ceciliam in sede, & tradendo sibi corporalem possessionem, & dando sibi licentiam, & potestatem, & auctoritatem, ut tamquam Abbatissa administraret temporalia, & spiritualia, in Monasterio de Melsula supradicto; & tunc ipsa Cecilia Abbatissa pro predicto Monasterio de Melsula fecit Domno Abbati Bartholomeo recipienti pro se ac successoribus vi-

formationem ipsius Monasterii, & Sanctimonialium; & hanc iurisdictionem constanter & perpetuo deinde exercuisse. Quomodo autem huius Monasterii Sancti *Martini* dominium ad Monachos Sanctae *Mariae* tamdem devenerit, satis compertum non ha-

videlicet Abbatibus, manualem obedientiam publice promittendo quod Abbatibus dicti Monasterii Florentini tam presenti quam futuris in omnibus obediret, & subiectionem, & reverentiam exiberet.

Acta sunt hec in Monasterio, & Ecclesia Sancti Martini de Mensula suprascripti. Dominice Incarnationis anno millesimo ducentesimo vigesimoprimo, quinto Idus Iulii Indictione nona &c. presentibus, & consentientibus Ad.....a. Scotta. Agnesa. Benedicta, & Margarita Monialibus Sancti Martini presenti, & presentibus quibusdam ex Parrochianis ipsius Ecclesie masculis, & feminis, & presentibus quoque, & rogatis testibus Magistro Iohanne de Ordine Predicatorum, & Presbitero Vgone de Mensula, & Domino Tedaldino, & Guramonte filio Vguccionis del Camerario, & Donu filio ..... & Giunta quondam Martini, & aliis pluribus.

Ego Cambius Foreti Iudex, & Notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, & me prece ac acta rogatus scripsi, & complevi, & in publicam formam redegi, ideoque subscripsi.

In Dei nomine Amen. Millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, Indictione quinta, quarto Nonas Februarii. Cum Domnus Maccius Monacus Monasterii Sancte Marie de Florentia vice, & nomine dicti Monasterii, & eius Abbatis, & Capituli, denuntiasset Domine Scotte Moniali, & Abbatisse Monasterii Sancti Martini de Mensula, quod Domnus Bartholomeus Abbas eiusdem Monasterii Florentini elegerat eam in Abbatissam dicti Monasterii, & interrogasset eam si dicte electioni consentire volebat; & confirmationem, institutionem, & potestatem administrandi tam in spiritualibus, quam temporalibus, dicti Monasterii Sancti Martini, & pertinentiis suis, & dationem clavium, & domos dicti Monasterii Sancti Martini concessisset eidem, & eam in sede posuisset in Coro dicti Monasterii nomine & vice omnium locorum dicti Monasterii Sancti Martini, & pertinentiis suis, loco Abbatie, ut continetur in scriptura publica inde facta manu mei Notarii infrascripti; nunc Domnus Bartholomeus Abbas dicti Monasterii Sancte Marie de Florentia consensu, & parabola Domnorum Guilielmi, Diedati, Donati, Brenti, & Baldiei, Monachorum Fratrumque suorum ibidem tunc presentium, predictis omnibus, & singulis ab eodem Domno Maccio factis consensit, & omnia predicta, & singula ab eo facta semper rata, & firma habere promisit. Actum Florentie in Claustro dicti Monasterii Florentini, presentibus testibus ad hoc rogatis Caeni filio Guidonis Malsade, & Fino filio Bellonis.

Ego Donas Gianni Magistri Iudex, & Notarius predicta omnia coram me acta hic fideliter rogatus scripsi, & publicavi, ideoque subscripsi.

In Dei nomine Amen. Millesimo ducentesimo quadragesimosexto, Indictione quinta, tertio Nonas Februarii. Dominus Bartholomeus Abbas Monasterii Sancte Marie Florentine habita licentia, & parabola, a Monacis, & Capitolo suis, ut continetur in scriptura publica inde facta manu mei Notarii infrascripti vice & nomine dicti Monasterii, publice, & palam cum sono campane eorum multis hominibus, & feminis populi dicti Monasterii Sancti Martini de Mensula tunc ibidem ad Mensulam more solito congregatis, confirmationem, & institutionem, & omnia & singula factam, & facta a Domno Maccio Monaco, & Fratre suo de Domina Scotta Abbatissa electa per predictum Domnum Bartholomeum Abbatem nomine dicti sui Monasterii Florentini in predicto Monasterio Sancti Martini de Mensula, ut continetur in publica scriptura tam de predicta electione de predicta Domina Scotta per eundem Abbatem facta, quam de confirmatione, & institutione ab eodem Domno Maccio factis, scripta per me Donum Notarium infrascriptum, confirmavit, & pro se suisque successoribus rata, & ratam & firmam semper habere promisit. Et etiam idem Abbas vice, & nomine dicti sui Monasterii Florentini pro se suisque successoribus eamdem Dominam Scottam confirmavit in Abbatissam dicti Monasterii Sancti Martini atque instituit, & confirmationem, & institutionem concedendo eidem, dedit ei potestatem administrandi tamquam Abbatissa, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, dicti Monasterii Sancti Martini, & pertinentiis suis, tradendo sibi claves & ponendo eam in seda in Coro dicti Monasterii Sancti Martini in loco Abbatisse vice, & nomine omnium aliorum locorum dicti Monasterii, & pertinentiis suis, cantando Te Deum laudamus, & Orationes alias consuetas. Vnde predicta Domina Scotta recipiendo confirmationem, & institutionem predictas fecit dicto Domino Abbati tamquam Domino & pa-

habeo. *Placidus* quidem *Puccinellius* in *Chronico Abbatiae Florentinae* tradit, quum in Monaſterio hoc Sancti *Martini* Monachae tamdem defeciſſent, locuſque derelictus eſſet, in ius Marchionum Tuſciae tranſiiſſe, atque patrimonio *Hugonis* Marchionis ſpecia-

& Patrono ſuo, & dicti Monaſterii S. Martini pro ſe, & ſuo Capitulo, & eius ſucceſſoribus recipienti obedientiam manualem. Et promiſit eidem recipienti, ut dictum eſt, pro ipſo Monaſterio Sancti Martini conſuetas reverentias exbibere. Actum apud Eccleſiam S. Martini predicti, preſentibus teſtibus ad hoc rogatis Presbitero Martino de Romagna qui moratur apud dictum Monaſterium Sancti Martini, Foreſe Galgani, & Ceoni filio Guidonis Maſonde.

Ego Donus Gianni Magiſtri Iudex, & Notarius predicta omnia coram me acta hic fideliter rogatus ſcripſi, & publicavi, ideoque ſubſcripſi.

In Dei nomine Amen. Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Indictione quinta, quarto Nonas Novembris. Ad honorem Dei & ad honorem Monaſterii, & Capituli Sancte Marie de Florentia, & ad honorem, & bonum ſtatum Monaſterii Sancti Martini de Melſola, & eius Capituli, & omnium hominum eiuſdem populi Domnus Bartholomeus Abbas Monaſterii S. Marie Florentine, vice, & nomine eiuſdem Monaſterii vocavit & elege Dominam Scottam Monialem dicti Monaſterii Sancti Martini in Abbatiſſam, & Rectricem eiuſdem Monaſterii Sancti Martini de Melſola.

Facta eſt hec electio, & ſolemniter publicata, cum ſono campane, & cantando Te Deum laudamus, in Coro dicti Monaſterii S. Marie de Florentia, preſentibus teſtibus ad hoc rogatis Presbitero Iacobo Cappellano Eccleſie Sancti Brocoli, Presbitero Ridolfo Cappellano Eccleſie Sancti Simonis, Presbitero Salvi Cappellano Sancti Stefani Abbatie, Ceuni, Amannato, & Fino, Servientibus dicti Monaſterii Sancte Marie.

Ego Donus Gianni Magiſtri Iudex, & Notarius predicta omnia coram me acta hic fideliter rogatus ſcripſi, & publicavi, ideoque ſubſcripſi.

In Dei nomine Amen. Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Indictione quinta, tertio Nonas Novembris. Domnus Maccius Monacus Monaſterii Sancte Marie de Florentia vice, & nomine dicti Monaſterii, & eius Abbatis, & Capituli denuntiavit, & dixit Domine Scotte Monace Monaſterii Sancti Martini de Melſola preſentibus Domina Soſia, Domina Margarita, & Domina Victoria, Monachabus eiuſdem Monaſterii Sancti Martini, quod Domnus Bartholomeus Abbas dicti Monaſterii S. Marie gerens vice, & nomine dicti ſui Capituli elegit eandem Dominam Scottam in Abbatiſſam Dominam, & Rectricem dicti Monaſterii Sancti Martini, querendo ab ea ſi vult dicte electioni conſentire ac eam recipere. que Domina Scotta incontinenti Dei nomine invocato electioni de ſe facte a predicto Domino Abbate conſenſit, & ſuam electionem petiit confirmari, & inſtitui ſe pro Abbatiſſa in predicto Monaſterio Sancti Martini, & pertinentiis ſuis; quare Domnus Maccius vice, & nomine dicti Abbatis, & eius Capituli, intravit Eccleſiam dicti Monaſterii Sancti Martini, & preſenti, & conſentienti, & volenti confirmationem, & inſtitutionem conceſſit, & dedit ei poteſtatem amminiſtrandi tamquam Abbatiſſa tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus in dicto Monaſterio S. Martini, & pertinentiis ſuis, ponendo eam in ſede in Coro dicti Monaſterii Sancti Martini loco Abbatiſſe pro aliis locis omnibus dicti Monaſterii, & pertinentiis ſuis, tradendo ſibi claves Monaſterii predicti, & cantando Te Deum laudamus, & Orationes alias conſuetas. unde Domina Scotta in Abbatiſſam electa recitando predictas confirmationem, & inſtitutionem promiſit predicto Domno Maccio pro dicto Abbate, & eius Capitulo, recipienti conſuetas reverentias exbibere pro dicto Monaſterio S. Martini.

Acta ſunt apud dictum Monaſterium Sancti Martini preſentibus teſtibus ad hoc rogatis Presbitero Martino dicti Monaſterii S. Martini, & Rengbiadore filio Galgani Ardomanni, coram quibus ibidem incontinenti Domina Margarita, Domina Soſia, & Domina Victoria, Moniales dicti Monaſterii Sancti Martini promiſerunt, & fecerunt dicte Domine Scotte Abbatiſſe dicti Monaſterii Sancti Martini obedientiam manualem.

Ego Donus Gianni Magiſtri Iudex, & Notarius, predicta omnia coram me acta hic fideliter rogatus ſcripſi, & publicavi, ideoque ſubſcripſi.

In Dei nomine, Amen. Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto. Indictione quinta, quarto Nonas Februarii. Cum Domnus Bartholomeus Abbas Monaſterii Sancte Marie Florentine elegerit abſque conſenſu ſui Capituli, quia ſuum Capitulum non poterat intereſſe, Dominam Scottam Monialem Monaſterii Sancti Martini in Abbatiſſam dicti Monaſterii

cialiter additum esse, qui quum multa Monasterio Florentino donaverit, forte & Ecclesiam Sancti *Martini* ad Mensulam eidem largitus est. Quod *Puccinellius* scribit, sua verisimilitudine non caret; nam *Hugonem* Marchionem per haec loca ampla la-

ti-

rii S. Martioi, ut scriptom est mano mei Notatii iosfrascripti, Domni Goilialmos, Diedatus, Donstes, Maccius, Brunos, & Bandinus Monaci, & Capitulom eiosdem Monasterii Floreotini, electiooi predicte, de predicta Domioa Scotta facte ab eodem Abbate consensetoot, & aam firmam, & ratam perpetoo habera promisarunt, & dederont eidem Abbati liceotiam, & potestatem instituendi, & confirmandi eam pro Abbatissa tam io spiritualibos, quam in temporalibos, in Ecclesia dicti Monasterii S. Martini, & pertioeotiis suis, & recipicodi ab ea, & Monialibus dicti Monasterii obedientiam manualem, & promissionem de consuetis servitiis exhibere.

Acta Floreotie apud dictum Monasterium Florentinum presentibos testibos ad hoc rogatis Cenoi filio Guidoois Malnade, & Fino filio Bellonit.

Ego Donus Gianoi Magistri Iodex, & Notarius predicta omnia coram me acta hic fideliter rogatos scripsi, & poblicavi, ideoque sabscripsi.

In Dei nomen Amen. Millesimo docentesimo quadragesimo sexto, Indictione quinta, tertio Nonas Februarii, venientes Domina Scotta Abbatissa Monasterii Sancti Martioi de Mensula & Domina Margarita, Domioa Sofia, & Domina Victoria, Monialas sue, & dicti Monasterii, coram Domno Bartholomeo Abbate Monasterii Sancte Marie Florentie eorom, & dicti Monasterii Sancti Martini Domino, & Patrooo, fecerunt eidem Abbati pro se, & eius successoribus recipienti coram me Notario, & testibus iosfrascriptis, obedientiam manualem, & quendam librom quam dicebant vocari Regulam osculantes. Vnde incootinentor idem Abbas vice, et nomioe eiusdem Moosterii Florentini precepit Abbatisse, & Monialibus suprsdictis per pradictam obedientiam, & sub pena excommunicationis, quatenus non mittant nec eligant, seu mitti, vel alii faciant, aliquam pro Monaca, io dicto Moosterio Sancti Martini absque licentia, & parabola eiosdem Abbatis, & Capituli predicti Moosterii Florentini; & si contra fecerint excommunicavit eas dicens, Si contra hec feceritis ego excommunico vos. Actum apud dictum Monasteriom Sancti Martini de Mensola presentibus testibus ad hoc rogatis Presbitero Martino de Romagna qui moratur in dicta Ecclesia Sancti Martiol, Forese Galgaoi, & Genni filio Guidonis Malnade.

Ego Donus Gisoui Magistri Iudex, & Notarius predicta omnia coram me acta hic fideliter rogatus scripsi, & publicavi, ideeque subscripsi.

In Dei nomen Amen. Anno Dominice Incarnationis eiusdem MCCLI Indictione X. VII. Idus Martii. Ad honorem Dei omnipotentis, & B. Virginis Marie, & omniom Sanctorum, & Sanctarum Dei. & ad honorem totius Ecclesie Romane, & Monasterii, & Capituli S. Marie de Florentia, & ad honorem, & bonom statum Monasterii S. Martini de Mensola, & eius Capituli, Domnus Bartholomeus Abbas Monasterii S. Marie de Florentia, consensu, & parabola Domnorum Deodati, Donati, Raneris, Maccii, & Orlandi, Monachorum Fratromque suorum ibidem tunc presentium, vice, & nomine dicti Monasterii S. Marie vocavit, & elegit Dominam Victoriam, oene Monialem dicti Monasterii S. Martini de Mensola, in Abbatissam, & Rectricem eiusdem Moosterii Sancti Martini de Mensula.

Facta est hec electio, & solemniter publicata cum sono campane Florentie in Curo dicti Monasterii Sancte Marie de Florentia cantantes, & dicentes dicti Abbas, & Monaci, Te Deum laudamos, & Orationes alias aoosuetas, presentibus testibus ad hec rogatis Presbitero Salvi Cappellano Ecclesie Sancti Stefani Abbatie, Canoi Clerico filio Guidonis Masosde, Casioo filio Buoni, & Angiolino filio Buoni, Gioocte.

Ego Donos Gianni Magistri Iodex, & Notarios pradictis dum agerentur rogatus interfui, & ea coram me acta scripsi, poblicavi ideoqoe subscripsi, & qood supra punctatom est filio Buoni propria mano feci.

In Dei nomine Ameo. Anno eiusdem MCCCXLIII. Indictione I. tempore Domini Clementis Pape VI. die XXIX. mensis Iulii. Actum in loco, qui dicitur Montedomini Abb. Flor. prope Flor. presentibus testibus Piero Vannis, & Chele Pagni, ambobus Populi S. Laurentii de Florentia ad hoc vocatis, & rogatis. Vacante Monasterio S. Martini de Mensola Florentine Dioecesis per obitom Domine Milisne ultime Abbatisse dicti Monasterii, que in ipso Monasterio his diebos dicm clausit extremum, Rev. Pat. & Dominus Domnus Nicholaus Abbas Monasterii S. M. Florentie, ad quem institutio, & destitutio, & quevis dispositio dicti Monasterii,

quan-

tifundia possedisse indicet, quod *Willa* eius mater, quum Monasterium Florentinum a se conditum dotavit, & ditavit, aliquot fundos in instrumento memorat, in loco Gignori sitos, hoc est, prope Mensulam torrentem, & nostram Sancti *Martini* Eccle-

quendo vasat noscitur pertinere, non valens udpresens ad resotmandum dietum Monasturium persoonliter se suosarre, aliis dicti Monasterii, & suis negotiis impeditus, confisus du iodostria, & prudentia sireumspeeta Ven. Viti Domoi Roberti Abbatis Monasturii S. Salvi prope Floreotiam, qui etiam babet ad dictum Monastatium revereotiam, & amorem, pro hac vice, & in presenti vaeationta dumtaxat, commisit eidem Domoo Roberto plenaris vices suas dans ei licentiam, & potestatem dictum Monasterium presuatialiter resotmandi, ac unam ex eiusdem Monasterii Monialibus, que idonea fuerit prout secundum Deum viderit expedire, (*deesse videtur*, Abbatissam aligeodi) & aires buiusmodi reformationem omnia faciandi, que fuerine opportuna, & que ipsemet Domous Abbas Flor. facere posset, si presens essat, utiam si mandatum exigereot speaiale, & maiora, & graviora essent superius expressis, promittens etiam babere tatum & firmum quicquid per eumdem Domnum Robertum aatum fuerit citea resotmationem eamdem. Voluit insoper quod idem Commissarius a fasora Abbatissa eecipiat vies, & nomine dieti Dumoi Abbat a Capituli. & Couventos Monasterii S. Maeia Florentie fidelitatis, & obedientie iuramentom, & obedientiam, & teverentiam solitam debitam, & devotam, mandans per me Notarium infrascriptom de hiis coofiei publicum instrumentum.

Item post, Anno Indictions, & Pontificatu predietis, dietu die. Actum io Ecclesia sive Monasterio S. Martini de Mensula Flor. Dioc. presentibus test.bus Presbitero Bertino Cappellano dicti Monasterii, Dominico Petri Populi Sanati Martioi du Melsula predieti, & Michele Mome Populi S. M. de Settigaano ud heo voeatis & rogatis, et aliis, Ven. vir Domnus Robertus Abbas Monasterii S. Salvi de prope Florentiem, Commissarius Rev. P.; & Domioi Domni Nicolai Abbatis Monasterii S. M. Florentie, ad quem pro se Monasterio prelibato Capitulo & Convento ipsius ipsum Monasterium Saneti Martini de Mensula plano iure speetare, & ui sobiectum in spiritualibus, & temporalibus foru censetur, habens ab eodem Domino Abbate speciale mandatum, & specialem commissionem ipsum Monasterium de Mensula reformandi, eiusdem Domini Abbatis Florentie vies, & nomine pro presenti vacatione dumtaxat, prout de ipsa commissione con-

cnstat manu mei Notarii infrascripti hodie facta, sororitate qua fungitur, & omni modo, & forma quibus magis, & melius potuit, exequendo commissionem eamdem, exquisitis votis Monialium Monasterii prelibati, & invento easdem unaminiter contentari, quod de ipso Monasterio pruvideatur Religiose Domine Domne Francisae Ormanni voaati Tombe Moniali dicti Monasterii, & in eo expresse professe, sperans quod per eiusdem Domine Sororis Franciseu providentiam, & industriam eircomspectam, ipsum Monasterium poterit spiritualiter & temporalitee utiliter gubernari, & in suis iuribus defendi, & conservari, Spiritus Sancti gratia iovoeata, & ad Dei laudem, & B. Mariu semper Virginis, & totius celestis Curie, & presipue B. Martini, sub cuius vocabulo dictum Monasterium insignitur, & ad honorem dicti Domini Abbatis Florentie, & pro bono statu dicti Monasterii de Mensula, eamdem Dominam Sororem Franciscam nominavit in Abbatissam dicti Monasterii, & de eiusdem Sororis Francisca persona providit Monasterio prelibato; eamque in eiusdem Monasterii Abbatissam instituit, curam eidem ipsius Monasterii, & eius bonorum in spiritualibus, & temporalibus committendo; ac statim eamdem in possessionem induxit mandans eidem ut vere Abbatissa dicti Monasterii pareri, & obediri per Moniales, familiares, & labor. eiusdem Monasterii. Et deinde ipsa Domina Francisca genuflexa ante eumdem Commissarium eidem Commissario recipienti pro prefato Domino Abbate, & Monasterio Flor. prefato, promisit & prestitit obedientiam, & reverentiam debitam & devotam, & promisit, & iuravit ad S. Dei Evang. observare constitutiones, & statute dicti Monasterii Florentini, & omnia facere dicto Domino Abbati Florentino, & dicto Monasterio, ad que de iure, & consuetudine, seu per constitutiones teneretur eisdem. Post hec statim Domina Catherina, & Benedicta, Moniales dicti Monasterii, non existentibus ad presens pluribus io eodem, ad mandatum dicti Domini Abbatis Commissarii, & dicte Domine Abbatisse, promiserunt, & fecerunt, & prestiterunt eidem Domine Abbatisse Francisce obedientiam, & reverentiam manualem, & debitam, & devotam, de quibus omnibus rogatus fui ego Notarius infrascriptus conficere publicum instrumentum.

Ego Matheus quondam Gherardi de Pani-

clesiam. Talia autem iura [a] in Abbatem Monasterii Florentini cir-

nicho Civit. Bonon. nunc habitator Flor. pub. imp. auct. Notarius premissis omnibus, & singulis, una cum supraiciptis testibus presens fui, & ea rogatus scripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum.

[a] Instrumenta, & Acta quaedam produco ab Abbate condita.

In Dei nomine amen. Anno Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, Indictione quintadecima, die Lune, quinto mensis Septembris. Domina Victoria Abbatissa Monasterii Sancti Martini de Meisola pertinentis ad Monasterium Sancte Marie Florentie pleno iure. Domna Sofia. Domna Lucia. Domna Margarita. Domna Philippa Moniales. Domna Risalliente. domna Beatrice & Nuta Converse dicti Monasterii Sancti Martini, tanquam patrono & Domino ipsarum, & dicti Monasterii Sancti Martini, pro dicto Monasterio Sancte Marie Florentie fecerunt & promiserunt Domno Deodato Dei gratia Abbati dicti Monasterii Sancte Marie Florentie recipere pro se suisque subcessoribus obedientiam & reverentiam manualem, tenentes librum, qui dicitur Regula, in manu, & hosculo interveniente dicti libri & manuum eiusdem Domni Abbatis, quibus Abbatisse Monialibus & Conversis precepit dictus Domnus Abbas in virtute obedientie ibidem incontinenti, quod nihil tractent vel faciant per se vel per alium, quod homines vel aliqua persona dicti populi aliquod ius adgravent in dicto Monasterio Sancti Martini. Item quod vendere vel alienare non debeant de possessionibus & iuribus dicti Monasterii Sancti Martini absque licentia dicti Domni Abbatis & eius Capituli. Item precepit eisdem sub pena excommunicationis quod non eligant vel eligi faciant, & non mictant vel micti faciant, aliquam Monacam vel Conversam in dicto Monasterio Sancti Martini absque licentia & parabola dicti Domni Abbatis & eius Capituli, & si contra fecerint, excommunicavit eas, dicens: Si contra feceritis, ego excommunico vos.

Acta sunt hec in Coro dicti Monasterii Sancti Martini; presentibus testibus ad hoc rogatis, Presbitero Vgone Rectore Ecclesie Sancte Marie de Coferciano, Baci filio Ser Rustichelli Raffacani de Populo Sancti Apulinaris de Florentia. Paeino filio Ser Bonaguide De la Viugna dicti Populi, & Giorgio filio Dietiseci Clerico.

Ego Iacobus filius olim Doni Iudicis & Notarii, auctoritate Imperiali Notarius, & ordinarius Iudex predicta omnia scripsi utraque parte rogante; & imbreviavi ex commissione, mea manu acta Flor. facta rogatus publice scripsi.

In Christi nomine amen. Anno ab eius Incarnatione MCCCXXXI. Indictione XV. die III. mensis Februarii. Actum in Ecclesia Sancti Salvatoris Florentie, presentibus Domino Fredi de Rinucciis de Florentia, & Ser Petro Paganucci Erbalotti de Florentia Not. & aliis constitutis in presentia Reverendi Viri Domni Matthei Abbatis Sancti Laurentii de S. Severino, Vicario Ven. Patris Domini Fraocisci Dei gratia Episcopi Florentini. Discretus vir Presbiter Vgolinus Cappellanus Monasterii Sancti Martini de Mensulis Procurator, ut dixit, & procuratorio nomine Abbatisse Monialium & Conventus Monasterii S. Martini de Mensulis Flor. Diecesis, ac Honortus olim Francisci Nuntius, ut dixit, Reverendissimi Patris & Domini Domni Iohannis miseratione Divina Sancti Theodori Diaconi Card. Apostolice Sedis Legati, & sue curie & audientie, representaverunt sibi Vicario ex parte Domini Legati predicti quasdam licteras in papiro sigillatas a tergo solito sigillo audientie dicti Domini Legati cera rubea, non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, non abrasas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed veras & integras & inlesas, quarum licterarum tenor hic est. Iohannes miseratione divina S. Theodori Diaconus Card. Apostolice Sedis Legatus. Dilecto in Christo..... Ven. in Christo Patris...... Episcopi Florentini in spiritualibus Vicario Generali, salutem in Domino. Fide digna nuper adsertio patefecit, quod nonnulli Clerici Florentini sequentes potius voluntatis arbitrium, quam iudicium rationis, in Populo seu Parrochia Monasterii Sancti Martini de Mensulis Florentino Monasterio seu Abbatie nostre Florentine immediate subiecti, in loco quodam Magaldi ad cuiusdam Oratorii erectionem intendunt seu iam illud auctoritate propria erexerunt in suarum animarum periculum, & prefati Monasterii preiudicium & iacturam. Quare fuit nobis humiliter supplicatum, ut super iis de opportuno providere remedio dignaremur. Nos igitur predictis supplicationibus inclinati, volentesque indemnitatibus prefati Monasterii providere, discretioni tue presentium tenore committimus, & sub excommunicationis pena, quam si secus feceris, in te ferimus, in his scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus infra trium dierum spatium a receptione presentium computandum, de talium nominibus te informaris, eosdem pro parte nostra & quemlibet eorum sub eadem pena, quam in eos & eorum singulos monitioni tue & mandatis rea-

 li-

liter & effectualiter non parentes, ex nunc prout ex tunc, canonica monitione premissa, in scriptis similibus promulgamus, moneas & prohibeas, quod deinceps ab omni prorsus huiusmodi in hac parte abstineant novitate facta quamlibet per viam erectionis predicte, seu quamcumque aliam, etiam effectualiter revocando, faciendoque de revocatione huiusmodi per instrumentum publicum in tra eumdem terminum nobis fidem. Si vero a monitione & mandato predictis senserint se gravari, eosdem pro parte nostra citare procures, quatenus infra predictum terminum Rome vel alibi ubicumque fuerimus, de gravamine ostensuri & recepturi super premissis iustitie complementum, compareant legitime coram nobis. Alioquin nos ad aggravationem dicte sententie, & aliud gravius super premissis suadente iustitia procedemus, ipsorum absentia seu contumacia non obstante. Tu vero diem tue monitionis, mandati, citationis, & formam, & quicquid de premissis duxeris faciendum, per tuas patentes litteras horum seriem continentes, vel publicum instrumentum nobis infra prefatum terminum studeas intimare de presentatione quoque presentium, quas ad cautelam fecimus registrari, relationi Nuntii latoris earum dabimus plenam fidem. Datum Rome sub nostre Curie impressione Sigilli, anno Domini a Nativitate MCCCXXXII. die xv. Ianuarii, xv. Indictione, Pont. Sanctissimi Patris & Domini nostri, Domini Iohannis Pape XXII. anno XVI.

Gre. de Arisio.

Requirentes eumdem Vicarium tam dictus Procurator, quam dictus Nuntius, ut ad executionem dictarum litterarum & contentorum in eis, & iniunctorum mandatorum deberet procedere, & omnia facere & adimplere quae sibi a dictis litteris demandantur. Qui dictus Vicarius incontinenti respondit, quod paratus erat obedire mandatis predictis Domini Legati predicti, & quod ad eum reverterentur die crastina pro responsione executionis, quam facere intendit super premissis, rogantes me Notarium infrascriptum tam dictus Procurator, quam dictus Nuntius, ut de predictis publicum conficiam Instrumentum.

Ego Nicholaus olim Domini Beucivenni de Florentia, Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, & Not. publicus, predictis omnibus presens interfui, eaque rogatus scribere, scripsi & publicavi, ideoque subscripsi.

In Dei nomine amen. Anno ab eius Incarnatione MCCCLXVI. Indictione IV. die IX. mensis Octubris. Actum in Refectorio Monasterii Sancti Martini de la Melsola de prope Florentiam O. S. B. & Flor. Diecesis, presentibus testibus Domino Guelfo . . . . Plebano Plebis Sancti Martini de Sexto Flor. Diec. & Presbitero Silvestro Rectore Ecclesie S. Bartholi del Corso de Florentia, & Presbitero Taddeo Cappellano Ecclesie S. Petri Maioris de Florentia, ad hec vocatis & rogatis. Noverint universi & singuli hoc instrumentum publicum inspecturi, quod R. in Christo Pater & Dominus, Domnus Iohannes de Aretio Decretorum Doctor, Dei & Apostolice Sedis gratia Abbas Monasterii B. Marie de Florentia O. S. B. Monacorum Nigrorum ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ad quem & suos predecessores de iure, & antiqua & continua & pacifica observata consuetudine notorie etiam a tanto tempore, & citra quam eius initii seu contrarii memoria hominum non existit, ut asseruit dictus Domnus Iohannes Abbas, spectavit & spectat visitatio, correctio, reformatio, institutio, destitutio, castigatio, punitio, & omnimoda iurisdictio Abbatisse, Monialium, & Conventus Monasterii Sancti Martini de la Melsola dicti Ordinis, & Flor. Diecesis pleno iure & immediate subiecti dicto Monasterio B. Marie de Florentia, & ab eodem dependentis. Attendens quod Soror Taddea Abbatissa, & quod omnes Moniales dicti Monasterii Sancti. Martini erant apud ipsum & bonos & graves viros de dilapidatione, incontinentia, effractura clausure dicti Monasterii, & inhonesta & quasi continua conversatione malorum, inhonestorum, & suspectorum virorum, & introductione ipsorum intra claustrum & septa dicti Monasterii, & de multis aliis gravibus criminibus, delictis & excessibus notorie & publice diffamate, immo predicta notoria erant eidem Abbati & omnibus de Parochia dicti Monasterii Sancti Martini. Et volens prout tenebatur, & tenetur, & ad eius spectat officium, dictum Monasterium Sancti Martini tam in capite, quam in membris visitare & reformare. Et ad convincendam malitiam dictarum Abbatisse & Monialium de predictis criminibus & excessibus contra eas inquirere, licet non teneretur, quia notoria erant, ut prefertur, & ipsas Abbatissam & Moniales corrigere, punire, & castigare, secundum regularia instituta dicti Ordinis, & canonicas sanctiones, cum honesta & decenti societate religiosorum honestorum & venerabilium virorum, & Presbiterorum, videlicet cum Domno Iacobo Abbate Monasterii SS. Flore & Lucille de Aretio dicti Ordinis, Domino Guelfo Plebano Plebis de Sexto Flor. Diec. & Presbitero Silvestro

ut, quum opus esset, Sanctimoniales minus decenter & hone-

stro Rectore Ecclesie Sancti Bartholi del Corso de Florentia, & Presbitero Taddeo Capellano Monasterii Monialium S. Petri Maioris de Florentia, personaliter accessit ad dictum Monasteriam Sancti Martini, & pulsare fecit ad ostium dicti Monasterii, & ianitori dixit, quod iret ad Abbatissam & Moniales predictas, & diceret, quod intendebat dictum Monasterium visitare tam in capite, quam in membris, & inquirere de predictis omnibus & singulis veritatem: qui iens ad Abbatissam & Moniales predictas, & rediens retulit eidem Abbati, quod nolebant sibi aperire; cui idem Abbas iterum mandavit, quod requireret, & mandaret dictis Abbatisse & Monialibus in virtute sancte obedientie, & sub pena excommunicationis, quod sibi facerent aperiri, quod ipsas visitare intendebat: qui iterum iens, & rediens retulit, quod nullo modo volebant sibi aperire; & fortius de mandato ipsarum, ut dixit, cum sera firmavit ostium, qui Abbas post aliqualem moram faciendo pulsare ad ostium dicti Monasterii, iterum petiit, quod ostium sibi aperiretur. Cui nullum dederunt responsum, sed fortius ostium firmaverunt, volentes evitare correctionem dictorum criminum, & ponere se in rebellionem contra suum Prelatum, de quibus omnibus idem Domnus Iohannes Abbas rogavit me Michaelem Notarium infrascriptum, quod publicum conficerem instrumentum.

Item postea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & coram dictis testibus ad hec vocatis & rogatis. Idem Domnus Iohannes Abbas videns tam notoriam rebellionem dictarum Abbatisse & Monialium, ac etiam considerans, quod de censura Ecclesiastica non curabant, quod pluribus diebus elapsis propter ipsam rebellionem & contumaciam per Vicarium dicti Abbatis fuerant excommunicare, nec curaverant obedire, imo perseverabant animo indurato, requisivit Ser Nutum socium Porestatis Florentie, & aliquos de familia ipsius, quod sibi facerent aperiri; & iterum pulsare fecit ad ostium dicti Monasterii, que aperire noluerunt, sed in maiorem contemptum & rebellionem & in scandalum inceperunt pulsare campanas, & altissima voce clamare, Accurrite homines, & per longum spatium omni honestate et modestia religionis reiecta, predictum continuaverunt rumorem: propter quod omnes de Populo fuerunt commoti, & inceperunt trahere, & magna infamia contra dictas Abbatissam & Moniales est exorta. Et licet requirerentur tam per dictum Abbatem, quam per bonos & honestos viros & mulieres de Populo & dictam fa-

familiam Potestatis, quod deberent a talibus clamoribus abstinere, & ostia aperire, nihilomineus acquiescere noluerunt, Propter quod dicta familia Potestatis per vim ostia aperiri fecit. De quibus omnibus idem Domnus Ioannes Abbas rogavit me Michaelem Notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus publicum conficerem instrumentum.

Item postea dictis, anno, indictione, & die, & loco, coram testibus ad hec vocatis & rogatis, dictus Dumnus Ioannes Abbas volens videre per inspectionem oculorum si verum erat, quod dicte Abbatissa & Moniales fregissent clausuram dicti Monasterii de la Meliola, & removissent, seu removeri fecissent firmaturas, quas idem Abbas de anno presenti & mense Aprilis dixit apponi fecisse, & affigi hostio, per quod intratur in claustrum dicti Monasterii, in quo claustro inhabitant dicte Abbatissa & Moniales; & quod dismurari fecissent ostium externum cellarii dicti Monasterii, per quod intrari potest ad claustrum & dormitorium dictarum Abbatisse & Monialium, intravit personaliter intra dictum Monasterium Sancti Martini, & coram me Notario & testibus suprascriptis reperit, quod nulle serrature erant in dicto ostio claustri a parte cellarii, & quod fuerant remote; & reperit etiam quod murus factus de ipsius mandato pro claudendo ostium cellarii predicti fuerat diruptus & demolitus ita quod intrari poterat ab extra in claustrum dicti Monasterii, & intra claustrum & dormitorium dictarum Abbatisse & Monialium. Et hec omnia vidit & ostendit mihi Michaeli Notario & testibus supradictis, rogans me Michaelem Notarium infrascriptum, quod de predictis publicum conficerem instrumentum.

Item postea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & coram dictis testibus ad hec vocatis & rogatis, idem Dominus Iohannes Abbas predictus convocari fecit ad Capitulum intra Refectorium dicti Monasterii della Melsola dictas Sororem Taddeam Abbatissam, & Sorores Nicolettam, Andream, Filippam, Benedictam & Iohannam, Moniales dicti Monasterii Sancti Martini, & eisdem detulit iuramentum de dicenda veritate de iis, de quibus interrogarentur per eumdem Domnum Abbatem, que manu tactis sacrosanctis Evangeliis singulariter.... d. Abbatissa & Moniales in manibus dicti Domni Iohannis Abbatis iuraverunt dicere meram & plenam veritatem de omnibus & singulis, de quibus per eumdem Abbatem interrogarentur. Deinde dictus Abbas interrogavit dictam Abbatissam, quis removere fecerat toppas & firmaturas dicti o-

neste agentes acriter reprehenderet, & in ordinem redigeret,

et

ostii, per quod intratur intra claustrum & dormitorium dictarum Abbatisse & Monialium, quas idem Abbas pro ipsarum clausura apponi fecerat, & quis destruxerat & diruerat dictum murum, qui claudebat ostium predictum cellarii, per quod intrari poterat ab extra intra claustrum & dormitorium ipsarum? que respondit, quod ipsa fecerat removeri & destrui. Interrogata quando? respondit, quod de mense Septembris proxime elapso. Interrogata, qua de causa? respondit, quia sibi placuit: quia non consuevit stare sic reclusa, nisi a tempore dicti Abbatis, & citra. Interrogata utrum de licentia Vicarii ipsius Abbatis, vel alicuius sui Superioris? respondit, quod non. Item interrogata, si vendidit aliquam domum, terram, silvam, vel vineam? respondit, quod vendidit quamdam domum dicti Monasterii sitam .... Interrogata num de licentia dicti Abbatis, vel alicuius sui Superioris? respondit, quod non. Item interrogata, quo tempore vendidit dictam domum, & silvam? Respondit, quod de anno presenti, sed de mense vel die non recordetur, & similiter dixerunt in omnibus & per omnia omnes supradicte alie Moniales. Et quia hora tarda erat, & tempus non patiebatur, idem Dominus Abbas non interrogavit dictas Abbatissam & Moniales, nec inquisivit de aliis criminibus, & excessibus, & articulis, sed reservavit sibi potestatem contra ipsam Abbatissam & omnes & singulas supradictas Moniales, & quoscumque alios, inquirendi & procedendi de predictis & aliis criminibus & excessibus. Verum quia de dilapidatione erat notorie & publice diffamata, imo notorium erat, quod dilapidatrix erat, prout dictus Dominus Abbas asseruit, & etiam quia per confessionem constitit eidem Abbati de alienationibus supradictis factis per ipsam sine causa & sine licentia sua vel alterius sui Superioris super hoc potestatem habentis, habens eam merito de dilapidatione suspectam, ipsam omnibus via, modo, causa, iure, & forma, quibus melius potuit, suspendit ab administratione spiritualium & temporalium, & omni officio Abbatissatus usque ad beneplacitum ipsius Abbatis, rogans me Michaelem Notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus & singulis publicum conficerem instrumentum.

Item postea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & coram dictis testibus ad hec vocatis & rogatis. Idem Domnus Iohannes Abbas volens indemnitatibus dicti Monasterii providere, & nolens quod legiptima administratione & gubernatione careat, curam, administrationem, & regimen spiritualium & temporalium & bonorum omnium dicti Monasterii Sancti Martini de le Melsola usque ad suum beneplacitum commisit religiose & honeste Domine Sorori Nicolete ..... Moniali d. Monasterii, etatis mature & vite laudabilis & honeste ibidem presenti & humiliter acceptanti, que genuflexa iuravit in manibus dicti Abbatis bene & honeste & sollicite dictam curam & administrationem exercere, & subsequenter omnes & singule Moniales suprsdicte preter Sororem Taddeam, in manibus dicti Abbatis iuraverunt ad Sancta Dei Evangelia manu tactis sacris Scripturis eidem Domine Nicolette devote & humiliter obedire; rog. me Mich. infr. ut de predictis omnibus pub. conf. instrum.

Item postea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & coram dictis testibus ad hec vocatis & rogatis idem Domnus Iohannes Abbas habens, ut dixit, dictas Sorores Taddeam Abbatissam, & Sororem Philippam, suspectas de fuga, & volens eas castigare, commisit & & mandavit Domno Salvi Monaco dicti Monasterii B. M. de Flor. quatenus ipsas poneret in carcerem usque ad beneplacitum ipsius Abbatis, rog. me Mich. ut supra.

Item postea dictis, anno, indictione, & die. Actum apud infrascriptam cameram sive carcerem sitam in dicto Monasterio Sancti Martini, & coram dictis testibus ad hec voc. & rog. predictus D. Salvi Monacus & Commissarius predictus constitutus apud carcerem sive quamdam cameram deputatam dictis Monialibus dicti Monasterii pro carcere, sitam in dicto Monasterio supra dictum Refectorium dicti Monasterii coram me Not. & testibus suprascriptis dictam Sororem Taddeam, olim Abbatissam, & Sororem Philippam, reclusit in dicto carcere sive in dicta Camera ei deputata pro carcere. Rog. me &c.

Item postea eisdem, anno, indictione, & die undecimo mensis Octobris. Actum in Monasterio B. Marie Florentie, presentibus testibus Domno Puccio Priore S. Angeli de Castello Aretine Diec. Leonardo Cecchi Populi S. Stephani Abbatie Flor. & Guccio Antonii de Tusignano familiare dicti Domni Abbatis ad hec voc. & rog. Cum pro parte dictarum Sororum Taddee Abbatisse, Filippe, Andree, Benedicte, & Iohanne, Monialium dicti Monasterii S. Martini della Melsola fuisset dicto Domno Iohanni Abbati Monasterii B. Marie Florentie humiliter supplicatum, prout asseruit dictus Domnus Iohannes Abbas, quatenus ipsas absolvere dignaretur a sententia excommunicationis, quam incurrerant vigore processuum factorum contra ipsas per venerabilem et religiosum virum Domnum

Io-

& carceri manciparet, &, vel excommunicatione percelleret; vel

Iacobum Abbatem Monasterii SS. Flore & Lucille de Aretio Vicarium, & Vices gerentem dicti Domni Iohannis Abbatis, & quia non paruerunt mandatis dicti Domni Iacobi, idem dictus Iohannes commisit omni modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potuit, honesto viro Presbitero Taddeo de Florentia Cappellano in Ecclesia S. Petri Maioris Florentie, quod ipsas Abbatissam & Moniales absolvat a dicta sententia excommunicationis in forma Ecclesiae consueta. Et volens misericorditer agere cum dictis Sororibus videlicet Taddea, Abbatissa & Filippa Moniali, propter ipsarum contritionem, & obedientiam, commisit dicto Presbitero Taddeo, quod ipsas de carcere extrahat, in quam idem D. Iohannes poni fecerat propter ipsarum contumaciam & demerita. Et quia Soror Benedicta in eius maliris & contumacie persistebat commisit, eidem Presbitero Taddeo, quod ipsam Sororem Benedictam ponat in predicto carcere, ubi agat penitentiam de commissis per eam usque ad beneplacitum dicti Domni Abbatis, rogans me &c.

Item eisdem, anno, indictione, & die xii. mensis Octobris. Actum in Monasterio Sancti Martini della Mensole predicto, presentibus testibus, Ludovico Bandini Bonaccursi Populi S. Simonis Florentie, & Presbitero Iacobo Cappellano Ecclesie S. Petri Maioris Florentie, & Ser Paulo Martini de Radda Comitatus Flor. Not. ad hec vocatis & rogatis. Noverint universi & singuli, quod discretus & honestus vir Presbiter Taddeus Cappellanus & Commissarius antedictus, vigore predicte commissionis sibi facte, & auctoritate sibi in hac parte concessa per prefatum Domnum Iohannem Abbatem Monasterii S. Marie Flor. prefatas Sorores Taddeam Abbatissam, Filippam, Andream, Benedictam, et Iohannam, Moniales prefatas in eius presentia constitutas, supplicantes humiliter, & genibus flexis, se absolvi a dicta sententia excommunicationis, quam incurrerunt, vigore processuum factorum contra ipsas per supradictum Domnum Iacobum Abbatem dicti Monasterii SS. Flore & Lucille, & Vicarium predictum, et vigore quorumcumque aliorum processuum, & aliis quacumque de causa absolvit in forma Ecclesie consueta. Et dictam Sororem Taddeam & Filippam Monialem extraxit de carcere, in quo reclusit Sororem Benedictam predictam, ut ageret penitentiam de commissis. Et omnia & singula fecit, prout ab eodem Domno Iohanne Abbate habuit in mandatis. Rog. ut supra.

Item postea dictis, anno, indictione, die, & loco, & coram dictis testibus ad hec vocatis & rogatis, predicte Sorores Taddee, Niccolette, Andree, Filippa, Benedicte, Iohanna, congregate simul ad Capitulum apud dictam cameram sive carcerem dicti Monasterii de mandato dicte Sororis Nicolette administratricis deliberate, libere, sponte, & ex certa scientia, & pro utilitate dicti Monasterii, & omnibus, via, iure, forma, & modo, quibus melius potuerunt, revocarunt omnes earum & dictarum, Abbatisse Conventus & Monasterii Sancti Martini Procuratores seu Sindicos, & specialiter & nominatim Laurentium . . . . de Mencinis de Florentia, Dominum Thomam, & Ser Dominicum fratres, & filios olim Ser Guidonis Paccii de Empoli, & quemlibet ipsorum, & quoscumque alios substitutos ab eis, & ipsorum quolibet, revocantes, cassantes & annullantes omnia & singula gesta per eos, & quemlibet ipsorum, & substitutum vel substitutos ab eis & quemlibet ipsorum. Rog. &c.

Item postea dictis, anno, indictione, & die, & loco, quinta mensis Novembris. Actum in dicto Monasterio Sancti Martini de la Mensola, presentibus testibus Domno Salvi Monaco Monasterii B. M. Flor. dicti Ordinis, & Torrigiano olim Lapi de Bonaccursis Populi S. Simonis de Florentia, & pluribus aliis ad hec voc. & rog. dictus Domnus Iohannes Abbas predictus commisit discreto Viro Presbitero Taddeo Cappellano in Ecclesie Sancti Petri Maioris Flor. presenti & recipienti, quatenus Sororem Benedictam carceratam de carcere extrahat, & liberet, si eam invenerit fore contritam de commissis per eam. Qui Ser Taddeus incontinenti, presentibus testibus predictis, accessit ad carcerem, in quo erat inclusa dicta Soror Benedicta, & constitutus apud dictum carcerem, quia reperit eam fore contritam, & humiliter peregisse penitentiam sibi iniunctam, ipsam e dicto carcere liberavit. Rog. &c.

Item postea eisdem, anno, indictione, & die v. Novembris. Actum in Refectorio dicti Monasterii Sancti Martini de la Mensola de prope Florentiam dicti O. S. B. & Flor. Diec. presentibus testibus supradictis ad hoc vocatis & rogatis. Convocatis ad Capitulum de mandato prefati Domni Iohannis Abbatis, more solito, omnibus Monialibus Monasterii Sancti Martini predicti, ob quam convocationem convenerunt & congregate fuerunt in dicto Refectorio dicti Monasterii Sancti Martini infrascripte Moniales dicti Monasterii, videlicet Sorores, Taddea, Nicoletta, Andrea, Benedicta, Filippa, & Iohanna, Moniales dicti Monasterii Sancti Martini, idem Rev. Pater Domnus Iohannes Abbas Monasterii B.

vel aliis poenis inflictis caſtigaret. Hoc Monaſterium S. *Martini* quae-

M. Flor, pro bono pacis dicti Monaſterii ſuſpenſionem alias factam per eam de Sorore Taddea ab offitio Abbatiſſe, de qua ſuſpenſione patet publico inſtrumento, manu mei Michaelis Notarii infraſcripti, penitus revocavit; ipſamque de novo in Abbatiſſam inſtituit Monaſterii antedicti, curam, regimen, & adminiſtrationem eiusdem Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus ſibi plenarie committendo. Que Soror Taddea incontinenti flexis genibus, & manibus iunctis, eidem Domno Abbati tamquam ſuo domino, patrono unico, & prelato immediato, reverentiam & obedientiam preſtitit debitam & devotam, & promiſit perpetuo obedire eidem Domno Ioanni Abbati & ſuis ſucceſſoribus in dicto Monaſterio, & eorum & cuiuſque eorum Vicariis, preſentibus & futuris. Rog. uti ſupra.

Item poſtea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & coram dictis teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Predictus Domnus Iohannes Abbas dedit & conceſſit licentiam dicte Abbatiſſe & Monialibus dicti Monaſterii, quod dent dicte Sorori Scholaſtice panem & vinum, & omnia alia alimenta, que ſibi expediunt ad vitam ſuam nutriendam, & commiſit dicto Presbitero Taddeo Cappellano dicte Ecclesie Sancti Petri Maioris de Florentia preſenti & recipienti, quod diſpenſet cum dicta Sorore Scholaſtica de ferris, quos habet in pedibus dicta Soror Scholaſtica, rogans me Michaelem &c.

Item poſtea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & preſentibus teſtibus, Domino Torrigiano olim Lapi, & Nofrio Simonis de Antellenſibus de Florentia, Populi S...... ad hec vocatis & rogatis. Idem Domnus Iohannes Abbas prefatus, ad quem pertinet pleno iure & antiqua conſuetudine in dicto Monaſterio ponere Camerariam, que percipiat fructus & redditus dicti Monaſterii, & expenſas debitas faciat omni modo, via, iure & forma, quibus magis & melius potuit; convocatis ibidem Abbatiſſa & Monialibus ſupradictis preſentibus & conſentientibus, elegit, fecit, & deputavit eaque ad eius beneplacitum in Camerariam dicti Monaſterii dictam Sororem Nicolettam ibidem preſentem & offitium humiliter acceptantem. Que iuravit ad ſancta Dei Evangelia dictum offitium Camerariatus bene & legaliter exercere, ac etiam de recipiendis per eam plenam & debitam eidem Domno Abbati & ſucceſſoribus ſuis, ſive eius locum tenentibus, reddere rationem ſaltem infra tempus ſex menſium ſemel & quandocumque fuerit requiſita.

Item poſtea dictis, anno, indictione, menſe, loco & die, & coram teſtibus ſupradictis ad hec vocatis & rogatis. Supradictus Domnus Iohannes Abbas claves oſtii dicti Monaſterii aſſignavit & tradidit dicte Sorori Nicolette ad tenendum & cuſtodiendum tamquam ſeniori & honeſtiori, utpote etatis L. annorum & ultra, ut apparebat per aſpectum corporis, mandans eidem, quod ipſas bene & fideliter cuſtodiret, & neminem introduceret infra ſepta ſive clauſtrum dicti Monaſterii ſine licentia dicti Abbatis vel Vicarii, seu poteſtatem ab eo habentis; & quod poſt menſem proximum venturum, claves firmitatis exterioris oſtiorum clauſtri & cellarii dicti Monaſterii Sancti Martini traderet ad cuſtodiendum dicto Presbitero Taddeo Cappellano Monaſterii Sancti Petri Maioris Florentie. Cui quidem Presbitero Taddeo tamquam honeſtiſſimo & probato viro, idem Domnus Iohannes Abbas uno revocando, propterea aliquem alium ſuum Vicarium commiſit curam & viſitationem dicti Monaſterii & Monialium, & cuſtodiam dictarum clavium. Rog. uti ſupra.

Item poſtea dictis, anno, indictione, & die, & loco, & coram dictis teſtibus ad hec vocatis, & rogatis. Convocatis & congregatis ad Capitulum in Refectorio dicti Monaſterii, de mandato dicti Domni Iohannis Abbatis, dictis Sororibus, Taddea Abbatiſſa, & Nicoletta, Andrea, Filippa, & Benedicta, Monialibus dicti Monaſterii, & conſtitutis in preſentia dicti Domni Iohannis Abbatis predicta Abbatiſſa & Moniales, omnes & ſingule volentes agnoſcere bonam fidem, libere, pure, ſponte, & ex certa ſcientia confeſſe fuerunt, & recognoverunt, quod dictum Monaſterium Sancti Martini cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, & ipſe Abbatiſſa & Moniales immediate ſubeſt & ſubſunt pleno iure in ſpiritualibus & temporalibus dicto Monaſterio S. Marie de Florentia. Et quod ad ipſum Domnum Iohannem Abbatem, & eius ſucceſſores, tam de iure quam de antiqua & obſervata pacifice hactenus conſuetudine, & a tanto tempore, & citra, quod eius initii ſeu contrarii memoria non exiſtit, nullo medio pertinet & expectat creatio Abbatiſſe & Monialium dicti Monaſterii, & ipſarum caſtigatio, punitio, viſitatio, privatio, inſtitutio, & deſtitutio, & omnimoda iuriſdictio. Et iuraverunt ad Sancta Dei Evangelia manu tactis ſacroſanctis Scripturis in manu dicti Domni Iohannis Abbatis, eidem Domno Iohanni Abbati & eius ſucceſſoribus, & eorum vices gerentibus devote & humiliter perpetuo obedire, & numquam ſe ſubtrahere ab obedientia ſua directe vel indirecte aliquo ingenio vel cau-

quaedam iura habuisse videtur in Monasterio S. *Hilari* Dioeceseos Fesulanae Ordinis Vallumbrosani ; nam quum Monasterium hoc Monasterio Vallis Vmbrosae adnectendum & uniendum esset, eadem iura pro se adlegarunt Sanctimoniales [a] . Sed litem antea habuerunt cum Plebano Plebis Sanctae *Mariae* Antillae , causa quarumdam decimarum, quas *Ioannes Bargi* F. solvere debebat, & Plebanus Antillae ad se spectare dicebat, Abbatissa autem Sancti *Martini* sibi solvendas esse pertendebat; & Plebanus *Ioannem* illum ideo excommunicaverat. Causa ab *Ardingo* Episcopo Abbati Sancti *Salvii* delegata fuit [b] . Sed quum disciplinae rigor,& re-

causa, sed eidem tamquam ipsarum immediate Prelato devote humiliter & debite in omnibus obedire. Rog. &c.

Ego Michael filius Ser Antonil Caneis de Ricavo Flor. Diecesis. Civis Flor. Imperiali auctoritate Iudex Ordinarius , & Notarius Publicus predictis omnibus in presenti & duobus proximis precedentibus peris carrarum simul suis, & in iunctura earum meo bino solito signo signatarum , contentis dum agerentur, & fierent, interfui, eaque rogatus scribere , scripsi, & publicavi, ideoque me subscripsi .

Confer etiam superius *pag.* 107. 111.

a Patet ex Instrumento insequenti.

In Dei nomine Amen. Anno Domini MCCLV. Indictione XIV. die Martis X. Kalendas Octubris . In presentia mei Notarii, & infrascriptorum testium Domna Victoris Abbatissa de consensu Lucie , & Sophie sororum, & Monialium Monasterii Sancti Martini de Mensola Flor. Decesis, ad Monasterium Sancte Marie de Florentia pertinentis constitute, ipse Moniales cum eadem Abbatissa pro se ipsis, & Monasterio Sancti Martini predicto constituerunt Dieticidiedi filium q. Ebriachi , & Bonacoltum filium olim Iohannis, & Rainerium fornarium filium quundam Preituzzi, & quemlibet eorum in solidum Sindicos, et Procuratores, in negotio seu causa quod vel quam habent, vel habere intendunt , cum aliqua persona, vel loco seu, Moniali, vel familiari aliquo, uno, vel pluribos, qui sit, vel fuerit de capite Monasterii Sancti Ylari, vel suorum membrorum, et maxime super locatione alicuius persone predictorum locorum, dantes eis,& cuilibet eorum in solidum mandatum, et potestatem, ut coram Magistro Petro Ilerrici Canonico Basilice Principis Apostolorum B. Petri de Vrbe Delegato, seu Executore Domini Pape super unione facta, seu facienda, de Monasterio Sancti Yllari predicti, et suorum membrorum cum Monasterio Valembrosano, et quibuslibet rebus ad huc negotium spectantibus, possit agere proponere respondere defendere appellare, et omnia, et singula facere, que principaliter, vel incidenter pertinent ad predicta; promittentes Abbatissa, et Moniales, predicte habere ratum quod a predictis Sindicis , et Procuratoribus, vel eorum aliquo fuerint inde factum . Actum in Claustro S. Martini de Mensula presentibus , et rogatis testibus Domino Biodino Monaco Abbatie Florentine, et Andrea filio q. Aiuti.

Ego Clarus Benvenuti Notarius predicta me presente acta rogatus publice scripsi.

Ex hoc instrumento cognoscimus quando Monasterium Sanctimonialium Sancti *Hilari* situm in Alfiano subpressum fuerit; & Monasterio Sancte *Mariae* Vallis Vmbrosae adnexum, & unitum. Reperio usque a temporibus *Anastasii* Papae, & anno MCLIII. Monasterium Alfiani inter Monasteria Congregationis Vallis Vmbrosae recenseri, non tamen ut subpressum, ut videre est superius *pag.* 544. *& seqq.* sed circa hunc annum MCCLV. subpressum fuisse, & Monasterio Vallis Vmbrosae unitum , hinc elucet atque eminet . In praesens igitur Villa seu Hospitium Monachorum est, quod a Monacho custoditur . Olim Castrum erat, ut superius *pag.* 139. videre est, in colle situm, Arno flumini dextrorsum imminens . XII. M. P. Florentia distans ad Orientem .

b Instrumentum produco .

In Dei nomine Amen . Millesimo ducentesimo tricesimo sexto . Tertio Idus Maii , Indictione nona . Cum Dominus ... Plebanus Plebis de Ancilla excommunicasset, ut dicitur, Giannem Bargi , occasione decimarum quas ..... Abbatissa Monasterii S. Martini de la Melsula ad suum asseruit Monasterium pertinere, Dominus Ardengus benignissime divina Florentinus Episcopus commisit Domino . . . Abbati S. Salvi omnem questionem, que vertitur, seu verti speratur, inter ipsum Plebanum et

regulae Monachicae observantia in illo Monasterio iam saeculo XIV. & sequenti defecisset; tamdem *Eugenius IV.* eius reformationem Archiepiscopo Florentino demandavit; & si minus reformari posset, ut Abbatiae S. *Mariae* Florentiae perpetuo adnecteret praecepit. Sed quum id minime Archiepiscopus exsequutus esset, *Nicolaus V.* Pont. Max. *Antonio* Archiepiscopo pariter Florentino idem munus iniunxit, qui, subpressis Sanctimonialibus, Monasterium Sancti *Martini* Abbatiae Florentinae perpetuo adnexuit & univit *f*:

at-

& suam Plebem, ex parte una; et Dominam .... Abbatissam, et eius Monasterium ex altera, tam super excommunicatione prefata, quam super decimis, quatenus idem Dominus Abbas partibus convocatis audiat causam illam, examinet, et decidat, iuxta iuris formam, cogendo testes qui nominati fuerunt per excommunicationis penam si opus erit perhibere testimonium veritati.

Facta fuit hec commissio a dicto Domino Episcopo in Palatio Episcopatus Florentini presentibus testibus Domno Guiliel. mo, et Domno Maccio de Abbatia Florentina, & Vberto Deotaiuti &c.

Ego Iacobus Imperiali auctoritate Iudex & Notarius publicus predictam commissionem me presente factam de mandato dicti Domini Episcopi publice scripsi.

Observandum est, hosce *Guilielmum*, & *Maccium* Monachos Abbatiae Florentine, memorari etiam superius *pag.* 118. Insuper observandum excommunicationis poenam, a Plebano Antillae irrogari. Huiusmodi excommunicationis insigne exemplum habes ad Chronicon Pontificum *Leonis Vrbevetani* in *Deliciis Eruditorum pag.* 240. *& seqq.* ubi *Gregorius* Abbas Coenobii Sancti *Cassiani* Montis Scalarii, excommunicat *Fidem* Presbyterum, Canonicum Ecclesiae Florentinae Sancti *Florentii*, anno MCCXLI. etsi subditus Abbatis, & Monasterii illius non esset, *Ardenga* Episcopo Florentino facinus hoc indicante. Ceterum non semper excommunicationis nomine veram censuram, qualem nunc intelligimus, venire ab huiusmodi in inferiori gradu constitutis, docetur ibidem *pag.* 240. & 245. Idem enim est ac si quis dixerit, Tecum in sacris communicare nolo. Alia exempla paullo superius attulimus.

f Bullam *Nicolai V.* ex *Puccinellio pag.* 291. protuli superius *pag.* 973. Aliam tamen hic produco.

Venerabili Fratri A. Archiepiscopo Florentino. Nicolaus Papa V. Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum alias Fraternitati tue commiserimus per nostras literas, ut ex certis causis tunc nobis expressis Monasterium Sancti Martini ad Mensulam Diecesis Florentine Ordinis Sancti Benedicti visitares, supprimeres, & extingueres, & Abbatissam & Moniales in eo consistentes ad aliud vel alia Monasteria transferres, & pro sustentatione earum congruentem portionem de fructibus deputares, & illud Monasterio Abbatie Florentine in perpetuum auctoritate nostra unires, annecteres, & incorporares cum omnibus iuribus & pertinentiis suis universis, ita quod ex tunc liceret Abbati & Conventui dicte Abbatie corporalem possessionem loci & bonorum iuriumque & pertinentiarum predictorum auctoritate propria libere apprehendere & retinere, & unum Presbiterum pro administratione divinorum ad nutum ipsorum amovibilem deputare, & de dictis fructibus certam portionem ei assignare, & reliquos in reparationem & utilitatem dicti Monasterii convertere, prout latius in dictis nostris litteris continetur; que per te iam facta esse cognovimus. Ex post percepimus, quod cum dictum Monasterium suppressum in bonis suis & edifitiis sit plurimum deterioratum & magna reparatione egeat: Abbas & Conventus dicti Monasterii, cum propter multiplicationem Monachorum & alias expensas plurimum gravatum existat, invenerunt quemdam Iacobum Presbyterum Florentinum idoneum, qui expensas pro reparatione dicti Monasterii & bonorum eius facere velit, si sibi in perpetuum titulum conferatur. Quare mandamus tibi quatenus de predictis & aliis huiusmodi & eorum dependentibus & connexis te diligenter informes, & si vera repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, dictum Iacobum Florentinum Presbyterum ad administrationem, & ad gubernationem dicti suppressi Monasterii deputes, & in titulum perpetuum assignes, investias, & inducas, & alia facias, que tibi necessaria & opportuna videbuntur. Ita quod dictus Presbyter se obliget, & idonee caveat vel Abbati vel Conventui dicte Abbatie de refectione & reparatione dictorum bonorum, & de supradictis oneribus & aliis expensis, quas ratione huiusmodi suppressionis tam in literis, quam in aliis, occasione huiusmodi Abbas & Conventus predicti incurrerint, non obstantibus dicta suppressione & extinctione, unione & incorporatione,

et

atque ita Parthenon ille tamdem defecit & extinctus est. Ecclesia nunc regitur a Sacerdote idoneo, qui ab Abbate & Monachis Sanctae *Mariae* eligitur, & Paroeciae curam habet. Ceterum Monasterium Sancti *Martini* multa veneratione populi confluentes prosequebantur, cum ob Beati *Andreae* corpus ibi quiescens [a]; tum ob antiquiorum Sanctimonialium famam laudabilem [b]. Eccle-

& aliis in dictis nostris literis contentis. Quibus pro hac vice dumtaxat & certa scientia volumus derogare, ita quod cedente vel decedente dicto Presbytero per te deputando & instituendo dicta suppressio & incorporatio & alia in nostris literis contenta & per te facta, ordinata & executioni mandata, perinde in suo robore permaneant, ac si huiusmodi nostra immutatio & innovatio minime facta fuisset. Quod quidem ex tunc liceat Abbati & Conventui fructus reditus & proventus dicti Monasterii suppressi in ipsius ac bonorum suorum & dicte Abbatie usus & utilitatem convertere exponere, & perpetuo retinere, alicuius super hoc licentia minime requisita, ceterisque contrariis quibuscumque &c. Datum Rome apud Sanctum Petrum XII. Martii MCCCCLI. Pontificatus nostri anno quarto.

P. de Noxeto.

a Vide *Ioseph. Mar. Brocchium Tom. II. Vit. Sanctor. Florent. pag.* 125. 127. *Ractium Par. I. Vitar. Sanctorum Tusciae pag.* 171. *Puccinellium Chronic. Abbatiae Flor. pag.* 41.

b *Ioannis* Cardinalis S. Theodori Legati Apostolici Diploma exhibeo.

Iohannes miseratione Divina S. Theodori Diaconus Cardinalis, Apostolice Sedis Legatus. Dilectis in Christo Abbatisse & Conventui Monasterii Sancti Martini de Melsula Ordinis Sancti Benedicti Florentine Diecesis salutem in Domino. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a Fidelibus suis digne ac laudabiliter serviatur, de abundantia sue pietatis, que merita supplicum precellit, vota bene servientibus multo maiora retribuat, quam valeant promereri; nihilominus tamen desiderantes Fideles ipsos sibi peramplius acceptabiles reddere ad complacendum ei, quibusdam illos illectivis muneribus, indulgentiis scilicet & remissionibus, invitamus. Cum itaque sicut oblata nobis pro parte vestra petitio continebat, dictum Monasterium frequenter a Christifidelibus veneretur, Nos ut eo frequentius veneretur, & confluat ad illud eorumdem Fidelium multitudo, quo dono salutaris gratie senserint se refectos, omnibus & singulis, qui ad dictum Monasterium causa devotionis accesserint, ac illi in eius opportunitatibus aut necessitatibus manus porrexerint adiutrices, singulis vicibus vere penitentibus & confessis, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate, confisi, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer, auctoritate qua fungimur, relaxamus. Datum Senis IV. Kal. Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Iohannis divina providentia Pape XXII. Anno XIX.

Sed populorum studium erga hoc Monasterium, & bona opinio de illis Sanctimonialibus, argui etiam possunt ex insequentium instrumentorum aliquo.

XII. Agosto MCLXXVIII. ab Inc. Ind. x. *Iunta filio Tatti per consensum patris mei & Tedislia iugalis Iunte & Marsilia filia Tastie per consensum Marsilii filii Bernardini del Vecbio Mundualdi mei* vende a Prete Vgo contraente a nome del Monastero di San Martino a Mensola, *ubi Domna Cecilia est Abbatissa*, un pezzo di terra posto a Peretola, in luogo detto *Inbeto, que sic decernitur, a* 1. *est filiorum Donati & Iohannis Caldomassarii, a* 2. *terra S. Marie de Peritole, a* 3. *filiorum Donati & Falconieri, a* 4. *est Bieki* per il prezzo xviii. *librarum & v. solidorum bonorum denariorum.*

Signa manuum predictorum.

Ego Truffus Iudex predictam Tedisliam interrogavi, ideoque Notarius huic cartule completionem imposui.

xxvii. Marzo MCLXXX. ab Inc. Ind. xiii. Giorgiolo del q. Bono, e Truta sua moglie interrogata da Guerio Giudice vendono a Cecilia *Dei gratia Venerabili Abbatisse Ecclesie & Monasterii Sancti Martini sito Melsula* un pezzo di terra posto a Peretola, *in loco, ubi dicitur Remperti, que sic decernitur: a* 1. *Terra predicti Monasterii, a* 2. *est ei via; a* 3. *tenet Feticita, a* 4. *est de filiis Ciotuli*, per il prezzo . . . . . .

Signa manuum predictorum &c.

Signa manuum Mamicti filii q. Brockardi Bonfantini & Rainerii filii q. Ioki, & Blancoli filii q. Teuzi, & Pistoie filii Peruzzi Gaddi rogatorum testium.

Ego Guerius Iudex atque Notarius huic venditionis instrumento completionem imposui.

MCLXXXVII. xiii. di Maggio, Ind. v.

Ffffffffffffff Si-

clesia Sancti *Martini* ad Mensulam fronte ad Occasum conversa, tergo Ortum respicit, vetusto Christianorum ritu. Tribus navibus constat, quarum muri intermedii columnis lapideis Dorici Ordinis substentantur. Apsis refecta est, adeoque conchae formam primitivam amisit. Quinque habet Altaria: princeps, seu medium, cuius tabula anno MCCCXCI. depicta fuit, & hinc inde duo. Alia duo extremis parietum partibus haerent, quorum, quod dextro, a gente *Vbaldinia* anno MCCCCXXXVII, erectum fuit. Sub Altari, quod a principis dextris est, sive in Cornu Evangelii, Sancti *Andreae* Scoti ossa in arca aurata quiescunt, et pu-

Sidonia Badessa di San Martino a Mensola investe Giambello figliuolo del q. Tedaldino de Cantore di una aigna posta *a latere viarum & Mensole nomine feudi annuatim de duobus coagiis musti, & de uno urceo olei, ad rectam mensuram Civit. Flor.* Si sottoscrivono.

Sidonia Badessa.
Ferassia.
Lucia.
Campisiana.
Isabella.
Scolastica.
Placida.
Angelica. Tutte Monache.

Ego Guerius Iudex atque Notarius &c. ad memoriam scripsi.

Haec tria compendia tantum sunt Chartarum totidem, quae in Archivo Monasterii Sanctae *Mariae* Florentiae adservantur: Et hic animadvertendum, *Ianaibellum* illum *Tedaldini* F. *de Cantore* ab *Eugen. Gamurrinio Vol. I. Hist. Genealog. pag.* 348. de gente *Thedaldia* existimari, quae Monasterium Sancti *Martini* ad Mensulam multis beneficiis adfecerit; non secus ac Ecclesiam Praetorioli, vulgo *Peteriolo*, in quo Castro *Thedaldia* gens ius & dominium haberet. Citat autem *Regestum Episcopatus*, ut probet hoc *Thedaldiorum* ius; in quo loco non legimus non *Tedaldi*, sed *Teboldi*, ut superius *pag.* 757. 814. videre est. Ille *Tedaldinus*, qui *Domini* titulo decoratur, circa Monasterium Sancti *Martini* versari consuevisse deprehenditur superius *pag.* 1337. *Pag.* 1333. cognoscitur *Tedaldinus* hic esse filius alterius *Ianaibelli*. Alius *Ianaibellus Tedaldini* F. memoratur superius *pag.* 349. *De Cantore* autem dicti videntur, quod forte a *Thedaldo* Cantore provenerint, cuius mentio superius *pag.* 907. 1012. 1092. Hinc in instrumento, quod paullo post producetur, occurrit *Manninus* filius *Cantaris de Thedaldinis*, & *Clarissima* eius uxor. Et in alio sequuturo instrumento *Vbaldinus de Cantore* offenditur. Alius *Tedaldus de Cantore* nominatur superius *pag.* 349. et & 391. *Thedaldiorum* Villa non multum a Monasterio Sancti *Martini* distans adhuc exstat.

In nomine Domini Dei eterni. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo prima. Sextadecima Kal. Februarii. indictione decima. Constat me quidem Gualferdum de Petriolo filium q. Bonitti hoc instrumento iure proprio vendidisse eiusque rei causa tradidisse & concessisse tibi Vgolino filio quondam Bernardi recipienti procuratorio nomine pro Domina Cecilia Abbatissa Ecclesie, & Monasterii Sancti Martini in Mensola, & pro eius successoribus, & eorum vice, & nomine, & pro ipso Monasterio, & cui dederit, vel concesserit in perpetuum, integre videlicet quamdam petiam terre, & rei posite, in Parochia Sancti Blasii de Petriola. Cum omnibus que super se, & infra se habet in integrum. Et cum omni iure, & actione, usu, & accessione michi inde quoquo modo vel ingenio competenti, seu pertinenti. Que terra, & res sic determinatur. A prima parte est ei strada. A secunda, & tertia est Stoldi Brilandoni. A quarta vero parte est terra Parrini. Infra hos confines vel si alii fines eius sint totam in integrum, que est inventa stariora quattuor, et medietatem unius panari ad rectam mensuram pro pretio soldorum centum sex pro unoquoque stariore. Quod pretium est in summa, libre viginti una, & sold. octo, & denarii quoque, bonorum denariorum Pisanorum, a te dicto Vgolino pro ipso Monasterio integre mihi dicto Gualfredi, & bene soluto, ut superius dictum est, vendo, do, trado, & concedo ad habendum, tenendum, possidendum, & quicquid tibi dicto Vgolino pro ipso Monasterio recipienti, & pro predicto Abbatisse deinceps placuerit faciendum. Absque mea, & meorum heredum, vel alterius contradictione seu molestia. Ab omni quoque homine utriusque sexus prescriptam terram, & rem legitime, & per constitutiones Florentine Civitatis defendere, & actorizare tibi dicto Vgolino stipulanti, & recipienti, ut dictum est, promitto. Si vero adversus ea que superius dicta sunt per me meosque heredes, vel per summissam, aut summissendam, a nobis personam factum est vel fuerit. Vel

& publicae venerationi prostant. Proximo parieti marmor adfixum est cum sequenti Epigrammate.

D. O. M. ARAM HANC VETVSTATE ATTRITAM R. P. D. LVCAS A BOIANO ABBAS ABBATIAE FLORENTINAE IN DIVVM ANDREAM SCOTVM PIETATIS ERGO RENOVATA STRVCTVRA ASPORTATIS IMPORTATISQVE EIVSDEM DIVI SACRIS OSSIBVS, EXORNANDAM, COLENDAMQVE CVRAVIT. R. D. ALEXANDER BVRGIVS BVRGI SANCTI SEPVLCRI EPISCOPVS SACRATO LAPIDE DICAVIT. ANNO DOMINI MDCXI. XV. KAL. AVGVSTI.

Rem miram *Placidus Puccinellius* de Beato *Andrea* narrat. Scribit

Vel si apparuerit datum aut factum quod contra hoc sit. At si predicta terra, & res in totum vel pro aliqua parte fuerint evicta, pene nomine duplum ipsius terre, & rei pro tempore meliorate dare omneque insuper dapnum eadem causa competiturum resarcire cum expensis tibi dicto Vgolino recipienti ut dictum est stipulatione interveniente promitto. Et insuper ex pacto hoc instrumentum semper firmum, & incorruptum tenere spondeo, & constituo me possidere pro ipsa Abbatissa, & Monasterio donec corporalem fuerit adepta possessionem, dans ei licentiam intrandi quandocunque voluerit, & omnibus exceptionibus, & iuris, & constitutionum auxilio renuntio. Super hec omnia duplum dicti pretii dare tibi dicto Vgolino stipulanti, & ut dictum est recipienti promitto, si contra factum est, vel si ita non defendero, ut supradictum est. Pro quibus omnibus, & singulis supradictis observandis, & pro pena, seu penis predictis dandis, si fuerint commisse, seu commissa, iure, & nomine pignoris oblige, & sub pena tibi dicto Vgolino recipienti, ut dictum est pro predicta Abbatissa, & Monasterio, quandam meam petiam terre, & vinee posite in dicta Parrochia. Cui a duobus partibus est terra execti, & filiorum Marsoppini, a tertia Bertaldi, a quarta mea reservata, infra hos confines stat. tres, & si predictum non fuerit idoneum pignus vel esset alteri obligatum, & non disbrigaverit, oblige tibi ut dictum est recipienti alia mea bona tali videlicet pacto, ut si ita non observavero, & fiteca, quod liceat tibi pro ipso Monasterio, & dicte Abbatisse, & eidem Monasterio, vel cui concesserit predictum pignus ingredi tenere vendere pignorare alienare, & locare, nomine pene percipere, & precario constituo me possidere pro ipso Monasterio, & Abbatissa dicta, & omnibus exceptionibus, & iuris, & constitutionum auxilio renuntio.

Super hoc Deodatus frater dicti Gualfredi, & filius olim Benedicti, rogatu precibus & mandato predicti Gualfredi principaliter se heredesque suos, & bona presentia, & futura obligans solemni stipulatione promisit eidem Vgolino recipienti; ut dictum est, ut si aliquo tempore lis aut molestia, vel briga mota esset de predicta terra empta, vel si esset evicta, in totum aut pro aliqua parte quod intra unum mensem post inquisitionem factam ei vel heredibus a dicta Abbatissa, vel successoribus, seu ab alia persona pro monasterio, disbrigabit, & expediet, & defendet eam, & damna, & expensas restituet. Alioquin duplum ipsius terre, & rei pro tempore meliorate, & duplum pretii dicto nomine pene eidem recipienti, ut dictum est, dare promisit, & dapna, & expensas, his omnibus firmis manentibus.

Actum Florentie.

Signa ✠ manuum supradicti Gualfredi, & Deodati eius fratris qui omnia, ut superius leguntur, fieri rogaverunt.

Signa ✠ manuum Vbaldini de Cantore, Dradoli Pickii, & Arghinelli del Iudice, atque Berlinghieri filii Incontri de Peretola, ad hec rogatorum testium.

Post hec eodem mense Kal. septimo Kl. Februarii Indictione eadem in Florentia. Presentibus Causa filio olim Buratti del Vita, & Bonaiuncta del Medico, & Deomidiede Iud., & Not. testibus rogatis. Bona uxor dicti Gualfredi mariti sui consensu a Mainecto Iud. interrogata legitime, & de iure suo certiorata, consentiens predicte venditioni, & pignori sive obligationi facte a dicto suo viro, & omnibus supradictis consensit, & parabolam dedit, & finivit & refutavit & remisit, pactumque de non ulterius petendo fecit, & modis omnibus abrenunciavit eidem Vgolino recipienti, ut dictum est, predictam terram venditam, & quicquid in ea, vel pro ea dicere, vel requirere posset ratione dotis sive donationis seu ypothece vel alio quocumque modo vel iure, promittens ei ut si aliquo tempore contra veniret, & ita semper non observaret, & tacita, & contenta, non permaneret, vel si ex pacto pignoris intraret Monasterium seu Abbatissa, vel alius pro eis, si inde litem vel molestiam inferret, quod dabit ei duplum unde agetur, & duplum dicti pretii nomine pene, & dapna, & expensas restituet his omnibus, & singulis firmis ma-

bit enim, quum locus, in quo Beatus *Andreas* ſepultus fuerat, ignoraretur, Sanctimoniales magno flagraſſe deſiderio illum dignoſcendi, quare aſſiduas preces Deo fundebant, ut partem illam Eccleſiae ſibi revelare dignaretur. Contigit autem, ut anno MCCLXXXV. nobilis matrona dives, & pulcerrima, moreretur. Huius cadaver deforme ſtatim, & foetidum, vermibuſque ſcatens, evaſit; & tamen in medio huius Eccleſiae ſepultum eſt. Inſequenti nocte Beatus *Andreas* Sacerdoti Eccleſiae Curatori ſecundum quietem adparuit, vultu hilari, & feſtivo, & ei iuſſit foetens cadaver, recens in Eccleſia tumulatum, removere, quod ſuis

manentibus & omnibus exceptionibus, & iuris, & conſtitutionum auxilio, & iuri ypothecario, in omnibus predictis, & ſingulis, penitus renuntiavit.

Ego Mancellus quondam Gaerii Iudex atque Notarius omnia ſupradicta a me rogata ſcripſi, & complevi.

In Chriſti nomine amen. Anno Domini ab Incarnatione eius millesimo ducenteſimo vigeſimo tertio, idibus Aprilis, indictione undecima. Nos quidem Odarrigus Grillonvai, & Iacopus eius nepos, filius q. Bruni de Florentia, de Porta Sancti Pancratii, ad hec omnia & ſingula infraſcripta ſervanda, nos noſtroſque heredes, & utrumque noſtrum in ſolidom perpetuo obligando. Per hoc venditionis inſtrumeutum impreſentiarum perfectum dominii & proprietatis ac poſſeſſionis iure proprio vendimus, damus, tradimos atqoe concedimus tibi Vgolino filio Baſtardi Sindico & Procuratori Eccleſie & Monaſterii Sancti Martini la Meſola, procuratorio nomine recipienti, & viee & nomine Domne Cecilie Abbatiſſe dicte Eccleſie & Monaſterii ad utilitatem eiusdem Eccleſie & Monaſterii, & pro ipſa Eccleſia & Monaſterio, vel cui dederit in perpetoum, integram videlicet quandam petiam terre & rei poſite Petriolo in Pratoregi, confines cuius hi ſunt: A primo latere via, a ſecuodo Bellonis, a tertio filii Diotiſalvi, a quarto vero latere filii Monaldi. intra hos fines, vel ſi qui eius alii ſunt fines, ſtariora tria & panora duo. Predictam vero terram & rem, una cum omnibus ſupra ſe & infra ſe habitis in integrum, omnique iure, actione, uſu, ſeu requiſitione, & acceſſione, nobis, aut alicui noſtrum exinde vel proinde quoquo modo vel ingenio competentibus vel pertinentibus. Quatinus liceat prefate Domne Cecilie Abbatiſſe nomine dicte Eccleſie & Monaſterii dictam terram & rem integre habere, tenere, poſſidere, & ſua & dicte Eccleſie auctoritate in poſſeſſionem intrare & permanere. Quicquid ſibi deinceps ſuiſque ſucceſſoribus nomine dicte Eccleſie placuerit libere facere ſine noſtra, noſtrorumque heredum vel alterius perſone pro nobis contradictione briga ſeu moleſtia. Conſtituendo nos dictam terram & rem pro dicta Abbatiſſa nomine dicte Eccleſie poſſidere, donec eius poſſeſſionem corporalem nomine dicto ingreſſa fuerit vel adepta, in quam intraodi & intrare faciendi licentiam tibi dicto Vgolino pro preſata Abbatiſſa nomine eiusdem Eccleſie recipienti concedimus. Ab omni quoque perſona & loco predictam terram & rem & fructus & logoriam ſemper iure proprio de iure & ſecundum conſtitutiones Florentine Civitatis in perpetuum defendere auctorizare et modis omnibus expedire, & contra predicta vel aliquod predictorum factum vel ratum non habere, nec in antea facere quoquo modo per nos vel aliquem noſtrorum, ſeu aliam perſonam: & aliquam litem vel controverſiam exinde ultra non movere, & predicta omnia & ſingula perpetuo firma tenere & obſervavare, nos noſtroſque heredes perpetuo, & utrumque noſtrum in ſolidum obligantes, tibi predicto Vgolino, ut dictum eſt, recipienti promittimus. Si vero adverſus ea vel aliqua eorum, que dicta ſunt per nos noſtroſque heredes aut per ſummiſſam vel ſummittendam a nobis vel aliquo noſtrorum ſeu noſtris heredibus perſonam factom eſt vel fuerit; vel ſi apparuerit datum aut factum, quod contra hec ſit, vel ſi de predictis vel aliquo eorum aliqoo modo agere ſeu litigare, vel in aliquo moleſtare nos vel noſtri heredes preſumpſerimus; aut ſi, ut dictum eſt, non defenderimus & expedierimus, & omnia predicta & ſingula firma & incorrupta non tenuerimus, & obſervaverimus, tonc pene nomine duplum extimationis predicte rei vendite pro tempore meliorate, & inſuper libras decem bonorum denariorum Piſanorum incontinenti dare, omniaque damna & expenſas exinde competituras reſarcire de iure & conſtitutione Florentina ſub obligo Regiminis pro tempore Florentie exiſtentis, vel alterius perſone, per qoam magis cogi poterimus, nos, noſtroſque heredes & bona preſentia & futura perpetuo obligando tibi dicto Vgolino procuratorio nomine recipienti pro predicta Domna

suis Reliquiis contiguum esset; locumque expurgare. Sacerdos insomnium existimans, iussa capessere neglexit. Altera nocte *Andreas* vultu austero, & minaci, Curioni iterum visus est, praecipiens, ut, quod nocte antecedenti iusserat, statim exsequeretur. Tunc ille excitus, terrore plenus, & adhuc dubitans, insomnium esset, nec ne, mandatum exsequi supersedit. At tertia nocte vultu indignanti adparens, & flagellum quatiens, crebris plagis Sacerdotem caecidit, qui excitatus, clamoribus & vociferationibus cuncta implens, morbo comitiali correptus est, nec lecto desilire potuit. Cum Sacrum faciendi hora advenisset, San-

mna Cecilia Abbatissa ad utilitatem dicte Ecclesie & Monasterii, & pro eadem Ecclesia in perpetuum legatione & solemni stipulatione interveniente quisque nostrum in solidum promittimus. & pena soluta vel omissa, & damnis & expensis omnibus restitutis vel non; omnia predicta & singula semper firma tenere spondemus. Pro qua venditione & contractu, & omnibus predictis & singulis confitemur nos nomine pretii recepisse & habuisse a te dicto Vgolino dante & solvente pro dicta Abbatissa nomine dicte Ecclesie & Monasterii libras sex & solidos sex & denarios octo bonorum denariorum Pisanorum, scientes predicta maioris pretii, & valentie esse, scilicet paciscimur numquam ratione maioris pretii vel valentie revocare, & in his omnibus & singulis exceptionibus non soluti & dati pretii, omnique alii except. & iur. & constit. & leg. aux. & epistole Divi Adriani renunt.

Actum Florentie.

Signa manuum predictorum Odarrigi & Iacopi, qui hoc instrumentum, ut superius legitur, fieri & scribi rogaverunt.

Signa manuum Salinbene filii Burnecti, Ormanni filii Odarrighi De la Seotta, & Diotiguardi filii Consilii, qui huic instrumento rogati interfuerunt testes.

Preterea eodem anno, & non multis diebus postea, scilicet duodecima Kal. Madii, & eadem indictione & loco, presentibus testibus ad hoc rogatis, Agulante filio Montaneolli, & Cambio filio Dominici, in quorum presentia Contessa uxor d. Odarrighi venditoris maritali consensu & legitime a Soldanerio Iudice interrogata, congrue respondens, supradictam venditionem, alienationem, & bonorum obligationem, & omnia predicta & singula a dicto viro suo facta rati habitione confirmavit, & omnibus predictis & singulis consensit, & parabolam dedit, & de iure suo ypotecario certiorata, ipsi iuri & Velleiano Consulto & omni alii exceptioni & constitutioni sibi competenti renuntiavit, & eandem terram & rem superius venditam cum omnibus super se & intra se eidem Vgolino recipienti pro predicta Abbatissa nomine dicte Ecclesie, ut dictum est, in perpetuum finivit refutavit remisit, & pactum de non ultra petendo fecit. promittens eidem Vgolino, ut dictum est, recipienti contra predicta vel aliquid predictorum non fecisse nec facere; & predicta omnia & singula semper firma tenere: quod si contra fecerit & predicta omnia & singula semper firma non tenuerit, promisit ei, ut dictum est, recipienti, dare nomine pene duplum eius, unde agetur, et omnia damna & expensas resarcire, his omnibus semper firmis & incorruptis manentibus.

Ego Soldanerius Iudex & Notarius Domini Octonis Quarti Imperatoris his omnibus interfui, & predicta omnia rogatus scripsi, & prefatam mulierem interrogavi, ideoque in fine subscripsi.

Ancora volle, comandò, dispose, e ordinò, che tutta la famiglia del detto Spedale, cioè de' professi, e delle professe, oltre a' digiuni dalla Santa Chiesa comandati, digiuni per l'amore di Gesù Cristo ciascuno dì della sesta feria, e che tutti e' dì della quarta feria solamente si astenghino dall'uso, e commestione della carne, e questo per remessione de' loro peccati, e per lo bene della onestà. Questi cioè eccettuati, co' quali la Santa Madre Chiesa è usata di dispensare, cioè negl' infermi, e non forzevoli, e in vec-

pe Portam Sancti Petri Maioris, aliique Imperatores, & Abbates ipsi, atque viri fide digni: & omnium disertissime *Henricus IV.* Augustus, qui vocat Monasterium Sanctae Dei Genitricis *Mariae* situm *intra muros Civitatis Florentiae* [a], additque Ecclesiam Sancti *Martini* esse *prope* ipsum Monasterium Sanctae *Mariae*; quod ve-

vecchiaia dedutti; e che a loro non sia lecito di mangiare a desinare, e cenare, e quando desineranno e ceneranno, in altro luogo, che nel refettorio. E questo facciano caritativamente, e senza mormorare, sieno contenti delle cose apportate in su la mensa. E similmente esso Rettore con tutti quegli della famiglia sia tenuto di mangiare, acciò agli altri sia esemplo, se non alcuna necessità opportuna impacciasse il presente ordine, e se non a caso per cagione d'inferoiità, ovvero par altra cagione costrignente a caso alcuno, ovvero alcuni della famiglia dispensando, la qual cosa nella discrezione rimanga, e sia, del Rettore predetto. E che il Rettore, e tutti i professi, e le professe, del detto Spedale almenn due volte l'anno, cioè nella Pasqua della Resurrezione, e della Natività, del nnstro Signore Gesù Cristo, il Sacramentn della Penitenza, e . . . . divotamente ricevino per salute dell' anima loro, e dell' anima di esso Lemmo testatore predetto: e acciocchè tutte le cose, che si faranno nel detto Spedale, e al servigio di Dio nella carità di Cristo succedano, e ad effetto si mandino.

Ancora volle, e comandò, dispose, ed ordinò, che per spirituale risarcimento di tutta la famiglia, e degl'infermi poveri così maschi, cnme femmine; del detto Spedale pe' detti Consoli, e Provveditori, e per lo Rettore del detto Spedale, in nome della detta Università sua erede predetta, insra il tempo statuto per la deputazione del Rettore, come di sopra si dice, incontanente come comodamente più prima fare si potrà, sieno deputati, e avuti a salario, ovvero per competente salario per le loro necessità, due Cappellani Preti secolari, se comodamente avere si potranno, e quando che non, sieno deputati due Religiosi di matura età, e di vita, e costumi commendati, i quali in niuno modo siano apostati, ovvero d'alcuna grave infamia reputati, i quali non abbino alcuno ufficio, ovvero beneficio, per cagione del quale beneficio, ovvero ufficio, le cose, che si contengono nel presente, e negli altri precedenti, e susseguenti capitoli, sieno impedite; e' quali ciascuno dì, cessante giusto impedimento, celebrino le Messe nelle Cappelle de' maschi, e delle femmine, del detto Spedale: e assiduamente stieno quando si celebra la Messa, e singulare orazioone facci-

cino per l'anima del detto Lemmo. Le confessioni odano così di tutta la famiglia del detto Spedale, come de' poveri infermi maschi, e femmine dello Spedale, e a essi tempi, e casi statuiti, e ordinati, e che si conviene, e gli altri Sacramenti ecclesiastici ministrino, e similmente e' divini uffici celebrino all'ore congrue, e canoniche di dì, e di notte; e cnotinua istanzia facciano nel detto Spedale; e queste cose non volle, che per alcuno modo fussero dispregiate. E se per alcuno caso fortuito, come è il caso della morte, della infermità, ovvero di non schifevole, o constriogente caso, essi Cappellani, ovvero l'altro di loro, per questo non potessono ciascuna volta le predette cose ad esecuzinne mandare, allora il Rettore del detto Spedale provvegga in luogo di loro, ovvero dell'altro di loro Cappellani, per un altro, ovvero altri, durante tale impedimento, ovvero caso, al simile modo fare servire, Ed essi Cappellani morenti, partentisi, ovvero rimossi per alcuno modo dal Cappellanato predetto, allora, e in quel caso un altro, ovvero altri, sieno deputati, e deputinsi, al modo predetto infra uno mese allora prossimo, che verrà, e il quale debba cominciare dal dì di tale impedimento.

Ancora volle, comandò, dispose, e ordinò, che lo Rettore del detto Spedale ordinare, disporre, e provvedere possa, sia tenuto, e debba, la detta famiglia de' professi, e delle professe, e degli altri del detto Spedale, a tutti e ciascuni, e in tutti, e ciascuni uffici, reggimento, e governo al detto Spedale necessari ec. *Alia multa deinde disponit, quo Nosocomium recte, diligenter, provide, & laudabiliter, gubernetur, & administretur, bonorum immobilium ab se relictorum alienationem, distractionem, permutationem, & translationem, omnino prohibens. Deinde veniunt varii Codicilli, quos testator praedictus condidit, in quorum uno dicitur, quod ipse Lemmus Monasterium & Ecclesiam Sanctimonialium Sancti* Nicolai *de Casagio Florentiae construi & aedificari fecerit, non aliter ac Nosocomium Sancti* Nicolai, *quod suo testamento instituit, Tabellio rogatus, ut testamentum in scripturam redigeret, Ser* Mannus *Notarius fuit &c.*

[a] Apud *Poccinellium*, qui Dipinmata & instrumenta profert in *Chronico Abbatiae pag.* 241. 251. & superius *pag.* 99. 1129.

a Con-

verum non videretur, si inter hanc Ecclesiam & Monasterium, moenia Vrbis intercessissent. Nam Sancti *Martini* Ecclesiam fuisse intra Vrbem, liquide constat [a]. Non ergo dici potuit *Foris Portam*. IV. *Ioannes Villanius*, & ante eum *Ric. Malaspina*, memoriae prodiderunt, primum moeniorum ambitum a Via Garbi retro Abbatiam Florentinam processisse usque ad Portam Sancti *Petri*; sed pars posterior eiusdem Abbatiae ad Orientem spectabat, facies autem anterior ad Occasum; adeoque, ut verum sit, moenia retro Abbatiam producta fuisse, oportuit, ut a parte Orientali procederent, atque ita Abbatiam intra Vrbem includerent. Sic ubi iidem Historici tradunt, secunda moenia a Porta Boum, seu *Rogerii a Cona*, retro Ecclesias Sancti *Iacobi* inter Foveas, & Sancti *Petri Maioris*, circumdata fuisse, verum est ea partes illarum Ecclesiarum posteriores ambivisse. Confirmatur id a *Scipione Ammirato*, qui praeclare & luculente scribit [b], primo moeniorum urbanorum ambitu Ecclesiam Sancti *Petri Scheradii*, & Abbatiam Sanctae *Mariae*, intra Vrbem fuisse conclusas. Idem aperte adfirmat laudatus *Puccinellius* in Beati *Theuzonis Vita*. Sed hisce difficultatibus responderi posse videtur. I. Etsi semel tantum cognomento *Foris Portam* Abbatia Florentina indicara occurrat; quum aliud Monasterium Sanctae *Mariae* extra aliquam Portam Vrbis, tempore *Ardingi* Episcopi, non exstaret; hoc autem vere extra aliquam Portam eo tempore dici posset; necessario vocabulo Sanctae *Mariae Foris Portam* Abbatiam Florentinam intelligendam esse: etsi per errorem, & inusitate, ita nuncupata fuisset. II. Verum quidem est, in *Regesto Episcopatus* anno MCCXXXVI. *Guidonem* Abbatem consignari; & a *Puccinellio Barptolemaeum* Abbatem Monasterii Florentini eidem anno tribui; sed error apud hunc Chronographum esse facile potest, confundendo *Barptolemaeum* I. cum *Bartptolemaeo II.* qui succedere potuit *Guidoni* brevi vita functo: nam anno MCCXXXVI. post Idus Martias mori poruit *Barptolemaeus I.* cui *Guido* successerit, & hic supremum diem obire potuit ante VII. Idus Martias anni MCCXXXVII. quo die *Barptolemaeus* alter Abbas iam esset: nam pacta & conventa inrer *Ardingum* Episcopum, & *Guidonem* Abbatem, firmata fuere anno MCCXXXVI. die sexta Iunii, ut ex *Regesto* liquido exstat [c]. Sic alium, & alias ignotum, Abbatem Monasterii Flo-

a Consule superius *pag.* 1125. 1127.

b Tom. I. Histor. Florentinae *pag.* 23.

c In monumentis Archivi Sanctae Mariae Florentiae *Barptolemaeus* Abbas occurrit annis MCCXXXIV. V. Id. Decembris. MCCXXXVI. Prid. Id. Martii. MCCXXXVII. VII. Idus Martii. MCCXXXVII. die XXI. Augusti. MCCXXXIX. III. Idus Febr.

Florentini detexissemus. Sed quamquam verum est, & indubitatum, Monasterium S. *Mariae* intra moeniorum ambitum exstitisse; tamen eius clausura, & vinea, & hortus, extra moenia erant, adeoque extra proximam S. *Petri* Portam[a]. Diserte enim *Puccinellius* tradit, clausuram Monasterii ab moenibus Vrbis, & a platea S. *Apollinaris* incepisse, & usque ad Ecclesiam SS. *Simonis* & *Iudae* protensam fuisse: quae quidem pars suburbana erat, & extra moeniorum urbanorum circuitum. Ratione igitur situs huius clausurae habita, quae pars Abbatiae dici poterat, fortassis ab aliquibus *Monasterium Sanctae Mariae foris Portam* adpellatum fuit. Alia etiam de caussa saeculo XIII. *Foris Portam* vocari potuit, quod primo, ut vocant, moeniorum circuitu everso, Ecclesiam

XV. Kal. Iulii. & XVIII. Kal. Octobris. MCCXL. IV. Kal. Novembris &c.

a Qoum Vir Clat. Domaus *Petrat Alaifius Gallettius*, Monachus Casinensis Romanus, duo instromenta ex Tabulario Monasterii Senctae *Mariae* Florensini depromta mihi subpeditarit, ex quibus situs eiusdem Monasterii antiquos argui aliquatenus potest, hoc est, qood inter Portam Sancti *Petri*, & Posterulam, ut vocabant, *Salomonis*, exstaret, heic ea producere facile animum induxi.

In nomine Domini Dei eternal. Octo gratia Dei imperator Augusto filio bm. qd. Ottoni Imperatori, anno imperii eius duodecima, sexta calendas Febrearii, indictione septima feliciter. Costat me Ghisaltruda, qoe & Bellinda vocata filia bm. Beoni Perghe quia professa sum ex nationem meam legem vivere saligam haccepisse fecoti & in presenzia testium accepit ad te Petrus filio bm. Alberti inter euro & argento per denarios boaos solidos vigioti finito pretio pro doe clausure de case & terre que sunt posite intra anc Florentine civitatem prope porta Sancti Petri ad illa posterola, que fuit Salamoni, tamen deceroimus ambo ipse clausore de ipse case ad pedem ad manum hominum iuste mensurare fecimos illa una clausura de ipsa casa de unam parte est amembrate altera qoe fuit Ingalbaldi qui & Bonizo fuit vocetus eventes exinde pedis duodecim, de eliam parte est amembrata altera & casa mea eventes exinde pedis qoindecim de terzia parte decurrit eius classaria, & acessionem aventes exinde pedis quindecim, de quarta parte decurrit eis cessionem & moro de ipse civitate aventes exiode pedis duodecim, & illa alia clausure de ipsa casa de unam parte est amembrate altera & pelco que fuet Goillee Marchionisse aventes exinde pedis quindecim de alia parte est amembrata altera de filii Ingalbaldi aventes exiode pedis vigioti & quatoor, de tertia parte decurris ei classaria & cessionem de ipse case aventes exinde pedis quindecim de quartam parte de illo muro da ipsa civitate aventes exinde pedis viginti & quatuor. Iden ipse duo clausore de ipse case & terre de omne parte circutte & amembrate vel mensorate esse videtor & una com ipsis duo clausure de case & terre cum omnia super se & iosta se abentes omnie in integrum, & eam tibi ipso Petrus pro ipso pretio vindo & trado & mancipo liberi qooque ab omne nexu plobico priveto vel nullis aliis venditam donatam alienatam obligatam vel traditam nisi tibi, & iosuper ioxta legem meam per cultellum, fistogom notatom, guantonem, guasonem terre adque ramum arboris exinde coram testibus exinde legitimam facio tradiczionem & corporarem vestitoram & a me quis Ghisaltruda de ipse clausure de case foris expolit & ioasrpivit & epsito fecit, & tibi quis Petrus tuisque beredibus ad tuam proprietatem ad abeadum reliquit abeadi teneadi & faciendi exinde tu & res que suo iure proprietario nomine aut cui tu ipsa rebus dederis vel aberc statueris quicquit voluntitis sine omni mea & heredum hic per heredem meorum contradisionem vel repetitionem. Si quis vero qood facturum esse non credo si forsitans ego Ghisaltruda qood absit eot de heredibus ac pro heredibus meis seo quilibet opposita suo rogata persona contra hanc cartula venditionis me ire quandoque temtaverit aut eam per qoovis ingenium intrudere conaverimus, inferamus tibi quis Petrus quam beredibus contra que exinde litem intulerit multa que est pena auro optimo libra tres argento pondoras sex; & qood repezietimus et viadicare non valeamus set presens ea cartula venditionale me diotornis temporibus maneat inconvulsa adque persistat com estipolatione sunnixa & a me quis Ghiselzruda meisque heredibus

clesia, & Monasterium ulterius productum est ita, ut usque ad locum, ubi nunc Praetorium est, excurreret; quod saepe laudatus *Puccinellius* memoriae prodidit. At si res ita se habuit, extra Portam Sancti *Petri*, quae post deleta antiqua moenia adhuc perstiterit, quare usque in praesens locus ille *Porta Sancti Petri* adpellatur, ut *Admiratus* libro laudato tradit, extra Portam, inquam, Sancti *Petri* Monasterium Sanctae *Mariae* reputari potuit, adeoque illo saeculo *Foris Portam* adpellari. Porta autem Sancti *Petri* fuisse videtur, ubi nunc aedes *Salviatorum* sunt, e regione viae, quae recta ad portam Monasterii in praesentiarum ducit. Sed obstat, quod eo loco *Regesti* agitur de servitiis, quae Conventus Monasterii Sanctae *Mariae Foris Portam*

bus tibi quis Petros tuisque heredibus aut cui tu ipsis rebus dederis vel habere statueris omoibus ipsis rebus sit defensa; quod si defeodere non putoerimos tuoe in duplum vobis restituamus sicut tempore fuerit melioratis aut voluerit sob extimazione In eodem loco & nichil michi ex istom pretium amplius aliquit redevrre & pergamena eum bae tremenrario de terra levavi, & Ansiberto Notario domni Inperatori ad scribendum dedit & tradedit & seribere rogavi quod super eonfirmans testibosque optulit ad roborandum astum. Signum manus ipse Ghisaltrude que & Belliuda vocata legem vivere saliga vinditrice & pretiom sosceptriee & ane cartula sicut lopra legitor fieri tugavi. Signum manus Guinizi ex genere saliga legem vivere rogatus testes. Signum manus Acei ex legem vivere saliga rogerus teste.

Ego Rodelindu rogatus testes subscripsi. Ego Ioannes rogatus testes subseripsi. Ego Albertus Notarius Dumni Imperatoris rogatus teste subscripsi.

Ego Ansiberto Notarius Domini Imperatoris seriptor post tradita complevit.

In nomine Domini nostri Iesu Christi anno ab imearnazione eius nono decimu post mille & anno Imperii Donni Henriei Imperatori Augusto sexto, mense Iunius Indictione secunda. Manifestus sum ego Petrus fillo bm. Ioanni secundum convenienzia nostra quia per hamc cartula do & trado vobis Petrus Prebitero & Rodolso germani filii Bunize idest integra medietatem de una petia terra que est posita im civitate Florentina prope porta Sancti Petri, & prope pusterula que fuit Salamoni, sicor mibi quandam Petronilam ante os amnos per cartola vindicaionis evine da Vgo Presbitero filio hm. Leoni & da Suaviza filia bm. Bonizi, comsemaiente Petrus & Alberto germani filii & mundualdi sui. Et illa cartula seripta & empleta esse videtur per mano Toti notarii. Ideo illa medietatem de ipsa media pezia terra que fuit casa una cum omnia super se & infra se abentes per desimgnate & nominate locas sieut in illa carrula legitur & ibi continetur in integrum & imsimul cum ipsa cartula & secundum ipsa cartula, eas vobis quis germani vindo & trado a possidendum pretium vero pro ipsa vindiezione mea recepi ego quis Petrus vindiror ad vos predicti germani emtori sicut manifestu sum & inter nobis convinet inter ariemtum & alias movilias in valiemte solidos duodecim finito pretio tantum & supletus sum un unde ex eodem pretio amplius nulla res devere dixit. Et quod fieri non eredo si forsirans ego Petrus vinditor vel meis filiis eredis aut submissa persona que nos miserimus, vel quamcumqualibet meo facto veniad per quolibet imgenium cui nos eas dedissem aut dederimus quod vobis predicti germani & vestris eredibus aut cui a vos ...... sa mea vindiczio a vos data aut tradita vel iudieata fuerit in aliquod exinde vobis eontrare aut retollere vei minuare aut intenzionare presumserimus, tune alia tanta & tale terra quale tunc ipsa fuerit sub extimazione una cum omnibus suis edefieiis in comsimile locum vobis restiruere & persolvere debeamus. Et si vohis oportunum fuerit & vos volueritis lieenzia & potestate abeatis una cum ista cartula & secundum ipsa cartula quomodo ipsa terra & casa mihi evinet quem ego vobis imsimul dedit & tradidit per vos ipsi de omnem aversam parte causa exinde agendum fine ponendum responsum recdendum & usque ad vera legem perducendum quam melius potueritis sicut ego facere debuit, & minime ego quis Petrus nec meis filiis eredis exinde auctore nec defensore nec prezium restauratore quere non debeatis nec ego vobis exinde esse non permicto quis in is modis amearrtula in vos mictere & terra derem providi. Actum in

tam praestare Episcopatui debebat: in toto autem *Regesto*, quum agitur de eo, quod Abbatia Florentina debebat Episcopatui, non reperitur nisi census quinque solidorum pro Ecclesia Sancti *Proculi*, & quibusdam decimationibus [a] : quare si pro bonis aliquibus in Mucillo positis serviria quaedam debuisset, adnotari omissum non esset. Vbique salebrae, undique obices. Rem igitur incertam in medium relinquo.

Monasterium Sancti *Mineatis*, seu in Monte Sancti *Mineatis*, in quo Sanctimoniales quasdam antiquitus permansisse, quidam tradunt; faciuntque diversum a Monasterio S. *Mineatis*, quod Monachi incolebant. Nam si Parthenon hic unquam exstitit, Episcopi Florentini concessione a Sanctimonialibus habebatur; ut diserte indicat Diploma *Otthonis* Imperatoris anno DCCCCLXXI. datum [b], quo Princeps ille confirmavit *Hermergaridae* Virgini devotae quicquid Episcopus iam ei concesserat in Ecclesia Sancti *Mineatis*, & rebus ad eam pertinentibus [c]. Sed, ut verum fatear, nec inde arguere est, Monasterium Sancti *Mineatis* a pluribus Sanctimonialibus, runc temporis saltem, habitum fuisse; quod ramen, non sine probabilitate quod ad tempus praete-

in loco Vistrungnano ad casa abitazionis ipsius Petroni Iudicaria Florentina.

Singnum manus nbo. Petroni qui am cartula sicut super legitur fieri rogavi.

Ego Betrus rogatus teste ss

Ego Martino rogatus teste ss

Ego Alcbizo rogatus teste ss

Singnum manus VVidoni filio bm. Berizi rogatus testes.

Ego Floreotzius Notsrius Scriptor post tradita complevi.

a Consule superius *pag.* 243. 251. 262. 264. 265.

b Diploma produco.

In Nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Otto divina providente clementia Imperator Augustus. Si loca divinis cultibus mancipata sub nostro regimine & munimine suscepimus, & iuvamen nostri Imperii praebuerimus, ut in proprio statu constituta loca ab inimicis invasa semper possidere valeant, hinc proculdubio sublevari divinis auxiliis minime ambigimus. Quocirca Sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque fidelium tam praesentium tam etiam futurorum noscat industria, quod praeclarus Grbehardus Comes nostri celsitudinis Imperii culmen adiens humiliter deprecatus est, quod videlicet inclusam Salvatoris nostri Iesu Christi obsequio inhaerentem iugiter sub nostro penitus suffragio & tutamine reciperemus, nomine Heemergaridam, cum Ecclesia Sancti Miniatis honori dicata, atque suis universis pertinentibus, quod dignum quippe ducimus, dum omnibus nostrorum Regnorum Ecclesiis non solum praeesse, verum etiam praedicta nostri Imperii celsitudo nos exigat huic tam festivae petitioni, & tam sanctae eiusdem devotae aurem nostrae Serenitatis propensius inclinare, cui insuper hoc mondiburdium sacri nostri Palatii fieri iussimus, ut eadem devota virgo ipsius Ecclesiae omnem optineat vigorem, uti Episcopus iampridem ei concesserat in cunctis eiusdem Ecclesiae pertinentiis, atque quemcumque sibi & Ecclesiae Advocatum ad exigendum iniuste abstractas sibi res voluerit, eligat, isque nostri iuris optineat vigore, vice nostra, & quidquid inde subtractum fuerit iniuste secundum iudiciarium statutum ad eamdem Ecclesiam universum restituat. Si quis igitur perversa in homine hoc contraire temptaverit noscat, se reum Imperii maiestatis, eique compositurum libras auri optimi centum, medietatem Camerae nostrae, alteram Ecclesiae &c. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, anuli nostri impressione subtus iussimus insigniri.

Petrus Cancellarius ad vicem . . . . Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum Kalendis Martii, anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXI. anno vero Domni Ottonis Serenissimi Imperatoris X. Indictione XIV. Actum in Comitatu Perugiae in Colle qui dicitur Apud Colle.

c Consule superius *pag.* 28. & *Ioseph. Richam Tom. V. Florent. Eccles. pag.* 219.

a Con-

teritum, *Carol. Strozzius* subspicatus est: & multo minus, quod *Ioseph Richa* opinatur, aliam quamdam domum & Ecclesiam fuisse in illo monte, in qua Puellae quaedam Deo devotae degerent. Nam vetustis illis saeculis Sanctimoniales una cum Monachis in eodem Asceterio habitare potuerunt, vel simul mistae, vel discretis habitaculis, & separatis mansionibus, ut exempla habemus in Sanctae *Birgittae* Monachabus, quae in Parthenone Paradisi ad Florentiam habitarunt [a]; in Xenodochio & Coenobio Sancti *Iacobi* Theupascii [b]; & in Monasterio Sancti *Petri* agri Patavini [c]. At videtur Episcopus Florentinus, qui forte erat *Sichelmus*, Ecclesiam totam Sancti *Mineatis* cum omnibus ad eam pertinentibus Virgini illi *Hermergaridae* adsignasse, ut ibi religioni dedita piis operibus exerceretur: quare tunc Monachi etiam in ea fuisse non videntur. Nec statim opinandum est, comites & socias eam sibi adiunxisse in illo vitae genere; quando huius rei nulla indicia subpetunt. Et quidem rem diligentius & maturius examinando, Monachi non antea fortassis in Ecclesiam & Monasterium Sancti *Mineatis* inducti sunt, quam *Hildebrandus* Episcopus Florentinus desertam & ruinosam Ecclesiam instauravit, atque refecit, anno MXIII. quod & *Carol. Strozzius* subodoratus fuisse videtur [d], & *Guido Grandius* Abbas Camaldulensis mordicus tenuit. Quum autem *Hermergarida* illa anno iam DCCCCLXXI. viveret, & Ecclesiam illam cum omnibus bonis obtineret, atque habitaret; & ab illo anno usque ad annum restaurationis Ecclesiae, anni tantummodo XLI. elapsi fuerint, tam brevi temporis tractu Ecclesia illa ruinam minime minitata fuisset, nec deserta remansisset, si Puellae *Hermergaridae* sociae, & Deo sacrae, in ea superfuissent; ut probabiliter post eius obitum superfuissent: nec enim omnes eodem tempore vita defunctae fuisse videantur. Itaque existimo, post alias Sanctimoniales antea mortuas, solam tamdem *Hermergaridam* locum ab Episcopo obtinuisse, & mortua *Hermergarida* locum desertum remansisse; idque *Hildebrandus* vehementer doluit, quod in eo corpora Sanctorum *Mineatis* & Sociorum Martyrum requiescerent: ideoque Ecclesiam magnificentiorem refecit, & Monasterium percommodum addidit, & Monachis Ordinis Benedictini habendum tradidit [e]. Quum autem *Hildebrandus* adfirmet, anti-

a Consule *Mannium Tom. I. Sigill. pag.* 4. 47. 48. 50. & *Tom. X. pag.* 58. *Domin. Maccarantum Vit. S. Antonini pag.* 112.

b Consule meum *Hodoeporicon pag.* 1445.

c De eo late egit *Io. Brunaccius* pereruditus in libello, cui titulus: *Ragionamento di Giovanni Brunacci sopra il titolo di Canonichesse nelle Monache di S. Pietro. In Padova* 1745. *pag.* 126.

d Adi superius *pag.* 28.

e Consule superius *pag.* 42.

tiquitus iam ibi Monasterium fuisse, ipse puto, id de Parthenone, seu Asceterio, Sacrarum Virginum intelligendum esse, prout & accuratissimus *Car. Strozzius* intellexit [a]: & Episcopus ille de habitaculo Sanctimonialium antiquo & deserto recentius Coenobium Monachorum fecerit. Non igitur aliud Monasterium Sanctimonialium ab hoc diversum excogitandum est, quum idem diversi sexus Asceterium diversis temporibus fuerit. Quod si verum est, minime subsistunt dicta eorum, qui ante saeculum XI. etiam, & vel IV. & V. saeculo, Monachos ibi exstitisse pertendunt [b]. Quod si tamdem saeculo XIV. Sanctimoniales quaedam in eo monte consederunt [c], hae recentiores sunt, nec ab illa vetusta *Hermergarida* derivatae, ut superius opportune insinuavi [d]; nec *Richa* ipse repugnaverit [e]. Hic recentior Parthenon *Monasterium Sanctae Mariae ad Montem* [f] adpellatus fuit, & deinde in Vrbem translatus est [g].

Parthenon Sanctae *Mariae* in Monticellis [h], qui cum in Vrbem translatus fuerit, de eo inter Monasteria urbana loquuti sumus [i]. Monticelli adpellantur colles aliquot Vrbi proximi inter Portam Sancti *Frigidiani*, & Portam Sancti *Petri Cattuarii*, surgentes; & pars loci esse videtur, qui *Lignaria* adpellatur [k]. Quod autem pars collis etiam, in quo Praetorium Magni Ducis, & *Podium Imperiale* nunc vocatur [l], alias autem *Podium Baroncelliorum* [m] dictus est, tamdem *Monticelli* nuncupata sit, in caussa fuit, quia Sanctimoniales, quae in veris & vetustis Monticellis Asceterium primum habuere, huc inde in novum Monasterium migravere, & nomen *Monticellorum* secum detulerunt; quare hic locus nomine *Monticellorum Novorum* venisse videtur apud *Benedictum Varchium* in *Florentina Historia* [n]. Et quidem primum Monasterium habuere hae Franciscani Ordinis Sanctimoniales in Monticellis, quos definivimus, ultra Parthenonem & Eccle-

a Adi superius *pag.* 28.

b Vide *Brocchium Tom. I. Vitar. Sanct. Florentin.* & *Saldanium Quaest. Vallambros. Part. I. pag.* 17. 24. *& seqq.* qui insuper gratis adfirmant, illos Monachos fuisse Basilianos.

c Consule superius *pag.* 40.

d Consule superius *pag.* 1204.

e Adi *Richam Tom. V. pag.* 220.

f Adpellatum fuit etiam Monasterium S. *Domitillae*; & Sanctimoniales, *Dominae Simonis Baroncellii*, quod earum Pater Spiritalis *Simon* ille esset; & *Dominae a Providentia*, ut *Carolus Strozzius* memoriae prodidit.

g Consule superius *pag.* 40. 1204. & *Richam* loco citato, & *Mannium Tom. XIX. Sigillor. pag.* 57.

h Monticellorum, sive ipsius Monasterii Sanctae *Mariae*, mentio occurrit in Chartis Archivi Monasterii Sanctae *Felicitatis* anno 1040. 1145. 1224. 1332. 1356. Consule superius *pag.* 1059. 1064. 1071. 1089. 1090.

i Consule superius *pag.* 1088.

k Consule superius *pag.* 1064. 1071.

l Vide *Francisc. Redium* in *Adnotationibus ad Dithyrambum pag.* 2.

m Praetorium Magni Ducis ubi nunc est, Villa gentis *Barancelliae* cum Ecclesia seu Sacello olim fuit; unde collis nomen.

n *Lib. VII.* nam ibi *Monticellas Veteres*, ubi est Sancti *Petri* Parthenon, adpellat.

clesiam Sancti *Petri*, in tumulo, qui Ecclesiae Sanctorum *Viti* & *Modesti*, seu Sancti Sepulcri, subest, quique in eiusdem Ecclesiae Paroecia est, & M. circiter P. ab Vrbe distat [a]. Huius primitivi Monasterii vestigia adhuc visuntur, & loci arvi dominium adhuc ad Sanctimoniales urbanas spectat. Ex instrumento [b] constat, hunc Parthenonem fundatum fuisse anno MCCXVII. a *Forense*, co-

a Vide *Brocchium Tom. II. Sanct. & Beat. Florent. pag.* 310. 313.

b Compendium huius Instrumenti, quod in Archivo Sanctimonialium Monticellorum extat, heic profero.

Die prima Aprilis MCCXVII. Constat me quidem Foresem Bilicozzi olim Mergullisi per hoc instrumentum donationis inter vivos pro timore Dei & remedio animae meae, & patris, & matris meae, & uxorum mearum, omniumque parentum mearum praeteritorum, praesentium, & futurorum &c. donasse, dedisse &c. praesente Domino Ioanne Florentiae Episcopo, tibi Berlingberio Gieronimi recipienti pro Ecclesia Romana vice & nomine Dominae Avegnentis filiae olim Albizzi, & omnium illarum mulierum, quae venire & morari voluerint ad serviendum Deo, & Beatae Mariae Virgini, & Sancto Ioanni, & Beato Iacopo Apostolo, aliisque Sanctis omnibus in perpetuum, & ita quod aliquod ius ad aliquam personam, vel locum, pervenire, seu pertinere, non possit, nisi solummodo Domno Apostolico, & Ecclesiae Romanae, videlicet; integram videlicet unam peziam terrae, & rei positae ad S. Sepulcrum ad Monticellis, cuius fines hi sunt: a uno latere Pazi Isacki: a secundo Piscis: a tertio, & quarto latere mea reservata: infra hos fines unum modiorum sicut designatum fuit, & nunc extat, praedictam terram, & rem determinatam, in totum, ut dictum est, una cum omnibus, quae super se, & infra se habet; omnique iure, & actione, & accessione, & requisitione &c. in totum, ut dictum est, dono, do, trado &c. tibi praedicto Beringberio recipienti pro ecclesia Romana; vice, & nomine praedictae Dominae Avegnentis, & omnium illarum mulierum, quae venire, & morari voluerint ibi ad serviendum Deo, & Beatae Mariae Virgini, & Sancto Ioanni, & Beato Iacobo, aliisque Sanctis omnibus, quatenus deinceps praedicta Domina Avegnente, omnesque aliae mulieres, quae ibi venerint & steterint, ut supra dictum est, habeant & teneant peacedictam rem quiete & pacifice sine mea, meorumque heredum, vel alterius pro me, contradictione, vel molestia. Et hanc intrationem factam, ut ibi mulieres & venire & morari debeant ad vitam heremiticam faciendam ad mandatum, & dispositionem Apostolicae Sedis, & in omnibus dictis renuntio omni merito temporali mihi per hanc donationem competenti, vel pertinenti. Insuper Sassa uxor praedicti Forensis per eius consensum interrogata a Domino Bono Iudice &c. praedictam donationem confirmavit.

Signa manuum Fratris Michaelis, Presbyteri Ligieri Plebani de Burgo S. Laurentii, Mannelli de Gallis, Guidalotti Volti de l'Orco, Pieri Camerarii Domini Episcopi Florentini, Buonamichi del Formica &c.

Item postea, scilicet anno MCCXVIII. die IV. Aprilis. Actum Florentiae coram dictis testibus, Iuda filius olim Rainerii Baldovini, & Cambius filius Restauri, rogatu dicti Foresis dictam donationem firmarunt se obligando &c.

Item die sextadecima Iulii MCCXIX. Actum Florentiae in praesentia dicti Buonamichi filii Agradii, & Cambii filii Restauri, dictus Forensis cum in donatione superius facta promisisset, quod expenderet ducentas libras, & nunc iam expenderit in aedificando loco praedicto plusquam mille libras, pro remedio animae suae, & suarum uxorum, omniumque suorum parentum; & pro honore, & reverentia, Romanae Ecclesiae, & Domini Hugonis Ostiensis Episcopi Apostolicae Sedis Legati, iterum refirmando praedictam donationem sua spontanea voluntate donavit & tradidit &c. praedicto Domino Legato, & Beringerio recipienti pro eo & S. Romana Ecclesia, sub eadem forma, & modo, quo superius declaratur, quicquid iuris pro dictis expensis in aedificio sibi competere posset aliquo modo, eo quidem pacto a dicto Forese hic superius in contrahendo, & tradendo apposito, quod si dicta Domina Avegnente cum aliis mulieribus, sive aliae idoneae personae, ad serviendum Deu non venerint, & non steterint in dicto loco ad servitium Dei secundum formam & ordinationem Ecclesiae Romanae; & contra praedicta factum fuerit, haec donatio non valeat, sed ad ipsum libere & expedite revertatur & concedatur mulieribus, vel viris, qui ad servitium Dei ibidem iuxta mandatum Sedis Apostolicae debeant permanere, & ita perpetuo ab omnibus observetur &c.

Ego Bonus Iudex & Notarius &c.

Ego Ioannes Galitii Iudex & Notarius scripsi &c.

a I-

cognomento *Villicuzzo*[a], *Mergulliensis* filio; qui solum & fundum donavit *Advenienti*, *Albizi* filiae, quo illa in eo construere Monasterium posset; in cuius constructione ipse multum expendit, etsi *Advenienti* ipsi huiusmodi structura interdum tribuatur, quod ipsa, Sanctimonialis evadendi gratia, cur Monasterium excitaretur, in caussa fuerit. Sed *Forensis* Monasterium in solo a se donato aedificasse non contentus, anno MCCXXIV. Monachabus, & pro ipsis Dominae *Clarae* Abbatissae, omne ius, quod in illo ex Monasterii constructione sibi competere poterat, liberaliter concessit[b]. Animadvertendum tamen est, *Forensem* ita solum donasse, & Monasterium exstruxisse, & Dominam *Advenientem* ita voluisse, ut

a Ita vocatur in Bulla *Gregorii IX.* data anno MCCXXVIII. XII. KL. Decembris, quae exstat in Tabulario Monasterii Monticellorum. Alii scribunt *Bilicuzzi*, sed corrupte, ut videtur.

b Compendium Instrumenti profero ex Archivo Monasterii Monticellorum.

Die II. Februarii MCCXXIV. Certum est, Foresem filium olim Mergulliesi quondam fecisse cartam donationis inter vivos Berlingherio filio Hierolimi de Porta Sancti Pancratii recipienti procuratorio nomine, vice, & utilitate Ecclesiae, & Monasterii Sanctae Mariae de Monticeliis, de modioro uno terrae, in qua, & super qua, dictam Monasterium aedificatum est, ut continetur in certa donationis per manum Gianni Galitii Iud. & Not. Et nunc praedictus Forese cartam donationis inter vivos &c. pro remedio animae suae & D. Saxat uxoris suae suorumque &c. fecit in D. Dono Florentino Archipresbytero & in praefato Berlingherio Hierolimi, recipientibus pro dicto Monasterio, integra videlicet de tota alia terra, & vinea, & abiturio, quae est iuxta dictum modiorum usque ad fossatum, quae sic decernitur simul cum praefato modioro: ab uno latere est Piscis cum via secundum quod trahit usque ad anticam Portam, quae dicitur Carraia, in capite fossati; a secundo sua reservata, fossatus in medio usque ad caput viae: a tertio Pazzi Isackii, promittens defensionem &c.

Signa manuum Bonaiuti filii Guardavillae, Manvelli de Gall. fil. Beliotti, Iacobi fil. Saraphini, Buonamichi fil. Agradii de Formica, Barotae filii Bitherini; Alberti filii Vliverii, & Mellii filii Bavignani &c. test.

Item dictus Forese donationem fecit praedictis, ut supra, pro dicto Monasterio recipientibus, de tota alia terra, vinea, & abiturio posit. iuxta praedictum, quae sic decernitur; ex uno latere est Pazis Isackii: ex alio via; ex tertio fil. Beitti, & in aliquantum via; ex quarto Fossatus decurrit. Et pactum apposuit, ut ita demum valeat, si dictus Forese donator sine filio vel filiis legitimis masculis decesserit, vel si dicti filii infra decimumoctavum annum sine filiis decesserint.

Item die XIX. Augusti MCCXXVI. Actum Florentiae. Praefatus Forese largitor providus, ac pius donator, ut bonis inceptis progressum debitum, & finem laudabilem adhibeat pro reverentia Iesu Christi, & honore suae sanctissimae Genitricis gloriosissimae Virginis Mariae, & ob remissionem culparum tam suarum, quam coniugis, eorumque parentum, iuspatronatus, omnemque obligationem, sive conditionem &c. quae sibi adversus Monasterium praedictum, & eius iura, tam pro expensis factis, ac faciendis, quam pro alio quolibet modo, competebant, aut pertinere videbantur, praefato Monasterio remisit, & idem Monasterium liberavit, & absolvit, se obligando &c. pacto tamen apposito, ut nullo modo praefatum iuspatronatus ullo tempore in quamcumque personam possit transferri. Testes Vbertus filius Isackii, Bonagiunta filius Gianni Rossi, Guittoncinus filius Guittonis, Giunta filius Pieri, & dicti Berlingherius, Cambius, Barota, & Buonamicus. Item postea die XX. Augusti MCCXXVI. Actum Florentiae. Domina Saxa uxor praefati Foresi donatoris dictas donationes confirmavit. Testes Buonamicus filius Contieri, & dicti, ut supra.

Item eodem die, & coram praedictis testibus, Iuda filius olim Rainerii Baldovini, & Domina Cara uxor eius, filia praefati Foresis, easdem donationes confirmarunt.

Ego Pax Iudex interfui.

Ego Deotisalvi Iudex, & Notarius, praedicta omnia ex mandato Deotiguerii, olim patris mei morte praeventi, subscripsi, & complectionem imposui.

o Con-

ut Sanctae Sedi Apoſtolicae plene & libere donatum intelligeretur, & perpetuo ſubiectum eſſet, *Hugone* Cardinali Oſtienſi Sanctae Sedis in Tuſcia Legato pro Sede Apoſtolica donationem, & ſubiectionem, recipiente. Hinc Sedi Apoſtolicae cenſum annuum unius aurei ſolvere tenetur [a]. Aliquis tamen ſubſpi-

[a] Conſtat id omne ex ipſa Bulla *Hugonis* Cardinalis, quae in Bulla *Honorii III.* Papae illam confirmantis incluſa eſt; Bulla autem *Honorii* anno MCCXIX. data eſt inſequens:

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſae ac Monialibus Monaſterii Sanctae Mariae ad Sanctum Sepulcrum de Monticello Florentinae Dioeceſis, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetae pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, tamquam pia mater ſuae protectionis munimine confovere. Sane cum Venerabilis Frater noſter H. Oſtienſis Epiſcopus, dum in partibus veſtris Legationis officio fungeretur, ab Advegnente Moniali Monaſterii veſtri, antequam ſe ad Religionem tranſferret, fundum quendam, quem habebat in loco, qui Sanctum Sepulcrum de Monticello dicitur, cum omnibus pertinentiis, & aedificiis ſuis, in ius & proprietatem Eccleſiae Romanae, prout mandaverat eidem, veſtro nomine recepiſſet, & in Monaſterio veſtro ibi conſtructo quaedam in veſtrae religionis augumentum, & favorem veſtri ordinis, duxerit ſtatuenda; nos veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes, quod ab eodem Epiſcopo factum eſt, ratum habentes, & gratum, facta obtentu religionis veſtrae ab Epiſcopo praefato ſtatuta, ſicut in ipſius privilegio continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem autem eiusdem privilegii ad maiorem veſtram & Monaſterii memorati cautelam, praeſentibus litteris de verbo ad verbum duximus inſerendum. Qui talis eſt. Hugo divina miſeratione Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus, Apoſtolicae Sedis Legatus. Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſae Monaſterii Sanctae Mariae ad Sanctum Sepulcrum de Monticello Florentinae Dioec. Advegnenti, eiusque Sororibus, tam praeſentibus, quam futuris, religioſam vitam profeſſis in perpetuum. Prudentibus virginibus, quae ſub habitu religionis, accenſis lampadibus per opera ſanctitatis, ſe praeparant obviam ire ſponſo & ad eius celeſtes nuptias introire, noſtrum debemus praeſidium impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eas a pio propoſito revocet, aut, quod abſit, robur S. Religionis infringat. Ea propter, dilecta in Domino filia Advegnente, tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, fundum, quem habebas ad S. Sepulcrum in Monticello in Dioeceſi Florentina cum omnibus aedificiis & pertinentiis ſuis nobis nomine Eccleſiae Romanae a te pia liberalitate collatum, in quo Monaſterium ad honorem Dei, & Virginis glorioſae Genitricis eiusdem, deſideras dedicare, ut te ipſum ibi Domino offeras holocauſtum, & alias exemplo tuo ad divinum obſequium provoces, in ius & proprietatem Beati Petri & Eccleſiae Romanae ſuſcepimus. Verum quia petiiſti a nobis, ut totum ipſum & perſonas in eo Domino famulantes contra malignorum incurſus, protectionis Sedis Apoſtolicae privilegio muniremus, nos tuis iuſtis precibus inclinati, dictum Monaſterium Virginis glorioſae, quod ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante, in quo divino eſtis obſequio mancipatae, cum perſonis, & omnibus rebus ſuis ſub Beati Petri protectione ſuſcipimus, & praeſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, quam profitemini, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur, obſervantias nihilominus regulares, quas iuxta ordinem Dominarum S. Mariae de S. Damiano de Aſſiſio praeter generalem S. Benedicti Regulam vobis voluntarie indixiſtis, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus manere decernimus illibatas. Praeterea locum veſtrum, & ea, quae in ipſius circuitu iuſte ac canonice poſſidetis, vobis, & per vos iis, quae vobis canonice ſucceſſerint, confirmamus. A praeſtatione vero decimarum clauſurae veſtrae, & de hortorum fructibus & pomorum vos eſſe decernimus, auctoritate paginae praeſentis, immunes. Pro iis autem, & aliis, in quibus Eccleſia veſtra lege Dioeceſana forſan Florentinae Eccleſiae teneretur unam libram cerae tantum, & non aliud in feſto Sancti Zenobii Florentinae Eccleſiae annis ſingulis perſolvetis. Liceat quoque vobis mulieres liberas & abſolutas e ſaeculo fugientes ad converſionem in Eccleſia veſtra recipere, & eas ſine contradictione cuiuslibet retinere: Prohibemus etiam, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Eccleſia veſtra Profeſſionem, fas ſit de eodem loco diſcedere, ſeu clauſtrum veſtrum exire. Diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Aliiſque perſonis nequaquam liceat ingredi clau-

ſpicari poſſet, eo loci fuiſſe olim Monaſterium aliquod deſertum, quod Clariſſae occupaverint, quum *Forenſis* ille fortaſſis inſtauraverit, atque ita conſtruxiſſe dictus fuerit. Ad hoc ſubſpicandum impelleret, quod *Cencius Camerarius* in ſuo Catalogo Eccleſiarum & religioſorum locorum Sedi Apoſtolicae immediate ſubiectorum, ſeu obnoxiorum, quem anno MCXCII. ſcripſit, Monaſterii Sanctae *Mariae* in Monticello meminit [a]. Movet inſuper, quod *Alexander IV.* Pont. Max. in ſua Epiſtola ad Epiſcopum Florentinum anno MCCLVIII. ſcripta [b] adfirmat, A-

ſce-

clauſtrum veſtrum, niſi eis, de quibus licentiam habueritis ſpecialem. Dedicationes vero Eccleſiarum veſtrarum, conſecrationes Altarium, ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, a Dioeceſano poſtuletis Epiſcopo, ſi ea gratis & ſine pravitate aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis adire Antiſtitem gratiam & communionem Apoſtolicae Sedis habentem, qui vobis auctoritate Sedis Apoſtolicae, quod poſtulatur, impendat. Sacerdos ſiquidem annuus vel perpetuus in Eccleſia veſtra cum conſcientia Dioeceſani Epiſcopi aſſumatur, & Sacerdotis eiusdem correctionem canonicam Florentino Epiſcopo reſervamus. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbatiſſa, vel tuarum Sororum tibi qualibet ſucceſſura, nulla ibi cuiuslibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia praeponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu vel Sororum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendam. Electionem quoque Romano Pontifici vel Legato ab eius latere deſtinato; aut ei, cui Pontifex Romanus iniunxerit, repraeſentent, a quo electae confirmationis & benedictionis gratia impendatur. Correctionem inſuper tam capitis, quam membrorum, ſuper omnibus, quae in Eccleſia fuerint corrigenda, ſoli Romano Pontifici, vel ei, quem ipſe ad hoc deputaverit, reſervamus. Prohibemus igitur ne quis Epiſcopus vel quaelibet alia Eccleſiaſtica ſecularisve perſona libertates veſtras infringere aut obtentu cuiuslibet conſuetudinis, vel alio modo aliquid a vobis audeat extorquere, ſeu in vos, vel Eccleſiam veſtram, interdicti, vel excommunicationis, ſententias promulgare praeſumat. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare, ſpecialiter inhibentes ne uſurarios & excommunicatos aut haereticos, vel de haereſi infamatos, & nominatim a Florentina Eccleſia interdictos, praeſumatis in vita vel in morte quomodolibet recipere ad divina. Nec vobis liceat ſepulturam habere niſi pro vobis & perſonis aliis, quae ad veſtrum fuerint ſervitium deputatae. Ad inditium huius a Sede A-

Apoſtolica perceptae libertatis aureum unum perſolvetis Romano Pontifici annuatim. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monaſterium perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus moleſtationibus fatigare, ſed omnia integre ſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſaecularisve perſona hanc noſtrae conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove, commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Datum Peruſii apud Monaſterium S. Petri, Sexto Kalendas Auguſti, anno D. MCCXIX. indictione ſeptima, Pontificatus D. Honorii Papae III. quarto. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrae confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii quinto Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno IV.

Hanc *Honorii III.* Bullam confirmavit deinde ipſe *Gregorius IX.* qui antea *Hugo* Cardinalis Oſtienſis audiebat, quique patrocinium Sedis Apoſtolicae, utpote Legatus Pontificius, & privilegia huic Monaſterio conceſſerat, confirmavit; idque fecit anno MCCXXIX. die XXI. Decembris. De cenſu autem Sedi Apoſtolicae ab hoc Monaſterio quotannis ſolvendo agitur etiam ſuperius *pag.* 1285. 1289.

a Conſule ſuperius *pag.* 1285. 1289.

b Hanc Epiſtolam produxi ſuperius *pag.* 1190.

a E.

ſcoterium hoc in Monticellis poſitum labans atque fatiſcens proximam ruinam minitari. Idemque adfirmabant eidem Pontifici ſcribentes Clerus Florentinus, & Conventus Monaſterii Fratrum Minorum Florentini [a]. Quomodo autem id fieri poterat, ſi *Forenſis* ille, & *Adveniens*, totum ſolidumque Monaſterium a fundamentis excitaſſent, & novum inde opus adſurrexiſſet? Num recentes parietes, & nova ſtructura, & domus ante annos tantum XLI. condita, potuit tam anguſto & brevi temporis tractu labaſcere, & ruinoſa habitatores ita perterrefacere, ut alio migrare feſtinarent? Sed diſertiſſima ſunt veterum inſtrumentorum verba, quae Monaſterium a *Forenſe* illo, & ab *Adveniente*, *Albizi* filia,

a

[a] Epiſtolas haſce hic produco ex Archivo Sanctimonialium de Monticellis.

Sanctiſſimo & piiſſimo Patri, & Domino Domino Iohanni miſeratione divina, ſacroſanctae ac univerſalis Eccleſiae Summo Pontifici. Eribaldus Archipresbyter, Aldibrandinos, Orlandus, Vivianus, Rogerius, & Loterius, Canonaci Florentini, Capitulum Cathedralis Eccleſiae Florentinae, recommendationem & ſe ipſos ad pedum oſcula beatorum. Quoniam conſuevit clementia Apoſtolicae Sedis cotidie religioſis & piis locis de ſpeciali gratia miſericorditer providere; idcirco pro religioſis & honeſtiſſimis mulieribus Sororibus Monaſterii Sanctae Mariae de Monticellis Ordinis Sancti Damiani Florentinae Dioeceſis, quae fulgent plurima honeſtate, ſanctitate, & vita laudabili, ſupplicationes noſtras Sanctitati veſtrae minime porrigere dubitamus. Sane cum praedictum Monaſterium actenus in loco ruinuſo conſiſtens ſubiaceret viſibili caſui & ruinae, ita quod de morte dubitabatur proculdubio earomdem; & felicis recordatiunis Dominus Octavianus Sanctae Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis tum praeſentiens periculum eisdem Sororibus imminens, idcirco pro conſanguineis, quae Sorores in eodem Moraſterio reſidebant; ac etiam pro remedio animae ſuae, de conſilio relIgioſarum perſonarum, & plurimorum ſapientium, pie & miſericorditer motus, & fidens de ſanctitate & benignitate Sedis Apoſtolicae deliberavit, quod Monaſterium illud conſtrueretur alibi in ſolido ſundamento, in quo dictae Sorores, ſecurius commorantes, Deo redderent perpetuo ſamulatum. Et cum Monaſterium praedictum mutatum ſit tam ſumptibus Cardioalis eiusdem, quam proviſione plurimorum fideliuoi, & gratia Ieſu Chriſti io ſulido fundameoto ſuper firmam petram, ita quod ex hoc cives & Civitas Florentina ſimul cum aliis Religioſis Civitatis eiusdem gloriantes in Domino exoltaot, nec etiam mutatio Monaſterii praelibati, nemini praeiudicium faciat, ſed cedat ad laudem Eccleſiae Sanctae Dei, necnon ſpecialiter Eccleſiae Florentinae, Sanctitati & Benignitati Veſtrae reverenter, ſicut poſſumus, & humiliter ſupplicamus, quod cum praeſatae Sorores ſine ſpeciali licentia & mandato Sedis Apoſtolicae ad illum locum noviter extructum durantibus privilegiis Monaſterii praelibati, minime valeant ſe transſerre, licentiam concedere dignemini, ac eisdem dare veſtris literis in mandatis intuitu pietatis, ut cum gratia & benedictione Veſtrae Sanctitatis ad ipſum locum ſe transſerre de veſtra licentia licitum ſit eisdem, ſalvis ſemper & durantibus privilegiis memoratis, ibidem perpetuo moraturas in ſervitio Ieſu Chriſti.

Sanctiſſimo & piiſſimo Patri & Domino, Domino Iohanni divina permiſſione Sacroſanctae Romanae Eccleſiae Suommo Pontiſici, Guardianus & Fratres totius Cooventus Florentini Ordinis Fratrum Minorum, ſe ipſos ad pedum oſcula beatorom. De Veſtrae Sanctitatis benignitate plurimum confidentes, quae ſemper omnibus Chriſtifidelibus ſuevit praeclara favorabilis & gratioſa conſiſtere, ſupplicationes Veſtrae Sanctitati piiſſimas porrigimus, devotiſſime confidentes. Cum Sororibus Monaſterii Sanctae Mariae de Monticellis Ordinis Sancti Damiani Florentinae Dioeceſis, in quo ſunt plures conſanguineae felicis recordationis Domini Octaviani Saoctae Mariae in Via Lata Diaconi Cardinalis ibidem pro Sororibus commorantes, tranſire omnino expediat ad Munaſterium praedictum, quod pro eis noviter eſt exſtroctum de voluntate & conceſſione praelibati felicis memoriae Domini Octaviani, qui eisdem, tum propter periculum eisdem Sororibus imminens, tum propter conſanguineas, quae Sorores in eodem Mooaſterio reſidebant, ac etiam pro remedio animae ſuae, de conſilio religioſarum perſonarum & plu-

a fundamentis excitatum fuisse, aperte significant; & Catalogo illi *Cencii* aliquot post annis nomen huius Monasterii adscribi & adiungi potuit. Nam ruina Monasterii non a muris & parietibus & solariis & tectis vetustate fatiscentibus labentibusque impendebat; sed a solo instabili & lapsanti, quod Monasterium in tumulo infirmo & male fulto consisteret, ut ex vetustis instrumentis elucet [a]. Itaque, quum Sanctimoniales inde migrare decrevissent, & *Alexandrum IV.* Pont. Max. rogassent, ut aliud Monasterium sibi tribueret, quo tutae & incolumes permanere possent, Pontifex Monasterium Sancti *Mineatis* in Monte Florentino, anno MCCLIV. illis concessit; hac de re datis ad Commune etiam Florentinorum Litteris [b]; quod tamen obtinere & consequi non potu-

plurimorum sapientium pie & misericorditer motus confidens de sanctitate & benignitate Sedis Apostolicae, deliberavit, quod Monasterium alibi exstrueretur in solido fundamento, in quo dictae Sorores secure commorantes Deo reddant perpetuo famulatum, At cum Monasterium praedictum mutatum sit, tam sumptibus Cardinalis eiusdem, quam provisione plurimorum fidelium; & gratia Iesu Christi in solido fundamento super firmam petram, ita quod ex hoc cives & Civitas Florentina simul cum aliis Religiosis Civitatis eiusdem glorientur in Domino, & exultant; nec mutatio Monasterii praelibati nemini praeiudicium faciat, & cedat ad laudem Ecclesiae Sanctae Dei, necnon Ecclesiarum omnium Civitatis praedictae, Sanctitati & Benignitati vestrae reverenter, sicut possumus, & humiliter supplicamus. Cum praefatae Sorores absque speciali Apostolicae Sedis licentia & mandato, ad illum locum noviter exstructum minime valeant se transferre, durantibus privilegiis veteris Monasterii praelibati, concedere dignemini, ac intuitu pietatis eisdem dare vestris literis in mandatis, ut cum gratia & benedictione vestrae Sanctitatis se ad ipsum locum transferre de vestra licentia licitum sit, eisdem durantibus privilegiis supradictis, ibidem perpetuo moraturas in servitio Iesu Christi: sane, cum praedictum Monasterium vetus in loco ruinoso exsistens subiaceat visibili casui & ruinae.

a Consule paullo superius *pag.* 1387.

b Bullas Pontificis Maximi hic produco ex Archivo Sanctimonialium Monticellorum.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Christo Filiabus Abbatissae & Conventui Monasterii de Monticello Ordinis Sancti Damiani Florentinae Dioecesis, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ancillarum Christi vasa fragilia, quae per sanctimoniae votum ad honorem incorruptionis, atque virtutis, gratuita divini arbitrii praeparavit electio, ut thesaurum spiritualis vitae, quem donante Deo conceperunt, intemeratum possint susceptae religionis conservare proposito, tanto diligentius ab exterioribus sunt praeservanda molestiis, & a temporalium inquietationum impulsibus munienda; quanto intra haec, adversus spiritualia nequitiae invisibilium potestatum, celestis inspirationis effectus mirabiliores solet exercere triumphos. Plurimum autem ad earumdem salutis profectum non ignoratur accedere, si eo circumspectionis consilio disponantur, ut sic a saeculari sint discretae tumultu, ne a piis caritativae humanitatis, & humanae consolationis, officiis sint remotae: & solitudo localis ibi repositum devotionis ipsorum otium tueatur, ubi frequenter incumbens necessitatis relevandae negotium circa eas opportune propendere valeat, alienis condolens indigentiis germana compassio caritatis. Nos igitur attendentes, quod loci, in quo nunc degitis, a Florentina Civitate remotio solitaria vobis diminuerit subventionis cotidianae solatia, sine quibus praesentis vitae infirmitas non subsistit, praesertim cum erga indigentes proximos, quos iugis praesentis ingerit, refriguerit caritas plurimorum; & congruo vobis super hoc volentes remedio providere, Monasterium Sancti Miniatis situm iuxta Civitatem praedictam, Ordinis Sancti Benedicti, cum omnibus domibus, hortis, vineis, ac ceteris possessionibus & bonis, & pertinentiis eiusdem, vobis & iis, quae vobis successerint, praesentium auctoritate concedimus, a vobis pleno iure perpetuo possidendum. Statuendo nihilominus, ut illuc congregationis vestrae Collegium transferentes Domino sub eiusdem, quem profitemini, Ordinis observantia perpetuo serviatis ibidem, & eis-dem

tuere, variis difficultatibus obstantibus, ut in antecessum disserui. Sed ut omne distinctius & fusius explicem, res ita se habuit. Quum, ut diximus, *Alexander IV.* Pont. Max. Monasterium Sancti *Mineatis* Sanctimonialibus istis concessisset, nec in possessionem illius unquam inductae essent, eo quod Abbas & Monachi vehementer obstarent, litemque intentassent, ab *Andrea Mozzio* Episcopo Florentino anno MCCLXXXVII. *Ioanna* Abbatissa & Monachae petierunt, ne vellet aut permitteret, ut in illo Mo-

dem privilegiis, indulgentiis, & libertatibus, quae vobis & vestro Monasterio de Monticello a Romanis Pontificibus seu Dioecesano vestro, vel quibuslibet aliis, sunt concessa, vos, & quae vobis successerint, in eodem Sancti Miniatis Monasterio, a quo vos denominari censemus, plenarie gaudeatis. Volumus autem, ut Abbati eiusdem Monasterii Sancti Miniatis, & Monachis, qui cum ipso inibi morari dicuntur, & quos in aliis Monasteriis sui Ordinis collocari volumus, de praefatis possessionibus & bonis ipsius Monasterii Sancti Miniatis necessaria, quamdiu vixerint, ministreutur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis & constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Perri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani III. Kl. Maii Pontificatus nostri anno secundo.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Nobilibus Viris, Potestati, Consilio & Communi, Florentiae, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ancillarum Christi vasa fragilia, quae per sanctimoniae votum ad honorem incorruptionis atque virtutis gratuita divini arbitrii praeparavit electio, ut thesaurum spiritualis vitae, quem donante Domino conceperunt, intemerato possint susceptae religionis conservare proposito, tanto diligentius ab exterioribus sunt praeservanda molestiis, & a temporalium inquietationum impulsibus munienda, quanto intra haec adversus spiritualis nequitiae invisibilium potestatum caelestis inspirationis effectus mirabiliora solet exercere triumphos. Plurimum autem ad earumdem salutis profectum non ignoratur accedere, si eo circumspectionis consilio disponantur, ut sic a seculari sint discretae tumultu, ne a piis caritativae humanitatis & humanae consolationis officiis sint remotae; & solitudo localis ibi repositum devotionis ipsarum otium tueatur, ubi frequenter incumbens necessitatis relevandae negotium circa eas opportuniter propendere valeat, alienis condolens indigentiis germana compassio caritatis. Nos igitur attendentes quod loci, in quo nunc dilectae in Christo filiae, Abbatissa & Conventus Monasterii de Monticello Ordinis Sancti Damiani Florentinae Dioecesis degunt, a Florentina Civitate remotio solitaria eis diminuerit subventionis cotidianae solatia, sine quibus praesentis vitae infirmitas non subsistit; praesertim cum etiam erga indigentes proximos, quos iugis praesentia ingerit, refriguerit caritas plurimorum; & congruo eis super hoc volentes remedio providere, Monasterium Sancti Miniatis situm iuxta Civitatem praedictam Ordinis Sancti Benedicti, cum omnibus domibus, hortis, vineis, ac terris, possessionibus, & bonis ac pertinentiis eius, eis & hiis, quae ipsis successerint, auctoritate literarum mearum duximus concedendum, ab eis pleno iure perpetuo possidendum; statuendo nichilominus ut illuc congregationis earum Collegium transferentes Domino sub eius, quem profitentur Ordinis observantia, perpetuo famulentur ibidem; & eisdem privilegiis indulgentiis & libertatibus, quae ipsis & eidem Monasterio de Monticello a Romanis Pontificibus seu Dioecesano earum, vel quibuslibet aliis, sunt concessa, ipsae, et quae ipsis successerint, in eodem Sancti Miniatis Monasterio, a quo eas denominari censemus, plenarie gaudeant. Volumus autem, ut Abbati eiusdem Monasterii Sancti Miniatis, & Monachis, qui cum ipso inibi morari dicuntur, & quos in aliis Monasteriis sui Ordinis collocari volumus, de praefatis possessionibus & bonis ipsius Monasterii Sancti Miniatis necessaria, quamdiu vixerint, ministrentur: unde dilecto filio, Presbytero .... Canonico Bononiensi nostris iniungimus literis, ut easdem Abbatissam & Conventum vel Procuratores ipsarum pro eis in corporalem praedicti Monasterii Sancti Miniatis & pertinentiarum eius possessionem iuxta meae concessionis continentiam inducere non postponat, praedictis Abbati & Monachis exinde amotis, & in aliis Monasteriis sui Ordinis collocatis, ipsas Abbatissam & Conventum in possessione huiusmodi defendendo. Ideoque Universitatem vestram monemus, rogamus & hortamur attente in remissionem vobis pec-

 ca-

Monasterio Sancti *Mineatis*, vel eius possessionibus & bonis aliquid novi fieret; nec ipsum Monasterium eiusque bona, & quicquid ad illud pertineret, Collegio alicui, vel singulari personae, in earum praeiudicium conferret[a]. At quum Papa iam causam ad se avocasset, Sedem Apostolicam, & Pontificem Maximum, anno MCCLXXXVIII. supplicantes interpellarunt, ut dum inter Abbatissam & suum Conventum ex parte una; & Abbatem & Monachos Sancti *Miniatis* ex altera; lis iam legitime contestata & controversia verteret, (nam Pontifex *Iacobo*, Sanctae Mariae in Via Lata Diacono Cardinali, etsi ad Sedem Apostolicam devoluta non esset, & apud eam non deberet de sua natura tractari, decidendam & fine debito terminandam commiserat[b]) Abbati & Mo-

cominum iniungentes, quod eidem, cum ob eo requisiti fueritis, pro nostra & Apostolicae Sedis reverentia, super hoc consilium & auxilium studeatis impendere opportunum, preces & mandatum nimirum taliter impleturi, quod devotionem vestram exinde dignis possimus in Domino laudibus commendare, & ad vestrae Civitatis commoda opportunis temporibus fortius attendere. Dat. Lateran. VI. Idus Maii Pontificatus nostri anno secundo.

a Instrumentum produco.

In Dei nomine amen. Coram vobis Reverendo Patre Domino Andrea, Dei & Apostolica gratia Episcopo Florentino, Frater Clarus Syndicus & Procurator Abbatissae Monialium, & Conventus de Monticello Syndicatus nostri nomine pro eis constitutus dicit, & notificat, quod bonae memoriae Dominus Alexander Papa Quartus Abbatissae & Conventui de Monticello Monasterium Sancti Miniatis situm iuxta Civitatem Florentiae, Ordinis S. Benedicti, cum omnibus domibus, hortis, vineis, ac ceteris possessionibus, & bonis, & pertinentiis eius eisdem, Abbatissae, Conventui, & iis, quae eisdem successerint, concessit ab eisdem pleno iure perpetuo possidendum, prout de concessione praedicta apparere potest literis eiusdem Domini Alexandri cum filo serico & Bulla papali. Quare nunc dictus Syndicus dicto nomine cum omni reverentia ab eo vobis debita, vos requirit, quatenus in praeiudicium ipsarum Abbatissae Dominarum, & Conventus, & iuris ipsarum, ob reverentiam Sedis Apostolicae, & dictae concessionis, & Reverendi Patris Domini Matthaei Cardinalis Patroni & Defensoris ipsorum in dicto Monasterio Sancti Miniatis, videlicet in eius possessionibus & bonis non velitis aliquid novi facere, nec ipsum Monasterium & bona & pertinentia ipsius alicui Collegio, vel singulari personae, in praeiudicium earum conferre, submittens se dictus Syndicus dictorum nomine & dictam Abbatissam, Moniales, & Conventum, & iura ipsarum protectioni, & defensioni Sedis Apostolicae, & coetui venerabilium Dominorum Cardinalium, & Domini Matthaei praedicti.

Facta fuit dicta notificatio, & requisitio, per praedictum Fratrem Clarum Syndicum praedicto Domino Episcopo Florentino super Palatio Domini Tommasi Spillati de Mozzis sub anno Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, Indict. quartadecima, die vigesimooctavo mensis Iulii, praesentibus rogatis testibus Corseccia q. Domini Iohannis de Busticis Pop. S. Mariae supra Portam, & Riccio quondam Arrigh. Aldobrandini Populi S. Trinitatis, & Ghuccio Domini Ceretieri de Vicedominis: VII. Idus.

Ego Berlingherius Not. pub. & ord. Iud. quondam Domini Becchi Iudicis & Notarii de Vzzano praedictis omnibus interfui, & ea rogatus a dicto Synd. pub. scripsi, ideoque subscripsi.

b Huius rei monumentum produco ex Archivo Monasterii Monticellorum.

S. S. V. Abbatissa & Conventus Monasterii de Monticello Ordinis Sanctae Clarae Florentinae Dioecesis, quod licet olim felicis recordationis Alexander Papa praedecessor noster eis Monasterium Sancti Miniatis situm prope Civitatem Florentiae cum domibus, hortis, possessionibus, & pertinentiis suis, auctoritate Apostolica duxerit concedendum; praedicta tamen Abbatissa & Conventus ipsum Monasterium Sancti Miniatis, quod ad eas ex concessione huiusmodi pertinet pleno iure, possessionem eius propter potentiam Abbatis, & Monachorum eiusmodi Monasterii Sancti Miniatis, qui illud detinent occupatum, & fautorum suorum, nancisci minime potuerunt. Cum autem vos causam, quae vertitur inter prae-

Monachis, & quibuslibet aliis, inhiberet, causa praedicta sic pendente, aliqua de bonis dicti Monasterii Sancti *Mineatis* vendere, alienare, & quoquo modo distrahere, aut aliquid aliud in earum praeiudicium innovare, & attentare. Ast quum nihilominus Abbas & Monachi interim aedificare in suo Monasterio, & nova opera facere, ausi essent, eodem anno, & die XVIII. Iunii Fratrem *Hugolinum*, *Bongianni* F. Procuratorem suum miserunt, qui ad Monasterium Sancti *Mineatis* accedens per trium lapillorum iactum operariis, & fabris caementariis, novum aedificium construentibus, constructionem prosequi & continuare prohibuit [a]. Sed quum lis & controversia magis incalesceret, nec ad finem facile deduci posset, *Nicolaus IV.* Pont. Max. [b], qui eam F. San-

praefatas Abbatissam & Conventum ex parte una; & dictos Abbatem & Monachos, ac quoscumque alios detentores Monasterii Sancti Miniatis bonorum & pertinentiarum praedictorum ex altera, Domino Iacobo Sanctae Mariae in Via Lata Diacono Cardinali, etiamsi non esset ad Sedem Apostolicam devoluta, vel apud eam non deberet de sua natura tractari, duxeritis committendam, & fine debito terminandam; & lis sit in causa huiusmodi contestata legitime: supplicent dicti Abbatissa & Conventus, ut cum lite pendenti nil sit innovandum, quatenus Abbati & Monachis praedictis, & quibuslibet aliis, inhibere dignemini, ut causa praedicta coram eodem Cardinale apud Sedem eamdem pendente, aliqua de bonis dicti Monasterii Sancti Miniatis vendere, alienare &c. vel distrahere quoquo modo; sive aliquid in praeiudicium dictorum Abbatissae & Conventus, vel praefati Monasterii Sancti Miniatis innovare vel attemptare praesumat; vos autem, si quid post dictam litem contestatam attemptatum est, revocetis, & quicquid per inhibitionem huiusmodi contigerit attemptari, decernatis ex nunc irritum & inane.

a Constat ex Chartis Archivi Monticellorum exarata anno MCCLXXXVIII. Indict. I. die XVIII. Iunii. *Ioannes Fil. Recuperi* de Vingone Notar.

b Epistolam Pontificiam produco.

In Christi nomine amen; & suae Incarnationis anno millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, Indictione secunda, die Mercurii, vigesimo mensis Octobris. Per praesens publicum instrumentum sit omnibus manifestum, quod venerabiles viri, Abbas Monasterii Sanctae Trinitatis, & Prior S. Pauli, & Praepositus Omnium SS. Ordinis Humiliatorum Florentinorum, in maiori Ecclesia Florentin. publice coram venerabilibus viris Dominis, Praeposito Raynerio Chiberti, & Gerio Magistri Perfecti, cum Notariis Florentinis, & pluribus aliis ibidem praesentibus, infrascriptas litteras Apostolicas vera bulla, & filo bullatas diligenter legi fecerunt per me Martinum Iudicem & Notarium infrascriptum, quarum literarum tenor talis est. Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis, Abbati Monasterii Sanctae Trinitatis, Priori Sancti Pauli, & Praeposito Omnium Sanctorum Ordinis Humiliatorum, Florentinorum, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Sua nobis dilectae in Christo Filiae, Abbatissa & Conventus Monasterii de Monticellis Ordinis Sanctae Clarae Florentinae Dioecesis petitione monstrarunt, quod licet olim felicis recordationis Alexander Papa praedecessor noster Monasterium Sancti Miniatis situm prope Civitatem Florentinam cum domibus, hortis, vineis, terris, possessionibus & pertinentiis eius, auctoritate Apostolica duxerit concedendum; praedictae tamen Abbatissa, & Conventus ipsum Monasterium Sancti Miniatis quod ad eas ex concessione huiusmodi pertinet pleno iure, & possessionem ipsius propter potentiam Abbatis & Monachorum eiusdem Monasterii Sancti Miniatis, qui illud detinent occupatum, & fautorum suorum, nancisci minime potuerunt. Quare nobis ex parte dictarum Abbatissae, & Conventus fuit humiliter supplicatum, ut providere ipsis paterna diligentia curaremus. Cum autem nos causam, quae vertitur seu verti speratur inter praefatas Abbatissam & Conventum ex parte una; & dictum Abbatem & Monachos, ac quoscumque alios detentores Monasterii Sancti Miniatis, & bonorum & pertinentiarum praedictorum, ex altera; dilecto filio nostro F. Sanctae Mariae in Via Lata Diacono, Cardinali, etiamsi non sit ad Sedem Apostolicam devoluta, vel apud eam non deberet de sua natura tractari, duxerimus committendam, & fine debito terminandam; Discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus qua-

Sanctae Mariae in Via Lata Diacono Cardinali commiserat, Abbatem & Monachos, & quoscumque alios, qui sua interesse credidissent, peremtorie citari fecit, ut intra XX. post citationem dies per se vel Procuratores idoneos cum omnibus actis & iuribus & monimentis suis Apostolico se conspectui praesentarent, & mandati huius exsequutionem commisit Abbati Monasterii Sanctae Trinitatis, Priori Sancti Paulli, & Praeposito Omnium Sanctorum Ordinis Humiliatorum, Florentiae [a]. Sed omnes hasce difficulcultates *Alexander IV.* iam praesenserat, & Sanctimoniales novum Monasterium a fundamentis excitare ideo cogitantes noverat, quare laudatam Epistolam *Ioanni Mangiatorio* Episcopo Florentino scripsit, eum hortans, ut Sanctimonialibus illis novum Monasterium aedificantibus praesto esset, & opem liberaliter ferret. Et profecto, quum Monasterium S. *Mineatis* in Monte obtinere, ut dixi, non potuissent, Domina *Adveniens* Abbatissa fundum emit ad radices collis, qui nunc *Podium Imperiale* nuncupatur, non procul a Via, qua ad Monasterium suburbanum Sanctae *Mariae Pacis* itur, & Portam Sancti *Petri Cattuarii* proxime [b], inter Viam Romanam, & Monasterium Sanctae *Mariae Pacis* praedictum, & ibi novum Monasterium aedificavit. Sciendum tamen est, *Octavianum Vbaldinium* Cardinalem Sanctae Mariae in Via Lata Diaconum, hoc Monasterium magna ex parte aere suo condidisse, quod consanguineas ali-

quatenus vos vel duo aut unus vestrum, Abbatem & Monachos detentores praedictos & quoscumque alios, qui sua interesse crediderint, per vos vel per alium seu alios, ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra viginti dies post citationem huiusmodi per se vel Procuratores idoneos cum omnibus actis, iuribus, & monimentis praedictam causam contingentibus Apostolico se conspectui repraesentent facturi & recepturi super praemissis, sicut ordo dictaverit rationis. Diem vero citationis & formam & quicquid super his duxeritis faciendum, nobis per vestras literas harum seriem continentes, intimetis. Dat. Reate, Id. Septembris Pontificatus nostri anno primo. Quibus literis Apostolicis sic perlectis, citationem factam in claustro dicti Monasterii Sancti Miniatis per eosdem Abbatem Sanctae Trinitatis, Priorem Sancti Pauli, & Praepositum Omnium Sanctorum Ordinis Humiliatorum Florentin. die Sabbati proximi praeteriti; videlicet sextodecimo dicti mensis Octobris, de Abbate & Monachis Conventus Sancti Miniatis praedicti pro omnibus aliis, qui sua crederent interesse notificarunt, expresse volentes, quod de huiusmodi notificatione conficerem hoc publicum Instrumentum.

Actum in maiori Ecclesie Florentina, praesentibus Domno Manfredo Monacho Monasterii Sanctae Trinitatis praedicti, Presbytero Iambono Cappellano Ecclesiae Sancti Pauli, Donato Boninsegnae, & pluribus aliis testibus ad praedicta vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Martinus olim Petri de Sancto Illaro auctoritate Imperiali Ordinarius Iudex & publicus Notarius, praedictis omnibus interfui, & ea omnia de voluntate & mandato DD. Abbatis Monachorum Sanctae Trinitatis, & Prioris Sancti Pauli, & Praepositi Omnium Sanctorum, praedictorum subscripsi, & in publicam formam redegi rogat.

a Consule de Humiliatis superius *pag.* 1190.

b Locus erat ita urbi proximus, ut cum tertius moeniorum ambitus circumductus est, fundi partem, qui ad hoc Monasterium spectabat, occupaverint & incluserint; quare Commune Florentinorum pretium fundi occupati solvendo Monasterii damna reparavit; ut superius *pag.* 1089. 1090. videre est.

c Consule superius *pag.* 1091. & *pag.* 1191.

liquas ibi Sanctimoniales haberet; multum etiam pecuniae pios cives Florentinos contulisse, ut opus perfici omnino posset. Illud quoque certum ratumque est, Cardinalem illum apud Pontificem antea intercessisse, ut hae Sanctimoniales Monasterium Sancti *Mineatis* consequerentur [a]. In novo Monasterio, quod *Monticellorum* dictum fuit, quia prioris illius in Monticellis siti tradux & propago quaedam erat, quamquam & Monasterium Sanctae *Clarae Baroncelliorum* dictum in vetustis Chartis occurrit, vindicato sibi alio nomine ab instituto, & situ recentiori, Monachae permansere usque ad annum MDXXIX. ut alibi fuse narravimus. Quando Sanctimoniales ad hoc Monasterium ex veteri transire debuerunt, Clerus Florentinus, & Fratres Minores Florentini Monasterii, supplices libellos Pontifici Maximo porrexerunt, quo illuc migrandi Sanctimonialibus facultatem concederet, & iis antiqua privilegia firma atque inviolata servarentur [b]. Migrarunt itaque illae, sed tamdem, progressu temporis, disciplinae rigor apud eas remissus est, & monachalis observantia neglecta; quare anno MCCCCXXXVI. V. Kal. Apriles *Eugenius IV.* Pont. Max. eas reformandas esse decrevit; quod & factum fuit opera quarumdam Sanctimonialium ex Monasterio Sancti *Ludovici* Bononiensi in hoc Florentinum deductarum [c]. Quum igitur in hoc Monasterio disciplina monastica resti-

1391. & *seq.* Ceterum praeter Auctores *pag.* 1091. laudatos, isthuc ipsum narrant *Vghellus in Episc. Florent. pag.* 166. & *Minius Civitatis Florentinae Defensione* in *Tuscia Illustrata Tom. I. pag.* 36. Item *Alfonsus Ciacconius*, ubi de Cardinali *Vbaldinio* agit, *pag.* 599. & *Brocchius Tom. II. Vitar. Sanctor. & Beator. Florentin. pag.* 513. Atque iterum consulendus est *Io. Bapt. Vbaldinius pag.* 70. & 72. *Histor. Gentis Vbaldiniae*; & id totum confirmatur Epistolis Cleri Florentini, & Fratrum Minorum, quas ex Archivo Sancti monialium Monticellorum superius exhibui. Ex hac posteriori Historia Monasterii Monticellorum, quam hic damus, corrigenda sunt varia & subplenda, quae superius *pag.* 1089. 1090. & 1091. scripsimus.

a Adi superius *pag.* 1190.

b Cleri & Minoritarum Epistolas proruli superius *pag.* 1387.

c Constat ex Bulla *Eugenii IV.* quam profero.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Officii nostri debitum exposcit, ut iis, per quae inter personas ecclesiasticas, praesertim in fragili sexu sub Religionis habitu Domino famulantes, dissensiones & scandala praecaveri valeant, favorabiliter intendamus. Cum itaque venerabilis Frater noster Iordanus Episcopus Sabinen. & dilectus filius Guillelmus de Casali Ordinis Fratrum Minorum Generalis Minister, ad reformationem Monasterii de Monticellis extra muros Florentinos Ordinis Sanctae Clarae iuxta eis a nobis iniunctum mandatum procedentes, nonnullas Sorores dicti Ordinis, quae a norma recte vivendi declinaverant, ex praefato Monasterio licentiaverint & removerint; ac in eodem certas honestas, & Deo devotas Sorores Minorissas ex Monasterio Sancti Ludovici Bononiensis advocantes introduxerint; & alias Monasterium ipsum de Monticellis reformaverint, prout eis secundum Deum, & earum regulam visum fuit expedire. Nos cupientes, ut praefatae Sorores in ipso Monasterio de novo introductae, & quae eis in futuris succedent, cum animi tranquillitate in illo perseverent, ac institutionem Abbatissae & Monasterii concessionem & reformationem huiusmodi, ac cetera inde secuta, auctoritate Apostolica approbantes, & confirmantes, eadem auctoritate, tenore praesentium statuimus & ordinamus, quod nulla deinceps mulier secu-

ſtituta eſſet, & laudabilem vivendi rationem Monachae iterum iniiſſent; e contrario autem Sanctimoniales Monaſterii, Sanctae *Clarae* dicti, in Oppido Prati exſiſtentis, diſſolutae, & religioſae obſervantiae negligentes, evaſiſſent, *Xyſtus IV.* Pont. Max. Monaſterium hoc Pratenſe Monaſterio Monticellorum anno MCCCCLXXV. adnexuit & univit *. De cenſu ab hoc Monaſterio Epi-

ſularis vel religioſa cuiuſcumque Ordinis vel Profeſſionis fuerit, etiamſi in eodem per antea recepta, & poſt profeſſionem per ipſam emiſſam inibi nutrita exſtiterit, Monaſterium ipſum de Monticellis ingredi, ſeu in illo recipi, quoquomodo poſſit, niſi eisdem Sororibus in habitu & ordine per omnia ſit conformis, & ad hoc etiam dilectarum in Chriſto filiarum modernarum & pro tempore futurarum Abbatiſſae & Sororum ipſius Monaſterii de Monticellis, vel maioris partis earumdem, conſenſus accedat. Nos enim ſi ſecus actum fuerit tam in receptas, quam in recipientes, necnon quaſcumque perſonas eccleſiaſticas, ſeu ſeculares vel regulares cuiuſcumque ſtatus, gradus, praeeminentiae, vel conditionis, exiſtant, quae contra ordinationem noſtram huiuſmodi Abbatiſſas & Sorores praefatas contra praemiſſa inquietare, ſeu quomodolibet moleſtare, praeſumpſerit, excommunicationis ſententiam, niſi moniti reſipiſcant, incurrere volumus ipſo facto, a qua, praeterquam in mortis articulo, ab alio, quam a Romano Pontifice, abſolvi non poſſint. Per hoc autem quin Abbatiſſae & Sorores praefatae, quae pro tempore fuerint dicti Monaſterii de Monticellis iuxta inſtituta dictae regulae ipſorum Superioribus obedientiam & reverentiam debitas & conſuetas exhibere teneantur aliquatenus derogari non intendimus; eiectas vero ex huiuſmodi Monaſterio de Monticellis de bonis eiusdem Monaſterii prout ipſius facultates ſufficient, quod totum ipſorum Epiſcopi praedicti, ac Guillielmi, & qui pro tempore fuerit, Protectoris, & Generalis, dicti Ordinis Sancti Franciſci diſcretioni committimus, nutriri volumus; prohibemus inſuper, Sorores illas quae de Monaſterio Sancti Iacobi Florentini Ordinis Sanctae Clarae abſque Superioris licentia temeritate propria exiviſſe noſcuntur, in illo ulterius recipi: ſed pro culpa caſtigari, & in alio loco honeſte collocari volumus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae approbationis, confirmationis, conſtitutionis, ordinationis, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Florentiae anno Incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto, Quinto Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſexto.

* Bullam unionis profero ex Archivo Monaſterii Monticellorum.

Syſtus Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Commiſſum nobis licet immeritis deſuper Apoſtolicae ſervitutis officium mentem noſtram excitat & inducit, ut circa ea, quae pro ſtatu proſpero Monaſteriorum, proque locis & perſonis in illis divinis laudibus dedicatis, quaeque ad divinae perſeverantiam cultus oportuna fore conſpicimus, operoſis ſtudiis iugiter intendamus. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pius Papa praedeceſſor noſter, ex certis cauſis tunc ex reſſis, & praeſertim propter multos exceſſus, quos, ut acceperat, nonnulli Ordinis Fratrum Minorum Profeſſores in Monaſterio Monialium Sanctae Clarae Praten. Ordinis eiusdem Sanctae, Piſtorienſis Dioeceſis, perpetraverant, & in dies committere moliebantur, motu proprio, & ex certa ſcientia, Monaſterium ipſum, & illius Abbatiſſam & Moniales iuriſdictioni & poteſtati Epiſcopi Piſtorienſis ſubiecit, & cum omnibus bonis & rebus ſuis ab omni ſuperioritate, viſitatione, & dominio, correctione, & poteſtate, Miniſtrorum, Vicariorum, Confeſſorum, & aliorum Officialium praedicti Ordinis ad ipſius Praedeceſſoris beneplacitum per quaſdam ſuas exemit & liberavit primo; & deinde cum huiuſmodi beneplacitum ſuperveniente ipſius Praedeceſſoris obitu expiraſſet, & Abbatiſſa & Moniales praefatae ſub eadem gubernatione, ſub qua poſt exemptionem praedictam bene & laudabiliter vixerant, pro eadem directione, tranquilliter, & honeſtate, manere appeterent; recolendae memoriae Paulus Pontifex etiam Praedeceſſor meus Monaſterium praedictum cum Abbatiſſa, Monialibus, rebuſque, & bonis huiuſmodi pari modo a Fratrum praedictorum ſuperioritate etiam exemit, & praefato Epiſcopo ſubmiſit, ad ipſius Pauli Praedeceſſoris beneplacitum etiam per quaſdam ſuas; & ſucceſſive pro parte Priorum Artium, & Vexilliferi Iuſtitiae Civitatis Florentiae, ac Abbatiſſae & Conventus praedictarum, eidem Paulo praedeceſſori expoſitas. Et deinde Pauli Praedeceſſoris beneplacito huiuſmodi expi-

ran-

Episcopatui Florentino solvi solito iam superius tempestive e- gi-

rente ipsa Abbatissa, & Moniales, si in iurisdictionem & potestatem Ministrorum, & aliorum Officialium praedicti Ordinis Fratrum Minorum devenirent, formidabant se in miserias & calamitates pristinas relabi & devenire; idem Paullus praedecessor Monasterium, Abbatissam, & Moniales huiusmodi ab eorumdem Fratrum superioritate per reliquas suas perpetuo exemit, & dicto Episcopo subiecit. Demum vero nos fide digna relatione informati, quod Monasterium praedictum sub protectione, & directione Praelatorum dicti Ordinis Fratrum Minorum, sub qua ab eius fundatione manserat, maiora susceperat incrementa, quam postquam ab illorum cura fuerat exemptum, sperantes, quod idem eveniret in futurum, Monasterium ipsum ad curam & obedientiam dicti Ordinis Fratrum Minorum Praelatorum sicut prius fuerat per alias nostras in forma Brevis litteras reduximus, ac Ministro Generali, & aliis dicti Ordinis Minorum Praelatis, ut eorum huiusmodi susciperent, & quibuscis aliis Praelatis, ne de eur ipsarum se impedirent, necnon Abbatissae & Conventui praefatis, ut Ministro & Praelatis dicti Ordinis Fratrum Minorum parerent, mandavimus, prout in singulis literis praedictis plenius continetur. Nuper vero nobis pro parte dilectorum filiorum Francisci Sansonis Generalis Ministri, & Fratrum dicti Ordinis Minorum expositum fuit, quod cum Abbatissa & Moniales dicti Monasterii monitionibus & mandatis ipsius Generalis obtemperare recusarent, & propterea excommunicationis sententia innodatae, ex dicto Monasterio propria temeritate recessissent, bona mobilia illius asportando, illo vacuo derelicto, idem Generalis nonnullas Moniales Monasterii Beatae Mariae de Monticellis extra muros Florentinos dicti Ordinis S. Clarae ad praefatum Monasterium Pratense regendum transtulit; & Monasterium ipsum Pratense dicto Monasterio Beatae Mariae per illius Abbatissam & Conventum iuxta earum ritus, mores, & regulares instituta, perpetuo regendum & gubernandum univit, annexuit, & incorporavit, & suae earum curae & regimini commisit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat de viribus translationis, unionis, & commissionis, praedictorum per ipsum Franciscum Ministrum factorum ab aliquibus haesitetur, praesertim pro eo, quia in dictis literis nostris in forma Brevis de Pii dumtaxat, non autem de Pauli, praedecessorum praedictorum literis mentio facta exstitit, pro parte Generalis Ministri, & Fratrum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut translationi, unioni, annexioni, & incorporationi, ac commissioni praedictis, per ipsum Generalem factis, robur Apostolicae confirmationis adiicere; ac pro tutiori cautela Monasterium ipsum Pratense sub Praelatorum dicti Ordinis Fratrum Minorum curam, visitationem, & correctionem, ac in pristinum etiam statum, in quo erat antequam litterae praedictae Pii praedecessoris praedicti emanarent, reducere, reponere, & reintegrare; & illius Abbatissam, quae, ut praefertur, aufugit, illius regimine & administratione privare, & ab eis amovere, ipsumque Monasterium Pratense dicto Monasterio Beatae Mariae de Monticellis perpetuo unire, annectere, & incorporare, aliaque in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem tam beneficii uniendi, quam illius, cui unio fieri petitur, alioquin unio non valeret; & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interest; cupientes, ut Monasterium ipsum Pratense iuxta eius fundationem sub cura dicti Ordinis Fratrum Minorum, ac directione dictorum Abbatissae & Conventus Beatae Mariae, in quo viget regularis observantia Ordinis Sanctae Clarae, votivae prosperitatis successibus, religionis, & bonae famae incrementa suscipiet, ut speramus, ac dictorum Monasteriorum fructus redditivi, & proventivi, veros annuos valores praesentibus pro expressis habentes, translationem, unionem, annexionem, incorporationem, ac commissionem, praedictas, per dictum Franciscum Generalem, ut praefertur, factas, & prout illas concernunt, omnia & singula in scripturis, seu litteris dicti Francisci Generalis Ministri desuper confectis contenta, auctoritate Apostolica, praesentium tenore approbamus & confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem; ac volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quod litterae nostrae in forma brevis praedictae ab eorum datione, exinde secuta valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant in omnibus, & per omnia, perinde ac si in illis de literis praedictis eiusdem Pauli praedecessoris expressa mentio facta, & illis specifice derogatum extitisset. & nihilominus pro potiori cautela Monasterium ipsum Pratense sub dilecti filii nostri Iuliani tituli Sancti Petri ad Vincula Presbyteri Cardinalis dicti Ordinis Minorum Protectoris, et aliorum, qui pro tempore erunt Protectores Prae- la-

gimus. Minime praetereundus *Mich. Pocciantii* [a] error, qui hoc Monasterium secundum Monticellorum cum Monasterio Sanctae *Clarae* in Via Clara confundit, quod Vrbis moenibus novissimis comprehenditur; quamquam alibi novit, Monasterium illud Monticellorum extra Portam Sancti *Petri* Cattuarii exstitisse [b]. Locus ille *Monticelli* dictus videtur, quod *Monticelli* limitis, & termini, nomen sit apud *Finium Regundorum* Scriptores. Abbatissae quaedam antiquae occurrunt.

Agnes anno MCCXVII.
Adveniens anno MCCXIX.
Clara anno MCCXXIV.
Adveniens anno MCCLVI.
Ioanna anno MCCLXXXVII.
Magdalena a Bononia anno MCCCCLIX.
Clara, *Caroli* F. *Baroncellia* anno MDXXIX. [c].

XE-

latorum dicti Ordinis Fratrum Minorum cura, visitatione, correctione, et in pristinum etiam statum, in quo erat, antequam literae praedictae Pii praedecessoris praefati emanarent, dicta auctoritate ducimus, reponimus, et plenarie reintegramus, & illius Abbatissam, quae ipso Monasterio Pratensi vacuo derelicto cum illius Monialibus inde aufugit, ut praefertur, illius regimine, & administratione simili auctoritate privamus, & amovemus realiter ab eisdem, nec non Monasterium Pratense praedictum, sive, ut praemittitur, sive alio quovis modo vacet, dicto Monasterio de Monticellis praefata auctoritate unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat Abbatissae dicti Monasterii Beatae Mariae ac Monasterii Pratensis praedicti, regimen, & administrationem, ac bonorum corporales possessiones continuare, ipsaque Monasteria sic unita per unam & eamdem Abbatissam, quae in uno eorum per se, & in alio per Vicariam per eamdem deputandam ad eius nutum amovibilem, quae ad Abbatissae officium pertinent, adimplere teneatur, & debeat; ac utriusque Monasterii Moniales unum Conventum constituant, & non magis unius quam alterius, sed amborum invicem unitorum Monasteriorum Moniales esse censeantur. & sub eadem regulari observantia in utroque, prout Abbatissae praefatae placuerit, divinis vacare studeant beneplacitis, decernentes ex nunc irritum & inane si quid super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterior. & Ordinis praedictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus privilegiis quoque, & indulgentiis ac literis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, contrariis quibuscumque non obstantibus. Aut si aliquid communiter vel divisim a Sede praefata indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, commonitionis suppletionis voluntatis, constitutionis, reductionis, repositionis, reintegrationis, privationis, amotionis, unionis, annexionis, incorporationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MCCCCLXXV. IV. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno V.

a *De Eccles. Florentinis pag.* 127.
b Ibidem *pag.* 174.
c De quibusdam Abbatissis vide *Brocchium Tom. II. Vitar. Sanct. & Beat. Florentin. pag.* 311. *& seqq.* & superius *pag.* 1384. *& seqq.*

a Hu-

XENODOCHIA ET NOSOCOMIA SVBVRBANA.

Xenodochium Sancti *Iuliani* Viridariorum, seu Verzariae. Xenodochium hoc conditum & institutum fuit a *Cenni, Ciocchi* F. de Paroecia Sancti *Iacobi* Inter Foveas Florentiae, anno MCCCXXXI. In suo enim testamento [a] iniunxit *Bonaventurae Ricoveri*, & *Lagiae* germanae suae, & *Asino*, *Iacobi* F. *de Asino*, ut construerent, & aedificarent, Xenodochium in usum & servitium pauperum, & Coenobitarum, & praecipue Fratrum Minorum; iussitque illud condere in via, quae Florentia Pisas ducit, in loco, qui melior, commodior, & opportunior, iis visus esset. In hoc autem Xenodochio voluit, ut, pro pauperibus, viginti lecti essent. Insuper ut in eo Fratres Minores exciperentur; iisque victus necessarius praeberetur. Post autem testatoris mortem, quum *Lagia* illa supremum diem obiisset, memorati *Bonaventura* & *Asinus* domos quasdam sitas in praedio posito in Paroecia Sanctae *Mariae* Verzariae iuxta viam stratam praedictam compararunt; & in iis erexere, atque ordinavere, Xenodochium iuxta mentem testatoris, quod Sancti *Iuliani* titulo insigniverunt. Praedium autem illud Xenodochio dotale adsignaverunt, aliudque adiecerunt ab iis pariter emtum, & in Paroecia Sancti *Quirici* Lignariae, loco Vitereta nuncupato, positum. Elegerunt autem Xenodochum, &

a Huius testamenti anno MCCCXXXI. conditi summa & compendium ita habet.

Certum est, quod Cenni quondam Ciocchi Populi Sancti Iacobi Inter Foveas de Florentia suum condidit testamentum manu Ser Donati Martini, in quo inter alia disposuit, quod per Bonaventuram Ricoveri, Dominam Lagiam germanam dicti Cennis, & per Asinum quondam Iacobi dell' Asino fieri & construi & aedificari deberet unum Hospitale ad usum & servitium pauperum, & Religiosorum, & praecipue Fratrum Minorum, & quod fieri facerent in via, qua itur Florentia Pisas. & Pisis Florentiam, ubi eis in dicta strata melius videbitur, in quo Hospitali deberent retinere viginti lecti ad usum pauperum, & in quo Hospitali receptentur Fratres Minores ad hospitandum, bibendum, & comedendum, de bonis dicti Hospitalis. Et cum dicta Domina Lagia post mortem testatoris mortua esset, praedicti Bonaventura, & Asinus, erexerunt, & ordinaverunt, pro dicto Hospitali quasdam domos positas super quodam podere, posito in Populo Sanctae Mariae de Verzaria iuxta stratam, qua itur Florentia Pisas, emptum per ipsos fideicommissarios dicta de causa de bonis dicti testatoris, & pro dote dicti Hospitalis et assignaverunt dictum praedium, & quoddam aliud positum in Populo S. Quirici de Lignaria loco dicto Vitereta, emptum etiam per dictos fideicommissarios de bonis dicti testatoris. Et elegerunt Hospitalarium Hospitalis praedicti, nuncupati Hospitale S. Iuliani; & ordinaverunt, quod post mortem eorum, filii, & descendentes, eorum masculi possint eligere, & constituere Hospitalarium dicti Hospitalis &c.

Ego Cante quondam Domini Bonaventurae Medici, Notarius &c.

Huius Xenodochii auctor solicitam Fratrum Minorum curam gessisse videatur eo, quod non procul ab loco, in quo Xenodochium construendum erat, Minoritarum Tertii Ordinis Monasterium exsisteret, qui vocabantur *Fraticelli Cavarum*, quod *Cavae Lapidum*, seu Lapicidinae, proximae essent; & *Lapicidinae* quidem per ea loca, prope Scopetum, & Coenobium *S. Francisci a Paula*, adhuc exstant. Hoc Fraticellorum illorum domicilium anno MCCCXXVIII. iam substitisse, memoriae proditum est in Chartis Strozianae Bibliothecae.

a Haec

& statuerunt, ut post mortem suam liberi sui mares Xenodochum huius Xenodochii perpetuo eligerent, & constituerent. Anno MCCCXLI. Xenodochus erat *Finus* Tertii Ordinis Frarerculus, cum quo fundum & domos quasdam, in Verzaria sita, Frater *Ioannes Infangatius* Procurator Sanctimonialium Parthenonis Sancti *Dominici* Cafagii permutavit. Anno MCDXL. *Ludovicus*, *Petri* F. *Bonaventurae* N. Patronus Xenodochii Sancti *Iuliani*, iuspatronatus, quod in eo Xenodochio habebat, donavit *Magdalenae*, & *Petro*, *Antonii* FF. *Guidonis* NN. *Monaldiis* Florentinis, pro ipsis, & pro *Ioanne* eorum fratre, eorumque liberis & heredibus. Anno MCDLIII. quum iuspatronatus huius Xenodochii pro duabus partibus ad Archiepiscopum Florentinum spectaret, Sanctus *Antonius*, vulgo *Antoninus*, Archiepiscopus vocem unam, ut aiunt, huius iuris largitus est Frattibus Monasterii Sancti *Marci* Florentini Ordinis Praedicatorum ab Observantia, donec Fratres illi ab Observantia in eo Monasterio consisterent; quod si defecissent, Fratres Coenobii Sancti *Dominici* Faesulani substituit. Anno MCDLVIII. *Pius II.* Pont. Max. quum Senis versaretur, Xenodochium hoc Monasterio S. *Barptolemaei* extra Florentiae moenia, & prope Xenodochium istud sito, univit, atque coniunxit. Tunc temporis huius Xenodochii reditus sexaginta Florenorum de Camera censebatur. Anno MCDLX. *Nicolaus Francisci* filius *Asinius*, unus ex Xenodochii Patronis, unioni illi pro sua rata consensit. Anno MCDLXIV. Xenodochus erat *Zacharias*, *Ioannis* F. *Strozzius* Canonicus Florentinus [a]. Quod ad censum, quem Xenodochium quotannis solvebat, adtinet, exploratum est, candelam sex unciarum Patronorum singulis ab eo quotannis praebitam fuisse. Quare anno MCDLVII. quum Conventus etiam Sancti *Marci* Florentiae unus ex Patronis esset, una etiam cum Archiepiscopo Florentino annuum candelae censum ab Xenodocho accepit. Pro aliis iurispatronatus partibus, *Nicolai Asinii* posteri Xenodochii domini erant, & eorum singulis census praedictus quotannis tribuebatur. Alia Xenodochia nomine Sancti *Iuliani* conspicua Florentiae, seu ad Florentiam, fuere, ut illud in Suburbio Sancti *Nicolai*, & illud, quod *Victoriorum* dictum est, extra Portam Sancti *Petri Cattuarii*, in cuius ostii epistylio scriptum est: HOSPITALE SANCTI IVLIANI. Nam gens *Victoria* ius patronatus habuit.

Xenodochium Montis Tripaldi debebat Episcopatui perpetuum

a Haec monumenta ex Bibliotheca Strozziana eruta sunt.

tuum censum duorum denariorum Lucensium quotannis die festo Sancti *Ioannis Baptistae* solvendum [a]. Quum olim in Monte Tripaldi Monasterium Sancti *Michaelis* esset [b], num Xenodochium hoc ad Monasterium illud spectabat? Nam antiquitus omnibus fere Monasteriis contiguum seu proximum Xenodochium erat [c]. Monasterium Montis Tripaldi habebant Sanctimoniales, & anno MCCLXXXII. earum Abbatissa erat *Riguardata*; & Presbyter *Andreas* erat eiusdem Monasterii Cappellanus [d], & anno MCCLXXXVI. Cappellanus erat Presbyter *Cenni* [e]. Iuspatronatus Ecclesiae Montis Tripaldi sub initium saeculi XVI. ad Bardios pertinebat [f].

Xenodochium Sanctae *Luciae* de Romituzzo, in quo erat Xenodochus *Antonius Bartolius* Florentinus saeculo XV. & anno MCCCCLVII. die III. Augusti hoc munus abdicavit [g]. De hoc Xenodochio superius tempestive egimus [h].

Xenodochium Monasterii S. *Mineatis* in Monte Florentino, ad Episcopum pertinuisse videtur, quemadmodum Monasterium ipsum [i]. Quod ad Monasterii huius Xenodochium attinet, reperio, anno MCLXVIII. *Recuperum*, *Tancredi* F. a Pogna, & *Armellinam* eius Vxorem, filiam *Gradalonis*, ex Paroecia Sancti *Geminiani*, vendidisse Xenodochio Sancti *Mineatis*, terras, domos, iura, & actiones, quas habebant ad Sanctam *Martham* in Novolis iuxta Pesam flumen, & ad Rivum Tortum, qui subterlabitur Ecclesiam Baptismalem Sancti *Vincentii*, prope Xenodochium Ripaltae; idque actum fuisse Pognae. Compertum quoque habeo, anno MCLXXV. quosdam ius omne & actionem cessisse, quod habebant in Curte Xenodochii Sancti *Mineatis* posita in Valle Pesae; & alia Curte Turris, & Battidentis, eo quod iis commendatae fuissent, vel quavis alia ratione possiderent. Anno MCLXXXVI. *Renuccinus* a Gregnano, & *Cilinda* eius uxor; & *Guido* eorum filius, & *Mazza* huius uxor, Xenodochio huic vendiderunt bona sita in Novolis, sub poena & obligatione Consulum vel Potestatis Civitatis Florentiae: & id Gregnani actum est [k].

Xenodochium, seu Hospitale, *Bonamici* in Suburbio, seu Bur-

a Adi superius *pag.* 244.

b Consule superius *pag.* 512.

c Xenodochia tam Monasteriis Monachorum, quam Sanctimonialium, haesisse, late demonstrat *Muratorius Tom. III. Antiquit. Italicar. pag.* 560. 563. *& seqq. & Tom. V. pag.* 505.

d Ex Protocollo *Ser Aldobrandini Benvenuti pag.* 86.

e Consule superius *pag.* 1135.

f Ecclesiae *S. Michaelis* Montis Tripaldi mentio fit in charta Archivi Monasterii *S. Felicitatis an.* 1299, Superius *pag.* 1080.

g Ex Protocollo *Ser Philippi Mazzei* de Castro Franco.

h *Pag.* 1176.

i De hoc consule superius *pag.* 1198.

k Haec Monumenta ex Bibliotheca Strozziana eruta sunt.

f Ec- a Con-

Burgo Sancti *Frigidiani*, in quo *Ioannes Mangiatorius* Episcopus Xenodochum, seu Hospitalarium, elegit [a]. Bonamici autem hoc Xenodochium adpellatum fuit, quod quidam *Bonamicus* nomine, e gente *Caponia*, illud condiderit, & reditibus congruis donaverit. Vnde *Mici*, seu *Bonamici*, nomen in gente illa [b] alias occurrit. Ceterum titulus Xenodochii, Sancti *Iacobi* nomen praeferebat [c]. Video tamen adpellari etiam Sancti *Nicolai*; & Sancti *Bernardini* quoque, recentiori titulo. In Regesto Episcopatus, in Burgo Sancti *Frigidiani* situm fuisse dicitur. Suburbium autem Sancti *Frigidiani* hodie a capite ulteriore Pontis ad Carrariam incipit, & usque ad Portam Verzariae, seu S. *Frigidiani*, intra moenia, tantum extenditur; & haec Vrbis regio tantum *Suburbium S. Frigidiani* in praesens adpellatur. Ex illo autem *Regesti* loco intelligi datur, antequam ultimo & amplissimo moeniorum ambitu Civitas Florentina concluderetur, nomine *Burgi Sancti Frigidiani* ulteriorem, & extra moenia etiam exporrectum, agri tractum venisse ita, ut Suburbium multo amplius & spatiosius esset, & Viridaria, seu Verzariam, & Monticellos, ac Lignariam, contineret. Nam Xenodochium hoc erat iuxta Viam Pisanam, prope Ecclesiam Sancti *Michaelis Angeli* Lignariae, in territorio Praetoris Gallutii, & Vicariatu Certaldi; distabatque Florentia M. circiter P. Adpellatum quoque occurrit *Xenodochium Caponiorum ad Lignaria* [d]. Et bene ac convenienter *Caponiorum* dictum est, praeterquamquod enim ab homine e gente *Caponia* fundatum creditur, eius iuspatronatus ad universam *Caponiorum* gentem pertinebat; & ipsi Custodem seu Xenodochum constituebant, qui annuum reditum XXV. aureorum percipiebat; licet Xenodochii administratio ad Magistratum Bigalli devenisset, ut plerorumque omnium Xenodochiorum Etruriae [e]. Tamdem ob legem [f] anno MDCCLI. latam, cuius iussu quamplurima Etru-

[a] Consule superius *pag.* 252.

[b] Consule *Farulkium* in *Histor. Monasterii Florentini Angelorum pag.* 7.

[c] *Ferd. Leopol. Meliorius* in *Adversariis MSS.* 40. 30.

[d] *Ferdin. Leopol. Meliorius* in *Adversar. MSS. K.* 21.

[e] Consule *Meliorium Florent. Illustrat. pag.* 79.

[f] Legem profero.

S.M.I. Per rimediare a i disordini, e inconvenienti, che succedevano dalla troppo grande multiplicità degli Spedali stabiliti nel suo Gran-Ducato per il ricovero de' Pellegrini, o Poveri, che vi passavano, si è compiaciuta di fissare le strade, per le quali all' avvenire i medesimi potranno introdursi, e attraversare la Toscana, provvedendo, che nelle medesime, oltre il semplice alloggio, che prima avevano, li siano ancora somministrate da' respettivi Spedali conservati le limosine sufficienti per il loro sostentamento. A tale effetto si compiacque di determinare le suddette strade con suo Motuproprio del tenore seguente.

Volendo S. M. I. in avvenire, che i Pellegrini, e Poveri, che traversano il suo Gran-Ducato, o pure, che da qualche luogo del medesimo si portano a qualche Santuario, gli siano prescritti i luoghi, e strade, per le quali potranno introdursi, e attraversare il medesi-

truriae Xenodochia ſubpreſſa fuere, & in profanas domos converſa, & hoc profanum & inquilinorum habitationi deſtinatum evaſit.

Ad Eccleſias Vrbanas Mantiſſa.

Eccleſia Sancti *Petri* in Coelo Aureo. Hanc Eccleſiam ad Eccle-

ſimo, e ciò all'effetto tanto di procurare a i medeſimi i caritatevole, e criſtiani ſoccorſi, che li poſſono occorrere, che per prevenire diverſi abuſi, e delitti; Perciò col preſente Motuproprio comanda, che in avvenire ſia a chiunque perſona di queſto genere eſpreſſamente proibito d'introdurſi nello Stato, nè paſſare per altre ſtrade, che le ſeguenti; cioè, la via Romona, l'Aretina, e Cortoneſe; la Traverſa, che da Siena vd ad Arezzo; la via del Ponte a Sieve, che poi ſi divide in Caſentineſe, e di Romagna; la Traverſa, che da Poppi vd a Bagno; la Bologneſe; la Prateſe di ſotto, e quella, che vd a Vernio; la Piſtojeſe di ſopra; la Lucchese, che vd a Piſa, e quella che paſſa dall' Altopaſcio, e termina nella via Piſana; la Traverſa, che dalla via Piſana vd a Caſtel Fiorentino, e ſi congiunge con la Romana a Poggibonſi; ſenza poter eſcire ſotto qualunque preteſto dalle medeſime; all'effetto di che ſaranno obbligati a prendere all' entrare nel Gran-Ducato un Paſſaporto, il quale conterrà la deſignazione de' luoghi, dove potranno paſſare; quelli dove potranno pernottare; e il tempo, nel quale ſaranno obbligati d' eſſer fuori del medeſimo, come più diffuſamente ſarà ſpiegato nel Bando, che a queſt' effetto vuole, che ſia pubblicato dal ſuo Conſiglio di Reggenza immediatamente, che le diſpoſizioni opportune, e già ordinate, o che ſtimerà neceſſario comandare, ſaranno eſeguite; tale eſſendo la ſua volontà, non oſtante &c.

Dato in Reggenza li 10. Nov. 1750. St.Com.

IL CONTE DI RICHECOVRT.

PANDOLFINI.

In eſecuzione del medeſimo eſſendo ſtate fatte dal Magiſtrato de' Capitani di Santa Maria del Bigallo, al zelo, e carità Criſtiana del quale è confidata la ſoprintendenza, e direzione degli Spedali del ſuo Gran-Ducato, le diſpoſizioni opportune, di modo che li Spedali per il ricevimento de' pellegrini, o poveri, ſaranno aperti per il primo Gennaio 1752. In conſeguenza il Conſiglio di Reggenza ordina, e comanda quanto ſegue.

I. Proibiſce a tutti i pellegrini, o poveri, da cominciare dal detto dì primo Gennaio 1752. d' introdurſi, o di attraverſare il ſuo Gran-Ducato per altre ſtrade, che quelle di ſopra eſpreſſe.

II. All' effetto, che ſiano diſtintamente note ai medeſimi pellegrini, o poveri, le ſtrade delle quali ſi tratta, e i luoghi ove ſono ſtabiliti i reſpettivi Spedali, dove ſaranno ricevuti, e con tutta la carità trattati, ſi fa noto, che entrando nello Stato per la ſtrada Bologneſe, queſta comincia da Pietra Mala, dove ſarà lo Spedale di S. Lorenzo; a Firenzuola lo Spedale di S. Iacopo; a Scarperia lo Spedale di Santa Maria fuori della Porta Fiorentina; a Tagliaferro lo Spedale di S. Lorenzo; e quando ſarà terminata la ſtrada nuova, viene deſtinato tra Pietra Mala, e Tagliaferro, lo Spedale a Monte Carelli, reſtando ſoppreſſi quelli di Firenzuola, e Scarperia; in Firenze lo Spedale di S. Tommaſo d'Aquino per i poveri foreſtieri, ſolamente per i maſchi di quà da' monti; lo Spedale del Piccione per le femmine ſimili; lo Spedale del Melani per tutti gli Oltramontani tanto maſchi, che femmine; e lo Spedale di Sant' Onofrio dell' Vccello per alcuni poveri della Città, che erano ricevuti in altri Spedali, ſecondo il loro Inſtituto, quali ſono ſtati ſoppreſſi.

Entrando per la via Romana; a Radicofani lo Spedale di S. Pietro; a S. Quirico lo Spedale di tal Santo; in Siena lo Spedale della Scala; a Poggibonſi lo Spedale di S. Gio. Batiſta; a S. Caſciano lo Spedale della Miſericordia; a Firenze li Spedali ſopra enunciati.

Entrando per la Via Aretina, e del Val d' Arno; a Cortona lo Spedale della Trinità; a Arezzo lo Spedale di Sant' Antonio; a Monte Varchi lo Spedale di S. Antonio alle Staffe; a Firenze ec.

Entrando dalla parte di Mare; a Livorno lo Spedale di S. Barbara; a Piſa lo Spedale di S. Gregorio; al Pont' ad Era lo Spedale di S. Franceſco; a Empoli lo Spedale di S. Lucia di Pietrafitta; alla Laſtra lo Spedale di S. Antonio; a Firenze ec.

Entrando per la ſtrada Peſciatina; Piſtoieſe, e Prateſe; al Borgo a Buggiano lo Spedale di S. Maria della Rota; a Piſtoia lo Spedale della Sapienza, ed al-

Tttttttttttttt tro

Ecclesiae Ticinensis, eodem titulo insignis, imitationem conditam fuisse, existimandum videatur. Forte opinari esset, Florentinos, quum sub Regibus Langobardorum essent, qui Reges Ticini morabantur, sicut ad Ecclesiae Sancti *Ioannis Baptistae* a *Theodelinda* Regina aedificatae [a] exemplum, & ipsi Ecclesiam principem

tro Spedale in detta Città per le Montanine; a Prato lo Spedale della Misericordia; a Firenze ec.

Entrando per la strada della Romagna; a Castrocaro lo Spedale de' Bianchi disciplinati; a Portico lo Spedale di S. Maria; a S. Godenzo lo Spedale di S. Michele; al Ponte a Sieve lo Spedale di S. Antonio; a Firenze ec.

Entrando per la strada del Casentino; alla Pieve a S. Stefano lo Spedale di S. Maria, Margherita, e Resurrezione; a Bagno lo Spedale della Misericordia; a Poppi lo Spedale di S. Donnino, quale si congiunge con la via della Romagna allo Spedale del Ponte a Sieve; a Firenze ec.

Per la Traversa, che da Siena conduce a Arezzo, lo Spedale di Santa Maria a Ambra.

Per la Traversa, che dalla via Pisana và a Castel Fiorentino, e si congiunge con la Romana a Poggibonsi, lo Spedale di S. Lucia in Castel Fiorentino.

Per la Traversa, che da Buggiano conduce alla via Pisana lo Spedale dell' Altopascio.

Per la Traversa della Romagna, a Scarperia lo Spedale di S. Maria di Vicchio.

Per la Traversa, che dalla Pieve a S. Stefano va ad Arezzo, lo Spedale di S. Martino d'Anghiari; e finalmente a Campiglia lo Spedale di S. Iacopo, e S. Filippo.

III. Al primo luogo all' entrare del Gran-Ducato saranno obbligati di presentarsi allo Spedalingo del luogo medesimo, e dichiarargli non solamente il luogo d' onde vengono, ma in oltre quello dove vogliono andare, all'effetto che dal medesimo li sia spedita una Cartella, o sia Passaporto, nel quale saranno inseriti i luoghi, per i quali dovranno passare, e li Spedali, ne' quali dovranno andare ad albergare, ove saranno ricevuti, rappresentando a' respettivi Spedalinghi del loro passaggio la suddetta Cartella, o sia Passaporto, il quale saranno obbligati di far ritegnare da ciascuno delli Spedalinghi del loro passaggio, e lasciare successivamente nell' ultimo Spedale all' uscire che faranno del Gran-Ducato.

IV. Saranno ricevuti i pellegrini, o poveri, ne' suddetti Spedali tanto maschi, che femmine, alloggiati separatamente, e datoli un' adequata limosina per il loro sostentamento; senza che lo Spedalingo possa mettere confusamente i maschi colle femmine sotto qualsisia pretesto.

V. Resta proibito a qualunque pellegrino, o povero, che attraverserà lo Stato, di potere escire per motivo alcuno dalla strada maestra, che conduce da uno Spedale all'altro, sotto le pene infrascritte.

VI. E siccome si è provvisto al loro sostentamento, gli resta parimente proibito il questuare.

VII. Chiunque pellegrino, o povero, s' introdurrà nel Gran-Ducato per altre strade, che per le sopradescritte; o introdottovisi ne escirà, sarà trattato come vagabondo, e come tale carcerato, condannato alla frusta, e bandito perpetuamente dalli Stati di S. M. I. senza Processo, e formalità.

VIII. E se qualcheduno de' medesimi pellegrini, o poveri, seguitando le strade maestre chiedesse le lemosine, sarà parimente carcerato, e nerbato, per la prima volta; ed in caso di recidiva frustato pubblicamente, e bandito.

IX. Dichiarando non comprendere nel presente Bando le persone nobili, e civili, le quali in abito di pellegrini vanno per devozione a visitare i Santuarj a proprie spese.

Ed all'effetto, che da nessuno possa essere ignorato, ordina e comanda, che il presente Bando sia stampato, pubblicato, ed affisso in tutti i luoghi opportuni, e specialmente in quelli di frontiera &c. e che i Governatori, e Commissarj, e Rettori di Giustizia, invigilino alla più puntuale esecuzione.

Fatto in Reggenza li 18. Novembre 1751.

IL CONTE DI RICHECOURT.

PANDOLFINI.

[a] Actum, quo *Theodelinda* Regina S. *Ioannem Baptistam* Regni sui Patronum elegit, anno DCXV. *Car. Sigonius* adsignare videtur *Lib. II. De Regno Italiae*. *Muratorius in Annalibus Italiae* de eo loquitur ad annum DCIII. *Tom. IV. pag.* 8. Tamen com-

cipem B. *Ioanni Baptistae* sacram construxere ; ita Templum titulo Sancti *Petri Coeli Aurei* [a] decoratum excitasse, quod tale Ticini, & quidem a *Liutprando* Rege exstructum [b], adsurgere cognovissent. Si res ita habuit, Ecclesia haec saeculo VIII. antiquior non est ; sed fortassis multo recentior, & cuius initia saeculo IX. adsignanda sint, vel insequenti. *Vincentius Borghinius* tamen, eius fundationem *Speciosi* Episcopi Florentini temporibus tribuere, probabile existimat ; quasi Florentini, ut diximus, Regis exemplum, statim imitari voluissent [c] ; vel quasi *Speciosus* Episcopus huius Ecclesiae constructione Regi adulari quodammodo fategisset. Quare *Ferd. Leopol. Meliorius* audacior, huius Ecclesiae initium anno DCCXXII. adsignat, sed temere, ut videtur, & arbitratu suo [d]. Quicquid autem sit, illud certum compertumque est, hanc Ecclesiam ab Ecclesia & Monasterio & Conventu Ticinensi Sancti *Petri* Coeli Aurei dependisse; quod coniecturam confirmat, vel ad imitationem illius Ecclesiae nostram conditam fuisse ; vel Ticinenses Monachos eius institutioni aliquid contribuisse [e] ; quos Monachos Benedictinos primum fuisse, censet *Mabillonius* [f]. Sed Monachi Benedictini fuerint, & Canonici Regulares Augustiniani iis saeculo XIII. successerint, nec ne, mea nihil refert ; certum tantum compertumque habeo, anno MLXXXI. Ecclesiam Sancti *Petri Coeli Aurei* Florentinam videri a Monasterio cognomine Ticinensi dependisse; eo enim anno *Benedictus* Abbas [g] Monasterii Ticinensis, *Ioanni* Diacono & Canonico

compertum habemus huius Sancti patrocinium electum ante *Agilulfi* Regis, *Theodelindae* viri, obitum, qui contigit anno DCXVI. Consule *Baronium* ad hunc annum.

[a] In Diplomate *Othonis III.* dato anno DCCCCIIC. vocatur Monasterium *Sancti Petri Cellae Aureae*. Forte dicta fuit Basilica Sancti *Petri Caeli Aurei*, quod laquearibus aureis recta esset. *Coelum* enim contignationes etiam rectorum, & laquearia, adpellantur.

[b] Consule *Sigonium Libro III. De Regno Italiae ad ann.* DCCXXII. & *Pageum* ad annum DCCXXV. *Baronii*, *Mabillonium Annal. Benedict. ad annum* DCCXXII. & DCCXLIII. & *Tom. III. Actor. Sancti Benedicti pag.* 414. *Tillemontium Tom. XIII. Monum. Eccles. pag.* 1048. *Borghinium P. II. pag.* 394. & *Muratoreum Annalibus Italiae Tom. IV. pag.* 242. qui in dubium revocare videtur, an eadem fuerit Basilica *S. Petri in Coelo Aureo*, ac Monasterium *S. Petri in Caelo Aureo*, extra Ticinum positum, & a *Liutprando* aedificatum. Sed dubium nimis tenue est, ac exiguum ; & quod aliquem haesitantem efficere non meretur. *Liutprandus* regnare caepit anno DCCXII. vivere autem desiit anno DCCXXXVI.

[c] *Part. II. edit. II. pag.* 393. 394.

[d] *Florent. Illustr. pag.* 60.

[e] Consule *Meliorium* laudatum *pag.* 64.

[f] *Tomo II. Annalium Benedict. ad annum* DCCXXII. & DCCXLIII. & *in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti Tom. III. pag.* 414. & *Tom. IV. pag.* 497.

[g] *Meliorius Fior. Illustr. pag.* 64. Instrumentum ex Archivo Capituli Florentini profero.

In nomine Domini Aeterni. Anno ab Incarnatione ejus octuogesimo primo post mille, mense Novembris indictione prima feliciter. Constat me Benedictus Abbas de Ecclesia, & Monasterio Beatissimi S. Petri Caeli Aurei sito foris prope urbem quae vocatur Papia, quia per nostram convenientiam ad habendum tenendum,

co Sancti *Ioannis Baptistae*, pro *Rozone* Praeposito & aliis Canonicis recipienti & stipulanti, concessit agrum quemdam huic Ecclesiae proximum pro annuo censu octo denariorum Lucensium in Festo B. *Petri* solvendorum; cui contractui praeter *Benedictum* Abbatem ceteri Monachi Ticinenses subscripsere. Fallitur autem *Meliorius*, dum Monachos subscriptos, Sancti *Petri in Coelo Aureo* Florentini Monachos fuisse existimavit, adeoque Ecclesiae illi Monasterium adne-

dum, & fruendum, & vestram utilitatem faciendum do, atque concedo, tibi Ioanni Diacono, & Canonico de Ecclesia, & Canonica Sancti Ioannis sita infra Florentinam Civitatem, Misso Domini Rozonis Praepositi praenominatae Canonicae Florentinae Civitatis suorumque fratrum, & parte praedicti Rozoni Praeposito suis successoribus in perpetuum, donec fictum dederitis, ut ipsa Canonica S. Ioannis habeat concedo idest unam petiam de terra, ubi desuper aliena aedificia sunt aedificata, & in partes sunt curtes tota ad unum tenentem, tamen via currente per medium, quae posita est infra Florentinam Civitatem prope praedictam Canonicam; decernimus vero eam cui ab Orientali parte adhaeret terra de hominibus, qui Vicedomini vocantur, & praenominatae Ecclesiae S. Petri; & inter medium via decurrit; a Meridiana vero parte adhaeret ei terra de filiis Vgonis, & quae fuit de hominibus qui vocantur Panzanici, & intermedium via decurrit: ab Occidentali autem parte adhaeret ei terra praenominati Monasterii S. Petri & Ecclesiae & Episcopatui S. Ioannis Baptistae, & inter medium via decurrit: ab Aquilonis vero parte adhaeret ei terra praenominatae Canonicae Florentinae, & inter medium via decurrit: ideo praenominatam petiam de terra una cum accessionibus & ingressibus, seu cum inferioribus suis in integrum tibi praedicto Ioanni Diacono vice praedicti Rozonis Praepositi & sibi suisque successoribus in perpetuum donec dederitis fictum, do, concedo, atque confirmo ad partem praescriptae Canonicae, ut habeatis, teneatis, & fruamini ad utilitatem praefatae Canonicae, ita tamen, ut melioretur, & non peioretur, & per omnem annum in festivitate S. Petri vel usque ad eius octavam, pensionem in praedicta Civitate Florentina dare debeatis nobis vel Missis nostris per vos aut Missos vestros denariorum Lucensium monetae bonae solidos octo, & non amplius; & si ita adimpleveritis, si ego prae nominatus Benedictus Abbas vel mei successores, vel nostri Legati, tibi praedicto Ioanni Diacono, & praescripto Rozoni Praeposito, suisque successoribus in perpetuum, praenominatam terram minuere retollere aut contradicere seu amplius quam supra legitur vobis superimponere praesumpserimus, tunc composituri, & daturi, vobis esse debeamus poenam videlicet argenti optimi libras sexaginta. Ego quidem Ioannes Diaconus manifestus sum, quia omnia sicut supra legitur, & sicut inter vos convenit, si distulero, aut praedictus Rozus Praepositus suique successores dare, & adimplere per omnem annum tibi praedicto Benedicto Abbati tuisque successoribus ipsam pensionem, si vos recipere volueritis ut supra legitur, aut si illam terram dimittere praesumpserimus, tunc similem poenam libras LX. optimi argenti parti vestrae componere debeamus: unde duos libellos uno tempore uno tenore fieri rogavimus. Actum infra praedictum Monasterium S. Petri feliciter &c.

Ego D. G. Benedictus Abbas Monasterii S. Petri Aurei subscripsi.
Ego Ildeprandus Monachus S. Petri Caeli Aurei interfui & subscripsi.
Ego Guilielmus Monachus interfui & subscripsi.
Ego Joannes Monachus, & Sacristanus S. Petri interfui & subscripsi.
Ego Petrus Monachus interfui & subscripsi.
Ego Wilelmus Monachus interfui & subscripsi.
Ego Laurentius Monachus interfui & subscripsi.
Ego Magister Scholarum interfui & subscripsi.
Ego Vbertus Monachus S. Petri interfui & subscripsi.
Ego Ioannes Monachus interfui & subscripsi.
Signa † † † *manuum Lamberti filii Widonis & Nantesmi filii quond. Martini, seu Amici filii quond. Lamberti, sive item Martini filii quond. Petri, atque Vberti filii quond. Azonis, testium.*
Ego Lanfrancus Notarius Sacri Palatii Scriptor hujus libelli post tradita complevi.

a Di-

adnexum fuiſſe. Sed & antiquior & manifeſtior noſtrae Eccleſiae ſubiectio Monaſterio Ticinenſi occurrit in Diplomate *Otthonis I.* dato anno DCCCCLXII. [a] ubi Monaſterio illi inter alia confirmat *ea, quae in partibus Tuſciae videtur habere, Eccleſias, & poſſeſſiones, cum*

[a] Diploma ex *Muratorio Tom. VI. Antiq. Medii Aevi pag. 65.* produco.

In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Divina favente clementia Otto Rex. Si circa Loca Deo dicata munificentia noſtre caritatis largimur, credimus ad noſtrorum Regnorum, noſtreque anime ſalutem, omnimodo proficere. Idcirco noverit omnium fidelium Sancte Dei Eccleſie, tam preſentium quam futurorum univerſitas, Norberrum venerabilem Abbatem Cenobii Sancti Petri, quod dicitur Celum Aureum, noſtram adiiſſe clementiam, quatenus pro Dei amore, noſtreque anime remedio, ſuo Monaſterio noſtra preceprali auctoritare confirmare, & corroborare, omnes Cortes, & proprietates, quas pridem dinoſcitur poſſediſſe, & Curtes, que uſque modo Vaſſallorum dicebantur, Munilengo, & Villam arque Caſtellum, quod Sancti Petri dicitur, ipſumque Abbatem, qui modo preeſt, ex omnibus dignaretur iuveſtire. Concedimus & donamus ei modiſque omnibus corroboramus omnes res, terras, poſſeſſiones, omneſque illas Curtes, quas quiſque uſque modo beneſitiali ordine detinuit, & que Vaſſallorum dicebantur, & quecumque idem Cenobium longo tempore poſſedit, a Liuprando ipſius Loci fundarore conceſſa. Scilicet Eccleſiam unam in honore Sancti Auguſtini iuxta Civitatem Ianuam cum centum manſis terrae, cum omni honore. Et in Epiſcopatu Terdonenſi Villam unam Montem Sommarium, cum omni honore, ſervis, ancillis, pratis, ſilvis, paſcuis, ripis, rupinis, cum Eccleſia inibi fundata in honore eiuſdem Sancti Auguſtini. Et concedimus ſimiliter Curtem, que Alpeplana dicitur per deſignata loca idem fines Serra de Alpe dicitur, Longa, que diſcernitur inter fines Sancti Gaudentii, & Tebolaria, deſcendente in rivo Gramibiola, & in fluvio Trebia, admontante per fluvio ad Coſtam Finalem, & exinde per ſummum iugu exiente in Cruce ferrea, comprehendente fines Sancte Marie uſque in fluvio Avanto. Duas quoque domnicales Curtes, Villaraſca ſcilicet & Lardiracus, cum omnibus ſuis maſſaritiis, appenditiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, cultis, incultis, omnibus rebus ad eaſdem Cortes pertinentibus in integro: Portum & in Olona fluvio concedimus, diſcurrere volumus, & jubemus, ut molendina, que in Catherona, ſeu in aliquibus flumiolbus predictum Monaſterium poſſidet, abeat tam Abbas quamque & Monachi poteſtatem levandi atque deponendi quouſque, vel quomodo eorum decreverit voluntas; & aqueductum, qui Boa Liuprandi dicitur, in eorum ſit poteſtate ad rigandos ortos Monaſterii. Inſuper etiam preceptali auctoritate confirmamus terram totam in campania Papienſis Urbis iacentem, & a beate memorie Liuprando Rege eidem Monaſterio data & legaliter terminata. Primum ſcilicet terminum habet in coſta vel ripa illius Vallis, que Vallis Ranaſca dicitur, in confinio terrae Sancti Salvatoris; inde deſcendens per ipſum Ierbum ſeu Paludem Triviſienſem, tendit ad eundem terminum idem foſſatum, qui eſt in terra Valle Ranaſca conſtitutum: deinde a ripa Ticini, ubi Buca Rodoloſi dicitur, ſe porrigit: de hinc quoque ultra Ticinum tranſiens certis & preordinatis terminis prefata terra circumquaque connexa, cum omnibus pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, ſilvis, terris cultis vel incultis, rupibus, ripis, omnibuſque eorum pertinentibus. Et Cortem Creſiam, Godii, Turrine, Serenziano, Turrade, Mozacie, Vetegrano, cum omnibus ſuis pertinentiis. Et ſimiliter confirmamus poſſeſſiones, quas abere videtur in Comitatu Laudenſi, Curte, que Flumbo dicitur, cum Eccleſias duas Sancti Petri, & Sancti Columbani, cum omni honore, pratis, vineis, ſilvis, jerbis, cultis, & incultis, aqueductibus, paludibus, molendinis, piſcationibus, cum omni honore . . . . . confirmamus, ut habeant ſupraſcriptas terras cum omni inveſtitione, & fotrum, albergarias, cum omnibus ſuis adiacentiis, pertinentiis. Similiter habeant omnia ſedimina, que habent in Civitate Laudenſi, cum omni honore . . . . . . qui ſunt in eius Epiſcopatu.

In Epiſcopatu Terdonenſi donamus, & offerimus pro anime noſtre mercede, & noſtrorum ſucceſſorum Regum ſeu Im-

 pe-

cum omni honore : & in Epiſcopatu Florentiae Eccleſiam unam , aedificatam in Civitate in honorem B. Petri . Hanc Eccleſiam venire puto etiam in Diplomate *Conradi I.* Imperatoris, in generali confirmatione bonorum & privilegiorum facta anno MXXXIII. eidem

peratorum Caſtrum unum Muſclarum nomine , cum Villa ipſius Caſtri fundata , & eſt ipſa Villa a duabus partibus . . . Oriente & Meridie iugeas quatuor millia diviſa per medium ab aliis duabus partibus , ſcilicet Occidente per latitudinem iugeas duas , per longitudinem iugeas tres ; a Septentrionali plaga totidem undique in integrum terram ipſius loci : & Eccleſiam ibi prope fundatam in honore Sancti Petri cum edifitiis cum Cimiterio: a Meridie & Occidente per perticas tres cum puteo, & dotes, ipſius Eccleſie, que ſunt poſite inter Pontem Coironum & Vigalum jugea ſeptem. Inſuper Caſtrum & Villam & edifitia Eccleſie , Cimiterium , dotes terris aratorum , pratis , ierbis , paſcuis , cultis , & incultis in integrum , iugea ſeptuaginta cum omnibus rebus ad ipſam Curtem pertinentibus, cum omni honore, ſotrum, albergarias, inveſtitiones, omnia in integrum. Et in Valle Bolberia Villam unam nomine Pobli cum Eccleſia inibi fundata in honore Sancti Petri, cum Monte , qui nominatur Calmum , pertinentem uſque ad locum , qui nominatur Plotium, pertinentem uſque ad Villam , que vocatur Saxetum, cum omni honore , omnia in integrum. Et confirmamus poſſeſſiones , quas videtur habere in Caſtro Novo , cum omni honore ; & in Caſellis Eccleſiam unam in honore Sancti Auguſtini , cum omnibus ſuis adiacentiis , & pertinentiis ; cum omni honore . Et in Vigueria , quod detinere videtur. Similiter confirmamus illud , quod detinere videtur in Riturbio & in Solariolo quatuor manſos , & tria molendina cum aquarum ductibus , cum ſervis & ancillis , terris cultis & incultis , ierbis, pratis, vineis, caſam unam in Burgo Riturbio, cum fotro & albergaria , inveſtituram , omnia in integrum: et in Nuvolaxo tres manſos, & in Vico Lardario , & in Campanino illud poſſidere videtur. Et in Epiſcopatu Placentie Villam unam , Ruxonum nomine, cum Eccleſia inibi fundata in honore Sancti Martini, a via publica uſque in foſſatum detinentem . In Caſale Polino manſum unum, & in Fortunato unum, cum omni honore , omnia in integrum , in

In Epiſcopatu Parmenſi ſimiliter confirmamus illum locum, qui dicitur Caſale Sancti Petri , & Caſale Aribaldi, & Caſale Sindex , & Caſtellum Aicardi, & medietatem Somme , & Rivulas cum ſervis & ancillis, cum omni honore. Et corroboramus eidem Cenobio ea , que in partibus Tuſcie videtur habere, Eccleſias poſſeſſiones cum omni honore : & in Epiſcopatu Florentie Eccleſiam unam , edificata in Civitate in honore Beati Petri. Et confirmamus Curtem Paonem cum omni honore, & Ovilias cum duabus Eccleſiis, unam in Villa, aliam extra locum, cum ſervis & ancillis, cum omni honore, omnia in integrum. Paonem ita determinamus a loco ubi dicitur Salſo; & tenet cum terra & aqua uſque, ubi dicitur Moza, & ex alia parte a loco , ubi dicitur Ad Crucem, & ex alia parte locum, ubi dicitur Draconaria: & omnia que Monte ſerrato detinet , cum omni honore, ſotrum , albergarias , inveſtitiones. Duas item Cortes Maliacem & Calcaria, cum Seſello, & Leuco , cum Eccleſiis inibi fundatis, atque Capellam Sancte Marie , que dicitur Primaſca, in Valle Belinzona : & illud quod habet in Beligno, & in Leventina, cum ſuis pertinentiis , ſervis, & ancillis , cum molendinis , piſcationibus , fotro , albergariis , inveſtitionibus, cum omni honore , omnia in integrum. Sint quoque omnes poſſeſſiones in noſtra defenſione & noſtrorum ſucceſſorum. Et ſtatuimus & modis omnibus precipimus, & iuxta noſtrorum Anteceſſorum auctoritatem edicimus, ut nullus Archiepiſcopus , Epiſcopus, Marchio, Comes , Vicedominus , ſeu aliqua magna vel parva totius noſtri Regni perſona, in predictas poſſeſſiones, eidem preſato loco pertinentibus, placitum tenere , vel diſtrictum facere , ſive fotrum , aut aliquam publicam functionem a ſupradictorum locorum abitatoribus exigere tollere preſumat. Secundum hec regalia ſcripta ſancimus , & interdicimus omnibus hominibus , ut nullam poteſtatem deinceps exerceant in praedictis rebus , ad noſtram mercedem Monachis delegatis, vel Abbatem in aliquid conturbent : ſed liceat Abbati , ſuiſque Monachis, ſub Regula Sancti Bene-

eidem Monasterio Ticinensi, illis verbis: *Donamus etiam & corroboramus eidem venerabili loco terras, quas in partibus Tusciae videtur habere, per diversos Comitatus, & loca.* [a] Si autem opinio subsi-

aedicti degere, & cotidie pro animabus . . . . laudes Deo offerre. Si quis igitur contradictor contra hanc auctoritatem, & nostram confirmationem, aliquid agere temptaverit, sciat, se compositurum auri puri libras mille. Quod ut verius credatur, & ab omnibus custodiatur, manu propria roborantes, Sigilli nostri impressione presentem paginam iussimus insigniri inferius.

Signum Domini ✠ *Ottonis Primi Regis invictissimi.*

✝ *Ouvardus Cancellarius; Hermannus Archicancellarius recognovi.*

Data V. Idibus Aprilis, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXII. Imperii vero Domni Imperatoris Hottonis Augusti Piissimi I. Indictione V.

Actum . . . . ie, feliciter. Amen.

[a] Diploma profero ex eodem *Muratorio Tom. I. citati operis pag.* 595.

In nomine Sancte, & individue Trinitatis. Chuoaradus divina favente clementia Imperator Augustus. Si circa loca Deo dicata munificentiam nostre benignitatis largimur, credimus hoc ad Regnorum statum nostrorum, nostreque anime salutem proficere. Idcirco noverit omnium Fidelium Sancte Dei Ecclesie tam presentium quam futurorum universitas, Gislam nostram carissimam Coniugem, nostram adiisse Imperialem Clementiam, quatinus pro Dei amore, nostreque anime remedio, Cenobio Sancti Petri, quod dicitur Coelum Aureum, subvenire, & nostra preceptali auctoritate confirmare, & corroborare, omnes Cortes, & proprietates, quas pridem per quodvis ingenium dinoscitur possedisse, terras & Cortes, que usque modo Vassallorum dicebantur, Munesengo & Villa atque Castellum, quod Sancti Petri dicitur, & Abbatem nomine Alpisum, qui modo ei preest, ex omnibus investire dignaremur. Cuius petitionibus aures libentissime accommodantes, nostreque anime consulentes, pro Dei amore predicto venerabili loco atque Abbati concedimus, donamus, modisque omnibus corroboramus, omnes res, & proprietates, possessiones, omnesque illas Cortes, quas quisque usque modo beneficiali ordine detinuit, & que Vassallorum dicebantur, & quascumque idem Cenobium longo tempore dinoscitur possedisse, a Liudprando ipsius loci fundatore concessas. Idest inter ceteras res Cortem illam, que Alpe Plana dicitur, cunctasque res ad eandem Cortem pertinentes, vel aspicientes, in quibuscunque locis, cum territoriis, & finibus, per Preceptum Liudprandi Regis, per singula loca denunciatis, vel earundem rerum decimas, que quocumque modo inibi laborate fiunt: & Ecclesiam, que in honore Sancti Augustini non longe a Ianuensi Civitate constructa est ab ipso Liudprando predicti Cenobii fundatore; alias quoque Cortes, que Larditiacus & Villarasca dicuntur, & mansa, que in Rovorri iacent, & Corte Cressiani, Turine, Gerentiano, & in Cartiano Ecclesiam unam Sante Iuliane cum omni honore. Possessiones etiam, quas habere videtur in Laudensi Comitatu, & Pergamensi, videlicet Amfenengo cum Corte, que Flumbo dicitur, cum omnibus ad eam pertinentibus, & Casale Sancti Petri, & Casale Aribaldi, & Castellum Aichardi in Comitatu Parmensi, & quod Casale Sindesi dicitur, cum omnibus rebus, vel earum pertinentiis. Illas etiam terras, que in Luciano & Spariano, & in Rosioni possidet, cum omnibus circumquaque adiacentibus, & ad eadem loca respicientibus. Confirmamus insuper prelibato Cenobio atque Abbati Cortem Pavonem, nec non & illam, que in Roboreto dicitur Corte Regia, & Ecclesiam Sancte Marie de Tergui, cum omnibus pertinentiis, & adiacentiis suis, molendinis, piscationibus suis, aquis, aquarumque decursibus, cultis & incultis rebus, ubicumque locorum ad easdem Cortes pertinentibus: & omnia que in Monte Ferrato, & quu in Comitatu Vercellensi, & Yporegiensi, & que in Novariensi ad eundem locum pertinent, & que in Caselle, & in Ponte Corioni, & in Salariolo, idem Coenobium possidere visum est. Cortem etiam, que Diane dicitur, in Comitatu Albiganensi, & ea omnia, que infra ipsam Civitatem, & extra ad ipsum Monasterium pertinere videntur. Portum etiam Rosariolum longo tempore ab ipso Monasterio tentum, omnemque terram in campania Papiensis Urbis iacen-

subsisteret, qua quidam putant, Ecclesiam etiam hanc Florentinam a *Liutprando* Rege conditam fuisse; nihil mirum esset si eam Rex Basilicae & Monasterio Ticinensi subdidisset. Sed parva & an-

centem, iusteque inibi pertinentem, & decimas. Donamus etiam, & corroboramus eidem venerabili loco terras, quas in partibus Tuscie videtur habere per diversos Comitatus, & loca. Duas etiam Corticellas, Maliacem scilicet, & Calavadum, cum Suffello, & Lenco, atque Capella, que est in honore Sancte Dei Genitricis Marie, que dicitur Primasca, que constructa est in Valle Belizona, & illas terras, que habere visum est in Belingno, & in Liventina, cum omnibus suis pertinentiis. Cortem insuper, que Vergonto dicitur, & Piscariam, que est in Tauxa.

Statuimus insuper, & modis omnibus censemus, precipimus, ac iubemus, & iuxta nostrorum antecessorum Regum, vel Imperatorum, auctoritate firmiter edicimus, ut nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullus Marchio, vel Comes, aut Vicecomes, aut Castaldio, sive cuiuscumque Ministeralis, nullaque iudiciaria potestas, vel Reipublicae Minister, in predictis Cortibus, prediis, possessionibus, seu in aliquibus locis prefato venerabili loco pertinentibus, placitum tenere, vel districtum facere, sive sodrum, aut aliquam functionem publicam, vel redditum, a supradictorum locorum habitatoribus, vel pertinentibus, exigere, vel tollere, remota omni occasione, presumat. Inter cetera tamen hoc specialiter statuendum censuimus, ut Cortem predictam, que Maliace dicitur, vel quicquid sepe dictum Monasterium in valle Luvana, & in Valle Agno, habere videtur, precipue tueamur, quoniam hec loca inter cetera, maiora & fortiora infortunia, atque molestias, sustinuerunt. Ideoque precipimus & quibuscumque interminationibus valemus, iubere decernimus, ut nullus umquam Potestas, Minister, vel Missus, aut Famulus, predictorum locorum habitatoribus seu pertinentibus aliquam deinceps molestiam inferre presumat; nullam districtionem eis facere, vel sodrum ab eis tollere, aut eorum arbores succidere, vel aliquod eorum suppellectilis vel peculii invadere, aut de eorum possessionibus aliquid potestative rapere aliqua temeraria presumptione audeat. Si quis vero aliquam querelam super aliquem eorum habet, non per se vindicare, aut per aliquem legem requirere, nisi per nos, aut Abbatem ipsius Monasterii, presumat, vel per nostrum aut ipsius Abbatis Missum. Hac igitur nostra preceptali auctoritate omnes predictas Cortes & loca, cum rebus, & familiis, portibus, & mercato, districtionibus, molendinis, & piscarionibus, aquis, aquarumque decursibus, cunctisque rebus mobilibus & immobilibus, ad iam scriptas Cortes & loca in integrum aspicientibus, divinorum memores preceptorum, iam dicto Coenobio, eiusdemque loci Abbati, vel cuicumque pro tempore inibi presidenti, confirmamus, & corroboramus. Omnes insuper illos carpentarios, quos ipse sanctus locus per precepti possidet paginam tempore antecessoris nostri Liudprandi Regis in Valle, que dicitur Antelamo; vel eos, qui sunt in Besozolo, cum filiis, filiabusque, agnatione que cuncta eorum, ut tempore opportuno inibi deserviant ipsi & posteri eorum absque ulla retractione perpetualiter; & vada ad piscandum, que sunt in Ticino, in Rivo Poloni, Morasca, seu Vadum, quod dicitur Landemarii, Costam, Teveredum, & aliud, quod dicitur Sextemascum, cum in illo medio quod Ad Sepem dicitur, & illud quod Aunella dicitur, seu etiam illa vada, quae sunt in Pado, habentia priorem terminum a loco, qui nominatur Popula Pagana, & pertingentia usque ad locum, qui dicitur Caput Addi, ex utraque parte Padi, cum insulis positis iuxta predictam piscarionem, vel quicquid ab antiquo tempore per antiquorum Regum, seu Imperatorum, donationem obtinuit, vel Padus invasit, aut in futurum irruperit, eidem sancto loco contradimus.

Volumus etiam, & concedimus, ut molendina, que in Caretona, seu in aliquibus fluminibus, predictum Monasterium possidet, habeat tam Abbas, quamque & Monachi, potestatem levandi atque deponendi, quousque, vel quoquo modo eorum decreverit voluntas; & aqueductus, qui Bauga Liudprandi dicebatur, in eorum sit potestate ad irrigandos ortos ipsius Monasterii. Sintque omnes res ipsius Monasterii, Abbas quoque, & Monachi, homines que libellarii, & servi, sub nostra Imperiali defensione munitae, atque defen-

angusta Ecclesia regiam magnificentiam minime praefert [a]; quae tamen, veteris disciplinae ritu, fronte Occasum prospicit. Quum autem inter Ticinum & Florentiam haec mutuae consensionis commercia haberentur, clarius intelligitur, cur S. *Perus Podo* Episcopus noster Ticino [b] repetitus fuerit; & Ticinensis Ecclesiae Canonicus fuerit *Ardingus* ille *Forabofchius* Florenrinus, qui pariter Saeculo XIII. nostrae Civitatis Antistes creatus est. In hac S. *Petri* Coeli Aurei Ecclesia Florentina *Beatrix* Tusciae Dux instrumentum donationis *Transmundo* Episcopo Faesulano factae perfici iussisse videatur, quum eius Chartam super Altare Sancti *Petri Coeli Aurei* posuisse in eo dicatur [c]. Ecclesia haec Paroeciam ab antiquis temporibus habuit [d], & corrupte a quibusdam pro *Coeli Aurei*, *Coelorum* interdum dicitur; & sic scribitur etiam in Vaticano Florentina-

sensae. Er si necessitas fuerit de rebus ipsius Monasterii per inquisitionem circumquaque manenrium bonorum hominum, sicur de nostris Imperialibus rebus, rei veriras approberur; & iuxta definitionem antecessoris nostri Liudprandi Regis liceat Coenobio de propria Congregatione Abbarem eligere, ita ut super eos nulla umquam introducatur persona. Statuimus etiam ur nullus Reipublicae Minister, neeque aliquis ex Iudiciarla potestate in cunctis predicti Monasterii Cortibus, vel Vicis, liberos ac servos deinceps inquietare, aut ad Placitum trahere, aut in aliqnibus finibus eius Placitum tenere, aur aliquem pignorare, vel detrahere presumat. Et quicquid pars pubblica sperare poterit, eidem Monasterio Sancto secundum concessionem, & confirmationem Liudprandi Regis, aliorumque Regum vel Imperatorum, solempni, & perperua stabilirare firmamus. Er quandocumque necessitas imminer, naves ipsius Monasterli per Ticini, & Padi portum, quamque per quodlibet aliud discurrant absque alicuius impedimento, vel rolonei exactione. Secundum hec etiam Regalia Scripta sancimus, & modis omnibus interdicimus cunctis sub nostra potestate degentibus, ut nullam porestatem deinceps exerceant in praedictis locis ad nostram mercedem Monachis delegatis, vel Abbatem in aliquo conturbent, sed liceat ipsi Abbari suisque successoribus sub Regula Sancti Benedicti degere & quotidie Deo laudes pro animae nostrae remedio, Regnique nostri statu inibi offerre, & omnem Congregationem sibi commissam assiduis alimenris pascere & enutrire perpetualiter. Volumus etiam modisque omnibus interdicimus, ut nulla prepotens, parvaque, persona predictum Coenobium proprierario iure aut beneficiali ordine, aur preceptali auctoritate nirarur invadere. Precipienres itaque iubemus tam presenribus quam & furnris, & parti predicti Coenobii, que supra a nobis concessa, & confirmata sunt, quoliber tempore nullus presumar inserre molestiam aur contrarietatem, sed sub omni inregrirate, sicuti a nobis concessa sunt ad utilitatem ipsius Monasterii sine aliqua diminoratione permaneant. Si quis igitur aliquando diabolica fraude deceptns contra diram auctoriratem, & hanc nostram concessionem, & confirmationem aliquid agere remrpraverir, & iam dictum Sanctum Locum ex predictis rebus farigare conarus fuerir, se composirurum auri puri libras mille, medietatem Camerae nostrae, & medietatem predicti Monasterii vel eius Abbati. Quod ur verius credarur, diligentiusque ab omnibus custodiatur, manu propria roborantes, Sigilli nostri impressione inserius iussimus insigniri

Signum Domni Chuonradi ✠ Romanorum invictissimi Imperatoris Augusti.

a Vide *Richam Tom. VI. pag.* 90. & *Meliorium pag.* 64.

b S. *Podonem*, Episcopum Florentinum, Ticinensem suisse, rradunt *Borghinius*, *Cerracchinius*, *Brocchius*, *Mannius*.

c Consule *Meliorium* citata *pag.* 64. Dipioma reperire non potui, quod nec *Ammiratus*, nec *Vghellius*, nec *Florentinius*, proferunt.

d Consule superius *pag.* 532. 1000. 1024. 1135.

Xxxxxxxxxxxxxx e Bullas

tinarum Ecclesiarum Catalogo, quem superius produxi, & in Chartis Archivi Capituli Florentini. Anno MCCCVIII. Rector huius Ecclesiae *Cambius* Presbyter erat; & anno MCCCLVI. Presbyter *Franciscus*; Capellanus autem fuit anno MCCLXXXVI. *Tegrimus* pariter Presbyter. Tamdem *Nicolaus* V. Pont. Max. *Antonio* Archiepiscopo, & Senatu Florentino, rogantibus, & instantibus, [a] anno MCCCCXLVIII. Paroeciam ei ademit, & in simplex

[a] Bullas profero ex Archivo Aedituorum Sanctae Mariae Floridae.

Vniversis, & singulis praesentes litteras, sive praesens publicum instrumentum, Inspecturis Frater Antonius de Florentia Ordinis Praedicatorum, Dei, & Apostolicae Sedis, gratia Archiepiscopus Florentinus, executor unicus a Sede Apostolica similiter deputatus, salutem in Domino sempiternam, & nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis, firmiter obedire mandatis. Litteras duas Sanctissimi In Christo Patris, & Domini nostri, Domini Nicolai divina providentia Papae Quinti, eius vera bulla plumbea ad cordulam canapis more Romanae Curiae inpendenti, sanas, integras, & illaesas, non viriatas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas: sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, ut prima facie apparebat, Nobis pro parte Magnificorum Dominorum Dominorum Priorum Artium, & Vexilliferi Iustitiae Populi, & Communis, Florentiae: nec non Consulum, & Vniversitatis Artis Lanae Civitatis Florentiae, in eisdem litteris principaliter nominatorum, coram Notario publico, & testibus infrascriptis praesentatas, Nos cum ea qua decuit reverentia noveritis recepisse die decimo octavo mensis Iunii proxime praeteriti. Quarum quidem litterarum primarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

Nicolaus Episcopus Servus servorum Dei Venerabili Fratri Antonio Archiepiscopo Florentino salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad ea, quae ad Ecclesiarum praesertim Metropolitanarum & insignium sacri cultus augmentum: ac divinis obsequiis in eisdem deditarum commodum, & utilitatem: aliarumque nobis, & Sedi Apostolicae devotarum, personarum omnium consolationem, & gaudium, cedere noscuntur: ex iniuncto nobis desuper Apostolicae servitutis officio libenter intendimus: illasque favoribus quantum cum Deo possumus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum Priorum, & Vexilliferi Iustitiae Populi, & Communis: nec non Consulum Vniversitatis Artis Lanae Civitatis Florentiae: nobis nuper exhibita petitio continebat. Quum postquam domus infra limites Parochiae Parochialis Ecclesiae Sancti Petri Caelorum &c. Florentiae consistentes: pro earum maiori parte in unam clausuram deductae ac ad usum, & habitationem perpetuam Praepositi Canonicorum, Capellanorum, & personarum, pro tempore existentium Maioris Ecclesiae Florentinae deputatae fuerunt: pauci infra eosdem limites Parochiani permansisse videntur: & illi ad eandem Ecclesiam Sancti Petri, quae infra praefatam clausuram consistit, nisi per ianuam unicam eiusdem accedere nequeunt: ipsaque Ecclesia Sancti Petri tam ex hoc quam etiam propter propinquitatem inibi dictae Maioris Ecclesiae:, in qua singulis diebus Missae, & alia divina Officia, solemniter celebrantur, a paucis parochianis praefatis, & aliis dictae Civitatis laicalibus personis, fere pro derelicta habita extitit, prout etiam modernis temporibus habetur; & sicut eadem petitio subiungebat, si Ecclesia ipsa Sancti Petri cum suppressione inibi nominis parochialis demoliretur: & cura parochianorum infra limites praedictos pro tempore commorantium ad dictam maiorem Ecclesiam transfeterur: nec non una perpetua Capellania in eadem Maiori Ecclesia ultra alias inibi institutas de novo institueretur: & in illius dotem omnia bona praefatae Ecclesiae Sancti Petri, cuius fructus, redditus, & proventus, triginta florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, perpetuo applicarentur, concederentur, & assignarentur: ac ius patronatus eiusdem Capellaniae Consulibus pro tempore existentibus Vniversitatis pro una: nec non dilectis filiis Capitulo Maioris Ecclesiae, prae-

plex Beneficium, seu Capellaniam, convertit, Paroecia eiusdem in Ecclesiam Metropolitanam translata; & reservato primum iure patronatus Consulibus Lanificii, & Capitulo eiusdem Metropolitanae: deinde autem iurepatronatus Aedituis seu Operariis eiusdem

praedictarum pro alia, vocibus reservaretur: ipsi exponentes in parte, in qua dicta Ecclesia Sancti Petri consistit, unum locum ad instar Bibliothecae, eorum sumptibus, & expensis, erigi, & construi facerent: & quod in illo magna copia librorum de diversis scientiis continuo existeret efficacem operam adhiberent: ac exinde multa bona, & utilia, provenire valerent. Quare pro parte Priorum, & Vexilliferi ac exponentium Consulum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum; ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tuae, de qua in his, & aliis spetialem in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus per te ipsum dumtaxat de praemissis omnibus, & singulis ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes. Et si per informationem huiusmodi ea vera esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus; cedente vel decedente Rectore dictae Ecclesiae Sancti Petri: aut illam quomodolibet dimittente: nomen Parochialis ac curam huiusmodi in eadem Ecclesia Sancti Petri, penitus supprimere, & extinguere, nec non eandem Curam ad praefatam Ecclesiam Maiorem conferre: ac unam perpetuam Capellaniam pro uno perpetuo Capellano in Sacerdotio constituto in Maiori Ecclesia in Missis, & aliis divinis Officiis nocturnis atque diurnis perpetuo, & continuo celebraturo, ultra alias Capellanias praefatas de novo creare, & instituere; dictaeque tunc institutae Capellaniae pro illius dote, omnia, & singula bona Ecclesiae Sancti Petri huiusmodi perpetuo applicare, concedere, & assignare eadem auctoritate procures. Ac ulterius Prioribus, Vexillifero, & Consulibus, supradictis eandem Ecclesiam Sancti Petri penitus demoliendi, inibique locum pro libris huiusmodi tenendis erigi, & construi faciendi plenam, & liberam auctoritate praedicta licentiam largiaris. Nos enim si suppressionem, institutionem, & alia praemissa, per te, vigore praesentium fieri contigerit: ius patronatus ac praesentandi personam idoneam ad dictam Capellaniam prima vice, ac successive, perpetuis futuris temporibus, quotiens illa vacaverit, Capitulo pro una, ac pro tempore existentibus Consulibus supradictis pro alia, vocibus auctoritate apostolica tenore praesentium de spetialis dono gratiae perpetuo concedimus, ac etiam reservamus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo undecimo Kalendas Octobris Pontificatus nostri anno primo.

Tenor vero secundarum Litterarum Apostolicarum nobis ut praemittitur praesentatarum sequitur, & est talis.

Nicolaus Episcopus Servus servorum Dei. Venerabili Fratri Antonio Archiepiscopo Florentino salutem, & Apostolicam benedictionem. Honestis supplicum votis libenter annuimus; eaque favoribus prosequimur opportunis. Dudum siquidem pro parte dilectorum filiorum, Priorum & Vexilliferi Iustitiae Populi, & Communis, nec non Consulum Universitatis Artis Lanae, Civitatis Florentiae nobis expositum fuit quod postquam domus infra limites Parochialis Ecclesiae Sancti Petri Caelorum Florentinae consistentes pro earum maiori parte in unam clausuram deductae: ac ad usum, & habitationem perpetuam Praepositi, Canonicorum, Capellanorum, & personarum pro tempore existentium Maioris Ecclesiae Florentinae deputatae fuerant: pauci infra eosdem limites parochiani remansisse videbantur: & illi ad eandem Ecclesiam Sancti Petri, quae infra praefatam clausuram consistit, nisi per ianuam unicam eiusdem clausurae accedere nequibant. Ipsaque Ecclesia Sancti Petri, tam ex hoc, quam etiam propter propinquitatem inibi dictae Maioris Ecclesiae, in qua singulis diebus Missae, & alia divina Officia solenniter celebrantur, a paucis parochianis praefatis, & aliis dictae Civitatis laicalibus personis fere pro derelicta habebatur: & per eosdem ex-

eiuſdem Metropolitanae, & Paroecis, tantum tributo. Eccleſia haec igitur ſic cultu omni ſpoliata ad uſum Bibliothecae Canonicorum redacta fuit. Res autem hoc ordine peracta eſt. *Nicolaus* Pontifex memoratus ab Archiepiſcopo, ut diximus, & Communi

exponentes ſubiuncto, ſi Eccleſia ipſa Sancti Petri, cum ſuppreſſione inibi nominis parochialis demoliretur: ac Cura parrochianorum infra limites praedictos pro tempore commorantium ad dictam Maiorem Eccleſiam transferretur: nec non una perpetua Capellania in eadem Maiori Eccleſia ultra alias inibi inſtitutas de novo inſtitueretur; & in illius dotem omnia, & ſingula bona praefatae Eccleſiae Sancti Petri perpetuo applicarentur, concederentur, & aſſignarentur: ac Ius patronatus eiuſdem Capellaniae, Conſulibus pro tempore exiſtentibus Univerſitatis pro una: nec non dilectis filiis Capitulo Maioris Eccleſiae praedictarum pro alia, vocibus reſervaretur: ipſi exponentes in parte, in qua dicta Eccleſia Sancti Petri conſiſtit, unum locum ad inſtar Bibliothecae, eorum ſumptibus, & expenſis erigi, & conſtrui facere intendebant. Nos tunc votis eorum favorabiliter annuentes Fraternitati tuae per alias noſtras litteras dedimus in mandatis, quatenus per te ipſum dumtaxat de praemiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, auctoritate noſtra te diligenter informares: & ſi per informationem huiuſmodi ea vera eſſe reperires, ſuper quo tuam conſcientiam onerabamus, cedente vel decedente Rectore dictae Eccleſiae Sancti Petri, aut illam quomodolibet dimittente, nomen Parochialis, ac Curam huiuſmodi, in eadem Eccleſia Sancti Petri ſupprimere, extinguere, nec non eandem Curam ad praefatam Maiorem Eccleſiam transferre: ac unam perpetuam Capellaniam pro uno perpetuo Capellano in Sacerdotio conſtituto, ipſi Maiori Eccleſiae in Miſſis, & aliis divinis Officiis nocturnis atque diurnis perpetuo, & continuo celebraturo: ultra alias Capellanias praefatas de novo creare, & inſtituere, dictaeque tunc inſtitutae Capellaniae pro illius dote omnia, & ſingula bona Eccleſiae Sancti Petri huiuſmodi perpetuo applicare, concedere, & aſſignare, eadem auctoritate procurares. Ac ulterius Prioribus, Vexillifero, & Conſulibus praefatis, eandem Eccleſiam Sancti Petri penitus demoliendi, inibique locum pro libris tenendis erigi, & conſtrui faciendi, licentiam concederes. Ac nos tunc ſi ſuppreſſionem, inſtitutionem, & alia praemiſſa per te earundem litterarum vigore fieri contingeret: ius patronatus, & praeſentandi perſonam idoneam ad dictam Capellaniam prima vice, ac ſucceſſive perpetuis futuris temporibus, quotiens illa vacaverit, Capitulo pro una, ac pro tempore exiſtentibus Conſulibus ſupradictis pro alia, vocibus auctoritate apoſtolica perpetuo conceſſimus, & etiam reſervavimus, prout in dictis litteris, ad quarum executionem nondum ut accepimus proceſſiſti, plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Priorum Vexilliferi, & Conſulum praedictorum petitio continebat, ipſi eidem Rectori quoad vixerit, vel donec ipſi Eccleſiae Sancti Petri ceſſerit, omnes, & ſingulos bonorum illius fructus, redditus, & proventus reſervari, ac quoad aliorum in dictis litteris comprehenſorum executionem procedi deſiderant: dummodo dictorum parochianorum, & Rectoris ad id accedat aſſenſus: de quo in praefatis litteris mentio facta non fuit. Nos, ne propterea litterarum praedictarum executionem impediri contingat providere, ac Priores, Vexilliferum, & exponentes Conſules praedictos gratioſo favore proſequi, volentes, ipſorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, eidem Fraternitati tuae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad executionem dictarum litterarum aliarum iuxta ipſarum continentiam atque formam perinde procedens ac ſi de huiuſmodi conſenſu plena, & expreſſa mentio facta fuiſſet: illeque ad id accedat, ut praefertur, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus bonorum Eccleſiae Sancti Petri huiuſmodi eidem Rectori donec vixerit, aut illi ceſſerit, ut praemittitur, dicta auctoritate noſtra reſerves. Nos enim, ſi ad executionem litterarum huiuſmodi te procedere contigerit, ius patronatus ac praeſentandi perſonam idoneam ad dictam Capellaniam prima vice, ac ſucceſſive, perpetuis ac futuris temporibus quotiens illam vacare contigerit, Operariis Operae praefatae Maioris Eccleſiae pro una, ac Parochianis pro tempore exiſtentibus pro alia, vocibus auctoritate apoſtolica praedicta tenore prae-

muni Florentinorum interpellatus, datis duabus ad *Antonium* Archiepiscopum Bullis, Ecclesiam & Paroeciam *S. Petri Coeli Aurei* ex ratione, qua dictum est, subpressit; & facultatem Communi Florentinorum concessit eam demoliendi, & in eius loco Bibliothecam exstruendi atque dedicandi; reservatis tamen reditibus eius Rectori tunc viventi, quoad vixisset, aut Ecclesiam illam & beneficium dimisisset. Rector tunc temporis *Nicolaus Pierius* Presbyter erat. Itaque a Communi Florentinorum, & Lanificii Consulibus, Bibliotheca inibi erecta est, & pluteis XXII. instructa, & libris manu exaratis locupletata, epigraphe epistylio portae inscripta: SAPIENTIA AEDIFICAVIT SIBI DOMVM. Nam Ecclesia instaurata tum fuit, & in novum adspectum reformata, ut inspicientibus patet;
domus

praesentium de spetiali dono gratiae reservamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: nec non omnibus illis, quae in dictis litteris volumus non obstare: caetericque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, duodecimo Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum praesentationem, & receptionem, nobis, & per nos, ut praemittitur factas, fuimus pro parte dictorum Dominorum Priorum & Vexilliferi Iustitiae Populi & Communis, Florentiae, & Consulum Artis Lanae principalium, per honorabiles viros, Laurentium Antonii de Spinellis, & Alexandrum Philippi de Malchiavellis, Operarios fabricae Maioris Ecclesiae Florentinae: ad quos executio, & seu constructio, dictae Bibliothecae, vigore, & ex caussa commissionis eis factae, ut dicitur, per dictos Magnificos Dominos Priores, & honorabiles Consules Artis Lanae, dicitur pertinere, debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem litterarum ipsarum Apostolicarum, & cuiuslibet earum, & contentorum in eisdem, procedere dignaremur, iuxta traditam seu directam per eas a Sede Apostolica nobis formam. Nos igitur Frater Antonius Archiepiscopus Florentinus praefatus volentes mandatum Apostolicum supradictum nobis in hac parte directum, reverenter exequi, ut tenemur, praedictis litteris Apostolicis per nos primitus visis, & intellectis, earumque forma diligenter attenta: quia, quoniam vocatis Parochianis, & Rectore dictae Paruchialis Ecclesiae Sancti Petri Caelorum, & aliis qui erant evocandi, de contentis in eisdem litteris Apostolicis nobis auctoritate Apostolica commissis nos simili auctoritate informavimus diligenter: ex qua quidem diligenti informatione, tam per confessionem dicti Rectoris, & Syndicorum Parochianorum dictae Ecclesiae Sancti Petri; quam per visionem, & communem famam divulgatam, comperimus omnia, & singula in eisdem litteris Apostolicis contenta veritate suffragari. Idcirco eadem auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, nomen Parochialis, ac Curam in dicta Ecclesia Sancti Petri Caelorum supprimimus & extinguimus; nec non eandem Curam ad Maiorem Ecclesiam Florentinam transferimus, ac unam perpetuam Capellaniam pro uno perpetuo Capellano in Sacerdotio constituto ipsi Maiori Ecclesiae in Missis, & aliis divinis Officiis nocturnis, atque diurnis, perpetuo, & continuo celebraturo, ultra alias Capellanias dictae Maioris Ecclesiae Florentinae, de novo creamus, & instituimus; dictaeque institutae Capellaniae pro illius dote omnia, & singula bona Ecclesiae Sancti Petri huiusmodi perpetuo applicamus, concedimus, & assignamus, eadem auctoritate Apostolica. Ac ulterius Prioribus, Vexillifero, & Consulibus Artis Lanae, & seu dictis Operariis pro eis, & eorum nominibus, dictis Consulibus consentientibus, eandem Ecclesiam Sancti Petri penitus demoliendi, inibique locum pro libris tenendis ad instar Bibliothecae erigi, & construi faciendi, eorum propriis sumptibus ac expensis, licentiam concedimus earumdem literarum vigore; ac etiam omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus, bonorum eiusdem Ecclesiae Sancti

domus autem, quae Rectoris Eccleſiae fuerat, habitationi Praefecti Bibliothecae adſignata eſt. Atque ita quidem permanſit, & in Bibliothecae uſum patuit, uſque ad annum MDCLXXX. quo ex ea plutei, & codices, omnes ablati fuere, & in aedes Aedituorum Sanctae *Mariae Floridae* abſportati, ubi etiamnum adſervantur. Locus ille Bibliothecae, coetibus Canonicorum congregandis deinceps inſerviit, quando de re aliqua in commune deliberandum eſt; & domus contigua pro Tabulario ab eodem Capitulo Florentino habita eſt: in ea enim antiquae Chartae, & Diplomata, & Inſtrumenta, ad Capitulum ſpectantia diligenter cuſtodiuntur. Quum itaque Commune Florentinorum, & Conſules Lanificii, Bibliothecam erexiſſent, Conſtitutiones [a] etiam quaſdam ediderunt, quibus

cti Petri eidem Rectori donec vixerit, aut illi ceſſerit, vel deceſſerit; aut quomodolibet dimiſerit, ut praemirritur, dicta auctoritare Apoſtolica reſervamus: reſervato iure patronatus, & praeſentandi perſonam idoneam ad dictam Capellaniam prima vice, ac ſucceſſive, perpetuis futuris remporibus, quoriens illam vacare contigerit, Operariis Operae Maioris Eccleſiae pro una, ac Parochianis pro tempore exiſtentibus pro alia, vocibus: prout idem Dominus noſter Papa in praeſatis ſuis literis Apoſtolicis auctorirate Apoſtolica praedicta de ſpetialis dono gratiae reſervavit, atque reſervat: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: nec non omnibus illis, quae in dictis primis literis idem Dominus noſter Papa voluit non obſtare; ceteriſque contrariis quibuſcumque. Quibus omnibus, & ſingulis honorabiles viri Antonius Matthaei de Riccis, & Ser Paulus Laurentii de Benevienis Notarius, Cives Florentini, Syndici & Procuratores, & Syndicarlis & Procuratoriis nominibus, Parochianorum dictae olim Eccleſiae Sancti Petri, habentes inter alia mandatum ad praedictis omnibus, & ſingulis adſentiendum, & conſentiendum, prout de ipſorum mandato nobis conſtare dixerunt publico inſtrumento inde ſcripto, rogato, & publicato manu Ser Iacobi Ser Antonii Iacobi Civis, & Notarii publici Florentini, ſub die nono praeſentis menſis Iulii anni Dominicae Incarnationis milleſimi quadringenteſimi quadrageſimi octavi, Indictione undecima, & eorum propriis, & privatis nominibus: ac etiam vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, interetit, aut in futurum poſſet quomodolibet intereſſe: & Presbyter Nicolaus Pieri Rector dictae Eccleſiae Sancti Petri coram nobis, & noſtro Notario publico, & teſtibus infraſcriptis, perſonaliter conſtituti ſponte & libere aſſenſerunt, & conſenſerunt ſingula ſingulis referendo. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium praemiſſorum praeſentes litteras: ſive praeſens publicum inſtrumentum: hunc noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri, & per Notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavimus; noſtrique Pontificalis Sigilli appenſione fecimus communiri. Datum, & actum Florentiae in Palatio noſtrae reſidentiae, Archiepiſcopali: praeſentibus honorabilibus viris Betto quondam Michaelis Populi Sancti Petri Maioris de Florentia, & Ser Thomaſio quondam Bartholomaei Cive & Notario Florentino Populi Sancti Ambroſii de Florentia, & Simone Laurentii Populi Sancti Michaelis Vicedominorum de Florentia, Cuſtode Operae Eccleſiae Florentinae, teſtibus ad praemiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, & rogatis, Anno Incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo, Indictione undecima, die vero Mercurii, decimo menſis Iulii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Nicolai divina providentia Papae Quinti, anno ſecundo.

[a] Prooemium harum Conſtitutionum produco ex Archivo Aedituorum Sanctae Mariae Floridae.

Conſules ac Lanariae Univerſitatis Gubernatores, quibus iamdudum uſque ab origine cura ſacrae cuiuſdam aedis conſtruendae, ac perficiendae, & undique

bus servatis Bibliothecae cura & procuratio bene ac recte procederet. Nunc autem iuvat Catalogum antiquum codicum, qui in ea Bibliotheca exsistebant, in medium adducere, qualis adhuc

in

que exornandae, quae totius Civitatis nostrae principalis Basilica, & Cathedralis Ecclesia haberetur, & fieret, per publicas Florentini Populi leges iniuncta fuit: nonnullos egregics clarosque viros per varias diversorum temporum successiones, perficiendo operi cum ampla, ac summa auctoritate delegerunt; qui quidem praedicta eorum potestate dilligenrer & accurate freti, commemoratum opus iam usque adeo ad summum perduxerunt, ut duobus, quae prae ceteris vel maxime necessaria videbantur; & perfecte admirandi operis constructioni, & omnibus divinorum cultuum ceremoniis; iam optime, & cumulatissime satisfactum esse intelligatur. Quocircane huic tanto, & iam celebrato, operi quicquam deesse putaretur, de aedificanda, & construenda egregia quadam, ac praecipua, Bibliotheca nuper opportuno tempore cogitaverunt; atque inter cogitandum nihil ab eis ulterius fieri posse occurrebat, quod utilius, & honorabilius, atque omnipotenti Deo gratius acceptiusque, futurum videretur, quam ut magna quaedam diversorum librorum multitudo, profecto ceterarum omnium rerum praeclarissima supellex, pretiosissimusque thesaurus, unum in locum congregaretur; ad quod quidem eos non solum commemorarae utilitatis, & honoris, & divinae gratificationis rationes exhortabantur; sed plura etiam praecipua, & singularia quorumdam clarissimorum Principum praestantissimorumque Virorum exempla invitabant. Ptolemaeum enim cognomento Philadelphum, secundum Aegyptiorum Regem, celebratam illam & admirabilem Bibliothecam in Aegypto ita construxisse constabat, ut millia circiter sexaginta diversorum librorum volumina, incredibile dictu nisi ab idoneis Auctoribus scriptum fuisse legeretur, unum in locum congregaret: quo facto divinas ut ferebatur Leges Ebraicis eodem tempore characteribus dumtaxat expressas, in Graecam linguam traduci; traductasque adhiberi: & in praedicta Bibliotheca collocari, curavit, & voluit. Lucullum quoque Romanum Civem clarissimumque virum, celebrem quandam ac famosam Bibliothecam Romae aedificasse noverant.

Plu-

Plures item summos Pontifices, ne brevitatis caussa de singulis particularem quandam mentionem faciamus, plurimas Bibliothecas variis temporibus diversis Romanae urbis locis quondam fama increbescente construxisse cognoverant. Hieronymum praeterea sapientissimum ac sanctissimum virum hoc idem in Bethleem fecisse intellexerant. Et ne plura huiusmodi vetera, & iam pene obsoleta, clarissimorum virorum exempla commemoremus, quae pene infinita sunt; paucis notioribus ac recentioribus deinceps contenti erimus. Boccaccius peregregius Florentini nominis Poeta ex libris, quos moriens reliquit, Bibliothecam quandam in sacra Eremitarum Aede fieri, & construi, suo testamento legavit, in qua commemorati eius libri conderentur: quod Nicolaus Nicoli propriis postea sumptibus non sine magna nominis sui gloria executus est. Quid de Nicolao Quinto Summo huius temporis Pontifice: ac de Cosma clarissimo & praestantissimo Cive nostro dicemus? quorum alterum Romae in sacra Sancti Petri Aede amplam, & admirabilem Bibliothecam inpraesentiarum aedificare; alterum vero Florentiae in Beati Marci Basilica magnis sumptibus, ac pene incredibilibus impensis, nuper aedificasse, & persecisse, scimus? Cum igitur Praefecti nostri, quos veteri Romanorum more Aedituos non immerito appellandos esse censemus, bas, & huiusmodi veteres, & novas diversarum Bibliothecarum constructiones, maximos quosdam, & admirabiles fructus, & olim gloriosissime peperisse, & deinceps parituras esse, non dubitarent: talibus rationibus, tantisque exemplis, allecti, & invitati, hanc nostram novam Bibliothecam nuperrime aedificarunt, in qua quidem plura, & egregia diversorum librorum volumina iam diligentissime, & accuratissime condiderunt: atque sese in dies sua diligentia congregaturos, & condituros, non immerito sperant, & credunt. Et ut praedicti codices iam congregari, & suo ordine in Bibliotheca hactenus collocatis paulo diligentius, & accuratius conserventur: & quantum fieri potest etiam exaugeantur: talibus Statutis, & huiusmodi

di

in Archio Aedituorum Sanctae *Mariae Floridae* adservatur; a quo tamen Codices tantum membranacei manu exarati indicantur, & saepe quidem imperfecte, aut depravate & corrupte; & in va-

di Ordinationibus per opportuna praedictae Vniversitatis consilia in hunc modum providerunt, &c.

De Bibliothecarii electione. Cap. I.
De cura, & officio Bibliothecarii. Cap. II.
Capitula ad conservandam Bibliothecam.
Commissio Consulum in Operarios.
Licentia demuliendi Ecclesiam &c.

a Quum diximus, domum huius Ecclesiae in Tabularii usum cessisse, opportunum mihi videtur producere hic compendia Instrumentorum, quae in eo Tabulario adservantur, omissis iis, quae in antecessum exhibuimus, quaeque videre est superius *pag.* 960. 961. 962. 963. 967. 975. 983. 984. 985. 988. 989. 1010. 1017. 1018. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1025. 1027. 1052. 1133. 1134. 1139. 1140. 1169. 1175. 1207. & alibi.

774. Rotruda religionis velamen induta filia quondam Faraoni donat Vuildulprando filio q. Gansindi quaedam bona ibi ita descripta: Curtes & sorte illa quod havere visa sum (sic ibi loquitur in persona prima) lucus qui dicitur Cersino, ubi Servlano vocatur, qui tenta fuit per Marinulo Massario, & usque modo Ghisus per beneficium habuit, & est pusita iuxra Plebem Ierusalem; & si unquam vincetentur, hypothecavit & voluir dictum Vuildulprandum consequi posse pro dictis bonis donatis tertiam portionem ex cunctis casis & omnibus rebus suis pusitis in luco Septimo aut in Palude. Actum in luco Cersino, finibus Florentiae, regnante Carolo divina favente clementia Rege, Anno Regni eius in Italia primo, die nono mensis Iulii, Indictione 13.

Signa manus Rotrude religionis velamen indute.

Ego Virsistidi rogatus ad Rutruda.

Signa † manus Gildibrandi filio quondam Pranduloni, & Hysulberti filio quondam Furonis testi.

Signa † manus Fortiperti filii quondam Forti homo Florentino teste.

Signum † Cristiani filii quondam Adulprandi teste.

Ego Heriprandi Notarius rogatus ad Rotruda religionis velamen induta testis.

Signum † Benedecti filii quondam Gunistidi homo Florentino teste.

Ego Petrus rogatus ad Rotruda testis.

Ego Ioannes rogatus ad Rotruda.

868. Nonis Martii, Indictione prima, Ludovici Imperatoris Augusti filii b. m. Loctarii Imperii anno 18. Adonaldus filius b. m. Agiapli, & Forteramus eius germanus, communiter inter se bona Sil: Aidonaldus dat dicto eius germano unum petium quod est palaria in loco Monte Maurello, ubi & Colledaugio vocatur, Plebe S. Martini sito Colomnata, via publica, a secundo Treggiaria, a tertio Rivo, a quarto dicti sui germani, pro petio terrae in dicto loco ubi Viterito vocatur, & instrumento suscripserunt.

Adonaldus
Forteramus
Ioannes
Petrus
Raghilpeldus
Adalbertus
Autprandus
Austati
Auretamus
Bonifatius Notar.

955. Adolfus filius Teudilati Archipresbyter concedit in emphiteusim Leoni filio quondam Pichini casam, sortem, & rem in loco dicto Vezanula, infra territorium S. Ioaonis de Seci, pro annuo canone denatiorum 12. argenti. Anno quinto regnorum Berengarii & Adalberti eius filii, mense Februario, Indictione 13.

Ego Adolfus Archipresbyter a nos facti sunt.

Signum † manu mei Leoni qui hunc livellum sicut supra legitur fieri rogavit.

Ego Teudati Archidiacoous a nos facti sunt.

Ego Ioaonis Diaconus coosensi, & subscripsi.

Ego Amalpertus Diaconus coosensi, & subscripsi.

Ego Petrus Presbyter & Canonicus scripsi.

Et ego Ioannis Presbyter Abbas.

Signa † manus Ildiberti qui & Bonizo vocatur filius b. m. Deodati rogatus testis.

Ego Rainaldus Notarius rogatus ad nos conventoris & subscr.

Ego

varias classes distribuuntur: quum ipse bifariam divisus sit, & duobus distinctis asseribus adfixus. Ipse quidem breves quasdam Adnotationes diverso charactere exaratas alicubi adscripsi, clarioris intellectus gratia: & notandum est, horum codicum quosdam iam

Ego Lassus rogatus & isti conventotis.

Ego Petrus Notarius Dominorum Regum scriptor post tradita complevi.

966. Sichelmus Episcopus Florentinus concedit ad livellum Rodulfo filio Micheli bona posita in loco Gello in Plebe Sancti Petri de Quarto, quae pertinebant ad Ecclesiam, & Cardinalem Sanctae Ceciliae, pro denarii sex boni de argento. Anno quinto Imperii Ottonis Kal. Aprilis, Indictione nona.

Sichelmus Episcopus subscripsi.

Signum ✝ manus Rodulfi, qui propter infirmitate scribere non potui, qui hunc livello sicut supra legitur fieri rogavit.

Petrus Notarius Domini Imperatoris scriptor & testis.

Ego Talbertus rogatus testis subscripsi.

Ego Leonorus scriptor complevi.

967. Sichelmus, Gherardus, & Rapberto, & Acto, fratres germani filii b. m. Sicheimi offerunt Domui S. Ioannis ubi Sichelmus tunc erat Episcopus eorum partem curtis & integram medietatem fortis & rei positae in loco Trespiano infra territorium Plebis S. Romuli Castri Fesulae. Anno sexto Imperii in Italia Octonis, quarta die Augusti, Indictione decima.

Ego Sichelmo a nos facta subscripsi.

Ego Iherardo a nos facta subscripsi.

Ego Roberto a nos facta subscripsi.

Signum ✝ manus nominati Acti qui hanc cartula offersionis sicut supra legitur fieri rogavit.

Ego Ioanni Notarius rogatus testis subscripsi.

Ego Petrus Notarius Domini Imperatoris rogatus testis subscripsi.

Ego Ioanni Notarius Domini Imperatoris rogatus testis subscripsi.

Ego Gherardus Notarius rogatus testis subscripsi.

Ego Teutio Notarius scriptor post tradita complevi.

988. Vuido filius q. Andreae vendit Raynerio filio q. Raimberti quartam partem curtis & domnicatus in loco Terra Petraplana ad Ecclesiam S. Ambrosii sicut fuit Addi filii Agradi. Anno sexto Imperii Ottonis tertii, mense Iulio. Indictione 14.

Signum manuum Vuidi, qui hanc cartulam sicut supra legitur fieri rogavit.

Ego Rollandus Notarius testis.

Ego Teobertus rogatus testis.

Signi manus ✝ Gherardi filio Petroni rogatus testis.

Ego Florentinus Notarius & scriptor complevi.

990. Maria filia b. m. Benerandi & coniux Teurii filii bon. mem. Petroni, interrogata prius a Domino Vuido Iudice Sacri Palatii de eius spontanea voluntate offert Domui S. Ioannis Baptistae ubi tunc praeerat Episcopus Dominus Podus bona posita a Campolungo, Vignale, Fridocaia, Ficarito, Isulaprii, & Trevigne. Anno Domini 990. Nonis Februarii, Indictione 3.

Signum ✝ manus nominatae Mariae qui hanc cartula offersionis sicut super legitur fieri rogavit.

Signum ✝ manus nominati Teutii viro eiusdem Maria Domina sicut super legitur consensi, & per eius largitatem factum est.

Ego Vuido Iudex Sacri Palatii a me Interrogata subscripsi.

Ego Petrus Iudex Domini Imperatoris subscripsi.

Io Ioannis Clericus & Vice Domvi rogatus teste subscripsi.

Ego Petrus Notarius rogatus teste subscripsi.

Ego Ioannes Notarius rogatus teste subscripsi.

Ego Hugo Notarius Domini Imperatoris scriptor. post tradita complevi.

1007. Rainerius filius b. m. Raimberti vendit Gherardo Presbytero, & Petro figliuoli di Maria per la metà, & a Giovanni figliuolo di detta Maria, & a Ermingarda detta anco Massaia sua moglie per l'altra metà, bona in loco Gorgosi quae fuerunt Guidonis filii b. m. Andreae, & Highitii filii ipsius Guidonis. Anno ab Incarnatione Domini 1007. Kal. Martii. Indictione 5.

Ego Rainerius a me facta scripsi.

Ego Vuido rogatus testis subscripsi.

Ego Ioanni rogatus testis subscripsi.

Signum ✝ manus Rodulphi filii b. m. Gherardi rogatus testis.

Ego Florentius Notarius scriptor post tradita complevi.

1015. Vbertus qui & Vbulo vocatus

Zzzzzzzzzzzzzz

iam periisse, nec amplius exstare. In primo autem assere ita habet Catalogus ille.

I.

Concordantiae Biblicae
Homiliae Beati Gregorii, Magni, scilicet.
Homiliae Beati Gregorii
Prima Pars Bibliae
Secunda Pars Bibliae

II.

rus, filius b. m. Lopitii vendit Iactio filio b. m. Ildebrandi bona posita in Comitatu Florentino, & Fesulano l. d. Nuovole, Colle ubi Forcione vocatur; Ranfuli, Monte ubi & Tercione vocatur Aiduli, infra territorium Plebis S. Stephani de Campo Pauli. Anno ab Incarnatione 1015. anno secundo Enrici Imperatoris Nonis Decembris Indictione 14.

Leo, Ioannes, Ioannes testes, Petrus Notarius scriptor.

Rodulfus Iudex Domini Imperatoris

Petrus Iudex Sacri Palatii subscripserunt transumpti.

Hugo Iudex Domini Imperatoris.

Petrus Iudex.

Cuntin Notarius tramnsunsit, & exemplavit, & subscripsit.

1018. Rollandus Notarius b. m. Palnerii donat Burgae suae coniugi filiae . . . . tertiam partem de cunctis suis rebus, & possessionibus si ipsi supervixerit, sin autem filiis eorum communibus. Anno ab Incarnatione 1018. Imperii Enrici quinto die 16. Iunii Indictione prima. Describit loca bonorum, scilicet in loco Tosonula, Vivario, Pastino, Careggi, Serlse, Cissano, Ferroni, & infra fines Mucelli, qui sunt infra terras Plebis S. Reparatae in Civitate Florentina, S. Stephani sito in Pane, S. Petri sito Seve, S. Mariae sito Fania, & S. Ioannis qui dicitur Maior.

Ego Rollandus Notarius a me facta subscripsi.

Ego Ridolfo rogatus testis subscrip.

Ego Ioannes rogatus testis subscrip.

Signum † manus Ioannis filii b. m. item Ioannis rogatus testis subscripsi.

Ego Petrus Notarius scriptor post tradita complevi.

1020. Gherardus qui & Ghertio dicitur filius Rainerii cum consensu dicti sui patris & pro remedio animae b. m. Iulittae suae olim coniugis offert Canonicae S. Ioannis Florentiae ubi D. Ildebrandus Episcopus praeerat bona in loco dicto Bullaro in territorio Plebis S. Ierusalem sito Cersino, in quibus ipsa sua coniux hereditario nomine sui genitoris successerat: Anno Incarnationis 1020. Imperii Enrici septimo, Mense Aprilis. Indictione 3.

Teudoldo testis.

Atitio Notarius testis.

Vuido Notarius testis.

Petrus Notarius confecit Instrument.

1020. Pimmo filius b. m. Tacti vendit Bertae filiae Rolandi bona posita in locis Scono, Casa nova, Podio, Baibiano, Bonuie, Prunita, Marciano, Monte Bifulli, Curzano, Curtefrida, Olivito, Cerrito, Fuiignano, Guercille, Cilianise, Sucille, Curte vecchia, A Liquosi, & in Summaria, in Castello, Campi, quae bona sunt infra Plebatus S. Donati sito Marine, S. Stephani sito Campi, S. Pancratii sito Lucardo, S. Petri sito Bussiie, S. Appiani, & S. Donati sito Poce, S. Mariae sito Novella, & S. Iusti sito Salice. Anno ab Incarnatione MXX. Imperii in Italia Enrici septimo Kal. Iunii Indictione 3.

Talbertus, Enrigus filius b. m. Vuidi, Vbertus filius Vuiniti testes.

Rainerius Notarius instrum. confecit.

Vuillelmus, Teuzo, Rodulphus Notarii d. Instrumentum exemplaverunt.

1021. . . . . filius Dominichi, & Iulia iugalis eius, filia b. m. Porcelli, donant medietatem casae, terrae, & rei positae Florentiae in l. d. Cortipaldi, quibus a 3. lateribus viae, a 4. casa Petri Malelli, Ecclesiae, & Oratorio S. Mariae Maiosis suisque Rectoribus, & alteram medietatem vendunt eidem Ecclesiae & pretium d. . . . . . . concedit dictae suae uxori facultatem dispensandi pro animabus suis & quod ibi habiter ad eius libitum. Anno Incarnationis 1021. pridie Nonas Decembris Indictione 4. Be-

II.

Biblia completa
Sermones Beati Augustini
Homiliae & Passionaria
Homiliae & Passionaria
Homiliae per totam Quadragesimam
Homiliae Beati Gregorii Magni.

III.

Beniamin Iudex qui mulierem interrogavit de spontena oblatione subscripsi.

Petrus Mag. filius Ioannis, Florentius Paliarius, & Paramanus, & Carontus filius Morandi, & Baldassar testes.

Rolandus Notarius confecit.

1025. Rainerius, & Ioannes germani filii Ghertii pro remedio suarum, & d. eius parentis animarum offerunt & donant Domui S. Ioannis, ubi Dominus Ilambertus Episcopus praeerat bona in l. d. Piscina in territorio Plebis S. Martini de Sexto. Anno ab Incarnatione 1025. Mense Iunio Indirione 8.

Signum † manuum praedictorum germanorum qui hanc cartulam offersionis sicut supra legitur fieri rogaverunt.

Signum † manus Teuderichi fil. b. m. Ihetardi in hac cartula offersionis consensi.

Ego Sichelmus rogatus testis.

Ego Petrus Notarius rogatus testis.

Signum † manus Sichelmi filio Raineril rogatus testis.

Ego Ioanne Notarius scriptor post tradita complevi.

1025. Lambertus Episcopus Florentinus concedit Petro Primicerio filio Andreae, & Sichelmo Clerico, & Petro, & Gherardo, & Ildebrando filiis Alberghae, Ecclesiam, & Oratorium S. Andreae situm in Civitate Florentiae prope Arcum una cum offerta, mortuario, & coemeterio, & cum casa, & terra ante ipsam Ecclesiam & terra quae dicitur Piscinale ibi prope Ecclesiam iuxta casam habitationis dicti Petri Primicerii, & cui confinabant terra, & casa Rainerii filii Gherardi, & Rodulfi nepotis sui, & prope casam qui detti . . . . . pro annua pensione in festivitate S. Andreae denariorum 24. argenti tradendorum Monasterio S. Miniatis, ad quod dicta Ecclesia S. Andreae pertinebat, & cum onere retinendi in dicta Ecclesia S. Andreae tres Sacerdotes cum Missis, oratione, incenso, & luminaribus die noctuque: Anno ab Incarnatione 1025. quarto Nonas Augusti, Indictione 8.

Ego Lambertus Episcopus subscripsi.

Ego Petrus Primicerius a nobis facti subscripsi.

Ego Petrus a nobis facta subscripsi.

Ego Sichelmus Clericus a nobis facti subscripsi.

Ego Gherardus a nobis facti subscripsi.

Ego Leo Abbas de Monasterio S. Miniati in hoc libello consensi.

Ego Teuzo Presbyter, & Monachus consensi, & subscripsi.

Ego Ottrizo Presbyter & Monachus consensi, & subscripsi.

Ego Ioannes Presbyter, & Monachus consensi, & subscripsi.

Signum † manus praedicti Aldobrandi qui hunc libellum sicut supra legitur fieri rogavi.

Ego Davitio Vicedominus rogatus testis subscripsi.

Signum manus Teuderichi filii b. m. Teuderichi rogatus testis.

Ego Adalbertus Iudex subscripsi.

Ego Florentius Notarius scriptor post tradita complevi.

1027. Berta filia b. m. Ioannis cum consensu Martini filii b. m. Petroni eius Mundualdi vendit Donatae filiae b. m. Nitiae petium ...... & vineae positum in loco Folano ubi & Forno in Pane vocatur infra territorium Plebis S. Stephani siti in Pane pro pretio solidorum 30. quod pretium confitetur recepisse a Petro filio b. m. Petroni. Anno ab Incarnatione 1027. & Imperii Cunradi primo Mense Octobris, Indictione undecima.

Petro, Azzo filius b. m. Petroni, Albertus testes, Florentius Notarius.

1031. Ioannes Presbyter Nicolini Tendi donat Florentio scriptori Egrimaldi, Epi, & Ioanni germanis bona posita infra territorium Plebium S. Reparatae de Florentia & S. Martini de Sexto cum prohibitione alienationis nisi inter ipsos. Anno ab Incarnatione 1031. & Imperii D. Cunradi quinto, Mense Augusti Indictione 14.

Ego

III.

Biblia
Passionarium
Passionarium
Passionarium
Passionarium
Passionarium

IV.

Ego Ioannes Presbyter a me facta subscripsi.

Ego Petrus rogatus testis subscripsi.

Signum † manus filiorum Ioannis testis rogatus subscripsi.

Ego Ioannes rogatus testis subscripsi.

Ego Florentius rogatus ut supra scriptor complevi.

1034. Ildebrandus filius b. m. Petroni, & Ermingarda filia b. m. Ioannis eius uxor, cum consensu Petri Iudicis Sacri Palatii filii b. m. Vuidoni vendunt Paulo filio b. m. Alberti petium terrae positum a Rovezzano ubi dicitur Piro Russo, cui confinabant Ragioerius Rangirberti, Rusticus Gherardi: sixtatiorum sex de panibus decem iuxta mensuram ad granum. Anno ab Incarnatione 1034. Imperii septimo, Mense Martio, Indict. 2.

Zenobius, Ioannes filius Leonis, Petrus Index testes, Florentius Notarius.

1034. Teutius Arduini vendit pro pretio solid. 20. Petro filio Faroisi bona quibus confinant via, & Lambertus filius Gherardi. Actum in Latera Iudicaria Florenrina anno ab Incarnatione 1034. Imperii Curradi octavo, Mense Aprilis Indictione 2.

Gherardus dictus Ioco filius Gherardi.

Ildebrandus filius Nerli, Gherardus Petroni, testes.

Petrus Notarius scriptor.

1036. Paulus filius Alberti vendit Claritiae filiae Leonis petium terrae quem emerat ab Ildebrando filio Petroni, & ab Ermingarda filia Ioannis eius uxore, in l. d. Rovezzano dicto Piro Rosso pro pretio solidorum 20. anno ab Incarnatione 1036. & Imperii Conradi nono, Mense Aprilis, Indictione 4. Pretium confitetur recepisse a Leone d. Claritiae genitore.

Ioanoes filius Florentii, Martinus filius Ioaonis, Florentius testes.

Vuido Notarius, & scriptor complevit.

Ioannes Iudex Sacri Palatii.

Vuilhelmus Notarius,

Sichelmus Notarius,

Rodulfus Notarius exemplaverunt.

1040. Vualterius filius b. m. Ragnerii pro remedio animae suae & b. m. Vuidonis qui foit eius germanus, offert Ecclesiae, & Canonicae Domus S. Ioannis & Sanctae Reparatae petium terrae l. dicto Plano, quam dictis germanis vendiderunt Ioannes filius Petroni, & Vlavida filia. Actum Sinea Iudicaria Florentina anno ab Iocarnatione 1040. Enrici Imperatoris filii b. m. Cunradi anno 3. septimo Idus Ianuarii, Indictione tertia, &c.

Signum † manos praedicti Vualterii qui hanc cartulam offersionis sicut supra legitur fieri rogavit.

Signum † manibus Alberti filii b. m. Raginerii filio b. m. Lamberto & Massatristi filio b. m. Rolandi qui & Rustichello fuit vocatus rogatis testibus.

1040. Teutio Presbyter, & Florentius, & Vuido germani filii b. m. Grimaldi, & Florentius, & Grimaldus Subdiaconus, & Ioannes germaoi filii b. m. Ioannis, & Bonitius, & Florentius germani filii b. m. Florentii concedunt in emphiteusim Teutio, & Booitio germanis filiis Ioannis petium terrae in l. d. Camporeggi, cui confinant Azzo nepos Vghi, Canonica S. Ioannis, & terra d. Canonicae, quam tenet Corbolus de Camporeggi &c. pro annua pensione in festivitate S. Ioannis &c. Anno ab Incarnatione &c. tertio Nonas Februarii, Indictione nona.

Ioannis filius b. m. Petroni, Teutius filius b. m. Teutii testes.

Florentius Notarius scriptor.

1040. Rainerius filius b. m. Ragimberti quietaotiam facit, & renonciat omni iuri Ragimberto qui vocatur Gulo filio Ioannis super integra quarta portione de curte & domnicatu, & Ecclesia S. Ambroxii quae est posita in l. d. Petra Plana, qui fuit Atitii filii b. m. Agibrandi, Anno Incarnationis 1040. nono Kal. Martii Indictione 9. & Instrumentum hoc sic concludit; & pro illa ve-

IV.

Parabolae Salomonis.
Expositio S. Augustini. Desideratur in quem librum.
Cantica Canticorum
Nicolaus de Lira
Augustinus De Civitate Dei
Lectura, & Tabula super Decretum, Gratiani scilicet.
Primus Sententiarum, scilicet liber.
Primus Sententiarum

V.

sita con. promissione, & sponsione, & maiore firmitate vestra: Lanechilde a te recepi. Actum Florentiae &c.

Viglielmo, Vgo fil. Zenobii, Vgo qui nominatur Florentino, testes.

Teutius Notarius scriptor.

1040. Dictus Rainerius filius b. m. Ragimberti investit de iam dicta quarta portione d. Ragimberrum filium Ioannis, & ipsam eidem actualiter tradit in praesentia Petroni vocati Tenai, Vgonis filii Zenobii Clerici, & Vgonis qui dicitur Florentinus, & Enrigi filii Gherardi, & Petri filii Vuinitii: & dictus Ragimbertus pro dicta traditione solvit eidem Rainerio de bonis denariis solid. 20. Actum in Civitate Florentia intra Curte de praedicti Raginerii, & de Consortibus suis: Anno ab Incarnatione 1040. Idibus Martii, Indictione nona &c.

Ego Enrigus ibi fui &c.

1040. Rainerius filius b. m. Ragimberti vendit Ioanni filio b. m. Altiperti qui fuit Notar. quartam portionem de curte, & domnicatu & Ecclesia S. Ambrosii positi in loco dicto Petra Mala, quae fuit Atitii filii b. m. Argiprandi, & ipse venditor habuit a Vuidone filio b. m. Andreae pro pretio solidos 20. quod dicit recepisse a Ragimberto qui & Gulo vocatur filio Ioannis solvente pro dicto emptore. Incarnationis anno 1040. Idibus Martii, Indictione nona &c.

Vgo filius Zenobii, Petronus filius Vuinitii, Petronus filius Benedicti, testes.

Teutius Notarius scriptor.

1042. Rollandus vocatus Merluto, & Bernardo vocatus Marchesello, germani, filii b. m. Vuidi, vendunt Rainerio vocato Pagano filio b. m. Sicheimi casam cum terris & vineis in loco Bagnolo ubi Vuilleimuli vocatur in territorio S. Mariae sitae Pinita pro arienti solidis 120. Anno ab Incarnatione 1042. Kal. Iulii, Indictione decima.

Ioannes filius Bondii, & Teutiux filius b. m. Petri, & Bonitio filius suus, & Arialberrus, rogati testes.

Rostichisi Not. scriptor.

1044. Gregorius Papa VI. concedit Canonicae S. Ioannis Ecclesiam S. Domnini Plebatus S. Martini in Brozo cum suis reditibus, onere iniuncto solvendi annuam pensionem Sacro Palatio solidi unius aurei, per eius literas daras 12. Kal. Martii Pontificatus sui anno primo, quarum tenor est qui sequitur.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Rolando Florentinae Canonicae Praeposito, tuisque successoribus in perpetuum, in Domino salutem. Oportet benemerentibus digna rependere beneficia, & illos accumulare donis, quos devotos constat esse servitores. Tu autem, fili reverende, quia parum aliquid decrevisti a nobis exposcere, libenter & ipsi decrevimus annuere: etenim multum laboris multumque ponderis iam iam sustinuisti pro nobis, adeo ut non parvis sed magnis etiam muneribus dignus inveniaris. Tua vero petitio est, ut Ecclesia S. Domnini posita in Comitatu Florentino iuxta fluvium Arnum in Plebatu S. Ioannis in territorio Plebis S. Martini in Brozo iuris nostrae Sanctae Romanae Ecclesiae cum omnibus eiusdem pertinentiis ubicumque inveniri possunt concedatur ab Apostolatu nostro vobis vestrisque successoribus Canonicis in vestra Canonica servituris in perpetuum. Quod scilicet satis nobis videatur parum quia non potest esse vestris servitiis adaequatum. Concedimus igitur tam vobis quam vestrae Canonicae vestrisque successoribus Canonicis in eadem Canonica servituris Ecclesiolam ipsam S. Domnini cum omnibus suis pertinentiis suisque redditibus ubicumque ei lege, & ratione, compe-

V.

Liber Confessionum Beati Augustini
Enchiridion eiusdem
Pentateuchum Moysis
Epistolae Beati Hieronymi
Franciscus Maronius
Liber de Agone Christiano B. Augustini
Epistolae Beati Hieronymi
Hieronymianus

VI.

tere possunt: ita tamen ut singulis quibusque annis pensionem exinde nostro Palatio inferatis solidum auri unum, statuentes Apostolica Censura, ut nullus nostrorum successorum Pontificum aut aliqua magna parvaque persona contra hoc nostrum parvum donum agere praesumat; quod si fecerit non solum anathemati subiaceat nostro, sed etiam bannum trium librarum auri persolvat, cuius dimidium nostro Palatio inferatur, reliquum vero vobis debeatur. Siquis vero huius nostrae praeceptionis cautus observator extiterit, benedictione nostra largius redundet; scriptae per manum Ioannis Scriptoris, Notarii nostri Lateranensis Palatii. Benevalete. Datum 12. Kal. Martii per manus Petri Diaconi Bibliothecarii & Cancellarii Sanctae Apostolicae Sedis, Anno Pontificatus Domini Gregorii VI. Papae primo, Indictione 14. mense Februarii.

1046. Albertus Notarius filius b. m. Eriberti qui Eribito fuit vocatus offert pro remedio animae suae Ecclesiae Plebi & Oratorio S. Petri sito Seve integram tertiam portionem de integra una sorte & re illa posita in loco qui dicitur S. Petro a Seve, quae recta est per Dominicum vocatum Grecio: si infra quatuor annos in dicta Ecclesia fuerint Canonici ibidem regulariter viventes; sin autem, Canonicae Sancti Ioannis Florentiae. Anno ab Incarnatione 1046. & Imperii Enrici filii Cuneradi primo, 12. Kal. Martii Indictione 5.

Ioannes, Teutio, Ioannes, testes.

Florentius Notarius scriptor.

1046. Ioannes filius b. m. Altiperti qui fuit Notarius vendit Ragimberto filio Ioannis curtem eandem & domnicatum cum Ecclesia Sancti Ambroxii loco dicto Petra Plana, quam dictus venditor a Rainerio filio b. m. Ragimberti per Instrumentum manu Teutii Notarii, & d. Rainerius habuerat a Vuidone filio Andreae per Instrumentum manu Florentii, pro pretio Nuscae unius de auro. Anno ab Incarnatione 1046. 10. Kal. Decemb. Indictione 15.

Gozo filio Petroni, Petrus filius Teuzii, Ioannes filius Petroni testes.

Albertus Notarius scriptor.

Observandum est agi hic de venditione, quam supra ad annum 1040. fecit Rainerius filius Ragimberti.

1050. Ateberga filia b. m. Azzi quae fuit coniux Rodulphi filii b. m. Acti in lecto iacens infirmitate detenta, in praesentia Ioannis Notarii, Sitii filii Sitil, Teutii qui & Corbulo vocatur filii b. m. Petrini, & Florentii filii b. m. Boni, & Ioannis filii b. m. Florentii qui fuit Clericus, & aliorum, pro salute animae suae offersionis nomine tradit Martino Presbytero, & misso a Rolando Praeposito, & suis Fratribus regularibus Canonicae S. Ioannis Florentiae pro dicta Canonica, integram sortem & rem positam in loco Cornito prope Cersino infra territorium Plebis S. Ierusalem de Cersino cum pacto, quod si Gherardus Episcopus Florentinus vel eius successores de potestate dicti Praepositi, & suorum confratrum, auferret absque eorum voluntate, tunc propinquiores consanguinei possint eam pro anima d. Ateberghae alteri concedere. Anno ab Incarnatione 1050. & Imperii Enrici quarto, 5. Kal. Aprilis Indictione 3.

1050. Anselmus filius b. m. Ildebrandi renunciat in favorem Canonicae S. Ioannis, ubi Dominus Rolandus praeerat Praepositus, omni iuri super integra quarta portione sortis & rei positae in loco ubi ditur Solicciano infra Plebem S. Iuliani de Septimo, anno 1050. ab Incarnatione, Enrici Imperatoris anno 4. 6. Idus Decembris Indictione 4. Testes Petrus, & Florentius, & Albertus, qui vocatur Porcel-

VI.

Marsilius de Convivio Platonis
Cornelius Celsus
Physica Aristotelis
Silvae Statii
Francisci Ccmestoris. Annon Petri Comestoris Historia Scholastica?
Priscianus
Appianus Alexandrinus, ut videtur.

VII.

cellus fil. b. m. Fuschi. Florentius Not. scr.

1051. Florentius, & Ioannes Clerici germani filii b. m. Rotii concedunt in emphiteusim Raimberto qai & Vittone vocatur fil. b. m. Vincentii qui & Fusco fuit vocatus, petiam terrae fossa circumdaram in loco Campo Petri Grassi prope Camporeggi; cui confinant Canonica S. Ioannis, terra detenta a Paganello, terra S. Leonis detenta a dicto conductore pro annua pensone in egdomada Natalis Domini videlicet argentum denarii inter censo & oblie sex boni, & spendibili. Anno Incarnationis 1051. Imperii Enrici Quinti. Prid. nona Septemb. Indict. 4.

Adamas, Petrus fil. b. m. Constantii, Emricus filius Florentii, testes.

Florentius Not. scriptor.

1052. Anselmus filius b. m. Ildebrandi renunciat in favorem Canonicae S. Ioannis D. Rolando Praeposito omni iuri super integra medietare sortis in loco dicto Greve, & Imperitula, & in Cilicciano infra territorium Plebia S. Iuliani de Septimo, quae regitur per filium Petroni Clericum qui Magno vocatur, & consortibus suis. Anno ab Incarnatiune 1052. Imperii Emrigi V. tertio, Nonia Aprilis. Indict. 5.

Florentias Notarius &c.

1055. Rainerius qai & Bonencio vocatur filius b. m. Rollandi qai fuit Notarius, investit Gottifredum germanum suum de actione, interpellatione, & querimonia, quam ipse habebat contra Rainerium vocatum . . . . filinm b. m. Ioannis, in praesentia Petroni qui & Eppo vocarur fil. b. m. Martini, & Florentii qui & Buona Sira vocatur filii b. m. Ioannis, & Florentii filii b. m. Ioannis qui & Fusco fuit vocatus. Anno ab Incarnatione 1055. & Imperii Enrici Nono. Mense Madio, Indict. 8.

1057. Rozo Diaconus, & Cantor filius b. m. Florentii renunciat D. Martino Praeposito Canonicae S. Ioannis Florentiae una integra sorte, & re positis in loco nominato Cintoia quam ipse Rozo Diaconus recipit pro parte dict. Ecclesiae S. Ioannis in territorio Plebis S. Iuliani de Septimo in praesentia Florentii Notar. & Agneli Martini, & Petri qui Rustichello vocatur filii Vuinitii qui & Moriato vocatur, & Petroni qui Bellino vocatur fil. b. m. Rustichi. Anno ab Incarnatione 1057. Septima decima mensis Octobris, Indictione 10. &c.

Florentius Notar.

1058. Albericus, Griphus, & Vbertus quond. filii b. m. Lamberti, & Everardus & Sitius quond. filii b. m. Rollandi, & Petrus Notarius, & Sichelmus, filii b. m. Ioannis, & Vgo filius b. m. Ramberti, & Rodulphus filius Berri, offerunt, & donant pro animarum suarum remedio Canonicae Regulari Ecclesiae & Domus Sancti Ioannis Florentiae, ubi Domnus Martinus Praepositus praeerat, sex petia terrarum, quorum quatuor in loco qui vocatur Iolii, quintum petium a Bibiano, sextum a Clusuic; petia terrae illa una della Costa ubi dicitur Susiano ultra Arnum esse videtur ad honorem Sanctae Crucis, & S. Laurentii dedicandum, & nominantur ibi confinantes filii b. m. Vuivaldi, & consortes; terra Gherardi filii b. m. Lopirli, dicta petia ubi praedictum Oratorium est constructum, terra Alberiti, & consortium. Anno ab Incarnatione 1058. decima Kal. Iolii, Indictione 12.

Vbertus filius b. m. Vuilelmi, & Ioannes filius Tendi, & Bondi filius Bonfanti, testes, &c.

Albertus Not. scriptor.

1058. Teberga filia b. m. Acti qui Albertus fuit vocatus, & coniux Rodalfi filii b. m. Acti indura veste S. Religionis, lege vivens Romana, offert Canonicae S. Ioannis ubi Martinus erat Praepositus integras tres sortes & res illas positas, una

VII.

Epistolae Tullii
Secreta Secretorum Aristotelis
Terentius
Tullius de Natura Deorum
Baptista de Albertis. Opera aliqua, vel omnia.
Aulus Gellius
Varro, *& Valla*, scilicet Laurentius.
Ptolemaei Tabulae

una in loco dicto Sala, alia in loco Limite, & altera in loco dicto Piscina, & omnes infra territorium S. Martini de Biozi cum pacto quod neque Episcopus neque Praepositus ullo modo alienare possent sed semper sint in potestate Canonicorum qui modo aut in anteà in predicta Canonica ad instar primitivae Ecclesiae communiter viventes regulam Sanctorum Patrum Canonice observant, & observaturi sunt. Anno ab Incarnat. 1058. 12. Kal. Octobris, Indictione 10.

Signa manuum † Petroni filio Ioannis Perghizze, & Corbizi filio Donati, & Petroni filio Ioanni Mugellise rog. testium.

Signa manuum † Vberti, & Eppuligi filii Moroni, & Guidoni filio Ghisi rogatorum testium.

Albertus Not. scriptor post tradita complevi.

1060. Petrus filius b. m. Vitali pro remedio animae suae, & Gerardi filii b. m. Rolandi, & sui germani offert Ecclesiae, & Oratorio, quae est aedificata ad honorem Beatae S. Mariae Virginis Matris Domini Iesu Christi, & Sanctae Crucis, quae Ecclesia pertinet ad Canonicam, & Domum S. Ioannis Baptistae ubi Domnus Martinus praeesse Praepositus videtur duo petia terrae posita prope ipsam Ecclesiam ubi dicitur Bibiano infra territorium Plebis S. Gavini sito Mucillo. Actum prope iam dicta Ecclesia ubi dicitur Bibiano Iudicaria Florentina feliciter. Anno ab Incarnatione sexuagesimo post mille mense Februarii Indict. 14.

Signum † manus nominato Petroni qui hanc cartulam offersionis sicut superius legitur fieri rogavi.

Signum † manus Alberici, & Grisi, & Vberti german. filior. b. m. Lamberti rogati testes.

Signum † manus Vuinildi fil. b. m. item Vuinildi rogar. testes.

Ego Albertus Not. Scriptor post tradita complevi.

1061.

VIII.

1061. Petrus vocatus Saracino *fil. b.* m. Adami qui Boniucio fuit vocatus, concedit in empbyteusim Vuido filio b. m. Oddi & Bertae filiae b. m. Teuti iugalibus unam clausuram casae in Civitate Florentiae prope casam suae habitationis pro annuis denariis argenti 20. inter censo, & oblie: testes Petrus fil. b. m. Ioannis, & Gostantinus fil. Ioannis, & Petrus qui Brunello vocatur fil. Petri, & Bonifatius fil. Gherardi, ... Savorii Ioannes Not. scriptor: Anno 1061. 6. Kal. Augusti, Indictione 14.

1062. Petrus filius b. m. Christiani renunciat Rotiae vocatae Graffa eius germanae omne Ius super duobus petiis vinearum uno in loco Publica, altero in Bisarno, quae eidem dederat dict. eorum genitor, & pro maiore firmitate ab ea Launechild Nuscam unam de auro recepit. Anno ab Incarnatione 1062. 8. Idus Iunii, Indictione 15. Testes &c. Faoribiacqua fil. b. m. Gherardi, & Gherardus filius b. m. Petroni qui & Fusco vocatur, & Vuido fil. Petroni Iudicis. Balduinus Not. scrip.

1064. Martinus Praepositus Ecclesiae & Canonicae Domus S. Ioannis concedit in emphyteusim Ioanni, & Petro germanis, & filiis Raimbaldi petium terrae in loco Campo Senize cui a primo . . . . . qui dicitur le Cure, terra S. Anthimi, nepotum Adimari, & S. Ioannis, & fossatum, sistariorum trium ad sistarium de panis decem ad granum pro annua pensione in festivitate S. Laurentii denariorum duorum argenti ad Plebem suam tradendorum. Anno ab Incarnatione 1064. 4. Kal. Februarii, Indictione 3.

Ego Martinus Praepositus a me facto subscripsi.

Ego Rozo Archipresb. subscripsi.

Ego Gherardus Diaconus consensi & subscripsi.

1065. Martinus Praepositus, & Rozo Archipresbyter Ecclesiae S. Ioannis Baptistae de Florentia cum consensu Cano-

no-

VIII.

Tullius de Officiis
Epitoma Florii
Valturius de Re Militari
Valerius Maximus
Prima Decas, hoc est, Titi Livii.
Tertia Decas
Quarta Decas

IX.

nonicorum fratrum suorum concedit in emphyteusim Petro filio b. m. Martini, & Stanctio filio b. m. Benetandi petium terrae positae extra muros Civitatis Florentiae prope Ecclesiam S. Apollinaris pro annua pensione in festivitate S. Apollinaris argenti sex denariorum. Anno ab Incarnatione 1065. Kal. Febr. Indict. 4.

1065. Suprascripti Praepositus, & Archipresb. concedunt in emphyteusim Donato filio b. m. Lopi, & Petro filio b. m. Martini, duo petia terrarum cum casis super se positis prope dictam Ecclesiam S. Apollinaris, & ad ipsam Ecclesiam pertinentibus. Anno 1065. 13. Febr. Indict. 4.

1066. Ioannes fil. b. Bonitii vendit Adamo fil. b. m. . . . duo petia terrarum loc. dict. Hoscie, quibus confinanr terra Bulgari Comitis, Viventii de Poiolo, & filiorum b. m. Actii, & Fulchi Florentii Clerici, & loc. dict. Al Sorbo pro pretio . . . . . . de bonis denariis de Luca. Anno 1066. mense Madio, Indict. 4.

Andreas voc. Rustichelio fil. b. m. Rodulphi, Batone filius Bouini, testes.

Villielmus Notarius.

1066. Gherardus, & Petrus Not. filii b. m. Petroui offerunt Ecclesiae & Plebi S. Reparatae positae iu Civitate Florentiae, ubi Domnus Segna praeesse videtur, duo petia terrae, videlicet unam clausuram terrae, & vineae in loc. dict. Irchii cui inter alios confinat terra Lamberti fil. b. m. Gherardi, quam emerat a Teuzone fil. b. m. Arduini, & aliam petiam terrae loc. d. Fitiaccio, cui confinis Silva Alberigbi filii b. m. Ioannis, & terra filiorum Arduini, quae prius erat Grimaldi filii b. m. Ioannis, anno ab Incarnatione 1066. meuse Madio, Indict. 5.

Tendi fil. b. m. Bonacti, Ioannes fil. b. m. Rembertl, & Petrus qui, & Rosa vocatur, fil. Gherardi, testes.

Petrus Not. scriptor.

1067. Hadam vocatus Vbertus fil. b. m. Petroni promittit Ioanni filio b. m. Bertae, & Bono fil. b. m. Corbizi non alienare unam clausuram casae, terrae, & turris, positam in Civitate Florentiae prope Capitolium, & in descriptione confinium dicit, de quarta parte est ipsa Ecclesia S. Donati nisi dicti Ioannis, & Bono, & suis haeredibus pro pretio quem alii datent & 20. solidorum minus. Anno ab Inearnatione 1067. mense Martio, Indictione 6.

Ioannes fil. b. m. Leonis, Bonirio fil. b. m. Petroni Bianchi, & Ildebrandus fil. b. m. Petroni, testes.

Vuillelmus Notar. scriptor.

1070. Actio vocatus Carbone fil. b. m. Ildebrandi, & Romulus, & Ildebrandus eius filii, promittunt Florentio Clerico qui & Rusticus vocatur fil. b m. Florentii, & Burgae quae, & Bonina vocatur, iugalibus filiae b. m. Florentii Clerici, qui & Corbizo vocatus fuit, & Farulfo qui & Ioculo vocatur, & Gherardo Presbytero, & Petro germanis filiis b. m. Ioannis qui & Bonusfante fuit vocatus, & Ioanni filio b. m. Benni, non molestare sortem, & rem in i. d. Novole cum Ecclesia quam super se habet infra territorium Plebis S. Stephani de Campauli, Anno 1070. 2. Octobris, Indict. 9.

Petrus fil. b. m. Petroni qui vocatus fuit Boccalata, Rodulphus fil. Bonitii de Tercione, & Ioannes fil. b. m. Albitii de loco Moutesaesuli, testes. Rodulfus Not. scrip.

Albertus, Vuillelmus, Cunitio, Benno Notarii qui suscripserunt transumpto.

1070. Actio qui & Carbone vocatur fil. b. m. Ildebrandi vendit Faroifo vocato & Ioculo, Gherardo Presbytero, & Petro germanis filiis b. m. Ioannis vocati Bonfante, integram tertiam portionem sortis & rei cum Ecclesia quam super se habet in l. dict. Novole in territorio Plebis S. Stephani de Campauli. Actum in loco qui dicitur Pitiana Iudicaria Florentina, anno ab Incarnatione 1070. mense Octobris, Indictione nona, praesentibus dictis testibus, & eodem Notario stipulante &c.

1070. Actio vocatus Carbone quondam

Bbbbbbbbbbbbbbb

IX.

Rhetorica di Trabiſunda, hoſt eſt, Georgii Trapezuntii.
Xandra Chriſtophori, Libri ſcilicet Elegiarum Chriſtophori Landini, qui inſcribuntur Xandra, pro Alexandra.
Tullius de Amicitia
Strabo
Verrinae, M. Tullii.
Euſebius de Temporibus
Servius
Virgilius

X.

dam Ildebrandi vendit Florentio Clerico qui & Ruſtico vocatur fil. quondam Florentii, & Burgae vocatae Boninae, ingslibus filiae quondam Florentii Clerici vocati Corbizi, integram tertiam partem ſortis, & rei in l. dict. Novole cum Eccleſia quam ſuper ſe habens infra territorium Plebis S. Stephani de Campauli, Anno 1070. menſe Octobris, Indictione 9. praeſentibus ſupradd. teſtibus, & eodem Notario.

1070. Vgo fil. Vuinidi promittit Farolfo vocato Ioculo, & Gherardo Presbytero germanis filiis Ioannis vocati Bonfante, & Florentio Clerico vocato Ruſtichello filio alterius Florentii, non moleſtare caſas, caſcinas, terras, vineas, & omnes res, quae fuerunt Actii vocati Carboneelli filii quondam Ildebrandi in loco dicto Novole infra territorium. Plebis S. Stephani de Campo Pauli. Actum in Caſtello de loco Ripole territuria Florentina, Anno ab Incarnatione 1070. 5. Nonas Martii, Indictione nona.

Signo † manus Vuldi filii b. m. Carocell, & Perronii fil. b. m. Montiani, & Vuidi filii Raimberti, rogati teſtes.

Ioannes Not. ſcriptor.

1071. Martinus Presbyter filius b. m. Leonis offert Canonicae Regulari Eccleſiae, & Domus S. Ioannis Civitatis Florentiae, ubi Domnus Martinus praeerat caſas, caſcinas, terras, vineas, ſortes, & domnicatus, & omnes res, quas habet in in Comitatu Florentiae in locis de Polo, Vico, Oee, Catena, Fico, Salcero, Petriculo, Planu, Iunco, Pruno, Ragolino, Alberello, Fiearita, Alla Strata. Anno 1071. menſe Februarii, Indictione 10. &c.

Florentius quondam Brandi, & Ioannes eius filius, Florentius Ruſtichi, viventes lege Romana, & Florentius vocatus Dormiente, & Petrus filius Hamitii, teſtes. Ioannes Not. ſcriptor.

1072. Martinus Praepoſitus Canonicae Eccleſiae, & Domus S. Ioannis cum conſenſu Canonicorum fratrum ſuorum concedit in emphyteuſim Vuinitio Presbytero filio b. m. Petri Vuinitii, & Gherardo Presbytero filio b. m. Petri, terras quas obtulit dict. Canonicae Ioannes quondam Stephani poſitas in locis de Colonnata, Fulignano, & Lama, infra territorium Plebis S. Martini de Sexto pro annuis denariis 4. argenti in feſtivitate S. Zenobii, Anno ab Incarnatione 1072. 3. Nonas Octobris, Indictione 10.

Ego Martinus Praepoſitus a me facta ſubſcripſi.

Ego Rozo Archipresbyter conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Gerardo Subdiaconus, & Canonicus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Paulus Acolytus conſenſi, & ſubſcripſi.

Ego Guinizo Presbyter a me facto ſubſcripſi.

Ego Gerardo Presbyter a me facto ſubſcripſi.

Signa manuum † Ioanni fil. b. m. Stephani, & Domenico fil. Gotii, & Ioanni fil. Florentii Brandi, & Ioanni fil. Teutii Clerici, rog. teſtes.

Ego Ioannes Notarius ſcriptor poſt tradita complevi.

1074. Adam filius Ioannis vendit Ioanni filio quond. Boni zi duo petia terrarum l. d. Hoſeie, & Al Sorbo, pro ſolidis 10. Anno ab Incarnatione 1074. 6. Kalendas Iulii, Indict. 12.

Ioannes Teutii Clericus, Petrus Pagani de Groti, & Ioannes Boniti, teſtes.

Rodulphus Not. ſcriptor.

Idem Adam promittit dicto Ioanni non moleſtare ſupradicta bona, eodem anno, die & Indict. & praeſentibus dictis teſtibus, eodemque Notario ſtipulante.

1074. Vuido fil. quondam Oddi concedit

X.

Tullius de Oratore
Valerius Maximus
Iuvenalis , & Perfius
Epiftolae familiares, Ciceronis.
Statius
Silius Italicus
Iuftinus , Suetonius, & Saluftius
Terentius cum Commento

XI.

cedit in emphyteufim Azzo quondam Andreae cafam pofitam Florentiae Iuxta catam habitationis Saracini filii Bonene.

Martinus, Petrus, Bonus fil. b. m. Ioannis Villani, teftes.

Ioannes Notarius fcriptor, Anno ab Incarnat. 1074. Kal. Iulii, Indict. 13.

1075. Hamitio Presbyter, Sichelmus Bonitii, & Biviglianus Clericus fil. fuus offerunt Canonicae regulari Ecclefiae, & Domus S. Ioannis bona de Campo plano cui confinant via, terra S. Romuli, terra Ioannis, & terra Atiti Ioannis, Anno ab Incarnatione 1075. menfe Iunio, Indict. 13. Florentins quondam Ruftichi Scaciolia, & IoannesTeuti Clerici, lege viventes Romana, Ioannes filius Teuti Boni, & Barone, & Ioannes germani fillique Bufci,teftes.

Ioannes Notarius fcriptor.

1075. Petrus vocatus Eppo fil. quond. Moronis, & Moronae, & Mellorello fratres filiique Vberti concedunt in emphyteufim Actitio, & Pero fratribus filiifque quondam Andreae cafam pofitam Florentiae non longe a mercatu Portae S. Mariae pro annua penfione in egdomada Nativitatis Domini (ibi dicitur) argentum denatii inter cenfum & oblie viginti & quatuor boni, & fpendibili. Anno ab Incarnatione 1075. 4. Idus Ianuarii, Indictione 14.

1076. Rolandus quondam Petri, Gerardus filius Vuldi, & Berta uxor eius filia Petti, Benedicta filia quond. Rodulphi olim coniux Adolfi, Hugo fil. quond. dicti Adolphi, & dict. Benedictae, & Richilda coniux dict. Hugonis filia Rolandi cum confenfu patris, & virorum refpective, & in praefentia Florentii Iudicis Sacri Palatii offerunt Canonicae Regulari Ecclefiae, & Domus S. Ioannis Florentiae ubi Martinus erat Praepofitus bona de Bagnolo, & Parerno cum Ecclefia S. Martini ibidem pofita, & cum terris, & rebus ad dictam Ecclefiam pertinentibus ficut ipfi habuerunt, & per fucceffionem, fcriptum, vel quodlibet ingenium, ad eos pertinebant In territorio Plebis S. Mariae fito Pinita. Anno ab Incarnatione 1076. 8. Idus Ianuarii, Indict. 15.

Bonactus quond. Petri de Coriocle, Martinus Ioannis de Bufciano, & Farolphus Ioannis, teftes.

Ioannes Notarius fcriptor.

1077. Ildebrandus quond. Teuzi offert dict. Canonicae S. Ioannis ubi Martinus Praepofitus praeerat bona ultimo loco defcripta cum Ecclefia S. Martini praedicti, Anno ab Incarnatione 1077. 4. Nonas Aprilis, Indict. 15.

Ioannes vocatus Pagano, Vbertus de loco Trevalli fil. quond. Vuidi, & Ioannes fil. quond. Bonizi de S. Roffillo, teftes.

Ioannes Not. &c.

1077. Gerardus Comes fil. b. m. Ildebrandi qui fuit Comes offert Canonicae Regulari Ecclefiae S. Ioannis ubi Rozzo Praepofitus praeerat terriam portionem integri Caftelli, & montis, cafarum, & terrarum, quae domnicatae funt infra curtem ipfius Caftelli, atque cum integra tertia portione terrarum, & Ecclefiarum in dicta curte pofit. quod Caftellum, & res funt pofitae infra Plebem S. Ioannis fito Petriolo vel per alias Plebes, & fervos, & ancillas infra dictam curtem, & Caftellum habitantes fimiliter donat.

Petrus, & Florentius Iudices Sacri Palatii fubfcripferunt.

Gherardus Not. & Rolandus quond. Florentii Ioannis, teftes.

Ioannes Not. fcriptor, Anno 1077. pridie Kal. Martii, Indict. prim. &c. In fine Inftrumenti adnoratur quod dict. Gerardus hanc fecit donationem in defectum prolis, ideft fi filios non haberet mafculos; vel fi haberet, fine filiis mafculis decederent.

1077. Rozzo Praepofitus Canonicae Ecclefiae, & Domus S. Ioannis in prefen-

XI.

Opera Horatii
Lucanus
Propertius
Sphaera, forte Ioannis a Sacro Bosco.
Philippicae, Tullii.
Macrobius de Saturnalibus
Epistolae Tullii
Quintilianus
Sphaera.

. . . .

sentia Petri, & Florentii Iudicum Sacri Palatii, & Gerardi Notatii, & Rolandi quondam Florentii, cum consensu aliorum Canonicorum dict. Canonicae concedit Gerardo Comiti fil. quod. Ildebrandi Comitis usum fructum integrum tertiae portionis Castelli de Campiano, & aliorum quae ut supra in instrumento praecedenti dictus Gerardus donavir dictae Canonicae. Anno ab Incarnatione 1077. pridie Idus Martii, Indict. prima.

Ego Rozo S. Florentinae Ecclesiae Archipresbyter, & Canonicorum Praepositus a me facto subscripsi.

Ego Gerardus Presbyter, & Canonicus subscripsi.

Ego Petrus S. Florentinae Ecclesiae Canonicus Levita indignus consensi, & subscripsi.

Ego Bonacto S. Florentinae Ecclesiae Canonicus.

Petrus Iudex Sacri Palatii.

Ego Florentius Iudex Sacri Palatii interfui, & subscripsi.

Ego Gerardus Not. qui ibi fui, & subscripsi.

Signum † manus supradicti Rolandi qui ibi fuit.

Ego Ioannes Notarius qui ibi fui, & hoc breve scripsi.

1078. Gottefredus filius quond. Rolandi qui fuit Not. vendit Petro filio Sigi qui & Pepo vocatur petium terrae in l. d. Carrara, ubi & Poio vocatur, pro solidis 20. quod pretium confitetur recepisse pro parte d. emptoris a Dominico quond. Morentani. Anno ab Incarnat. 1078. mense Iunio, Indict. prima &c.

D. Dominicus quond. Morentani, Petrus filius Christiani qui fuit Clericus, Martinus Petri Bossei, testes.

Rodulphus Not. scripsi.

1078.

XII.

1078. Rozo Praepositus Canonicae Ecclesiae, & Domus S. Ioannis concedit in emphyteusim Bonitio quond. Stephani, & Petro eius filio unam petiam terrae positam extra muros Civitatis non longe de Pusterla, quae dicitur Vicedomui, pro annua pensione in egdomada Nativitatis Domini infrascripta, videlicet, argentum denarii, inter censum, & oblie duodecim boni, & spendibili, & una spatula de denariis tres valientes eiusdem monetae. Anno 1078. 3. Idus Septembris, Indict. 1.

Ego Rozo Archipresbyter, & Praepositus a me facto subscripsi.

Ego Petrus Presb. & Canonicus subscr.

Ego Sichelmus Presbyter, & Canonicus subscripsi.

Ego Petrus Diaconus, & Canonicus subscripsi.

Ego Petrus indignus Subdiaconus, & Canonicus subscripsi.

Signum † manuum supradicti Bonitii qui hunc libellum sicut supta legitur fieri rogavit.

Signa manuum Ioanni filii b. m. Bussi & Petri filii b. m. Atii, & Rono filii Taralei rogatus, testis.

Ego Vgo Notarius scriptor post tradita complevi.

1078. Ioannes quond. Petroni concedit in emphyteusim Ioanni quondam Buschi petiam terrae, & vineae in loco dict. Rovetia. Anno 1078. mense Martio, Ind. 2.

Ioannes quondam Ioannis, Petrus Manfridi, & Ildebrandus quond. . . test.

Vuillelmus Not. scriptor.

1079. Ioannes filius quond. Bonitii pro remedio suae, & parentum animarum offert Ecclesiae, & Oratorio quae in honore S. Crucis, & S. Nicolai posita in l. dict. Bibiano pertinent ad Ecclesiam, & Canonicam S. Reparatae Florentinae ubi

Ro-

XII.

Salustius Catilinarius
Excerpta Iustini
Diodorus Siculus
Valerius Maximus
Columella de Agricultura
Marsilius de Religione
Tullius de Finibus bonorum &c.
Livii Decas

XIII.

Rozo Archipresbyter, & Praepositus praeerat posira bona in locis de Irclt, Rivadi monte, & Cerrito infra terrirorium Plebis S. Gavini de Mucillo, Anno ab Inc. 1079. pridie Kalendas Madii, Indict. 2.

Ioannis quond. Bonitii de S. Roffillo, & Ioannes Teutii Clerici, & Perrus quond. Pagani de Grofolo, testes.

Rodulphus Not. scriptor.

1079. Florentius, & Leo germani fil. quond. Florentil, & Hugo quondam Rainerii, & Berardus quond. Vrsi renunciant Ioanni Diacono, & Canonico Canonicae, & Ecclesiae, & Domus S. Ioannis pro dicta Canonica integras rres forres & res positas in l. d. Cammorri, alia in Sala, alrera in Limite, sicut rectae fuerunt per Viralem, & Ioannem nepotes Perri Rossi, & Ioannem Viventii in praesentia Pauli quond. Ildebrandi, & Benni quond. Rainerii, e Rolandi filii Beltrami. Anno ab Incarnatione 1079. 14. Kalendas Septembris, Indict. 2. &c.

Ioannes Not. scriptor.

1079. Rozus Archipresbyrer, & Praepositus Canonicae Ecclesiae, & Domus S. Ioannis cum consensu Canonicorum fratrum suorum concedir in emphyreusim Ioanni quondam alrerius Ioannis bona l. dict. Samprugnano quae fuerunt Vuidi filii Rozi qui conductor reneatur dare pro pensione annua in egdomada Nativitatis Domini argentum denar. inter censum, & oblias sex boni, & spendibill. Anno ab Incarnatione 1079. 9. Kalendas Decembris, Indictione 3.

Ego Rozus Archipresbyter & Praepositus a me facto subscripsi.

Ego Bonactus Canonicus consensi, & subscripsi.

Ego Petrus Canonicus & indignus Diaconus consensi, & subscripsi.

Ego Perrus indignus Subdiaconus consensi, & subscripsi.

Signum † manus supradicti Ioannis qui hunc livellum sicuti supra legitur fieri rogavir.

Signa † manuum Vuidi fil. b. m. Rozi, & Pagani de Tribbio fil. b. m. Baroncelli, & Ioannis fil. Teuzi Clerici, rogati testes.

Ego Ioannes Notarius scriptor post tradita complevi.

1080. Rotio vocatus Bonofilio alterius Rozi vendit Imitiae filiae quondam Albitii vocari Pagani bona locorum de Conrrice, & Campomaiuli, in Poio de Faltona, in Forre de Perrognola, & in Iuchita, Valle maiore, Turme, e Termignano, & in Carona, pro libris 10. Anno ab Incarnatione 1080. 3. Nonas Madii, Indict. 3.

Petronus Faber filius Tendi de Geione, & Florentius filius Petri Boni, & Ioannes filius Vivenrii Gramigna, testes.

Sichelmus Not. scriptor.

1081. Rozo Praepositus Canonicae Ecclesiae, & Domus S. Ioannis cum consensu Canonicorum concedir in emphyteusim Ioanni quond. Lunirii casam extra muros Civitatis Florentiae prope Posterulam quae dicitur Vicedomui: etenim longe ab Ecclesia S. Reparatae, inter confines sunt casa dictae Canonicae quam detinet Petrus quondam Gherardi, & terra de Canonica quam detinent filii Teutii, Anno ab Incarnarione 1081. 8. Idus Madii, Indictione 4.

Ego Rozo Archipresb. & Praepositus a me facto subscripsi.

Ego Petrus Canonicus subscripsi.

Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus subscripsi.

1081. Rozo Archipresb. & Praepositus Ecclesiae, & Canonicae S. Reparatae Martyris Florentiae concedit in emphyteusim Ioanni quondam Bonitii petiam terrae positae in Civitate Florentina ad eum pedem, qui signarus est in petra posita in muro iuxta Porram S. Pancrarii, pro pensione annua in egdomada Nativitatis Domini argenti denar. decem bonos, & spen-

XIII.

Theorica, & Sphaera
Claudianus Poeta
. . . .
Tullius de Amicitia
Tullius de Officiis
Ars vetus, & nova
Commentum super Oeconomicorum &c.
Opera Ciceronis plura
Opera Ciceronis plura
Opera Ovidii omnia
Cicero de Agricultura. Fortassis Columella est, seu Palladius, aut alius rei rusticae Scriptor.

XIV.

spendibiles, Anno ab Incarnatione 1081. mense Februarii, Indictione 5.

Subscripserunt Canonici nominati.

Ioannes, & Petrus filii quon. Maginifredi, & Rolandus quon. Ioannis, testes.

Rodulphus Notarius scriptor.

1082. Rozo Archipresbyter, & Praepositus Canonicae Ecclesiae, & Domus S. Ioannis concedit in emphyteusim Ioanni quondam Rustichi nomine suo, & Ermenaldi eius germani, & Petro quon. Brandi, & Hugoni eius germano, & vice Ioannis, & Gottifredi filii Fuleardi duas petias terrarum positas prope Castellum vocatum Padule in l. d. Robagnano, cui confinant Paganus Petri, Ioannes Rotrudi, Paganus Gerardi, Roachi de Padule, filii Ioannis Bianchi: pro annua pensione in Festivitate vel Octava S. Luciae denariorum trium & unius paris pullorum portandorum ad Curtem dictae Canonicae in loc. Plotiriano. Anno ab Incarnatione 1082. 4. Kalendas Septembris, Indict. 6.

Glriffus quond. Sifredi, & Petrus vocatus Maleus filius Petri, & Guidus, test.

Ioannes Notarius scriptor.

1083. Himilia quond. Petri coniux Alberti quond. Teutii cum consensu sui viri promittit Rotio Archipresbytero Canonicae S. Reparatae non molestare bona quae ad eamdem quomodolibet pertinent: actum in loco qui vocatur Biviliano Iudicaria Florentina, Anno ab Incarnatione 1083. mense Aprilis, Indict. 7.

Gerardus quond. Petri, Azzo quond. Ioannis, & Ioannes Bonitii, testes.

Gerardus Notarius scriptor.

1083. Roto Archipresbyter, & Praepositus Ecclesiae, & Canonicae S. Ioannis, & Sanctae Reparatae concedit in em-

emphyteusim Florentio quondam Florentii petiam terrae in loc. dict. Panchae prope Arcum antiquum, & prope Suianum, & inter alios confinant filii Rustichi, filii Alditii de Marciana &c. Anno 1083. mense Iunio, Indict. 6.

Ildebrandus quond. Florentii, Petrus Porcelli, & Teuzo filius Toringhi, test.

Villielmus Not. scriptor.

1083. Vgo quond. Raimberti qui professus est natione sua lege vivere Longobardorum, & Dei amore, & pro remedio animae suae, & Rollandi quondam filii sui, offert Ecclesiae, & Domui S. Ioannis, & Canonicae B. S. Reparatae Virginis quae est dedicata in Vrbe Florentia ubi Domnus Rozio Archipresbyter & Praepositus servire videtur, integram 12. partem positam in l. dict. Viciano, infra Plebem S. Alexandri sito Iugulo cum casis &c. Actum in loco Matraiolo, territorio Florentino, Anno ab Incarnatione 1083. Idibus Octobris, Indict. 7.

Rusticus filius supradicti Vgonis, & Gerardus filius quond. Rustici, & Rainerius filius Teuzi, testes.

Teuzo Notar. scriptor.

1083. Florentius quond. Stephani, & Ioannes filius eius, promittunt Gratiano Presbytero, & Custodi Hospitalis Domus positae in Civitate Florentina iuxta Ecclesiam S. Ioannis Baptistae, non molestare terram & vineam positam in l. dict. Quarto. Anno ab Incarnatione 1083. mense Martio, Indictione 7.

Signa † manuum Albitii filio Gerardini Vicedomino, & Benedictus filius Pagani, & Petro fil. b. m. Pagani qui fuit &c. rogati, testes &c.

Ego Rodulphus Not. scriptor post tradita complevi. 1084.

XIV.

Donatus Provincialis, hoc est, Institutiones Grammaticae linguae Provincialis.
Priscianus Minor
Boethius de Consolatione
Opera Basilii
Priscianus
Opera Aristotelis plura
Vitae Plutarchi
Vitae Plutarchi

XV.

1084. Rozo Archipresbyter & Praepositus Canonicae & Ecclesiae, & Domus S. Ioannis cum voluntate Canonicorum dict. Canonicae concedit in emphyteusim Vuinitio Presbytero filio quondam Vuinizii, & Gerardo Presbyt. filio quond. Petri, & Petro filio quondam Sitii, quaedam bona posita in loc. dict. Colonnata & Fulignano quae duo Presbyteri, & Ioannes Stephani, & Rodulphus Presbytes filius Bagati, concesserant, quae sunt in territorio Plebis S. Martini sito Sexto pro annua pensione in egdomada S. Zenobii videlicet argentum denat. inter censum, & oblias quinque boni, & speudibilis, & non amplius. Actum in loco qui vocatur Colonnata, Iudicaria Florentina. Anno ab Incarnatione 1084. 8. Kalendas Aprilis, Indict. 7.

Ego Rozo Archipresb. & Praepositus a me facta subscripsi.

Ego Sichelmus Presb. & Canonicus subscripsi.

Ego Vgo Subdiaconus, & Canonicus subscripsi.

Ego Gerardus Presb. a me facta subscr.

Vualfredi quon. Fresoni testis, Petrus, & Raimbertus germani filii Andreae, testes.

1084. Rainerius D. G. S. Florentinae Ecclesiae Episcopus concedit & donat Canonicae S. Ioannis terram dictam Capiterum in territorio Plebis S. Stephani in Pane. Anno 1084. mense Aprilis, Indict. 7. cuius donationis Chartam hic ad verbum exemplabo.

Rainerius Dei gratia S. Florentinae Ecclesiae Episcopus, dilecto in Christo filio Rozoni Archipresbytero, ac Florentinae Canonicae Beatissimi Ioannis Baptistae Praeposito, suisque sucessoribus, & confratribus in eadem Canonica primitivae Ecclesiae vitam sequentibus donationis decretum in perpetuum. Pastoralis officii cura nos admonet praecipue nobis commissis piam sollicitudinem impendere eorumque necessitatibus providendo caritatis moderatione subvenire: & quia ipsa caritas non quae sua sunt, sed quae aliorum quaetentem, & ministrantem omnia omnibus se praebet, voluntarios nos ducit praelibatae Canonicae quiddam quod nimium necessarium perspeximus dotis largitione conferre; quatenus Fratres eiusdem Canonicae praesentes, & futuri Deo omnipotenti sedula meditatione legis eius incessanter valeant deservire. Pro salute itaque animae nostrae, nostrorumque praedecessorum ac subsequentium animarum requie, terram nomine Capiterum in qua fuit Silva, & nunc est stirpetum, positum in territorio Plebis S. Stephani in Pane quae ita decernitur: ab orientali parte adhaeret sibi terra filiorum Zenobii, & S. Stephani imo S. Ioannis *Baptistae* quam detinent filii *Paganuccii*, & filius Petri Iudicis, & terra nepotum Guinildi: a meridiana plaga collimitatur sibi terra filiorum Griffi, & Vgoli de S. Stephano eorumque consortum, & Rustici filii Bonatti eiusque fratuelium, & est fossa intermedium: ab occidua parte est terra Beati Ioannis Baptistae quam detinent filii Teudorici de Cintoria, & terra filiorum, & nepotum Florentii filii Martini, & Ildebrandi de Arcu, & terra quae fuit nepotum Adanaldi, & nepotum Atti: ab aquilone adhaeret ei similiter terra Beatissimi Ioannis, quae a Vicedominis, & a Guidone filio praedicti Petri Iudicis tenetur, & est in hoc latere angulosa: ipsam, & omnia quae super eam sunt, tibi Rozoni Praeposito tuisque Confratribus ad vestram vestrorumque successorum communem utilitatem damus, donamus, concedimus, largimur & in perpetuum habendo, uti per hanc decreti paginam, confirmamus, & stabilimus ita ut ad communem utilitatem

Fra-

XV.

. . . . *Virgilii*
Iuvenalis
Tragoediae Senecae
Opera Senecae plura
Plinius de Naturali Historia
Albertus Magnus

XVI.

Fratrum in eadem Canonica conviventium semper maneat, & si aliquando data vel alienata ab utilitate Fratrum fuerit in nostram nostrorumque successorum potestatem continuo recurrat. Vt vero hoc quod semel statuimus per Christi misericordiam inviolabile permaneat semper, iam nobis quam nostris successoribus potestatem auferimus praefatam donationem ipsi Canonicae Beatissimi Ioannis Baptistae non tollere; & si nos vel nostri successores (quod absit) praedictam tesram vel quae super eam sunt vobis, sive vestris successoribus abstulerimus, tunc tibi praenominato Praeposito tuisque successoribus ad portam praefatae Canonicae Beatissimi Ioannis Baptistae nomine penae 60. libras optimi argenti daturos nos obligamus. Quin etiam quicumque huius nostri Privilegii paginam temerario ausu & iniqua deliberatione vel pravo studio fregerit, tuisque ad quadragesimum diem si requisitus fuerit satisfaciendo non emendaverit vinculo excommunicationis, & anathematis alligetur, & cum Herode, & Herodiade associetur: qui vero huius nostrae concessionis ac donationis pius conservator, & integer defensor, extiterit, omnipotentis gratiam Dei, & Sanctissimi Ioannis Baptistae adiutorium, defensionem, & protectionem, habere valeat. Vt autem haec pagina nostra vera esse credatur, subscriptione manus ipsam firmare curamus &c

† Ego Rainerius S. Florentinae Ecclesiae indignus Episcopus hoc nostrae donationis decretum libens firmavi propriaque manu subscripsi.

† Ego Godefridus S. Florentinae Ecclesiae Canonicus, & indignus Perusinus Episcopus, huic decreto propria manu subscripsi.

† Ego Rozo Archipresb. & Pp. in hoc mihi facto decreto subscripsi.

† Ego Davizo Presbyter, & Canonicus libenter subscripsi.

† Ego Gerardus Praesbyter, & Canonicus consentiens subscripsi.

Ego Petrus Presbyter, & Canonicus consentiens subscripsi.

Ego Presbyter Gratianus Canonicus subscripsi.

Ego Petrus Presbyter, & Custos S. Ioannis subscripsi.

Ego Sichelmus Presbyter subscripsi.

Ego Theodaldus eiusdem Ecclesiae Canonicus, & Cantor consensi, & libens subscripsi.

Ego Ioannes Diaconus, & Canonicus subscripsi.

Ego Petrus Canonicus, & indignus Diaconus voluntarie subscripsi.

Ego Rolandus Diaconus, & Canonicus subscripsi.

Ego Petrus Diaconus subscripsi.

Ego Gerardus Subdiaconus, & Canonicus subscripsi.

Ego Ioannes Subdiaconus, & Canonicus subscripsi.

Ego Vgo Subdiaconus Florentinae Ecclesiae subscripsi.

Ego Petrus Subdiaconus feci &c.

Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus voluntarie subscripsi.

Ego Gerardus Subdiaconus subscripsi.

Ego Enricus Subdiaconus subscripsi.

Ego Bonactus Clericus, & Canonicus subscripsi.

Ego Petrus Lector, & Canonicus, subscripsi.

Ego Guido Vicedominus huic decreto consensi & subscripsi.

Ego Albizo Causidicus, & Vicedominus libens, & laudans huic decreto subscripsi.

Ego Petrus Vicedominus consensi huic decreto.

Ego Petrus S. Florentinae Ecclesiae qualiscumque Canonicus, & Levita indignus, iussu Domni Rainerii Praesulis scriptor huic decreti paginae dati atque firmati anno Dominicae Incarnationis 1084. Indictione 7. mense Aprilis libentissime subscripsi &c.

1084. Rozo Archipresb. & Praepositus Canonicae Ecclesiae & Domus S. Ioannis

XVI.

Psalmista Graecus
Vocabulista Graecus
Apollonius Graecus. Vita fortassis Apollonii Thianei a Philostrato scripta; nam Apollonii Pergei opera fuisse non censeo.
Argonautica Orphei Graece
Pollux Graece
Testamenta Nova Graece
Prima Pars libri Fontis. Nescio quid rei esse possit hic Fons Annon legendum fortassis *Fontii*, Barptolemaei, videlicet?
Secunda Pars libri Fontis
Tertia Pars libri Fontis
Plinius de Naturali Historia.

XVII.

nis concedit in emphyteusim Rodulpho quondam Alberti, & Ioanni quond. Baroncelli, & Betto quond. Voidi, & Petro quondam Ioannis, & Gerardo quond. Ioannis, & Petro quond. Lamberti, Ioanni quond. Farolfi, & Rodulpho quond. Rinaldi casas, cascinas, terras, & vineas in loc. dict. Angaula, & aliis locis, quas detinet Cunibrandus, & conductores, & consortes eorum, & quas habuit Rusticus & Lambertus filii Griffi infra territorium Plebis S. Ceciliae de Decimo pro pensione annua in festivitate S. Ioannis videlicet argentum denarii inter censum & oblias sex boni, & spendibili. Anno ab Incarnatione 1084. pridie Idus Iulii, Indict. 7.

Petrus de Arcu quon. Ioannis, Petrus filius Martini, & Petrus Ioannis Valpitii, testes.

Ioannes Not. scriptor.

1084. Giulia quond. Cantari Iudicis quae fuit coniux Adelmi quond. Morandi cum consensu Rachi, & Gerardi germanorum filiorum dicti sui viri quibus necnon, & ipsi Iuliae consensit Raccus filius eiusdem Morandi avunculus, & rector eorum, donat Grimaldo quondam Ambrosii omnes curtes, castella, terras, Ecclesias, terras, & res, & familias, quas habet in Comitatu Florentino, & Fesulano, & quae eidem evenerunt a praedicto Adelmo in locis de Padule, Sassello, & Rosignana, infra Plebem S. Cassiani sitam, iuxta Muccionem, & S. Gervasii de Vico CurtiscIano, vel infra alias Plebes. Actum in loco Padule, Iudicaria Florentina. Anno ab Incarnatione 1084. 4. Nonas Martii, Indictione 8.

Grifus quond. Sifredi, & Ildebrandus eius filius, Guido quond. Guidonis, testes.

Ioannes Notar. scriptor.

1084. Grimaldus praedict. quond. Ambrosii donat suprascriptis Racho, & Gerardo quond. Adelmi omnia in proximè praecedenti Instrumento contenta, & quae asserunt acquisivisse eadem die a dicta Giulia eorumdem Rachi, & Gerardi genitrice. Actum ut supra eodem anno, & Indict. & testibus 5. nonas Martii, & eodem Notar.

1085. Rozo Archipresb. & Praepositus Canonicae Ecclesiae, & Domus S. Ioannis concedit in emphyteusim Milo vocato Pagano filio Cosae petiam unam terrae in loc. dict. S. Crestina prope Tribunaca pro annua infrascripta pensione in festivitate S. Ioannis, videlicet argensum denarii inter censum, & oblias octo bonos, & spendibiles. Anno ab Incarnatione 1085. Idibus Martii, Indict. 9.

Florentius filius Caranci, Ioannis filius Pepigoguli, & Ioannes filius Boni de Cortepaldi, Ieratdus vocatus Baragolla testes, qui post Canonicos, & dict. Cosam genitorem dict. Mili consentientes subscripserunt.

Vgo Not. scriptor.

1085. Dominicus quond. Ioannis, & Imillia eius uxor filia Vghitii cum interrogatione Ioannis vocati Bellundi Iudicis Sacri Palatii, & consensu dicti sui viri vendunt Canonicae Regulari Ecclesiae, & Domus S. Ioannis ubi Rozo praeerat Praepositus petiam terrae dict. Nocita, cui confinant terra dictae Canonicae, & Vghitionis Comitis, & terra dicta Berenzanica, & pretium dicunt recepisse a Viventio dicto Gatta; videlicet

XVII.

Marcus Varro
Feſtus Pompeius
Mare Magnum Hiſtoriarum
Tortellius
Iunianus Vocabuliſta
Cornucopia Vocabuliſta
Catbolicon

In

ſolidos ſex. Anno ab Incarnatione 1085. 8. Kalendas Aprilis, Indict. 8.

Viventius dict. Gatra, Vgo filius Fauti, Ioannes Teurii, teſtes.

Ioannes Not. ſcriptor.

1085. Gerardus quond. Martini, & Clariria eius uxor filia Bonitii, vendunt Canonicae S. Ioannis terram in praecedenti Inſtrumenro deſcriptam. Anno ab Incarnatione 1085. 5. Idus Madii, Indict. 8. cum interrogatione D. Ioannis Iudicis ſuper libera voluntate, & conſenſu dicti ſui viri.

Ioannes Buſii filius, Talmbertus filius Rainerii de Rovezzano, Beliutius de loco Ripoli, teſtes.

Ioannes Not. ſcriptor.

1085. Ioannes Diaconus fil. quondam Pettoni profitens lege vivere Romana, vendit Florentio Clerico vocato Ruſtico quond. Florentii, & Farolſo Presbyr. quiloculi quandam raram ſortis, & rei poſitae in l. dict. Novole ubi & Colarieo vocatur, infra territorium Plebis S. Srephani. Anno ab Incarnarione 1085. menſe Iunio, Indict. 8.

Pitecus filius Gori Clerici, Petrus quond. Ioannis qui fuit Clericus, Vbertus de Velina, & Petrus quond. Florentii Paſquali, teſtes.

Rodulphus Not. ſcriptor.

1085. Rodulphus quond Segnori offert Canonicae Regulari Eccleſiae, & Domus S. Ioannis ubi Rozo Praepoſitus praeerat bona in loc. dict. Campi infra Plebem S. Stephani de Campi vel alias Plebes. Anno 1085. 11. Kalendas Auguſti, Indict. 8.

Bonni quond. Tegrini de loco Turri, Florentius Ioannis Dominichi, & Angilellus quond. Martini, teſtes.

Ioannes Not. ſcriptor.

1085. Berta quond. Rolandi quae fuit coniux Pimmi vocat. Signorelli quon. Tacti cum conſenſu Rodulphi eius, & d. quondam Pimmi filii, & Munduaidi pro anima ſua, & dicti ſui viri, filiorum, & Et-

Ermingardae coniugis dicti Rodulphi offert Eccleſiae, & Canonicae S. Ioannis, ubi Rozo Archipresb. praeerat, bona in l. dict. Campi infra Plebem S. Srephani de Campi. Actum in loco vocato Monteeorboli, territorio Florentino, anno ab Inc. 1085. 9. Auguſti, Indict. 8.

Gerardus quond. Petri, & Rambertus quond. Vgonis, & Petrus quondam Baronis, teſtes.

Lambertus Notar. ſcriptor.

1087. Raecus quond. Morandi, & Ava uxor eius filia quond. Guidi interrogata prius ab Vgone Iudice de ſua libera volunrate donant ſive confirmant Vgoni, & Drudo germanis eorum filiis, curtes, caſtella, caſas, caſcinas, terras, vineas, ſortes, & domnicata &c. quae habent in Comitatu Florentino, & Feſulano, & Faventino, in locis de Palude, Roſignana, Cariola, Pupellano, Raſciame, & Butronico, exceptis his quae dict. Raecus aſſerit dediſſe Vgoni quond. Guidi. Actum in loco dicto Abiete Iudicaria Faventina. Anno ab Incarnatione 1087. tertio nonas Ianuarii, Indict. 11.

Petrus, & Vgo quond. Brandi, Guido quond. Ioannis, & Brandi, & Galileae, & Guidi quond. Drudi, teſtes.

Ioannes Notar. ſetiprot.

1087. Raecus praedict. quon. Morandi emancipat dict. Vgonem, & Drudum in praeſentia Vgonis Iudicis, Vgonis Vicecomitis filii quond. Guidi Cinamelli Cauſidici, Guidi quond. Drudi, Ioannis quon. Ruſtici, Vgonis, & Petri filiorum quon. Brandi, Guidi quon. Ioannis, Brandi quon. Giſiae, Arduini Ioannis, Alberti quond. Dominichi de Guilierino, & aliorum. Actum in l. dict. Abite, anno ab Incarnat. 1087. 3. nonas Ianuarii, Indict. 11.

Ioannes Notar. ſcriptor.

1087. Florentius Clericus vocatus Ruſticus filius quond. Florentii profitens Lege vivere Romana, pro remedio animae ſuae, & quond. Ioannis filii ſui, & quon. Boniuae ſuae uxoris, offert Eccleſiae, & Ca-

In ſecundo autem aſſere libri inſequentes recenſentur:

I.

Decretum Gratiani
Decretum
Decretales
Hoſtienſis
Innocentius
Sextus Decretalium liber.

II.

Canonicae S. Ioanni Baptiſtae, & S. Reparatae Virginis quae ſunt poſitae in Civitate Florentiae, ubi Rozo Archipresb. & Praepoſitus praeerat, integram ſuam portionem Eccleſiae, & Oratorii S. Andreae, poſitam in loco, qui dicitur Novolae, cum integris caſis, caſcinis, terris, vineis, ſortis, & domnicatis, & omnibus rebus ad eandem Eccleſiam pertinentibus infra territorium Plebis S. Stephani ſito Campopaoli. Actum prope Civitatem Florentiae, anno ab Incarnat. 1087. 8. Idus Aprilis, Indict. 10.

Martinus, & Ioannes filii quon. Ioannis, qui fuit Clericus, Ioannes quon. Gherardi, & Ildebrandus quondam Grimaldi, teſtes.

Rodulphus Notar. ſcriptor.

1087. Petrus, & Ioannes filii quond. Petroni qui & Pepo fuit vocatus in caſa Eccleſiae Monaſterii S. Mariae in praeſentia Ioannis quond. Gotrefredi qui fuit Iudex, & Ioannis quond. Amizi, & Fante quond. Pagani, & Bonfantini quond. . . . & Ildebrandi quond. Petri qui fuit vocatus Marmoraio, & Ruſtichelli quondam Petri inveſtiunt, & in proprietatem tradunt Florentio quondam Petroni petium terrae, & vineae in l. d. Campo Barbati, non longe a l. dict. Campo Iudi. Anno ab Incarnatione 1087. 7. Kalendas Septembris, Indict. 10.

Rodulphus Notar.

1087. Rozio Archipresb. & Praepoſitus Eccleſiae, & Canonicae S. Reparatae, & Sancti Ioannis Baptiſtae cum conſenſu Canonicorum fratrum ſuorum concedit in emphyteuſim Viventio quond. Donati, & Bertae eius coniugi filiae Ioannis, clauſuram caſae &c. in Civitate Florentiae prope caſam filiorum Ioannis Burri. Anno 1087. poſt Ridolphum ſubſcripſerunt infraſcripti.

Petrus Presbyter & Canonicus, Rolandus Canonicus & Diaconus, Petrus Canonicus & Diaconus, Enricus Canonicus & Subdiaconus, Ioannes, & Bonacoſa filii quond. Petri, Belluntio Martini qui fuit de Godoni, teſtes.

Rodulphus Not. ſcriptor.

1087. Lambertus, & Vuido quond. Farolfi in praeſentia Bernardi quond. Amitii, Ioannis Teutii, Marmoraphi, & Ioannis filii Bonatti, Vgonis filii Vuillani de loco dict. Campiano inveſtiunt Ioannem Diaconum & Canonicum Eccleſiae, & Canonicae S. Reparatae pro dict. Canonica, de petio terrae de l. dict. Biviglia no ubi, & prato vocatur, cui inter alias adhaeret terra Ragimberti fil. Lamberti. Anno ab Incarnat. 1087. menſe Decembris, Indict. 11.

Infraſcripta Inſtrumenta fuerunt temporibus illis exemplata coniunctim abſque temporum ordine, ego vero ordinem in dictis ſervabo.

1088. Matildas quond. Adelmi coniux Ildebrandi filii Caruntii, interrogata prius ab Alberto Iudice Sacri Palatii de libera eius voluntate donat Racco, & Gherardo eius germanis filii, dict. Adelmi curtes, caſtella, caſas, territoria, & res quae eidem evenerunt ab Ardicione eius germano, & a ſupradicto eius genitore, poſita in locis de Padule, Roſignana, & in Civitate Epiſcopatus Feſole, & in Civitate Florentia, vel per alia loca. Actum in loco Barbarino, Iudicaria Florentina, Anno ab Incarnatione 1088. 10. Kalendas Februarii, Indict. 12.

Gerardus quond. Ildebrandi, & Gnido quond. Ioannis, & Actius quondam Vghi, teſtes.

1088. Vgo quond. Guidi, & Adalaſcia eius uxor filia quond. Saxi profitentes Lege vivere Romana, donant Vgoni, & Drudo, filiis Racchi petiam terrae quam eis donavit dict. Racchus genitor eorum, poſitam in Civitate Florentiae, cui confinant Claſſare, terra S. Michaelis, & terra S. Reparatae. Actum in loco Linare, Iudicaria Faventina, anno ab In-

II.

Decretales
Clementinae
Clementinae
Sextus Decretalium
Archidiaconus
Abbas super IIII *Decretalium*

III.

Incarnatione 1088. 7. Kalendas Aprilis, Indict. 11.

Guidus quond. Drudi, Isnardus Petri, Petrus quond. Iocci, Petrus Andreae, & Martinus eius filius, testes.

Ioannes Not. scriptor.

1088. Matilda praedicta promittit dict. suis fratribus non molestare suprascripta bona sub eadem die, & anno &c.

Suprascripta septem Instrumenta sunt unico contextu non tamen suprascripto ordine exemplata, & subscripta a Ioanne Iudice Sacri Palatii, Ioanne Notar. Petro Iudice D. Regis, & a Ioanne Not.

1088. Vgo quond. Ioannis pro remedio animae suae, & Gualfredi offert Ecclesiae, & Canonicae S. Reparatae medietatem rerum suarum posit. in l. dict. Viciano sicut dicta terra recta fuit per Iudo quond. Rentil, & hodie regitur per Ildebrandum quond. Enrichi infra territorium Plebis S. Alexandri de Iugulo. Actum in Castro de Monteficalli, territorio Florentino, anno ab Incarnatione 1088. Iunio mense, Indict. 11.

Sichelmus quond. Rodulphi, & Vgoni quond. Corbi, & Tedesco de Monte Aguto fil. quond. Graffi, testes.

Teutius Not. scriptor.

1088. Eppus quond. Moroni donat Guidoni eius filio quoddam petium terrae positum in villa de Rovezzano cui adhaerent terra Zenobii filii Pagani, Bonaldi, & Vgonis fil. Saffetti, Ioannis Buscioli, & filiorum Rainerii Albizi, Teuzoni Iudicis, anno ab Incarnatione 1088. Kal. Octobris, Indict. 12.

Lambertus Not. vice Teuzonis Iudicis Sacri Palatii ab eo rogatus subscripsit, & confirmat, Ioannes Guittoni, & Ioannes Rustichi, testes.

Lambertus Not.

1089. Camerinus quondam Petri, & Gasdia uxor eius filia quondam Petri Russi donant Angelichae quond. Ioannis petium terrae l. d. Casciolla non longe ab Ecclesia, & Plebe S. Stephani in Pane. Anno ab Incarnatione 1089. 13. Kalendas Maii, Indict. 12. &c.

Teuzus filius Toringhi, & Petrus de Pisciana, & Petrus filius Ioannis, & Ioannes filius eius, & Vgo, Baldus, & Rainerius filii Pagani, testes.

Lambertus Notar.

1089. Gerardus Presbyt. profitens Lege vivere Romana offert Ecclesiae, & Canonicae S. Zenobii, & S. Reparatae tres perias terrarum de Colonnata sextariorum 10. de panibus 10. pro quolibet, in locis de Prunalbo vel Camporella, quibus adhaeret terra filiorum Averardi, Fusci, Guidi, filiorum Davizini, nepotum Carocci, S. Romuli, S. Ioannis, filiorum & nepotum Guinildi, filiorum Amuli de Rivo, filiorum Amuli Colonnati, filiorum & nepotum Rodulphi, & Azi, filiorum Albizi Rolandi filii Ghizzi de Vicedomini, filiorum Aczi Carocci. Anno ab Incarn. 1089. Kal. Iulii, Indict. 12.

Semonellus Rustichi, Sichelmus Rustichi, Florentius Ioannis, & Gulielmus & Petrus filii Alberti, testes.

Lambertus Notar.

1089. Rozo Archipresb. & Praepositus Canonicae Ecclesiae, & Domus S. Ioannis concedit in emphyteusim Gherardo Presbytero medietatem suprascriptorum bonorum ab eodem eadem die donatorum dict. Canonicae: videlicet de Colonnata, Camporella, & alla Fonte in Padule, & alteram medietatem.

Petro quond. Alberti &c. dictis testibus, & Notar.

1090. Bonus Ioannes quon. Ildebrandi Pici, & Roza eius uxor vocata Blancula, filia quon. Petroni lege ex natione sua vivens Longobardorum, sed propter coniunctionem dicti sui viri lege ambo viventes Romana, vendunt, & tradunt Teuzoni Iudici Sacri Palatii, iura, & dominium medietatis casae in Civitatae Florentiae prope Capitolium cui &c. via, terra, & casa filiorum Bonciani, terra, & casa filiorum Rossi &c. pro solidis 60. bonorum denariorum Lucensium, anno ab Incarnatione 1090. 3. Kalendas Aprilis, In-

III.

Novella Ioannis
Archidiaconus
Recollectae Domini Recuperi
Lectura Domini Ioannis
Recollectae super Decretales
Repertorium per Alphabetum

IV.

Indict. 13. testib. Petro Porcelli, Ioanne Rodulphi, Pugnicore Petri Dominichi, & Angelo Vbertelli Diluti.

Lambertus Notar.

1090. Zenobius quond. Pagani de Rovizano concedit in emphyteusim Tuuxori Iudici Sacri Palatii filio Eppi (hunc Eppum existimo filium Motoni nominatum in ultimo instrumento anno 1088.) septimam portionem petii terrae de Rovizano l. dict. Gualpertoli, cui adhaeret terra Eppi patris dict. conductoris, Zenobii Pagani de Burgo extra Portam S. Petri Maioris, filiorum Gisoli &c. pro annua pensione in egdomada Nativitatis Domini, ad casam dict. locatoris in d. loc. de Rovezano, vel Florentiae denarii unius boni, & spendibilis, inter censum, & oblias. Anno ab Incarnatione 1090. 14. Maii, Indict. 13.

Bernardus filius Baroni de Vadolungo, Ioannes Peccatori, Petrus filius Petri Russi, testes.

Lambertus Notar.

1094. D. Rozzo Archipresb. & Praepositus Ecclesiae, & Canonicae S. Ioannis, & Sanctae Reparatae, cum consensu D. Rainerii Episcopi Florentini, & Canonicorum, commutat duas petias terrae positas in l. dict. All' Arcora, & in loc. dict. Campo Iudicum, cum Petro Praeposito Ecclesiae, & Canonicae S. Laurentii extra muros Civitatis, qui Petrus in permutationem cum consensu dicti Episcopi & suorum Canonicorum dedit petiam terrae in loc. dict. Campo Randi. Actum in Florentia infra Palatium Domus S. Ioannis, anno ab Incarnatione 1094. Idibus Martii, Indict. tertia.

† Ego Rainerius S. Florentinae Ecclesiae indignus Episcopus consentiens subscripsi.

† Ego Rozo Archipresb. & Praepositus a me facto subscripsi.

† Ego Gerardus Presbyter, & Canonicus consentiens subscripsi.

† Ego Teuzo indignus Presbyter & Canonicus consensi, & subscripsi.

† Ego Rolandus Canonicus, & Presbyter consensi, & subscripsi.

† Ego Ioannes Diaconus S. Florentinae Ecclesiae, & Canonicus consensi, & subscripsi.

† Ego Petrus Levita, & Canonicus S. Ioannis consensi, & subscripsi.

† Ego Paulus Canonicus interfui, & manu subscripsi.

Ego Gualfredus Canonicus, & Subdiaconus consensi, & subscripsi.

† Ego Petrus Ecclesiae Beatissimi Laurentii Praepositus ac Levita indignus a me facto subscripsi.

† Ego Vbertus Presb. & Canonicus S. Laurentii consensi, & subscripsi.

† Ego Vuidus Canonicus S. Laurentii filius Bonfilii huic scripto consensi, & subscripsi.

† Ego Ioannes Subdiaconus, & Canonicus S. Laurentii consensi, & subscripsi.

† Ego Teodaldus Cantor laudans subscripsi.

† Ego Gratianus Presbyter, & Canonicus consensi, & subscripsi.

† Ego Ioannes Presbyter, & Canonicus consensi, & subscripsi.

† Ego Sicelmus Presbyter, & Canonicus consensi, & subscripsi.

Ego Ioannes Diaconus dict. Vicedominus, & Canonicus consensi, & subscr.

† Ego Rodulphus Diaconus, & Canonicus S. Ioannis interfui, & laudans subscripsi.

† Ego Henricus Canonicus, & Subdiaconus S. Ioannis interfui, & laudans subscripsi.

† Ego Gerardus Subdiaconus, & amator Canonum consensi, & subscripsi.

† Ego Vgo Subdiaconus, & Canonicus consensi, & subscripsi.

† Ego Ioannes Presb. & Canonicus S. Laurentii, subscripsi.

† Ego Petrus Subdiaconus, & Canonicus Ecclesiae Sancti Laurentii consensi, & subscripsi.

† Ego Teuzo Acolytus, & Canonicus S. Laurentii consensi, & subscripsi.

Eeeeeeeeeeeeeee Ego

IV.

Speculum
Recollectae Domini Antonii de Budrio
Additiones Ioannis Andreae
Pars Bodriae Britanni
Novella
Speculum

V.

Ego Ildebrandus rogatus testis, & subscripsi.

Signa manuum Petri, & Guidi fil. Bonsomi, & Petri filii Gbemmi, & Belundi filii Ioannis Techlae, & Petri filii Vrsoli, & Brunelli filii Ianniculi, rogati testes &c.

. Ego Lambertus Not. huic cartulae commutationis post traditionem imposui completionem.

1097. Bonito q. Guidonis Presbyteri Bonizi cedit Rozoni Archipresb. & Praeposito Canonicae Sancti Ioannis bona posita in curte de Campiano & in locis de Lavadello, Pezalunga, Labeliana, Molino Vetero alia Feata, in Casaio, Quercito, Montebicaio, Lame, Colle Morelli &c. infra Plebem S. Ioannis in Praetorio &c. Actum in Capitulo Ecclesiae, & Canonicae Regularis Domus Sancti Ioannis, & Ecclesiae Sanctae Reparatae. Anno ab Incarnatione 1097. 13. Kalandas Novembris, Indict. 6. &c. In praesentia Rolandi filii Ildebrandi de Campiano, Vbertelli filii Geraldi Guidi, Ildebrandi filii Bonaccosae & Ioannis filii Brictoli, testium &c.

Ioannes Notar.

1097. Martinus quond. Teuzonis Bove concedit Mincolo germano suo omne ius eidem competens super duobus petiis terrae positis altero a Misciano, altero vero Alepoira, cui inter alios confinant Vguccione Comes, Sanctus Ioannes, & Vgo Paganelli. Actum Florentiae in casa filiorum Ioannis Maginfradi in praesentia Petri vocati Malivello, Niccole filii Ioannis Scutarii, & Petri filii Ventrilii. Anno Incarnationis 1097. 5. Kalendas Novembris, Indict. 6.

Ioannes Not. &c.

1098. Bernardus Clericus & Archidiaconus filii quond. Bernardi concedit in emphyteusim Teuzoni Iudici Sacri Palatii filio quond. Eppi bona posita in Cersino cum obligatione annualiter in festivitate S. Ioannis monstrandi, & non dandi nomine pensionis inter censum, & oblias denarios Lucenses 12. Anno Incarnationis 1098. 9. Kalendas Septembris, Indict. 6.

Petrus filius Luctii, Donatus filius Patri, Ioannes Lunitii, Vgo Presbyteri Petri, Brunellus Bondii, testes &c.

Ioannes Notar.

1098. Guido Comes filius Guidonis Comitis finem facit, & investit Gerardum Archipresb. Sanctae Reparatae sitae Florentiae, nomine dict. Ecclesiae, de casis, casinis, terris, vineis, sortis, domnicatis, & rebus, & curte, & Castello, & Ecclesia quae vocatur Sancta Maria de loco Campiano, sicut Gerardus Comes olim chartulam fecit a praedicta Ecclesia, & albergheria da Plorano. Actum in loco Caspiano, anno ab Incarnatione 1098. mense Ianuario, Indict. 7. testibus Vgone quond. Federighi, Vbaldino filio Bastorii, Gerardo quond. Vgonis, Bonfantin o quon. Pagani de loco Florantiae, Vgone filio Viliani, & Rolando filio Vualberti, &c.

Iugo Iudex Not.

1099. Guido quond. Bonifatii renunciat in manibus Guidonis Comitis omnibus terris, quas in feudum a dicto Guidone Comite habebat in curte de Campiano, 1099. 6. Nonas Martii, Indict. 8. & Guido Comes investit Actonem Presbyter. & Vgonem, & Rodulphum Diaconos, & Canonicos Ecclesiae S. Repararae, cuius Instrumenti tenor est qui sequitur:

Cum in Dei nomina in Civitate Florentiae, in Palatio Domus Sancti Ioannis, in iudicio resideret Domina Matilda D. G. Dux, & Marchionissa, residentibus cum ea Vuidone Comite filio b. m. Vuidonis, & Arderico, & Vbaldo, & Teuzone, & Beniamino Iudicibus; & Bellincione, & Ildebrando, & Donato Causidicis; & Sichelmo, & Lamberto Notariis; & stantibus cum eis Sichelmo filio Adaloire, & Gerardo filio bonae m. Donati, & Gerardo Caponsacco, & Bonfantino, & Ioanne filiis b. m. Rolandi, & Rolando filio Gualberti, & Guittone, & Ildebrando nepotibus Iochi, & Gerardo Castaldio

V.

Decretales
Iohannes de Lignano
Allegationes Lapi
Recollectae Domini Antonii &c.
Recollectae Domini Antonii &c.
Decisiones novae Rotae
Decisiones Aegidii &c. de Bellamira

VI.

bolini, & terras, & vineas ad Arcum positas. Anno Incarnationis 1182. pridie Kalendas Augusti, Indict. 12. Actum inter Arcora in praesentia Donosdei filii Azonis, & Opizini filii Bernardini Feuci, & Riccomanni filii Bellini, & Vgiccionis filii Buiardi, & Palmieri filii Niccoli testium &c.

Galirius Iudex, & Notar.

1208. Martellinus Mugnaius vir Buonedonnae promittit Domino Clanno Praeposito Sanctae Reparatae Maioris Florentinae Ecclesiae, in perpetuum cum tota sua familia residere super resedium praedictae Canonicae posit. a Sala prope Ecclesiam Sancti Bartholomei de Cintoia, cui a primo via, a secundo Iacobi Cavalcantis, & Dietisalvi, a tertio, & quarto Guerruzzi, & Massariae Repuschi, cum quibusdam pactis, Anno ab Incarnatione 1208. 6. Kalendas Martii, Indict. 12. in praesentia Renaldi, & Boninsegnae filior. Paganelli de Cintoria, & Orlandi filii Peroni, & Guglielmini filii Boloni test.

Diomidiede Iudex, & Notar.

1208. Clannus Praepositus Ecclesiae S. Reparatae Maioris Canonicae Florentiae, locat Guido filio Berignani petium terrae de Calenzano, prope Fontem de Gramigno; confinant Biffoli quond. Vinciguerrae, & Piscis quond. Bellondini &c. Anno Incarnationis 1208. 7. Kalendas Aprilis, Indict. 7. Testes sunt Baracterius filius Ingemmari, & Guidus olim Lei, & Bernardinus Gerandoli &c.

Biffolus Iudex, & Notar.

1210. Infrascripti Praepositus, & Canonici Florentini promittunt observantiam consuetudinum iurium eorum, scilicet in electione, & institutionibus Canonicorum, & Praepositi, & aliorum Clericorum, &c. In Officiis cum Domino Episcopo celebrandis, & Consecrationibus Ecclesiarum, & Ordinationibus Clericorum, & Repraesentationibus Praelatorum, & oblationibus Ecclesiarum Sancti Ioannis, & Sanctae Reparatae, & praecipue super facto Boninsegnae Canonici S. Petri in Scradi, quem Episcopus Florentinus contra ius, & consuetudinem in Canonicum Florentinum elegit, & cuiuslibet alterius, qui praeter assensum eorum eligeretur &c. In comestionibus, quas ab Episcopo consequi consueverunt, qui sibi ministrant in solemnibus Missis &c. & in paramentis Episcopi, quae praedicti Canonici tunc consueverunt induere; & in comestionibus, quas eis, & eorum familiae dare consuevit Episcopus in die Nativitatis Domini, in die Sancti Vincentii, & in die Resurrectionis, & Coenae Domini in mandato quod eo die facere consuevit, & in 12. libris cerae, & florenis, quos eo die eis dare consuevit &c. In alienationibus rerum Episcopi, & in cognitionibus causarum, quae fuerint coram Episcopo, & in excommunicationibus, & suspensionibus, & interdictis; absolutionibus, destitutionibus, & institutionibus Clericorum &c. Anno Incarnationis 1210. Kalendis Iunii, Indict. 13. praesentibus testibus Baractieri filio Ingemmari, Guglielmino filio Bononis, & Bonagiunta filio Albertoli &c.

Clannus Praepositus Florentinus.

Donus Florentinus Archipresbyter.

Ildebrandus Florentinus Canonicus, & S. Laurentii Prior.

Vgo Florentinus Canonicus.

P. Anghinettus Canonicus.

P. Bonus Florentinus Canonicus, & Sancti Stephani Prior.

Rainerius Canonicus, & Diaconus Ecclesiae Florentinae.

Gentilis Florentinus Canonicus.

Turpinus Subdiaconus Canonicus Florentinus.

Caroccius Iudex, & Notar. Bartolus Iudex, & Notarius.

Bencivennis Trombetti de Loscano D. Frederici Imperatoris Iud. ord. & Not.

1210. Quaedam appellatio a facto Episcopi ad Apostolicam Sedem, Canonicorum Ecclesiae Florentinae. In Dei Nomi-

etiam Canonicus plurimis eam voluminibus auxit; in qua Epiſtolae quoque D. *Paulli* Apoſtoli eſſe debuerunt, a *Marſilio Ficini* F. Canonico Commentariis illuſtratae. Sed Aeditui ipſi Eccleſiae Sanctae *Mariae Floridae* anno MDCLVII. xxxv. codices a ſe

emtos,

mine. Amen. Ego Henricus Procurator Praepoſiti, & Capituli Florentini, pro eis, & Eccleſia Florentina, vos, Domine Ioannes Epiſcope Florentine, ad Apoſtolicam Sedem appello, ne aliquod gravamen Praepoſito, & Canonicis, aut Eccleſiae Florentinae, vel Presbytero lide Sancti Thomae inferatis, occaſione electionis, ſeu inſtitutionis, quam de ipſo fecerunt, in Eccleſia Florentina, vel occaſionie Plebis ſuae de Signa, quam ad eos, & ad Eccleſiam Florentinam pleno lure dico per conceſſiones Florentinorum Epiſcoporum, & privilegia Summorum Pontificum, pertinere, & per conſuetudinem etiam hactenus obſervatam. Item eodem modo appello, ne ſi contigerit Plebanum, & Clericos ſeu familiares dictae Plebis vobis procurationem denegare, Praepoſito, vel Canonicis vel ipſis, vel Eccleſiis ſuis, ant Clericis, & Eccleſiis ipſius Plebis, gravamen aliquod inferatis, quia credo enm, & eas, & Canonicos pro ipſa, & ipſis immunes a tali praeſtatione; & dico eam Plebem, & ipſas Eccleſias Plebei, nulla ratione vobis ſubeſſe, & propter haec omnia vos ad Sedem Apoſtolicam appello. Item eodem modo appello, ne aliquam conſecrationem Eccleſiae, vel Altaris, vel Clericorum ordinationem, ſeu Praelatorum confirmationem, ſine ipſis faciatis, vel fieri faciatis, aut abſque illis aliquam cauſam audiatis, vel diffiniatis, ſeu alicui privilegium concedatis, vel conceſſum imminuatis, ſive aliquem eis irrequiſitis excommunicetis, ſuſpendatis, interdicatis, vel etiam abſolvatis. Item eodem modo appello, ne aliquod gravamen inferatis eis vel ſuis eo praetextu quia in ſuis, & aliis, Eccleſiis divina circa maiores Miſſas, & Proceſſiones, vel alia officia, ſecundum antiquam Eccleſiae Florentinae conſuetudinem celebrent, vel celebrare velint, & ne ſuper praedictis eos ullo modo impediatis, aut impedire faciatis. Praeterea, eodem modo appello, ne in aliquem ipſorum vel fautorum ſuorum, aut Eccleſias ſuas, excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiam promulgetis, niſi pro manifeſto exceſſu, & canonica monitione praemiſſa, donec duraverit inter vos & eos diſcordia pro facto Boninſegnae; & proteſtor, quod ſi in aliquo deliquerint, ſemper parati erunt prius quam contra

eos

eos legitime quantum fuerit probatum, de ipſo congrue ſatisfacere, & competentem poenam recipere, & licet alias per privilegia Summorum Pontificum ſub protectione ſint Apoſtolicae Sedis, nihilominus tamen ſuper his ſe, & Eccleſias ſuas ſupponunt ſub eadem protectione, & appellatione, & omnes ſuos adiutores, qui ſua audiverint vel audient officia, pro quibus appello praedicto modo, ne ipſis ob hoc gravamen aliquod inferatis. Item praedicto modo appello ne ipſis gravamen aliquod inferatis ſuper oblationibus Eccleſiarum ſuarum eo praetextu, quod eas colligant, & praeſertim de his, quae offeruntur in feſto Sancti Philippi, & aliis oblationibus Sancti Ioannis, quia omnes dico ad eos pertinere. Appello contra praedicto modo, ne occaſione alicuius conſtitutionis, quam iam fecerint, vel facturi ſint in Eccleſia ſua, ipſis gravamen aliquod inferatis &c. Facta eſt haec appellatio in Palatio dicti Domini Epiſcopi, anno Dominicae Incarnationis 1210. 3. Idus Iunii, Indict. 13. Praeſentibus teſtibus Buono filio Gherardini Pectinai, & Bulgherino filio Paltonieri, & Vberto Vicedomino, & Lucteri filio Ciaritiri &c.

Ego Guglielmus Iudex, & Notarius praedictae appellationi rogatus interfui, & ut ſupra legitur rogatus ſcripſi, & complevi.

1213. Albertus, & Remuccius fratres & filii quond. Curbirulli de Campiano iurant fidelitatem Domino Chianni Praepoſito Florentino, & vaſſallagium recognoſcunt, anno Incarnationis 1213. 7. Idus Maii, Indictione 12. &c. teſtibus Gianni Giroldi, Vincta fil. Martini de Campi, & Bencivenni filio Priori, &c.

Felix Iud. & Notar.

1213. P. Bonaiutus Rector Eccleſiae & Capituli S. Laurentii de Collina, pro reſolvendo debito cum filio Iacopini de Sala, vendit M. Dono Archipresbytero Florentino, & ſucceſſoribus vice, & pro luminaribus Altarium BB. Matthaei, & Lucae Evangeliſtarum, & Beatiſſimi Zenobii, duas petias terrae poſitas in Collina prope dictam Eccleſiam Sancti Laurentii: confinant viae, & Camalduienſes, quibus conſenſum praeſtiterunt Bondelmonte fil. Tegghiai pro ſe, & fratre ſuo,

Iiiiiiiiiiiiiii &

emtos, quorum XXIX. de Ethica agebant, VI. historici erant, in eamdem Bibliothecam intulerunt. Et profecto Aeditui illi cordi habuerunt summo opere, ut haec Bibliotheca libris omnimodis ditaretur; nam anno MCCCCLI. decrevere, ut libri illius in dics

& Berlingerius Iacobi, Patroni supradictae Ecclesiae Sancti Laurentii, & Adimaringhus filius Cocchi, Sinibaldus filius Belli, Ardoccius filius Bencivenni, & Orlandinus, Parochiani dictae Ecclesiae Sancti Laurentii. Anno Incarnationis 1213. Nonis Septembris Indict. 1. & deinde 7. Idus Septembris eadem Indict. Rursus Fornai, & Lottheringus filius Iacobi pro se, & fratre suo absente qui est in Apulia, ratificant, & consentiunt pro ut fecerant supradicti Bondelmonte pro se, & fratre, & Berlingherius &c. Brunus Rector Ecclesiae Sancti Laurentii de Collina consensit alienationi dicti sui antecessoris, P. Rusticus, & P. Aghinettus Canonici Florentini, Albertinus filius Burnetti, & Cambius Tiniosi testes in primo actu &c. Gerardinus Peruzzi, & Vgo de Collina, testes in secundo actu &c. Presbyter C. Sanctae Mariae in Pineto Plebanus interfuit, & consensit &c. Albertus Bonus de Passignano, & Ioannes Galitii, Notarii, & Iudices ordinarii subscribunt &c.

1213. M. Donus Archipresbyter Florentinus locat ad affictum perpetuum Presbytero Bonaiuto Rectori Ecclesiae, & Capituli Sancti Laurentii de Collina pro se, & successoribus, duo petia terrae, ut in proximo Instrumento, ab eo empta pro duobus urceis boni olei de sexdecim libris ad mensuram Florentinam, in die Sancti Ioannis Evangelistae sic dividendis: unum urceum pro luminaribus Altaris Sancti Matthaei, & unam mezzinam pro luminaribus Altaris Sancti Zenobii, & aliam mezzinam pro Altari Sancti Lucae Evangelistae. Anno 1213. 7. Idus Septembris, Indict. 1. In praesentia P. Ildebrandi Bilioeti fil. Bianchi, & Adimaringhi filii Cocchi testium &c. P. Brunus Rector Ecclesiae Sancti Laurentii de Collina consensit, Presb. Ecclesiae Sanctae Mariae in Pineto Plabanus consensit &c.

Albertus Iudex, & Ioannes Galitii Iudices, & Notarii.

1214. Marcellus filius olim Machetti, Donatus quond. Rugierti, Guido filius Vgolini, Vbaldinus filius Baroncii, & Matnolphus filius Azai Rossi, Conversi Hospitalis Sancti Ioannis Evangelistae Florentiae, prope Ecclesiam Maiorem, & fideles servitores peregrinorum, & pauperum apud dictum Hospitale degentium, recognoscunt Sigardum filium Broccardii pro idoneo Hospitalario, & ipsi facultatem tribuunt negocia dicti Hospitalis gerendi, & procedendi ut Hospitalarius, & praecipue in causa, quam habet cum Capitulo, Canonicis, & Praeposito Ecclesiae Florentinae. Anno Incarnationis 1214. 3. Kalendas Iulii, Indict. 2. &c. Buonavia quond. Petri Grassi, Ildebrandino Villanutii, Boninconto filio Orlandini, & Rusticutio filio Rustichi, testibus.

Felix, & Gontaldus Iudices, & Notarii subscribunt.

1214. Albizus, & Ioannes fratres, & filii olim Simonis renunciant, & concedunt Domino Clanno Praeposito Canonicae, & Ecclesiae Sanctae Reparatae Florentiae pro toto Capitulo petium terrae, & rei positum infra Parochiam Sancti Petri de Sulicciano. Anno Incarnationis 1214. 6. Kalendas Septembris, Indict. 2. in praesentia Fortis filii Tedaldini, & Orlandini filii Paganelli, & Petruccoli & Dietisalvi filiorum Perosceli, testium &c. Deinde subscribunt Oderigus ordinarius Iudex Domini Imperatoris Henrici, & Spinellus Spadarius Iudex ordinarius Domini Henrici Imperatoris, & Philippus Domini Henrici Imperatoris Iudex & Notarius, & Boninsegna Consilii Octonis quarti Romani Imperatoris Iudex, & Notarius.

1214. Figardus Hospitalarius Sancti Ioannis per Boninsegnam filium Giannelli Nunsium Canonicorum Florentinorum, recipit libros Dominorum Praepositi, & Archidiaconi Senensium delegat. a Domino Papa, per quos primo arguitur contumaciae, quod in termino sibi dato non ad eos venisset, seu saltem Procuratorem sufficientem non misisset, sicut simplicem Nuncium miserat, & ideo praecipiunt, ut hoc tertia die post festum Sanctae Crucis exsequatur. Hae litterae, sibi porrectae fuerunt per Notarium lectae, Nonis Septembris 1214 Indict. 3. &c. Donatus Guidonis, & Ragottus Morecci, testes.

Cambius Iudex, & Notarius &c.

1214. Iacobus Petri Ioannis Grassi Romanorum Consulis D. G. Civitatis Florentiae Potestar, Arbiter electus a Clanno Praeposito Florentino ex una, & a Do-

dies augerentur, propoſito *Ioannis Boccacii* exemplo, qui libros ſuos omnes Monaſterio & Conventui Eremitarum Auguſtinianorum Florentino, Sancti Spiritus nomine inſigni; legavit, ut in eo Bibliotheca quaedam dedicaretur: ut cetera, quae ſibi pro-

po-

Domino Archipresbytero M. Vgone, Ildebrando Priore Sancti Laurentii, M. Guerio Priore S. Stephani, Henrico Presbytero, Ruſtico Presbytero, Aghinetto Presbytero, Ildebrando Gentile, Vpizino, Canonicis Florentinis ex alia parte, ſuper omnibus eorum quaeſtionibus &c. laudat, ut ſequitur: Poſt prooemium, Laudamus &c. quatenus dictus Praepoſitus cauſa honorantiae habeat plus aliis Archipresbytero, & Canonicis, ſingulis comeſtionibus unum panem, & maius ferculum, & de Palea de Caſagio, ſi equum de ſuo proprio tenere voluerit, ſufficienter. Item victualia tantum pro uno ſcutifero. Item xx. lib. ſingulis annis dum hoc praeceptum duraverit. Cetera vero habeat tantum quantum unus ex dictis Canonicis. Item eodem modo praecipimus quatenus Ioannes Galitii Iudex habeat liberam poteſtatem adminiſtrandi res omnes, & proventus dictae Canonicae, & affictandi, & pignorandi, & ſi opus fuerit alienandi proventus, & de rebus praedictis, ut debitum quo ipſa Canonica tenetur perſolvi valeat, & ab eo, cum conſilio tamen Magiſtri Vgonis, & Presbyteri Ildebrandini Canonicorum, requiſito etiam conſilio Domini Ioannis Florentini Epiſcopi, ſi opus fuerit, & omnibus eius affictationibus, & alienationibus, & locationibus pro dicto debito perſolvendo, vel aliis meliorationibus faciendis ſecundum praedictum modum prout melius eis viſum fuerit, teneantur &c. dicti Praepoſitus, & Archipresbyter, & Canonici conſentire, & parabolam dare, & promittere ad dictum ſapientis &c. Item laudamus, quod ſi caſtaldiones, vel homines dictae Eccleſiae aliqua obligatione, ſeu promiſſione, vel ſacramento tenentur Praepoſito vel Canonicis ab eis debeant liberari &c. Item laudamus ut Praepoſitus, & Canonici praedicti Adminiſtratori, vel eius Nuntiis, ſeu Camerariis, vel Caſtaldionibus, aut Officialibus dictae Canonicae, & in rebus, & curtis, & hominibus dictae Eccleſiae nullam iniuriam, vel moleſtiam ſeu turbationem inferant vel inferri faciant per ſe, vel per alios aliqua actione, nec aliquid de eis, vel pro eis percipiant, vel percipi faciant, & quidquid de bonis, vel pro bonis Canonicae ad eos, vel aliquem eorum, ſeu aliquos pro eis, vel eorum occaſione pervenerint, integre debeant, & dari faciant dicto Adminiſtratori ſine ſubtracta; & ipſe Adminiſtrator teneatur eis, ſcilicet Praepoſito, Archipresbytero, & Canonicis omnibus, praeſentare praeter omnia ſupradicta, & neceſſaria ac victualia convenientia de bonis praedictae Canonicae &c. Quae omnia praedicta laudamus, ut debeant fieri, obſervari, dari, firma teneri, & debita perſolvi, hinc ad ſex annos proximos, & ſi plus viſum fuerit Domino Epiſcopo Florentino pro bono, & utilitate dictae Eccleſiae, ſalva dignitate, & ordine &c. in ſpiritualibus &c. Item laudamus, ut Ioannes Galitii habeat pro ſuo ſalario annuatim libras xx. Item laudamus, ut praedictus Ioannes debeat, & teneatur cauſas Canonicae uſque ad praedicta tempora exercere, & facere tamquam Advocatus, & Oeconomus, ſeu Syndicus, bona fide, ſine fraude, cum conſilio, & tractatu praedictorum Vgonis, & Presbyteri, Ildebrandi cum expenſis tamen dictae Canonicae, Camerarii debeant eligi a Capitulo, & ſi Capitulum diſcordaret debeant eligi a Domino Epiſcopo, Caſtaldiones a Ioanne, & praedictis duobus Canonicis. Item laudamus, ut ſi de blada huius anni recepta eſt ab aliquo praedictorum, teneantur reſtituere Adminiſtratori hinc ad Kal. Ianuarii proximi. Item laudamus, ut non faciant, nec fieri faciant aliquod interdictum, vel machinamentum malitiae contra praedicta, vel aliquod praedictorum, & conſilium, & adiutorium teneantur dare dicto Ioanni in omnibus praedictis, & de omnibus praedictis, quandocunque ab eo requiſitum fuerit, & quotieſcunque, & bonam, & malam ideranciam facere, & ſi neceſſe fuerit, quod Praepoſitus, & Archipresbyter, & Canonici, vel aliquis eorum eat ad Poteſtatem, vel Conſules, vel aliquam Curiam, vel extra Civitatem pro facto Canonicae, vel ſacramentum, calumniae facere teneantur, ire & facere quandocunque opus fuerit ad voluntatem dicti Ioannis. Actum Florentiae in Palatio D. Epiſcopi, anno Dominicae Incarnationis 1214. 5. Kalendas Decembris, Indictione 3. Teſtibus Domino Paltonerio Rectore Eccleſiae S. Salvatoris, Abbate filio quond. Rodulphi, Gualgano

filio

posuerunt, exempla silentio praeteream: Quum autem tamdem Bibliotheca haec in Tabularium Capituli Florentini, ut diximus, conversa fuerit, seu melius domus adhaerens & contigua, qua iam utebatur; licet aedificium etiam Bibliothecae ipsius anno

filio Ardimanni, Ioanne Notario Domini Potestaris, & Petro Camerario dicti Domini Episcopi. Petrus Ioannis Sassi Iudex ordinarius in Curia Sancti Michaelis consilium dedit. Henricus Iudex & Notarius rogat. Iacobus Anselmi Iudex & Notarius, Ioannes Galitii Iudex Henrici Imperatoris, & Notarius &c. Salimbeni Iudex & Notarius, Ioannes Florentinus Episcopus praebet assensum dicto Laudo. *Cetera in operis progressu proferemus*.

Quum Vir Cl. *Iosephus Richa Tom. VI. Eccles. Florentinarum pag.* 92. Catalogum Privilegiorum & Diplomatum Canonicis Florentinis concessorum, quae in eorum Tabulario adservantur, proferat, lubet illum heic ex eo producere.

724. Specioso *Vescovo di Firenze, dona a' suoi Canonici la Corte di Cintoia sulla Greve*.

853. *Privilegio di* Lodovico *Imperatore, figliuolo di* Lotario *Imperatore, a favore della Canonica stessa.*

890. Andrea *Vescovo di Firenze istituisce in* S. Andrea *di Mercato vecchio la nuova Badessa, facendovisi memoria in questo Diploma di* Lodovico Imperatore.

898. *Donazione di* Lamberto *Imperatore del Campo Regio, a' preghi di* Ageltrude *sua moglie, fatta in Ravenna, alla Chiesa di* S. Giovanni *di Firenze, della quale era Vescovo* Grafulfo.

920. *Privilegio di* Berengario, *col quale conferma tutte le donazioni fatte alla Chiesa Fiorentina.*

925. *Donazione fatta da* Atanaldo, & Adolfo, *figli di* Rosselmo, *all' Oratorio, o Chiesa di Santa* Maria, *posta vicino a* . . . . . . *fondata da loro.*

965. *Donazione fatta per* Raimbaldo *Vescovo di Firenze alla Canonica Fiorentina della Pieve di Signa, e altri beni, corroborata col bando Imperiale.* 966. anno III. Othonis.

983. 998. *Privilegio di* Ottone II. *e altro di* Ottone III. *a favore della medesima Canonica.*

986. *Altro Privilegio di* Ottone *Imperatore a favore della stessa Canonica.*

991. *Donazione della Badia di* S. Andrea *di Firenze fatta dal Marchese* Vgo *a* S. Poggio *Vescovo di Firenze.*

998. *Privilegio di* Ottone III. *Imperatore a favore della Canonica.*

1000. *Donazione fatta per* S. Poggio *Vescovo, della Badiola e Chiesa di* S. Andrea *di Firenze al Capitolo Fiorentino* (manca l' anno, ma leggendovisi sottoscritto *Vgo Marchio*, si crede seguita circa il mille)

1025. *Concessione fatta da* Lamberto *Vescovo di Firenze a* Piero *Primicerio, e agli altri Preti della Chiesa di* S. Andrea *di Firenze, ed altri beni.*

1037. *Privilegio di* Corrado *Imperadore a favore della Canonica Fiorentina.*

1038. *Concessione fatta per* Atto *Vescovo di Firenze alla Canonica, e Chiese di* S. Giovanni *di Firenze, del Castello, Corte, e Pieve di* S. Piero *in Bossolo.*

1046. *Bolla di Papa* Gregorio VI. *per la quale concede al Capitolo la Chiesa di* S. Donnino *a Brozzi.*

1059. *Privilegio di Papa* Niccolò II. *a favore del Monastero di* Santa Felicita *di Firenze.*

1061. *Sentenza di* Beatrice *Duchessa, a favore della Canonica Fiorentina, contro alla Chiesa di* S. Lorenzo *di Firenze, per la quale si dice il Campo Regio appartenente alla Canonica stessa.*

1063. *Privilegio di Papa* Alessandro II. *a favore della Canonica Fiorentina.*

1068. *Altro Privilegio di Papa* Alessandro II. *a favore di essa.*

1072. *Privilegio della Duchessa* Beatrice *Marchesa di Toscana a favore di detta Canonica.*

1076. *Privilegio di Papa* Gregorio VII. *a favore della medesima Canonica.*

1099. *Bando della Contessa* Matilde, *sopra beni posti a Campiano donati alla Canonica Fiorentina dal Conte* Guido.

1102. *Privilegio di Papa* Pasquale II. *a favore della stessa.*

1128. *Privilegio di donazione di* Gotifredo *Vescovo di Firenze alla Pieve di* S. Severo *di Legri.*

1153. *Privilegio di Papa* Anastasio IV. *a favore della Canonica Fiorentina.*

1183. *Privilegio di* Lucio III. *a favore della Chiesa di* S. Maria Maggiore.

1186. *Privilegio di Papa* Vrbano III. *a favore della Chiesa di* S. Maria Maggiore *di Firenze.*

1257. *Bolla di Papa* Alessandro IV. *per il Capitolo Fiorentino, sopra le ragioni del*

anno MDCLXXX. *Cosma* III. Magno Duce adnuente eidem concessum fuerit, modo quotannis Aedituis cerae libram persolveret: lubet etiam compendia quaedam chartarum & instrumentorum, quae in eo exsistunt, in eruditorum hominum commoditatem proferre; &, ubi utile visum fuerit, quaedam etiam integra describere, & in medium adducere: licet bene multa iam in antecessum ediderimus, quae heic repetere inutile ac supervacaneum esset. Sed tamdem addere iuvat, *S. Antonium*, seu *Antoninum*, Archiepiscopum Florentinum, in domo huic Ecclesiae proxima ab infantia moratum esse, atque educatum, ut Inscriptio indicat, quae in pariete illius domus renovata legitur, atque ita habet:

DO-

del Monastero di Santa Felicita.

1271. *Concordia fra il Capitolo Fiorentino, e i Consoli dei Mercatanti, per conto dell' offerte, che si facevano alla Chiesa di* S. Giovanni *il giorno della sua festa.*

1333. *Bolla di Papa* Giovanni XXII. *per la quale si sospende l' interdetto fulminato contro alla Città, e Diocesi Fiorentina ad instanza del Cardinal* Giovanni *di* San Teodoro, *per conto della Pieve di* Santa Maria Impruneta.

1433. *Bolla di Papa* Eugenio IV. *per la quale concede in commenda la Chiesa di* S. Andrea *in Mercato al Vescovo di Sidonia.*

1435. *Bolla di Papa* Eugenio IV. *per la quale unisce la Chiesa di* S. Andrea *di Firenze al Capitolo Fiorentino.*

1445. *Bolla di* Eugenio IV. *al Capitolo Fiorentino per la elezione di Frate* Antonio *Domenicano in Arcivescovo di Firenze.*

1446. *Bolla d'* Eugenio IV. *che concede a* Piero *di* Spinello Girolami *l' Arcidiaconato.*

1447. *Bolla di* Niccolò V. *che la festa del* Corpus Domini *si faccia nella Chiesa Cattedrale di Firenze.*

1456. *Bolla di* Callisto III. *che i Padri di S. Maria Novella il giorno del* Corpus Domini *non vadano da per loro in processione, ma con la Cattedrale.*

1457. *Bolla di Papa* Callisto III. *che dà il modo dell' andare a processione il giorno del* Corpus Domini.

1459. *Bolla di* Pio II. *che assegna all' Arcidiacono cento scudi di Camera sopra la Chiesa di* S. Biagio.

1483. *Compromesso e Lodo fra le Monache di* Santa Caterina, *e quelle di* Santa Lucia *di Firenze.*

1484. *Bolla di Papa* Sisto IV. *per l' unione del Monastero di* Santa Caterina delle Ruote *di Firenze al Capitolo Fiorentino.*

1489. *Bolla di Papa* Innocenzo VIII. *per l' unione al Capitolo Fiorentino della Chiesa di* S. Bartolo *a Cintoia, della Pieve di Signa, di* S. Lucia *a Messa Pagani, della Pieve di* S. Giovanni *di Cornacchinia, di* S. Michele *di Lomena, della Prioria di* S. Giovanni *di Firenzuola, di* S. Michele *a Ferruno, della Pieve di* S. Giovanni *di Val d' Evola, e della Pieve di Castel Falsi.*

1493. *Processo per l' unione del Monastero di* S. Caterina *di Firenze dell' Ordine di* S. Agostino *al Capitolo Fiorentino.*

1515. *Bolla di Papa* Leone X. *per l' unione al Capitolo del Monastero di* Santa Maria *di Grignano di Prato, del Monastero di* Santa Maria *di Pacciana, del Priorato di* S. Maria Maggiore *di Firenze, del Priorato di* S. Paolo *di Firenze, e della Pieve di Gropina, a titolo di accrescere l' entrate de i Canonici.*

1516. *Bolla di Papa* Leone X. *data in Firenze agli 8. di Gennaio,* Pontificatus anno III. *nella quale si concedono a i Canonici privilegj anche iurisdizionali.*

1731. *Breve di Papa* Clemente XII. *dato in Roma a dì 2. di Gennaio del suo Pontificato anno I. col quale conferma la Bolla di* Leone X. *in favore de' Canonici, e concede loro la Cappa Magna paonazza collo strascico, e cappuccio foderato di pelle, la Sottana lunga, e Mantellotto paonazzo, Cordone rosso al cappello, Calze, e Goletta paonazza.*

Horum Diplomatum quaedam in huius operis decursu in antecessum edidimus.

Kkkkkkkkkkkkkk *a Ca-*

DOMVM HANC
ORTV EDVCATIONE ET SANCTITATIS TIROCINIO
DIVI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI
INSIGNEM ESSE
EX ANTIQVIS TABVLIS COMPERTVM EST
ANNO S. CIↃ IↃ CC. XXXI.

Renovatam autem dixi, quod domos varias, quae Canonicae recentioris muro ambitae continebantur, mutare partim & reficere opus fuerit, ut viae quaedam aperirentur, aut fierent. Canonicae enim clausura diruta ac patefacta est iussu Principis anno MDCCLIV. mense Maio, ut ei Asyli ius auferretur. Canonicam autem istam recentiorem vocavi, quod vetusta Canonicorum Florentinorum Mansio, & Canonion, seu Monasterium, alibi esset antiquitus, quam deinceps & nostra aetate fuerit. Quum autem Ecclesia Sancti *Petri* Coeli Aurei in hanc Canonicam inclusa fuerit, quaedam de Canonica ipsa delibare fert animus.

Vndecunque *Canonicorum* nomen defluxerit, compertum habemus, Clericos Saeculares ita adpellatos demum fuisse, qui simul in communi domo habitarent; & communi vitae ratione, mensa, habitu, instituto, uterentur. Nam *Canonici Saeculares*, perinde ac *Regulares* (hoc enim discrimen tractu temporis inductum fuit) in eodem claustro manebant, in eodem dormitorio dormiebant, in eodem refectorio reficiebantur; & Episcopus horum regebat vitam, sicut Abbas Monachorum [a], quod de Clericis suae aetatis magnus *Augustinus* testatur [b]. Vnde *Monasteria Canonicorum*, aedes & habitationes eorum adpellantur [c]. Sed non Monasteria tantum, verum etiam *Canonica* neutro genere dicebantur, & tamdem femineo *Canonicae* vocata sunt. Hinc ubi *Canonicorum* nomen occurrit, statim eorum Monasterium aliquod, & Canonicam, animo comprehendere est, in quo simul habitantes, & in commune viventes, Domino famularentur; & in humilitate & paupertate divinis officiis, lectionibus, & orationibus, vacando, in eius castris militarent. Hinc cum iam anno DCCXXIV. [d] in Ecclesia Florentina Canonici exsisterent, eorum quoque *Canonicae* mentio offenditur; quae quidem antiquissima omnium est Canonicorum memoria post barbararum gentium in Ita-

a *Capitularia Caroli Magni Lib. I. Cap. LXXIII.*

b *Sermone I. De Communi Vita Clericorum, & in Psalm. IC.*

c *Ducangius in Glossario Mediae & infimae Latinitatis*. Hinc superius *pag.* 602. 603. Monasteria quarumdam Ecclesiarum non alio intellectu occurrere videntur.

d Consule superius *pag.* 940.

a Con-

Italiam incursiones. Id in caussa est, cur subspicer, Clerum Florentinum a prima suae Cathedralis Ecclesiae institutione, nunquam ab hac disciplina & norma vivendi decidisse: non enim credibile est, tunc Canonicos Florentinos incepisse, quum *Speciosus* Episcopus multa iis largitus est, quod & Episcopi eius successores deinde fecerunt. Septimo igitur saeculo iam fuerint, immo & sexto: non enim Beatus *Mauritius* Episcopus Clerum suum ab antiquae disciplinae vigore desciscere permisisset; ergo & ab initio, serie non interrupta. Quod si in multis aliis Civitatibus hanc vitae rationem Clerici aliquando dereliquerunt, unde Canones & Constitutiones Conciliorum emanarunt saeculis IX. & X. quae illos ad veterem in commune vivendi consuetudinem revocarent; iis Clerus Florentinus opus non habuisse videatur. Canonicorum autem *Monasteria*, seu *Canonicae*, contigua, seu saltem proxima, Ecclesiis esse debuerunt, ut Canonicam Sancti *Laurentii* adhuc esse Florentiae videmus; & domus Ecclesiis inhaerentes, quas Ecclesiarum Rectores habent, etsi amplius in illis Ecclesiis Canonicorum coetus non exstet, *Canonicae* etiamnum adpellantur: connexionis Ecclesiarum & Canonicarum mutuae argumentum: quare antiquam Cleri Florentini Canonicam Ecclesiae Sancti *Ioannis Baptistae* Cathedrali coniunctam, seu proximam, fuisse, minime dubitandum est. Quum autem huius Ecclesiae situs constet, etiam Canonicae positus circumcirca comprehenditur. Erat igitur ubi nunc Canonica Sancti *Ioannis* exsistit; sed Ecclesiam propius, ut videtur. Ante Ecclesiam enim Palatium Episcopale fuerit, ut in praesens quoque est: nam antica aedis Sancti *Ioannis* facies [a] Occasum antiquitus spectabat. Hic vetustae Canonicae situs demonstratur antiquarum membranarum fide & auctoritate. Nam compertum perspectumque habemus, Campum Regis iuxta Florentiae Vrbem situm fuisse, id luculente testantibus *Attone*, & *Gerardo*, Episcopis Florentinis; & *Leone IX.* ac *Gregorio VII.* Pontificibus Maximis, quorum Diplomata alibi opportune produximus [b]: ex quibus non tantum constat, Campum Regis iuxta antiqua Florentiae moenia positum fuisse, sed etiam in ipsa Curte Florentina, quam Canonici Ecclesiae *S. Ioannis* possidebant. Insuper ex Diplomatis superius tempestive in medium adlatis [c] *Lamberti*, & *Berengarii*, Imperatorum elucet atque eminet, Campum Regis prope Ecclesiam *S. Ioannis* fuisse, eiusque tractum duo-

[a] Consule *Borghinium de Origine Vrbis Florentiae pag. 163. & seqq. Melcorium pag. 88. Richam Tom. V. pag. XVIII.*

[b] Consule superius *pag.* 95. 97. 98. 108.

[c] Adi superius *pag.* 564. 593.

b Con-

a An-

duodecim modiorum implevisse mensuram. Quin *Nicolaus II.* Pontifex Maximus in sua Bulla Ecclesiae Florentinae *S. Laurentii* concessa satis indicat, inter Ecclesiam *S. Ioannis*, & Ecclesiam *S. Laurentii*, Campum Regis patuisse. Extendebatur autem usque ad Portam S. *Galli* vel prope; nam Ecclesia *S. Mariae Magdalenae*, in cuius Gynecaeum mulieres resipiscentes se conferebant, & quae postea *S. Petri de Murrone* dicta fuit, quod Monachi, qui Coelestini adpellantur, in ea deinde consederint; & quae tandem *S. Io. Baptistae* nomine insignis Parthenon evasit; in antiquo instrumento anno MCCCXXX. exarato, in Campo Regis sita fuisse enunciatur. En illius verba: *Emptis & quaesitis de Christifidelium eleemosynis per religiosum virum Domnum Henricum Abbatiae Sanctae Mariae Florentinae Monachum dicti Ordinis, de sui Abbatis, & Capituli opportuno consensu, quadam domo cum horto Florentiae, loco, ubi dicitur Camporegium, in via Sancti Galli, ex quibus nonnullis inhonestatis actibus & discriminosis saluti deserviebatur &c.* [a] Campus

a Apud *Mannium Tom. V. Sigil. I. pag.* 10. Instrumentum produco.

Iohannes miseratione Divina Sancti Theodori Diaconus Cardinalis Apostolice Sedis Legatus. Venerabili in Christo Patri.... Episcopo Fesulano ac... Sancti Andree secularis Ecclesie Florentine Priori salutem in Domino. Ad Ecclesias & Religiosorum loca infra nostre Legationis terminos constituta sincera in Domino caritate nostrum dirigentes intuitum, ut in statu salubri, & prospero gubernentur, & preserventur a noxis, condigne provisionis libenter subsidium impertimur. Sane pro parte religiosi viri Fratris Nicolai Prioris Conventus Sancte Marie Magdalene de Florentia Religionis Sancti Petri de Murrono Ordinis Sancti Benedicti, ac sui Conventus, exhibita nobis petitio continebat, quod emptis & quesitis de Christifidelium elemosinis per Religiosum Virum Dompnum Henricum Abbatie Sancte Marie Florentine Monachum dicti Ordinis, de sui Abbatis, & Capituli oportuno consensu, quadam domo cum orto Florentie, loco, ubi dicitur Camporegium, in Via Sancti Galli, ex quibus nonnullis inhonestatis actibus, & discriminosis saluti deserviebatur, ac diu fuerit in preteritum deservitum, animarum, operibus ex honestate racendis, ibidem ad reverentiam, & sub vocabulo Beate Marie Magdalene erigi fecit Altare, ut turpi ac vili amoto lupanarin nomine Dei sub sepesato Marie Magdalene vocabulo Sanctuarium diceretur ad salutem Christifidelium deputatum. Cumque locus ipse clare memorie Domini Caroli Ducis Calabrie Serenissimi Principis Domini Roberti Ierusalem, & Sicilie Regis Primogeniti precum obtentu per Abbatem, & Capitulum, Abbatie Florentine predicte Religionis Fratribus regendus & gubernandus traditus fuerit, ut in eo divini cultus officia celebrentur, ac adeo sit in redditibus tenuis, & exilis, quod ad predictum divinum cultum, & divina officia servientes inibi nequeunt commode substentari, quod si dicte Religioni idem locus incorporetur, & perpetuo uniatur, divinus cultus ibidem congruentius & frequentius servabitur, & per Religionem, & Fratres eiusdem ampliora suscipiet incrementa. Nobis per dictum Priorem & Confratres eius extitit humiliter supplicatum, ut prefatum locum, sive Sanctuarium, cum iuribus, & pertinentiis, suis dicte Religioni unire, annectere, ac perpetuo annexare, & incorporare dignaremur. Nos itaque decernentes, si sic est ut proponitur, fore digne dictis supplicationibus inclinandum, vobis presentium tenore committimus, & mandamus, quatinus de predictis vos, vel vestrum alter, informatione recepta, si propositis veritas suffragetur, & in dampnum Abbatie Florentine predicte videritis nullatenus redundare, & ipsius Abbatie Capituli voluntas accedat, dictum locum, sive Sanctuarium, cum iuribus, & pertinentiis, suis auctoritate nostra dicte Religioni Sancti Petri, quam as-

pus Regis terminos habuisse videatur domos, quae nunc in Via Spathariorum, & in Via Nova seu Lata, vel ad summum in Via Cucumeris, exstant; nam exinde usque ad Pinti, Casagium erat; & ipsa *S. Marci Novi* Ecclesia in Casagio constructa est. Ast Canonica Florentina *S. Ioannis* in Campo Regis exsistebat, & Ecclesiae *S. Ioannis* proxima vel contigua erat: exstare igitur debuit circa situm illum, in quo recentior Canonica est, inter Viam Spathariorum, & Suburbium *S. Laurentii*. Canonicam autem illam in Campo Regis aedificatam fuisse, patet evidenter ex vetustis monumentis. Nam in Instrumento anno MXL. confecto, quod in Tabulario Florentinorum Canonicorum adservatur, ita legitur: *Petium terrae in loco dicto Campo Reggi, cui confinant Azo nepos Vghi, Canonica Sancti Ioannis, & terra dictae Canonicae, quam tenet Carbulo de Campo Reggi &c.* In alio autem Instrumento eiusdem Tabularii anno MLI. exarato ita scribitur: *Petiam terrae fossa circumdatam in loco Campo Petri Grassi prope Camporeggi, cui confinant Canonica S. Ioannis, terra detenta a Paganello, terra S. Leonis &c.* In alio quoque Instrumento anni MCCCVII. ita legitur: *Duas domos simul iunctas in Populo, & Burgo S. Laurentii de Florentia, in loco ubi dicitur Nel Fondaccio, cui a primo Via Burgi S. Laurentii, a tertio Canonica Florentina, & terrenum suum in medio, pertinens ad dictas domus pro stillicidio; a quarto est hodie Via Guelfa, & erat ibi domus quorumdam.* Sed quod omnem dubitationem amovet & exculcat, est Instrumentum Decreti Communis Florentinorum anno MCCXCVI. conditi, quo Viae Publicae Vrbis amplificatio decernitur, & in quo dicitur, *quod quaedam Via, quae est in Populo Sancti Laurentii, & incipit Al Fondaccio, seu Al Serraglio vecchio, & protenditur per Casadium Canonicae Florentinae versus Viam, qua itur ad Portam Mugnonis de Campo Corbolini*, amplificari debeat ita, ut *debeat incipere a dicto loco vel Fondaccio iuxta angulum sive camptum Domus Canonicae Florentinae, quae est iuxta Viam, qua itur versus Hospitale Sancti Galli*. Domus autem Canonicae Florentinae, non potest intelligi nisi Mansio ipsa, in qua Canonici manerent; alias additum fuisset, a quo alio tunc temporis habitaretur, vel conducta fuisset [a]. Si igitur istis fundis confines sunt Canonica, & Via *S. Galli*, &

affectibus nostre mentis devote amplectimur, uniatis, incorporetis, & perpetuo annexeris. Proviso tamen quod Ecclesia Sancte Marie Religionis predicte, atque locus predictus, debitis non fraudetur obsequiis, & cura animarum, siqua imminet dicte Ecclesie Sancte Marie Magdalene, nullatenus negligatur. Datum Rome Id. Martii Pontificatus Sanctissimi in Christo Parris, & Domini, Domini Iohannis PP. XXII. Anno tertiodecimo.

[a] Integrum Instrumentum produco. 1296. Provisio Communis Florentiae pro amplianda via publica Civitatis &c.

In Dei Nomine, Amen. Tempore dominarus nobilium virorum Domini Simonis

LIIIIIIIIIIIIII

& Via Burgi *S. Laurentii*, & Via Guelfa; patet evidenter, Canonicam Florentinam iuxta Burgum *S. Laurentii* fuisse. Nec obstat, Viam Guelfam illam esse, quae nunc Via Aquae adpellatur; nam alia Via Guelfa adhuc exstat a *S. Laurentii* Ecclesia non procul. Ipse autem putaverim, Canonicam Ecclesiae Florentinae vetustissimam, & peramplam fuisse, & hortos coniunctos, & arva, quae versus Xenodochium *S. Galli* extenderentur, habuisse: quae tamdem fere omnia tractu temporis, vel permutare, vel vendere, ita

nis de Vico de Argine de Padua Potestatis, & Domini Bernardi de Varano de Camerino, Capitanei, & Defensoris, & Conservatoris, pacis Civitatis Florentiae; existentibus Lapo de L' Amonito de Sextu Vltrarni, Maso Domini Ruggerini de Sextu Porte Sancti Pancratii, Duccio Magalotti de Sextu Sancti Petri Scheradii, Nuto de Marignollis de Sextu Porte Domus, Gentile Domini Oddonis de Sextu Burgi, & Neri Guidinghi de Sextu Porte Sancti Petri, Officialibus pro Communi Florentiae electis, & deputatis ad inveniendum, inquirendum, recuperandum, acquirendum, ac ipsum etiam Commune Florentinum invenire faciendum, bona iura, actiones, honores, & iurisdictiones, dicti Communis, & ad ipsum Commune Florentinum quocunque modo vel iure vel caussa pertinentes & competentes, pertinentia & competentia, in muris, terrenis, & quibuscumque aedificiis, & plateis, Communis Florentiae, existentibus in Civitate, Burgis, Subburgis, seu in Comitatu, a quacunque persona, & personis, & Vniversitatibus & contra quamcunque personam, & personas, Collegium, & Vniversitatem Civitatis, vel Comitatus Florentiae, seu aliunde, quae hactenus tenuerunt, & possederunt, & praesentialiter tenent, vel possident; & ad vendendum cui, & quibus, eis, vel maiori parti eorum, placuerit de muris, & terrenis, & quibuscunque aedificiis Communis Florentiae existentibus in Civitate, & Comitatu Florentiae.

Hic est liber continens inquisitiones, relationes, investigationes, recuperationes, exactiones, provisiones, & omnia alia actitata, & firmata, & singulos processus factos, per dictos Officiales vigore & occasione eorum officii, & ipsius officii, scriptus per me Albertum Amizini Notarium, & tunc Scribam pro Communi Florentiae Officialium praedictorum sub annis Domini 1296. & 7. Indiction. & diebus infrascriptis.

Die 22. Februarii Baldone Angiolotti

lotti substitutus est loco dicti Duccii Magalotti.

In Dei Nomine, Amen. 1296. Indict. 10. die 22. mensis Martii, per Officiales supradictos, seu maiorem partem ipsorum Officialium, ex vigore, auctoritate, & balia, eis per Consilia Communis Florentiae attributa, pro honore, augumento, & proventu, dictae Civitatis Florentiae, & Communis & Populi Florentini, ordinatum deliberatum provisum obtentum & firmatum est, quod quaedam via, quae est in Populo Sancti Laurentii, & incipit Al Fondaccio, seu Al Serraglio vecchio, & protenditur per Casadium Canonicae Florentinae versus viam, qua itur ad Portam Mugnonis de Campo Corbolini, debeat dentezari, & ampliari, ita quod sit ampla, & amplitudinis 14. brachiorum, & eat, & ire debeat, & mittatur, & mitti debeat, per terrenum dictae Canonicae Florentinae recta linea, & etiam per terrenum Dominatum de Sancto Dominico, & quae olim fuerunt de Ripoli; & finiat ipsa via in strata publica, seu via praedicta de Campo Corbolini, inter domos dictarum Dominarum, & domos Contis Domini Bruni, ubi melius, pulcrius, utilius, & decentius, visum erit, & videbitur, convenire Officialibus, & Magistratibus, ponendis, & eligendis per Officium supradictum: quia debet incipere a dicto loco Al Fondaccio, iuxta angulum, sive cantum Domus Canonicae Florentinae, quae est iuxta viam, qua itur versus Hospitale Sancti Galli. Item ordinaverunt, & deliberaverunt, & affirmaverunt, quod domus heredum Moggii, quae est in capite dictae viae, debeat destrui, & solum ipsius domus debeat mitti in via dicta, & quod dicta domus debeat emendari praedictis heredibus per illas personas, ad quas expectet, & expectet utilitas.

Item ordinaverunt, & firmatum est, per Officium supradictum, quod via vetus, quae est iuxta dictam viam novam, mittenda sit, & esse debeat Canonicae Flo-

ita Vrbis amplificandae necessitate exigente, coacta sit [a]. Canonicam autem hanc dirutam fuisse puto, quum sub Saeculi XIII. exitum, ut Platea *Sancti Ioannis* amplificaretur, vicina aedificia omnia solo aequata sunt, & inter ea Xenodochium ipsum *Sancti Ioannis*, quod ante Maiorem Ecclesiam situm erat, prope ipsam *Sancti Ioannis* Ecclesiam: inter, ut arbitror, Plebem *Sanctae Reparatae*, & *Sancti Ioannis* aedem [b]. Quum vero dicta de caussa Canonica vetus destructa fuisset, in vicinas Ecclesiae *Sanctae Reparatae* domos Clerus Florentinus se recepisse videatur, quas sen-

Florentinae pro instauratione, & emenda terreni, quod mittetur in dicta via de terreno, & per terrenum, dictae Canonicae, salvo quod Capitulum Canonicae Florentinae praedictae teneatur & debeat habentibus terram, sive domos, iuxta viam veterem, dare & concedere ipsam viam veterem, ita quod sint juxta viam novam, sicut nunc sunt iuxta viam veterem, & haec facere, & concedere teneatur pro iusto pretio.

Item dixerunt, & firmatum est, quod si in dicta via nova mittenda, fuerit necesse mitti aliqua pars domus Ser Grimaldi Notarii Florentini, quod Capitulum dictae Canonicae Florentinae emat & emere teneatur illam talem partem domus praefatae de suo proprio.

Actum Florentiae in domo sita prope Palatium dicti Capitanei, ubi morantur dicti Officiales pro ipso officio exercendo, praesentibus testibus Guiccio Donati, & Puccio Deotisalvi, Populi Sancti Benedicti &c.

Ego Albertus Judex, & Notarius, filius quondam Amizini de Guaido, & nunc pro Communi Florentiae, cum dictis Officialibus Notarius existens, praedicta omnia coram me acta rogatus publice scripsi &c. Ideoque subscripsi.

a Id arguere proclive est ex Instrumentis superius adlatis pag. 712. 714. 715. 1437. & ex Instrumento insequenti.

1290. In Consilio generali Communis, & Civitatis Florentiae, & speciali LXXXX. virorum, & Capitudinum XII. maiorum Artium Civitatis, & Communis Florentiae, mandato nobilis viri Domini Camilli de Putelliis de Parma, eiusdem Civitatis, & Communis Florentiae Potestatis, praeconis convocatione, campanaeque sonitu, in ipsius Communis Palatio more solito congregato: Ipse Dominus Potestas auctoritate, & voluntate Dominorum Priorum Artium praesentium, & Consilii antedicti, & ipsi Domini Priores, & Capitudines pro se, & dicto Communi, faciunt Procuratorem Nerium Attilliantis Civem Florentinum ad emendum pro Communi Florentiae praedium, & bona, in quibus expendi possit quantitas trium millium florenorum parvorum librarum, & iure permutationis, & cambii, & in omni modo quo fieri, & acquiri poterit, acquirendum, & habendum a Domino Episcopo, & Capitulo Florentino, sive a Praeposito, & Capitulo praedicto, duas petias terrae dicti Capituli positas in Curia Villae Molezzani, & etiam omnia iura realia, & personalia, servitia, affictus, albergarias, & omnem fidelitatem, & ius coloniae, quae, & quas habet dictum Capitulum in Communi, Villis, & terris infrascriptis, & in hominibus, personis, & rebus infrascriptarum Villarum, ac terrarum de Mucello, videlicet, Communis de Pulicciano, Villae de Ronta, Villae de Salco, Villae de Ripafracta, Villae de Fibiano, Villae de Podio Fortuli, quae est de Communi Grezzani, Campiani, & Molezzani, Viviani, Fluminis Sancternii, Villae Novae, Communis Pallarum, Piazzani, Curtis Burgi Sancti Laurentii, & Populi Sanctae Mariae de Monteflosculi, seu aliorum quorumlibet Communium, Villarum, & terrarum de Mucello, ita ut cum ipsa permutatione transeant iura tam spiritualia, quam temporalia, ad dictum Capitulum pertinentia. Anno 1290. Indict. 4. die 20. instantis Februarii &c. Bonsignore Guetti Civis, & Notar. &c.

Instrumentum suprascriptum sumptum fuit sub die Veneris 16. Martii 1290. Indict. 4. coram sapienti Viro Lamberto Plebano, & Vicario Domini Andreae Episcopi Florentini, ab infrascriptis Notariis videlicet: Cirignano Domini Iacobi Iudicis de Cirignano, & Galgano Bongianni Boccadibue de Florentia, & aliis.

b Consule superius p. 1133. 1134. 1445.

a De

fenfim & progreffu temporis acquifierit; donec anno MCCCXL. Refpublica Florentina *Francifco Silveftrio* Epifcopo Florentino conceffit, ut novam Canonicam aedificaret circa Plateam *Bonitiorum*, illam fcilicet, quae iuxta *S. Benedicti* Ecclefiam patebat. Et tunc quidem conftrui coepiffe Canonica videatur: verum domus illae muro circundatae, & conclufae, non fuere ante annum MCCCCXVIII. quo Aeditui Ecclefiae Cathedralis decreverunt, ut murus in Platea *S. Benedicti* inter domum heredum *Ioannis Tedaldinii*, & turrim *Barptolemaei Portifianii* conftrueretur, quo clauderetur via procedens iuxta Ecclefiam *S. Petri Coeli Aurei*, & coniungerentur domus Canonicorum habitationi deftinatae. Sed modo addere lubet, quae de hac Canonica inter alia memoriae prodidit *Ferd. Leopoldus Meliorius*, cuius verba Latine reddam: *Canonica haec immunitate Ecclefiaftica gaudet ea feveritate & obfervantia, quales loco cuilibet, qui facro connexus fit, debentur; quod evidens fuit anno MCCCLXXXI. Nam quum in eam confugiffet Georgius Scalius, qui anno MCCCLXXV. admonitus fuerat, hoc eft, in ordinem redactus, & ab honoribus muneribufque Civitatis remotus ab iis, qui ob legem contra Magnates latam offenfi fuerant; numquam ab illo afylo, quod Ecclefiae, aut Publici Palatii, inftar habebatur, abftractus fuiffet, nifi monachica vefte, & qualem Minoritae geftant, indutus illinc aufugere tentaviffet. Tamquam igitur loco, cui reverentia debetur, & praecipue in eo, quod ad bonos mores attinet, Innocentius VIII. Pont. Max. cavit vetans anno MCCCCLXXXV. ne feminae in eo morarentur, nifi Canonicorum & Capellanorum confanguineae feu adfines effent.*

In hanc Canonicam inclufa eft aedes *D. Zenobio* Epifcopo Florentino facra, in qua coeunt pii quidam Sodales, qui a *D. Zenobio* cognomentum habent, cuius Sancti Epifcopi imago fictilis & egregia epiftylio Portae imminet [a]. Hoc Sodalitium vel coalefcere vel inftaurari coepit anno MCCLXXXI. in ipfa *Sanctae Reparatae* Ecclefia fub *Sanctae Mariae Laudantium* titulo, eo quod ad dicendas *Deiparae* laudens convenirent. Quare eorum fepulcro, quod in pariete huius Ecclefiae prope Turrim campanariam extat, hoc Epitaphium infcriptum legitur:

S. LAVDENTIVM BEATAE MARIAE VIRGINIS QVI CONGREGANTVR
IN ECCLESIA SANCTAE REPARATAE ANNO DOMINI
MCCCX. DE MENSE NOVEMBER

Eiufdem Canonicae ambitu conclufa eft *Schola Eugeniana* ab *Euge-*

[a] De hac aede facra confule *Meliorium pag. 65. Richam Tom. VI. pag. 177.*

a Con-

genio scilicet IV. Pont. Max. quum Florentiae esset anno MCCCCXXXVI *a* instituta, ut XXXIII. vel LIII. iuvenes Clerici instituerentur, & erudirentur, & simul Ecclesiae Metropolitanae deservirent; quare illam reditibus, & privilegiis, locupletavit. Sed quum Concilii Tridentini constitutionibus alicui huius Scholae pri-

a Consule superius *pag.* 1147. ubi Bulla institutionis producitur: & modo addenda est alia Bulla eiusdem Pontificis ad hanc Scholam pariter spectans.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad providentiam Romani Pontificis spectare dignoscitur, ut concessa & Indulta per eum nonnumquam declaret, corrigat, & extendat, prout rerum & temporum qualitate attentâ &c. id in Domino viderit salubriter expedire. Dudum siquidem, videlicet anno Dominicae Incarnationis millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, die decima Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto, cum essemus in Civitate Florentiae, in qua etiam in praesenti sumus cum nostra Curia constituti, ad Ecclesiam Florentinam, eiusque praesertim circa divini cultus augumentum, gerentes sinceram in Domino charitatem, ac cupientes, ut eadem in spiritualibus, & temporalibus felicia susciperet incrementa: inter cetera Officium quoddam, quod Scholasteria nuncupatur; & ad ipsam personam, quae Scholasticus dicitur, creavimus, & deputavimus; nec non Collegium triginta trium Clericorum ab ipso Scholastico in Grammatica, & Cantu erudiendorum cum nonnullis emolumentis, honoribus, & oneribus, modis, & conditionibus, prout in literis nostris super inde confectis, plenius, & latius continetur. Demum cum magistra rerum experientia mediante, quaedam ad regimen, & conservationem Officii, & Collegii praedictorum valde opportuna & necessaria esse videantur; illa authoritate Apostolica adnotanda, & statuenda, & praefatis literis adiicienda, decernimus per praesentes. *Volumus autem, & praesentium tenore Scholastico, seu Magistro Clericorum praefatorum, sub excommunicationis poena inhibemus, ne ultra numerum triginta trium praedictorum Clericorum, ac aliorum viginti, qui tamen omnes Ecclesiae cum superpelliceis, deserviant, non possit alios aliter recipere, aut retinere; Nullum autem in Clericum numerarium dicti Collegii, nisi prius sex mensibus ipsi Ecclesiae, ut praemittitur, cum superpelliceo, seu cappa, deservierit, eligi posse praesentium tenore decernimus.* Quod si Scholasticum memoratum vitam in Grammatica & Cantu peritum eligi contigerit, utrumque officium Grammaticam & Cantum docendi exercere possit, prout in praefatis literis, nostris continetur. *Si autem in altera duntaxat facultate peritus esset, possit alius eligi, qui alteri facultati satisfaciat. Regimen autem Collegii memorati penes Grammaticae Praeceptorem volumus permanere.* Cum autem aliquem ex Clericis praefati Collegii contigerit ad Sacerdotium promoveri, prima Cappella tunc vacans, seu ea, quam prius vacare contigerit, in ipsa Ecclesia Florentina, ei per dilectos filios Praepositum & Capitulum dictae Ecclesiae, si idoneus repertus fuerit per dictum Capitulum, aut per deputandos ab eodem, conferri mandamus, ex illis tantùm Cappellis, quae à Capitulo conferuntur. Clericis igitur dicti Collegii de aliqua speciali gratia complacere volentes, praesentium tenore decernimus, ut cum quilibet eorum vigesimum quartum aetatis annum attigerit, ad Sacerdotium promoveri possit, iuxta tamen declarationem venerabilis Fratris nostri, qui pro tempore fuerit, Archiepiscopi Florentini. Si quis autem cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis, existat, qui aliquem de Clericis dicti Collegii sine licentia praefati Episcopi, & dilectorum filiorum Consulum Artis Lanae Florentinae, qui pro tempore fuerint, abstraxerit, seu removerit, quidquid salarii nomine Clericus ipse receperit, restituere memorato Collegio teneatur, & inter Magistrum pro tertia, Sacristam pro alia, & Clericos pro reliqua, partibus distribuatur, ad quod etiam Clericus ipse obligatus existat; & nihilominus, qui huiusmodi Clericos abstraxerint, & qui eos retinuerint, poenam ipso facto excommunicationis incurrant, a qua non possint, nisi huiusmodi salario restituto, absolvi. Si quem vero Clericum se absentare absque licentia Scholastici prae-

Mmmmmmmmmmmmmmm fati

Privilegio ab *Eugenio IV.* concesso derogatum fuisset, quo videlicet concedebatur, ut Clerici huius Scholae alumni ad titulum solius servitutis praestitae, licet beneficio, & patrimonio, destituti, ad sacros Ordines promoveri possent; Sanctus *Pius V.*ª Pont. Max. pri-

fati contigerit, nulla infirmitate gravatum, ultra octo dierum spatium, & postea reverti, ut pro rata huiusmodi temporis ei salarium retineatur, quod pro dimidia parte Magistro, pro alia vero aliis Clericis accrescat, volumus, & praesentium tenore decernimus, & declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis, voluntatis, inhibitionis, mandati, ac declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. *Datum Florentiae Anno Incarnationis Dominicae* 1441. *quarto Nonas Octobris, Pontificatus Nostri anno undecimo.*

ª Bullam produco

Ad perpetuam rei memoriam. Ecclesiarum quarumlibet, praesertim Metropolitanarum, decori, venustati, & utilitati, providere satagentes; Christifidelium vota, quae ad id tendere videntur, libenter ad exauditionis gratiam perducimus, prout id in Domino conspicimus salubriter expedire. Exponi sane Nobis nuper fecerunt dilecti filii Praepositus & Capitulum Ecclesiae Florentinae, quod licet alias felicis recordationis Eugenius Papa Quartus Praedecessor noster, cupiens in Ecclesia Florentina, quae, ut ipse Praedecessor acceperat, suis structuris, & aedificiis mirabili, & sumptuosissimo opere, non tamen eatenus ad sui perfectionem deducto, aedificata existebat, & ad quam praesertim Dominicis, & aliis Festivis, diebus magna confluit populi multitudo, devotionem conservare, & divini cultus augmentum inibi augere, inter eiusdem Ecclesiae, ultra alia inibi instituta, dignitates, & officia, unam Scholastriam, quae inibi officium, cuique Sacerdotalis Ordo annexus existeret, pro uno perpetuo Scholastico in Sacerdotio constituto, ac Cantu, & Grammatica erudito, nec non triginta trium puerorum Clericorum numerum, & pro illis totidem loca Apostolica authoritate, motu proprio, & ex eius certa scientia, sub certis modo, & forma instituerit, fecerit, & creaverit, illisque certos annuos redditus ex quodam Hospitali Sanctae Reparatae etiam Florentinae, quod idem Praedecessor eidem Collegio Clericorum pro illorum dotibus etiam tunc univerat, ac ex credito Montis Communis dictae Civitatis, quod est octo millium florenorum, etiam per Consules Artis Lanae dictae Civitatis Florentinae solvendorum, itaut singuli illorum Clerici novem florenos pro quolibet ex dicto credito, ultra fructus, ex dicto Hospitali provenientes, ac etiam ultra multa incerta ex Officiis vivorum, & mortuorum, eorumque exequiis, vel sepulturis, provenientia annuatim haberent per ipsum Collegium Clericorum percipienda, etiam applicaverit; Ac insuper voluerit, ac statuerit, quod quilibet puerorum Clericorum praedictorum de legitimo matrimonio procreatus, & de Civitate praedicta, seu Florentina, aut Faesulana, Dioecesi oriundus, & pro tempore electionis suae, & deputationis huiusmodi ad Cantum, & Grammaticam addiscendam habilis, & idoneus, corpore minime vitiatus, ac etiam intra decimum, & quintum decimum suae aetatis annos inclusive constitutus existeret; quodque quam primum aliquis Clericorum huiusmodi beneficium aliquod, cuius fructus, redditus, & proventus viginti florenorum auri in partibus illis cursum habentibus annuatim obtineret, aut vigesimum quintum dictae aetatis annum attingeret, ille ex locis ipsis, quae tunc obtineret, ex tunc vacare censeretur eo ipso; quodque quilibet puerorum Clericorum praedictorum, cum ad aetatem legitimam perveniret, per quam secundum Canones posset ad Sacros Ordines promoveri, ex tunc se ad illos promoveri facere teneretur; propterea quod Scholasticus una cum Clericis huiusmodi superpelliceo indutis singulis diebus, & vicibus, quibus Horae Canonicae, vel Missae, in dicta Ecclesia celebrari contingeret, de eorum domo ad eandem Ecclesiam honeste accedere, & inibi Missis, & Divinis officiis huiusmodi continue interesse teneretur; & deinde per alias suas literas etiam statuerit, quod cum aliquis ex Cleri-

privilegium illud renovavit anno MDLXVII. & perpetuum vigorem habere voluit. Tamdem iisdem servatis privilegiis Schola haec Seminario Florentino coniuncta fuit, *Th. Bonaventura a Gherar-*

ricis praedictis ad Sacerdotium promoveretur, prima Cappellania ex duodecim in praedicta Ecclesia Florentina institutis, & per dilectos Filios Praepositum, & Capitulum Ecclesiae praedictae conferri solitis, tunc vacantibus, seu quam primum vacare contingeret, in ipsa Ecclesia Florentina, per eosdem Praepositum & Capitulum dictae Ecclesiae, si idoneus repertus fuerit, sibi conferretur, prout in singulis praedictis literis plenius continetur. Cum tamen, sicut nuper accepimus, Clerici praedicti, qui dictum numerum ingrediebantur, hac solum ratione allicerentur, ut aetatis legitimae effecti, & ad omnes Sacros Ordines promoti, in dicta Ecclesia substituti nomen sortirentur ex sexaginta Cappellis, & pro Cappellanis ipsi ibidem deservirent; sicque ipsi, qui dum Clerici existebant, tam fructibus ex florenis praedictis, quam omnibus eorum emolumentis, tam certis, quam incertis, computatis, vix sexdecim scutorum, vel circa, summam percipiebant, ex Collegio praedicto exeuntes, & ad Sacros promoti, ultra salarium pro Missarum earundem celebratione eis adsignatum, etiam divinis inibi Officiis intereſſendo, certam distributionum quotidianarum portionem perciperent, ac salarium praedictum distributionibus, & aliis praedictis in eo insertis, ultra domum, quam pro sua habitatione in Canonica habent, ad quinquaginta, vel circa, scuta ascenderet, ex quibus ipsi se honeste deinde sustentare possent; & amplius, quod duodecim Cappellaniarum primo dictarum vacatione occurrente, illis demum in Cappellanos adscriberentur, & ex earum fructibus, qui ad minus viginti, & aliqui ad triginta, aliqui vero ad quadraginta, & quinquaginta ducatos annuatim ascendunt, ita quod quilibet Cappellanus computatis fructibus Cappellae, ac distributionibus quotidianis, & aliis incertis, habet annuum redditum ad quinquaginta, sexaginta, & septuaginta plus, minusve, ascendentem; sicque ad vitam suam honeste sustentandam satis sufficientem, attenta praesertim frugalitate Hetrusca. Nunc vero, cum Concilii Tridentini Decretis caveatur expresse, neminem ad Sacros, & Presbyteratus, Ordines promoveri posse, nisi aut aliquod Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi honeste ad vitam sufficiat, vel Pensionem, aut Patrimonium, quorum fructus ad vitam sustentandam satis sint, habeat, ac propterea loci Ordinarius Clericos praedictos, licet aetatis legitimae existant, ad Sacros Ordines promovere omnino recusset, quo fit, ut qui hactenus se in Clericorum Collegium adscribi desiderarunt, videntes se ad huiusmodi gradus ascendere, & per consequens emolumenta Substitutorum huiusmodi adipisci non posse, ac postremo Cappellaniarum primo dictarum adeptionis spe frustari, id efficere omnino negligant; sicque Ecclesia Florentina praedicta Ministris Ecclesiasticis destituta omnino remanet in non modicum ipsius Ecclesiae detrimentum, & populi ad eam confluentis scandalum; Quare pro Praepositi & Capituli praedictorum parte Nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos animo revolventes Clericos praedictos ex proventibus sibi pro celebratione Missarum, & aliis adimplendis, assignatis satis honeste vivere posse, & a mendicitate, cui Concilii Decreta huiusmodi providere intendunt, omnino fructuum huiusmodi perceptione praeservari; & tam ad praemissa, quam ipsius Ecclesiae Florentinae decorem, venustatem, & servitium debitum, respectum habentes, volentesque illam propterea Ministris Ecclesiasticis nullatenus minui, eosdemque Praepositum, & Capitulum, eorumque singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum dumtaxat praesentium consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, dictae Ecclesiae commoditati, vel necessitate potius, suadente huiusmodi supplicationibus inclinati eisdem Clericis, ut cum ad aetatem legitimam pervenerint, ac idonei reperti fuerint, se ad Presbyteratus Ordines promoveri facere a suo Ordinario, Ordinarius vero eos ordinare respective, libere & licite possit, & valeat, servatis tamen in

vardesca Archiepiscopo operante, super quo Breve *Clementis* XI. Pont. Max. in rei confirmationem emanavit [a].

in reliquis Decretis Concilii Tridentini, Apostolica authoritate per praesentes concedimus, & indulgemus, decernentes praesentes Literas nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio, defectu notari vel impugnari nullatenus posse, minusve sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum, revocationum, modificationum, limitationum, restitutionum, & aliis contrariis dispositionibus, tam per Nos, quam etiam Successores nostros quomodolibet, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis pro tempore factis, & faciundis quorumcunque tenorum existant, includi; sed illis non obstantibus in suis robore, & efficacia persistere, & quoties illae emanabunt toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie redintegratas, etiam sub Data per ipsos eligenda de novo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostrae esse, & ad hoc ut perpetua firmitate subsistant vim validi, & efficacis contractus inter Sedem Apostolicam, & huiusmodi Clericos habere debere, sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis authoritate fulgentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Quo circa venerabilibus Fratribus Aretino, & Volaterrano Episcopis, sive eorum Vicariis in Spiritualibus generalibus, & dilecto Filio Curiae Causarum Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Praepositi & Capituli praedictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Praepositum, & Capitulum praedictos pacifica praemissorum omnium possessione pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per quoscumque quomodolibet indebite molestari: contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo: & nihilominus legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus piae memoriae Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus, diotis, dummodo ultra tres dietas quis vigore praesentium ad iudicium non extrahatur, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis. Privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in praemissorum praeiudicium sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. *Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. die XIX. Octobris 1567. Pontificatus Nostri anno secundo.*

Fr. de Torres.

a. Breve profero.

Ad perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecit Venerabilis Frater Thomas Bonaventura Archiepiscopus Florentinus, quod dudum fel. rec. Eugenius Papa IV. Praedecessor noster cupiens devotionem, ac cultum divinum, in Ecclesia Florentina, ad quam Dominicis praeser-

Ecclesia Sancti *Apollinaris*, olim in Pomoerio exteriori Vrbis Florentiae, deinde autem Moenibus ipsius Vrbis inclusa, quae

fertim, ac aliis Festivis diebus magna confluebat populi multitudo, Clericorum Cantus ac Grammaticae peritorum numero adaugere, inter alia officium quoddam Scholasticum nuncupatum, cui Sacerdotalis Ordo adnexus existeret, pro uno perpetuo Scholastico in Sacerdotio constituto, ac Cantu, & Grammatica erudito, nec non Scholam triginta trium puerorum Clericorum, qui sub Scholastico praedicto Grammaticam, & Cantum addiscere, ac singulis diebus, ac vicibus, quibus Missas, & Horas Canonicas, aliaque Divina Officia in dicta Ecclesia celebrari contigisset, iis continuo interesse tenerentur, eisdem pueris Clericis, ac cuilibet eorum specialiter indulgendo, ut postquam per novennium Ecclesiae praedictae laudabiliter inservissent, & ad aetatem legitimam, in qua iuxta Sacros Canones possent ad Sacros & Presbyteratus Ordines promoveri, pervenissent, ex tunc se ad illos etiam absque beneficio Ecclesiastico, aut alio titulo legitimo & Canonico promoveri facere possent, motu proprio, ac ex certa scientia, sub certis modo, & forma, ac conditionibus, honoribusque, & oneribus, ac cum assignatione quorumdam fructuum, redituum, & aliorum emolumentorum, instituit, creavit, & deputavit, ac subinde idem Eugenius Praedecessor memorato triginta trium puerorum praedictorum numero alios viginti supranumerarios, qui primo dictis subrogari possent, addidit, aliaque pro recto Scholae, & puerorum huiusmodi gubernio, & progressu disposuit, ac demandavit, & alias prout in binis eiusdem Eugenii Praedecessoris literis, primis quidem anno Incarnationis Dominicae 1435. decimo Kal. Aprilis, novissimis vero anno pariter Incarnationis Dominicae 1441. quarto Nonas Octobris, respective expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur: quae quidem omnia & singula praemissa successivè post celebrationem Concilii Tridentini a rec. mem. Pio Papa V. Praedecessore pariter Nostro per suas desuper in simili forma Brevis die 19. Octobris 1567. expeditas literas, cum eiusdem Concilii Decretorum derogationibus necessariis, & opportunis confirmata fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, praedictus Archiepiscopus Seminarium Clericorum in Civitate Florentina iuxta formam a dicto Concilio Tridentino praescriptam, adhibita etiam ad id Pastorali Nostra, & Apostolicae Sedis providentia, erigi curaverit; ad uberius vero dicti Seminarii incrementum plurimum cupiat, ut ex Schola praedicta pueri Clerici huiusmodi, qui prae ceteris aptiores censebuntur, deligi, ac in dicto Seminario, quo sub eorumdem Rectorum, ac Magistrorum disciplina, & insimul conviventes pietate, & literarum scientiis, probisque & statui Ecclesiastico consentaneis moribus instituantur, ac exercitiis Ecclesiasticis in eiusmodi Seminariis rectè, & salubriter, ordinariis fieri consuetis vacent; *sublata ea, qua in praedicta Schola existentes post Horas Canonicas, & Officium Divinum, in privatis eorum domibus vivendi, & cum secularibus conversandi, & alias libere vagandi gaudent licentia*; admitti, & recipi valeant, ac nihilominus eodem privilegio sese ad Sacros, & Presbyteratus Ordines absque beneficio Ecclesiastico, aut alio titulo Canonico, ut praefertur, promoveri faciendi, etiam postquam in dicto Seminario admissi fuerint, frui possint, quo potirentur, si in praedicta Schola persisterent, etiamsi dictae Ecclesiae diebus tantum Festivis, quemadmodum idem Concilium Tridentinum praescribit, non autem quotidie inserviant: nobis propterea dictus Thomas Bonaventura Archiepiscopus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eiusdem Archiepiscopi votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac dictarum literarum tenores, & alia quaecumque etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium dicti Concilii Tridentini Interpretum consilio, eidem, & pro tempore existenti Archiepiscopo Florentino, ut ex Schola praedicta a memorato Eugenio Praedecessore, sicut praemittitur, instituta, numerum Clericorum sibi bene visum ad ef-

quae [a] Basilica olim habita est, & iuxta Vitruvianam Architecturam constructa fuisse deprehenditur; quare pervetusta esse debuit [b]. Antiquo ritu, fronte Occasum respiciebat, & tribus navibus constabat. Facies eius anterior, & pars Ecclesiae etiam interior, ab *Andrea Organia* celebri Artifice, & *Bernardo* eius fratre, sequioribus saeculis depicta fuit; quae pictura tandem tectorio inducta est, vestigiis quibusdam vix remanentibus. Antiquissima tamen eius memoria ab anno tantum MLXIV. repetitur, & Collegium Canonicorum habuisse dignoscitur [c]. Hinc eius Canonici occurrunt, *Rodulphus* anno MCCXXXVII. [d] *Teliarius*, *Cantis F. Teliarii N. Cavalcantius* anno MCCLXXXIX. *Iuncta* anno MCCCXIII. *Ioannes* anno MCCCXLVIII. qui forte idem est ac *Ioannes* ille Canonicus, qui anno MCCCLVI. adhuc vivebat [e]. *Guido* anno MCCLXXXVI. Canonicus erat [f]. Canonicis Prior praeerat, & Ecclesia non sine Paroecia fuit [g], cum antiquitus, tum nostra aetate; & anno MCCIC. pro decima Sedi Apostolicae debita libras XXXI & solidos VIII. solvebat [h] Prior Ecclesiae anno MCCV. Magister *Guido*, MCCXXIV. *Rainerius*, erat [i]. Vna enim iam erat

fectum illos in dictum Seminarium admittendi, seligere possit, & valeat, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus; ipsis vero Clericis, qui dicto Seminario, ut praefertur, adscripti fuerint, & a servitio Chori, & Ecclesiae praedictae diebus dumtaxat ferialibus, excepta tamen Hebdomada Maiori, abesse valeant, ac nihilominus omnibus, & singulis emolumentis, iuribus, & privilegiis, quae Clericis praedictae Scholae in praenarratis Eugenii, ac Pii, Praedecessorum literis indulta continentur, utantur, fruantur, & gaudeant, ac uti, frui, & gaudere possint, non obstante quod praedictae Ecclesiae non inserviant, Divinisque Officiis quotidie non intersint, prout in eorumdem Eugenii, ac Pii, Praedecessorum literis cavetur, auctoritate, & tenore praedictis indulgemus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium, decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac omnibus, & singulis, quae in praedictis Eugenii, ac Pii, Praedecessorum literis concessa sunt non obstare, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Ecclesiae etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & subfficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. *Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 6. Iunii 1714. Pontificatus Nostri anno decimo quarto.*

Co. F. Oliverius.

a Caonsule superius p. 986. 987. 1425.

b Consule *Vincentium Borghinium Part. II. pag.* 406. *Richam Tom. II. pag.* 115. *Stephanum Rossellium Sepultuar. Flor.*

c Consule *Richam loco citato*.

d Consule superius *pag.* 119.

e Consule superius *pag.* 1024.

f Adi superius *pag.* 1135.

g Consule superius pag. 290. 751.

h Adi superius *pag.* 531.

i Superius *pag.* 988.

a Poc-

erat ex XII. Prioratibus Florentiae [a]. Ecclesiae iuspatronatus ad Capitulum seu Canonicos Ecclesiae Cathedralis Florentinae pertinuit [b]. Deinde ius hoc patronatus ad Episcopum Florentinum devenit: nam *Antonius Altovita* Archiepiscopus anno MDLIV. *Ioanni Marsilio* Pratensi Presbytero eam contulit. Non tamen ius istud in Archiepiscopis perpetuo substitit; nam anno MDVIIIC. ad Monachos Olivetanos, qui iam in Monasterio Sancti *Mincatis* in Monte degebant, & deinde in Coenobium Sancti *Barptolemaei* Montis Oliveti migrarunt, tandem transivit [c]. *Ferdinandus I.* enim Magnus Etruriae Dux, quum Clericos Regulares Theatinos Florentiam transferre vellet, & Ecclesiam Sancti *Michaelis Berthelddae*, quae Monachorum illorum iuris erat, commodam fore ipsis existimaret, eam ab Olivetano Abbate petivit, & obtinuit; quare *Clemens VIII.* Pont. Max. cessionem Ecclesiae S. *Michaelis* Theatinis a Monachis factam adprobavit, & compensationis gratia Monasterio Montis Oliveti Ecclesia Sancti *Apollinaris* adnexa fuit [d]. Quum autem Clerici Theatini bonorum immobilium nihil possidere possint, fundi omnes, & reditus, qui ad Ecclesiam Sancti *Michaelis* spectabant, a Monachis possideri perrexerunt. Monachi igitur Ecclesiae Sancti *Apollinaris* Rectorem seu Priorem unum ex suis Monachis usque ad annum MDCXLIV. constituere consueverunt, qui Sacramenta ministraret viciniae, & curam pastoralem gereret; aedibus seu Canonio Ec-

a *Poccianti pag.* 143. *Borghinius.*

b Adi *Richam Tomo citato pag.* 116. & constat ex monumentis Archivi Capitularis, quae superius *pag.* 984. 1425. producta fuere. Tria alia exhibeo.

1224. Dominus *Ioannes* Divina Providentia Florentinus Episcopus intelligens ius eligendi Rectorem in Ecclesia Sancti *Apollinaris* ad Archipresbyterum pertinere propter varia, quae fieri audivit de ipsa Ecclesia tam in eligendo Canonicos, quod in eius Concilio fieri prohibuerat per excommunicationem in talibus Ecclesiis; quam etiam de tractatu futuri Rectoris in eadem Ecclesia, & promissionibus inde factis & firmatis, vivente Magistro Guidone ipsius Rectore, cassat & irritat quod factum sit, vel fiet, vivente eodem Magistro Guidone, & qui contra fecerit sine consensu dicti Archipresbyteri sui excommunicat. Actum in Palatio Episcopatus praesentibus Magistro Petro, & Domino Benigno, & Simone Corbizi Cappellanis dicti D. Episcopi &c. Iacobus Iudex, & Notarius. Item anno

1224. 3. Idus Februarii Indict. 13. D. Episcopus fulminat excommunicationem contra Clericos & Laicos, qui fecerint, vel faciant, electionem aliquam in supradicta Ecclesia S. Apollinaris contra electionem factam a dilecto Fratre suo D. Archipresbytero Florentino de Raynerio Canonico S. Laurentii, quem in Praelatum & Rectorem dictae Ecclesiae elegit Anno 1224. 6. Kalendas Martii Indict. 13. testibus D. Gentile Canonico Florentino, D. Ildebrando Adimarii, & Gondo Lei &c. Iacobus Iudex, & Notarius &c.

1224. D. Clanoc Praepositus Florentinus cum consensu DD. Rustici, Henrici, Gentilis, Magnaxii, Opizonis, Rustici, & P. Iacobi, Canonicorum Florentinorum concedit licentiam Domino Bonsignori Archipresbytero Florentino faciendi quidquid ei videbitur de factis Ecclesiae Sancti Apollinaris. Actum Florentiae apud Canonicam Florentinam, Anno Incarnationis 1224. 12. Kalendas Martii, Indict. 13. Bencivenni Iudex, & Notarius.

c *Richa Tom. citato pag.* 117. Consule superius *pag.* 583. 985.

d *Richa* loco citato. Consule superius *pag.* 583.

a Te-

Ecclesiae pro hospitio semper usi. Sed quum *Innocentius* X. Pont. Max. Monachis, ceterisque Fratribus, in exiguis Coenobiis habitare prohibuisset, Ecclesia iterum Presbyterorum saecularium curae commissa est, Monachis ipsos eligentibus, & pro lubitu amoventibus. Arae, seu Aediculae, seu Capellae, plures in hac Ecclesia fuere; nam a dextris, eam ingredientibus erat primum Capella *Sacchettiorum*, qui huius Ecclesiae fundatores habiti sunt, cum antiqua tabula, in qua *Raphael* Archangelus pictus est; & *Tobiae* gesta in gradibus ligneis super Arae mensam exstantibus. Deinde Capella Sancti *Francisci* Assiatis cum eius pictura occurrit, & ad *Sinibaldios* pertinet. In tertia Capella, quae est Sanctimonialium Sancti *Ioannis* Ierosolymitani Viae Sancti Galli, *Franciscus Nicchius* Ecclesiae Prior anno MDCC. imaginem Deiparae ab Angelo salutatae inscite pinxit. Quarta Monachorum Olivetanorum erat, & in ea Sancta *Francisca* Romana picta est, cum sequenti Inscriptione:

D. INNOCENTIVS OLIVERIVS ORIVNDVS
EX GALLIA MONACH. OLIVETANVS FLOR. EREXIT
DEO SANCTAEQVE SVAE FRANCISCAE ROM.
DICAVIT ANNO MDCXV.

In quinta est Insigne baculi in modum crucis, indicans ius patronatus ad Nosocomium Sanctae *Mariae Novae* spectare; & in eius tabula Sancta *Lucia* a *Francisco Matio* picta fuit. Retrocedendo autem usque ad Ecclesiae Portam, atque iterum procedendo, a sinistris occurrit Capella Artis Coriariorum, & Sanctis *Barptolemaeo*, & *Christophoro*, in tabula pictis, sacra est. Haec Capella fundata fuit ab *Barptolemaeo Telli F. Iachero* de Paroecia Sancti *Apollinaris*, Arti Crepidariorum adscripto, sub initium, ut videtur, saeculi XV. Nam in suo testamento anno MCCCCVII. condito huius Capellae ab se erectae meminit [a]. Iuspa-

[a] Testamentum ex *Domin. Maria Manno Tom. XV. Sigillor. pag.* 115. ubi de hac Capella varia dicuntur, heic profero.

Anno D. MCCCCVII. die 20. *Novembris Indict.* 1. *Actum Florentie in Capella superiori Ecclesie S. Marci presentibus Fratribus eiusdem Conventus, Bartholomeus olim Telli Giacheri Pianellarius Populi S. Apollinaris de Florentia sanus mente, & corpore &c. fecit testamentum. Sepeliri voluit in dicta Ecclesia S. Apollinaris in sepulcro suo subter Cappellam SS. Bartholomei, & Christophori, quam Cappellam de suis propriis denariis, & expensis, dictus Testator edificari, & pingi fecit pro remedio anime sue, & suorum, in prima entrata ex latere sinistro dicte Ecclesie.*

Item reliquit Conventui S. Marce predicti libras x. floren. parvor.

Item Societati Spiritus Sancti in dicta Ecclesia S. Marci libras x. floren. parvor.

Item Societati S. Marie del Tempio libras x. florenor. parvor.

Item dixit quod recepit in dotem D. Bartholomee uxoris sue, & filie olim Pieri Bartholomei, florenos auri centum, & etiam donationem propter nuptias de libris L.

Item reliquit dictam D. Bartholomeam, & D. Philippam matrem dicte D. Bartholomee, inquantum steterint vidue, & vitam ho-

Iuspatronatus deinde ad Artem Sutorum, eiusdem testamenti vi, anno MCCCCXLVIII. transivit. Post hanc Capellam sequitur Capella Sanctissimae Trinitatis, iam ad *Manettios* spectans, ac deinde Societati Bigalli ab *Stasio*, seu *Anastasio*, *Benincasae F. Manettio* concessa. Tertia Christo e cruce pendenti sacra patronos non habet. Quarta genti *Carcherelliae*, post longam litem cum *Sacchettiis* agitatam, adiudicata est; cuius tabula imaginem Sancti *Apollinaris* refert. Quinta tandem imaginem Deiparae a Monte Carmelo spectantibus obfert [a]. Altare princeps a gente *Sacchettia* renovatum fuit, quare in lapide sub Altaris mensa posito legebatur:

IOANNES BAPTISTA SACCHETTVS ANTIQVVM PIETATIS MVNVS RESTITVIT ANNO MDCIX. [b]

Fa-

nestam servaverint, & quousque vixerint, usufructuarias, & ad godimentum omnium bonorum suorum, de quibus possint vendere, & alienare in quantitatem florenor. CC. auri, ultra dotem, & donationem predictas in casu necessitatis, & infirmitatis earum. Item predicte D. Bartholomea, & D. Philippa si steterint &c. sint gubernatrices pro faciendo officiari dictam Cappellam dum vixerint expensis heredum ipsius Testatoris.

Item dixit, quod emit de suis propriis denariis infrascripta bona, videlicet tres domos contiguas cum terris olivatis &c. in Populo S. Michaelis de Gangalandis. Item alia petia terre laborative &c. in Populo S. Stephani de Calcinaria, & in populo S. Martini a Gangalandis. Que bona reliquit pro dote dicte Cappelle post mortem, sive viduitatem ipsarum D. Bartholomee, & D. Philippe, salva tamen facultate eis concessa &c.

Item reliquit dicte Cappelle post mortem &c. medietatem domus pro indiviso site in Populo S. Laurentii de Florentia in Via S. Zenobii dreto a S. Orsola supra Cellam Pappe.

Item post mortem, sive viduitatem &c. patronatum, seu gubernium dicte Cappelle pertinere debeat pleno iure ad Consules Artis Calzolariorum Civitatis Florentie, & ad Ioannem Francisci Busilli, & Lapum eius filium, & ad Foreso Antonii Sacchetti Cives Florentinos, & eorum descendentes masculos cum onere dictis Patronis eligendi Presbyterum bone vite pro officiando dictam Cappellam, & qui dicat, & cantet continuo qualibet mane Missam in dicta Cappella &c.

Heredes instituit filios suos legiptimos, & naturales, quibus substituit dictas D. Bartholomeam, & D. Filippam &c. & post eis substituit Dominicum Filippi Telli eius ex fratre carnali nepotem, & ipsius filios masculos, & feminas &c. quibus substituit Franciscum, Antonium, & Ciatterum filios D. Laudesis &c.

Ego Petrus Francisci Alberti Bartholomei Alberti Civis & Not. publ. Flor. necnon ad presens Scriba Artis Iudicum & Notarior. Civitatis Flor. predicta omnia sumsi & copiavi ex quodam Libro Rogituum Ser Thome Dominici Carundini Civis & Not. Flor. morte preventi, qui Liber retinetur penes dictam Artem Iudicum, & Notariorum.

[a] In Descriptione Dioeceseos Florentinae, & eius Ecclesiarum, sub initium saeculi XVII. composita, ita de Ecclesia S. *Apollinaris* agitur:

Prioria Sancti *Apollinaris* Monasterio S. *Barptolemaei* de Monte Oliveto semper adnexa anno 1592. per literas *Clementis* Papae VIII. stante conventione ab eis facta de Ecclesia *S. Michaelis de Berteldis* cum Clericis Regularibus Theatinis.

Cappellae huius Ecclesiae.

1. C. *Annuntiationis V. Mariae*. Patronae Moniales Sancti *Ioannis*, vulgo *Ioannini*, Ordinis Hierosolymitani. 10. Presbyter *Romulus de Nannuccius* institutus 17. Septembris 1582. Cecc. &c.

2. C. SS. *Barptolemaei*, & *Christophori*. Patroni Consules Artis Variariorum. Presbyter *Franciscus de Franceschinis* institutus 8. Februarii 1570. Franchi.

3. C. S. *Luciae*. Patronus Hospitalarius S. Mariae Novae. Presbyter *Ioannes Martholus* institutus 16. Iulii 1606. Gerard.

4. C. *Virginis Mariae*. Patrona familia *de Sacchettis*. 10. R. D. *Nicolaus Sacchettus* institutus 20. Decembris 1610. Gerardus.

[b] *Richa* ubi supra.

Oooooooooooooooo

a Adi

Fatalis autem huic vetustae Ecclesiae annus MDCCLV. fuit [a]: Nam cum inter *Benedictum* XIV. Pont. Max. & *Franciscum* Imperatorem Magnum Etruriae Ducem convenisset, ut nova sacrae censurae exercendae forma, & qualis Venetiis servatur, Quaesitoribus Fidei Florentiae, & in Etruria, traderetur, statutum quoque fuit, ut novae aedes aedificarentur ab antiquis diversae ac remotae, in quibus iudicia ad religionis integritatem & ad eam farctam & tectam custodiendam spectantia ab sacris Censoribus agerentur; quumque Ecclesia Sancti *Apollinaris* Praetorio [b] proxima esset, in quo iudicia criminalia agitantur, & in quo Magistratus VIII VIRVM est, cum numeroso satellitio; locus hic aptus & percommodus visus est novis aedibus aedificandis. Aedes enim Quaesitoris Fidei & Religionis antea erant in Coenobio Sanctae Crucis, in quo Minoritae Conventuales, ut vocant, Florentiae morantur. Sciendum quippe est, quum primum Magistratus Quaesitoris Fidei Florentiae institutus est, medio circiter Saeculo XIII. hoc munus Praedicatoribus Fratribus, qui anno circiter MCCXXI. Florentiam advenerant, demandatum fuisse. Beati enim *Dominici*, eorum auctoris, sacer is Magistratus inventum fuit. Sed quum ob Episcoporum, aliorumque Antistitum, incuriam & negligentiam, caussae & controversiae Religionis adeo crevissent, ut iis tractandis, definiendisque, Praedicatores illi minime sufficerent; *Innocentius IV.* ut iis opem ferrent, Minoritas advocavit: quare inter hos provinciae deinde dispertitae fuere, & Florentia aliaeque Etruriae Civitates Minoritis obtigere. Tunc tribunal illud severum & temporibus illis pernecessarium a Coenobio Sanctae *Mariae Novellae* in Coenobium Sanctae Crucis translatum est; ubi usque in praesens permansit. Sed quum Princeps suae auctoritati & imperio melius pleniusque consulere vellet, tamdem nova censurae Fidei exercendae forma inducta est; & aedes, in quibus sacer hic Magistratus iudicaret, constructae in loco eversae Ecclesiae Sancti *Apollinaris*. Nam anno MDCCLV. Pontifex ille Maximus ius suis litteris [c] dedit subprimendi hanc Ecclesiam & Paroeciam, amovendi

a Adi superius *pag.* 988. ubi tamen distributio Paroeciae aliis Ecclesiis facta integre non narratur.

b Consule superius *pag.* 1033.

c Literas Apostolicas, atque Acta Archiepiscopi Florentini circa easdem, heic in medium adduco.

FRANCISCVS CAIETANVS INCONTRI Dei, & S. Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Florentinus, Sanctissimi D. N. Papae Benedicti XIV. Praelatus domesticus, Pontificii Solii Episcopus assistens, S. R. I. Princeps, & in hac parte Delegatus, & Commissarius Apostolicus.

Visis litteris Apostolicis in forma Brevis exaratis sub datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 16. Augusti 1755. Pontificatus autem praedicti Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Benedicti Divina Providentia Papae XIV. anno XV. in quibus a praedicto

vendi Rectorem, Beneficia seu Capellas in alias Ecclesias transferendi, populum viciniae aliis Ecclesiis & Paroeciis distribuendi, & tandem sacrum ipsum aedificium evertendi, ut in eius situ novae illae aedes aedificarentur. Hinc *Franc. Caietanus Incon-*

cto Sanctissimo Domino nostro nobis datum fuit in mandatis, ut pro erigendis, construendisque aedibus pro Tribunali sacrae adversus haereticam pravitatem Inquisitionis in hac Civitate Florentiae, cum omnibus, & singulis necessariis, & opportunis facultaribus, Ecclesiam Parochialem nuncupatam S. Apollinaris huius pariter Civitatis supprimeremus, ac suppressam esse & fore; nec non pro earundem aedium erectione, & constructione, cum omnibus, & singulis annexis, & connexis, & ad ipsam Ecclesiam S. Apollinaris quomodolibet spectaotibus, addiceremus, & addictam esse, & fore, declararemus, & prout latius in dictis literis Apostolicis, tenoris sequentis videlicet.

BENEDICTVS PP. XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Praeclara, quam de eximiis pastoralibusque virtutibus Fraternitatis tuae habemus, opinio nos in certam spem erigit, fore ut Fraternitas tua ea, quae Tibi committimus, singulari integritate, dexteritate, & zelo, debitae executioni mandare, & pro nostris votis adimplere, satagas, & adnitaria. Quoniam autem in ista Civitate Florentina erigendae construendaeque sunt aedes pro Tribunali sacrae adversus haereticam pravitatem Inquisitionis; Nos ea propter Te, Venerabilis Frater, tenore praesentium Apostolica auctoritate, quibuscumque in contrarium non obstantibus, Apostolicum Delegatum, & Commissarium nostrum, cum omnibus, & singulis ad infrascripta necessariis, & opportunis, facultaribus constituimus & deputamus. Ac primum quidem volumus, & mandamus, ut Ecclesiam sub invocatione S. Apollinaris eiusdem Civitatis Florentinae supprimas, & suppressam esse ac fore, nec non pro earundem aedium erectione, & constructione cum omnibus & singulis annexis, & connexis, & ad ipsam Ecclesiam S. Apollinaris quomodolibet spectantibus, addicas, & addictam esse, & fore declares. Deinde vero ut eas, & omnes, & singulas ordinationes, praescriptiones, constitutionesque, quas ad huiusmodi negotium perficiendum, eiusdemque stabilitatem procurandam confirmandamque, duxeris in Domino fore statuendas ac proponendas, delegata Tibi commissaque a nobis auctoritate, ac potestate, pro data Tibi a Domino sapientia statuas & proponas. Verum volumus pariter, & mandamus, ut postquam omnia, & singula, Tibi delegata, & commissa, composueris ac peregeris, ad nos perferenda cures, ut eadem nos quoque non solum probemus, sed etiam quo firmius subsistant, & serventur exactius, inviolabili Apostolicae firmitatis nostrae patrocinio muniamus. Nos interim Tibi, Venerabilis Frater, ad prosperi successus auspicium Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 16. Augusti 1755. Pontificatus Nostri Anno XV.

Caietaous Amatus.

Visa igitur intimatione facta Rev. Domino Carolo Taiuti moderno Vicario perpetuo praedictae Parochialis Ecclesiae Prioriae nuncupatae S. Apollinaris.

Visa intimatione facta Reverendiss. Patri Abbati, & RR. Monachis, Venerabilis Abbatiae S. Bartholomaei de Monte Oliveto, Patronis dictae Ecclsfiae S. Apollinaris.

Visis intimationibus factis Patronis Cappellaniarum, aliorumque piorum legatorum, & sepulchrorum, in dicta Ecclesia existentium, una cum omnibus.

Viso consensu praestito & declarationibus factis per Patronos Beneficiorum, aliorumque piorum onerum pro eorum translatione ad alias Ecclesias.

Visis intimationibus factis Congregationibus dictae Ecclesiae, ad effectum transferendi & collocandi in aliis Ecclesiis.

Visis declarationibus factis per Officiales, & Confratres, Congregationum Angelorum Custodum, & Divinae Gratiae, prout in actis.

Visis aliis videndis, & consideratis considerandis, forma iuris sacrorum Canonum, ac praeinsertarum Literarum Apostolicarum servata, sic, prout infra, duximus declarandum, statuendum ac proponendum.

Scilicet dicimus, decernimus, declaramus, statuimus, & proponimus Ecclesiam Parochialem Prioriam nuncupatam sub

contrius Archiepiſcopus Florentinus anno MDCCLVI. Sabbato Hebdomadae Paſſionis Eccleſiam hanc rite exſecravit & profanam reddidit; demumque anno MDCCLVII. menſe Iunio diruta eſt, & novae aedes ibidem conſtrui coeperunt, quae tamen non eo

ſub invocatione S. Apollinaris huius Civitatis ſupprimendam, nec non pro erectione & conſtructione aedium pro Tribunali ſacrae Inquiſitionis adverſus haereticam pravitatem in hac eadem Civitate Florentiae cum omnibus & ſingulis annexis, & connexis, & ad ipſam Eccleſiam S. Apollinaris quomodolibet ſpectantibus, addicendam fore, & addictam eſſe, prout auctoritate nobis commiſſa, & qua in hac parte fungimur Apoſtolica ſupprimimus, & addicimus, ac ſuppreſſam, & addictam eſſe declaramus.

Quo vero ad Beneficia aliaque pia onera Miſſarum, quae in dicta Eccleſia S. Apollinaris ut praemittitur ſuppreſſa, & addicta adimplebantur, eadem Beneficia piaque legata ad alias reſpective Eccleſias, ut infra declarandas, transferenda, adimplendaque eſſe decernimus videlicet.

Cappellaniam ſub invocatione SS. Chriſtophori, & Bartholomaei, Iuriſpatronatus DD. Conſulum Artis, & Vniverſitatis Coriariorum huius Civitatis, in Eccleſiam Parochialem Prioriam nuncupatam S. Blaſii huius pariter Civitatis.

Cappellaniam itidem ſub invocatione Beatae Mariae Virginis Iuriſpatronatus Nobilium DD. Marchionis Ioannis Baptiſtae, & Commendatarii F. Iulii Sacchetti de Vrbe, attenta declaratione per Clariſſimum Dominum Senatorem Antonium Franciſcum Acciaioli Toriglioni eorum Procuratorem facta ut in actis &c. in Eccleſiam Parochialem Prioriam nuncupatam SS. Apoſtolorum huius pariter Civitatis.

Cappellaniam ſub invocatione S. Franciſci de Paula in Eccleſiam Parochialem S. Benedicti huius Civitatis.

Cappellaniam Sanctae Luciae cum Anniverſario trium Miſſarum lectarum pro anima illius nuncupati - *il Pianellaio* - in Eccleſiam S. AEgidii Venerabilis Hoſpitalis S. Mariae Novae.

Officiaturam relictam a Dom. Ioanne Maria Sizzi Miſſarum nonaginta ſex, & unius annui Officii explendi in menſe Novembris, in Oratorium publicum S. Franciſci de Paula in Populo S. Miniatis de Signa Florent. Dioeceſis &c.

Officiaturam Miſſae quotidianae exceptis diebus Sabbati, relictam a Familia de Sacchettis, & adimplendam per RR. PP. Minores Conventuales S. Crucis, nec non Anniverſarium pro anima mulieris Mariae Catharinae Sacchetti cum quatuor Miſſis lectis, in Eccleſiam eorundem PP. Minorum Conventualium Sanctae Crucis huius Civitatis.

Annuum Officium cum tribus Miſſis lectis in ſuffragium animae Mariae Agnolettae Benedicti Roſſelli viduae relictae a Sancte Apparitore Officii Honeſtatis, in Eccleſiam Venerabilis Hoſpitalis S. Matthaei di Lemmo nuncupatam huius pariter Civitatis; reſervantes nobis facultatem transferendi Cappellanias aliaque pia onera Miſſarum exiſtentia in dicta Eccleſia S. Apollinaris, ad alias Eccleſias nobis bene viſas, & attenta contumacia Patronorum, non obſtante intimatione illis facta ad ſe declarandum, & decernendam Eccleſiam, in quam eorum Beneficia, & pia onera, transferre vellent.

Congregationes autem Divinae Gratiae, & Angelorum Cuſtodum, ab Eccleſia S. Apollinaris ad Eccleſiam SS. Simonis & Iudae transferimus, & tranſlatas eſſe declaramus, & inibi ſe ſe coadunandi, aliaque pietatis & devotionis exercitia peragendi Confratribus earumdem reſpective Congregationum licentiam & facultatem concedimus, & impertimur.

Animarum autem curam, & onera Parochialia dictae Eccleſiae S. Apollinaris quomodolibet incumbentia, illorumque exercitium ac miniſterium a praedicta Eccleſia omnino ac perpetuo abdicamus, illaque ſic abdicata, Palatium Iuſtitiae Communis Florentiae, nec non quatuor domos poſitas in *Via della Giuſtizia*, & alias in ingreſſu *Viae della Vigna*, & alias tres in dicta Via a ſiniſtris, & duas in Via nuncupata *delle Seggiole* a ſiniſtris, & alias ſeptem in eadem via a dextris, nec non alias ſeptem domos poſitas in Via *dell' Anguillara* ſecus domum Oratorii S. Philippi Nerii, aliaſque ſeptem domos poſitas e contra Eccleſiam novam S. Philippi Nerii, & binas domos poſitas in Via *della Burella*, & animarum curam Parochianorum pro tempore dictas reſpective domos inhabitantium, earumque regimen, & Sacramentorum adminiſtrationem, Eccleſiae, & Rectori pro tempore SS. Proculi, & Nicomedis, transferimus, & deſigna-

u gna-

co anno, sed insequenti absolutae fuere. Plateae Sancti *Apollinaris* alias memini, nunc autem facinus memorandum, quod

gnamus. Quatuor vero domos positas in Via *dell' Anguillara* secus domum Domini Georgii de Ugolinis, Ecclesiae Parochialis SS. Simonis, & Iudae transferimus, & assignamus: similiter quatuor domos positas in Via nuncupata *della Brontola*, Ecclesiae Parochiali S. Iacobi inter Foveas pariter assignamus. Denique quatuor domos super Plateam Oratorii Novi S. Philippi Nerii, tres domos in Via *della Condotta* e contra Monasterium Abbatiae Florentinae, & subsequentes alias duas domos existentes in viculo vulgo Chiassuolo, tres in Via *del Braccio*, alteram in Platea Magni Ducis, quatuor in Via nuncupata *del Garbo*; alias e contra domum pii Refugii S. Philippi Nerii, & aliam in Via *de' Cimatori*, Ecclesiae Parochiali Prioriae nuncupatae S. Romuli in Platea transferimus, & assignamus; Ita quod Parochiani Ecclesiae praedictae nunc & pro tempore existentes, deinceps in perpetuum ad dictas respectivas Ecclesias, & cuilibet ipsorum respective designatas, tamquam proprias eorum respective Parochiales Ecclesias pro Missis & aliis Divinis Officiis audiendis, & Sacramentis Ecclesiasticis percipiendis, tamquam veri, certi, & indubitati earum respective Parochiani accedere, earumque respective Rectores, uti veros proprios Parochos, & animarum similiter Pastores, recognoscere, & observare, illisque respective debitam obedientiam & obsequium exhibere, & iura Parochialia solita & consueta praestare debeant, & teneantur.

Omnia paramenta, calices, sacra utensilia, aliaque ornamenta, dictae Ecclesiae S. Apollinaris ut praefertur suppressae, & pro illius Sacristiae usu, Sacramentorum administratione, & divino cultu quomodolibet comparata, ad dictum Reverendissimum P. Abbatem, & RR. Monachos, S. Bartholomaei de Monte Oliveto spectare, & pertinere, omniaque suprascsiptae Abbatiae esse consignanda, declaramus, dummodo tamen de praedictis sacris utensilibus, ut praefertur, consignandis, perexacta descriptio conficiatur, & in actu consignationis huiusmodi sacrarum supellectilium per praedictos Reverendissimum P. Abbatem, & RR. Monachos, fiat confessio de tecepto, in actis nostrae Cancellariae referenda.

Stemmata particulatium familiarum, quae quae super ianuam in anteriori parte dictae Ecclesiae S. Apollinaris posita existunt, quatenus paries anterior demoliri debeat, & ob id insignia amoveri opus sit, exinde amoveri non possint sine praecedenti licentia & consensu Patronorum stemmatum & insignium huiusmodi, ac sine gratia & indulto Augustissimi Imperatoris; & quoad stemmata & insignia intra praedictam Ecclesiam S. Apollinaris, utpote in Cappellis, in quibus dictae Cappellaniae fundatae sunt, existentia, possint Patroni Cappellaniatum huiusmodi respective arma & insignia praedicta inde amovere & ad Ecclesias, ad quas translatio Cappellaniarum earundem fieri contigerit, transferri & transportari facere, dummodo Patronorum Ecclesiarum, ad quas translatae fuerint Cappellaniae, expressus accedat assensus; & si illa Patroni ipsi amoveri & trasportari non curaverint, & neglexerint, omnia amoveri & tolli possint, ad effectum reducendi dictam Ecclesiam in usum & commodum aedium construendarum, ut praemittitur, pro Officio Sacrae Inquisitionis.

Sepulturas in dicta Ecclesia existentes destruendas esse, & ossa fidelium inibi sepulta ad aliud Coemeterium, vel locum religiosum ad id destinatum, & per nos declarandum & designandum, transferri & humari mandamus.

Et ita dicimus, decernimus, declaramus, statuimus, & proponimus, dummodo praemissis S. Sedis Apostolicae probatio accedat, & non alias &c. Et in omnibus, & per omnia ad formam, & tenorem praeinserti Brevis Apostolici, & non alias &c. Et ita non solum &c. Sed & omnibus &c. In quorum &c.

Datum Florentiae ex nostro Archiepiscopali Palatio die sexta Decembris 1755.

Franciscus Archiepisc. Florentinus, & Deleg. Apostolicus.

Illustriss. e Rev. Sig.

Si è degnato Nostro Sig. di approvare la Sentenza, che VS. ha data con buona regola, ed esattezza, a tenore della commissione dalla Santità sua appoggiatale sulla soppressione della Parrocchia di S. Appollinare di cotesta Città. Tanto per ordine di Sua Beatitudine debbo significare a VS. alla qua-

Ppppppppppppppp

quod in ea [a] contigit, referre animum induxi. *Alexander IV.* Pontifex Max. anno MCCLVIII. *Thesaurum Beccariam* Cardinalem & Abbatem Vallumbrosanum, Legatum suum Florentiam miserat, quo Guelforum & Gibellinorum discordes factiones, & in se mutuo saevientes, conciliaret, & pacificaret [b]. Sed cum pacem & concordiam civium, quasi transigendo, inter eos procuraret, Guelforum factioni visus est in exsulum Gibellinorum favorem propendere, quare Guelfi magna ira in Abbatem illum exarsere. Hinc populus temerarius, inconsultus, ac praeceps, barbare ac scelerate cum ducens, in Platea Sancti *Apollinaris* caput abscidit viro innocenti, & sanctimoniae fama conspicuo [c], qui a Congregatione Monachorum Vallis Vmbrosae tamquam Martyr coli meruit [d]. Quam autem rem adeo crudelem & sceleratam populus Ticinensis rescisset, & infestus Florentinis deinde omnimodis fuit, & data ad eos epistola de tam indigna saevitia non tam flebiliter, quam vehementer, conquestus est: & mirari profecto subit, Florentinos Ticinensibus respondendo facinus tam immane defendere potuisse, & calumnias optimo viro

ro

quale per fine auguro ogni vera prosperità.
Di VS.

Roma 27. Dicembre 1755.

Affezionatiss. per servirla
Per il Sig. Card. Valenti
Monsig. Arcivescovo *Antonio Rota.*
di Firenze.

Suprascriptae copiae concordant cum suis originalibus existentibus in filtia Cancellariae Archiepiscopalis Florentiae, & in fide &c.

Aloysius Vignali I. V. D. Cancell.

a Consule superius pag. 1033.1378.
b *Ioann. Villanius Lib. VI.* Cap. LXVIII.
c *Io. Villanius Lib. VI.* Chronic. Cap. 68. ita scribit: *E poi del mese di Settembre prossimo del detto anno il popolo fece pigliare l'Abate di Vallombrosa, il quale era gentile uomo de' Signori di Beceberia da Pavia, essendogli apposto, che a petizione de Ghibellini usciti di Firenze trattava tradimento, per martoro gli fecero ciò confessare, e scelleratamente, e a grida di popolo, gli feciono tagliare la testa, non guardando a sua dignità, nè a ordine sagro, per la qual cosa il Comune di Firenze, e i Fiorentini, furono scomunicati dal Papa. E dal Comune di Pavia, onde era il detto Abate, e da' suoi parenti, i Fiorentini, che passarono per Lombardia, ricevettono gran danno, e molestia. E di vero si disse, che il religioso uomo nulla colpa avea, con tutto che di suo legnaggio fosse grande Ghibellino. Per lo qual peccato, e molti altri, commessi per lo scellerato popolo, si disse per savi uomini, che Iddio per divino giudicio permise vendetta sopra il detto popolo alla battaglia, e sconfitta, di Monte Aperti, come poco innanzi faremo menzione.*
d *Philip. Ferrarius*, in *Martyrologio*, ita ad pridie Nonas Septembris scribit: *Florentiae B. Thesauri Abbatis Generalis Vallisumbrosae.* In Adnotationibus autem haec habet: *Is Ticini ex illustri Beccariorum familia ortus, Monachus fit Vallisumbrosanus. Inde factus Abbas ab Alexandro IV. Pont. Max. Florentiam ad factiones Guelforum & Ghibellinorum sedandas missus, tam piae operae praemium capitis abscissionem retulit.* Ioannes vero *Palatius* in *Fastis* Cardinalium ita scribit: *Eius corpus a Monachis Vallis Vmbrosae pie colitur; immo Martyr adpellatur in Part. I. Itinerarii Italici; & prius a Volaterrano Lib. XXI. Anthropologiae. Florentiae, in aede Sanctissimae Trinitatis, vetusta eius imago coloribus expressa palmam manu gestat sub epigraphe:* S. Thesaurus Cardinalis, & Martyr: *teste* Ciaconio. *De eius Martyrii palma conveniunt Arnoldus* Wion *Ligno Vitae, & Martyrologium Benedictinum.*

e Epi-

ro ſtruere perrexiſſe, ne cineribus quidem parcentes [a]. *Alexander* autem Pont. Max. Florentinis ob tantum ſcelus indignatus, eos ſacris interdixit, & cenſuris Eccleſiaſticis implicuit.

Ec-

a Epiſtolas Ticinenſium, & Florentinorum, amoebeas Italice redditas, ſed circa eadem, ut videtur, tempora, ex Codice MS. Riccardiano hic profero.

Queſta mandò Pavia a Firenza, quando e' mozaro la teſta a Don Teſon Abate de Valembroſa, 1260.

A la Podeſtà, e al Conſigio, del Comune di Fiorenze, e al Capitaoio del Popplo di quella Terra, la Podeſtà, e 'l Comune, e 'l Conſigio di Pavia. Non voluntieri parliamo, ma tacere non potemo: e a ſana mente incenda la reccunta de la pena, che provocati ſiamo ſtati dalle grandi iniurie, e ſuperbie, e offeſe, a noi fatte, le quale non ſolamente le noſtra interiora anno turbare, ma ancora in fino all' anime ſono intrate; e non ſolamente è in fin qui pervenuta, ma ancora per tute le Terre d'Italia è delongata, quella malvaſia ira, e crudeleza, e ſcacciata da ogne umanità, la quale de la perſona del reverendo, e kariſſimo Padre noſtro, e Abate de Valombroſa, homo ſantiſſimo di riligione, e guardatore di oneſtade, in queſti tempi attendevate di fare e crudelmente adempiere: del quale contra onne iuſtizia ſenza ragione, e lege, come non dubiavate facendo, con voſtra voluntade le ſue ſaote maoi offendendo, laſſando onne caſtitade e reverentia del ſuo corpo, lo quale era molto da reverire, ſiccome ladrone tormentandolo, de martire molto ladiſſimo il condanaſte; e faceſte in voſtro parlamento la ſua ſantiſſima teſta tagliare, dela quale morte non ſenza merito lo nome voſtro, e di quelli che veranno dapo a voi, di perpetuale infamia avete lordato, la qual coſa per voi ſi conoſce che ſia facta non in ſadiſfacimento de Dio, ma in manifeſto diſpreſiamento di tuta la Romana Chieſa, e di tuto il noſtro Comune, ed altiſſima iniuria ed offenſa de' noſtri amici, et ſpecialmente de' nobili uomini, e potenti, Becari cittadini noſtri, del quale ſangne egli era nato: le diviſe, e gli onori, e le antichitade e potenza, de' quali non ſolamente intra noi, ma in ogne parte, è manifeſta, ſecondo che poſſono teſtimoniare quelli che ſono proximi, e remoti: et perciò il dolore del decapitamento oribile del cotale homo gli animi noſtri e quili de' ſuoi amici, in fino a le radici, a compreſo, e ſecondo che per aventura li tempi, che verranno, dimoſtreranno, non ſerà no apo noi mai per un fingimento dimenticato, nè per dimenticantia laſciato, quanto durerà la memoria di quelli. Per la qual coſa noi, e tuti comunemente del noſtro diſtretto, reputiamo di eſſer voſtri capitali e perpetui nemici, e cusì le perſone come li averi tutti di Fiorentini in depigliamento e in preda diposto aviamo, e inpoſto a ciaſcuno, e ſpecialmente ai nobili homini Becari, e a loro fatori, parenti, e amici loro, e dell' Abate deto. Perciò denunciamo, et ancora per queſte preſenti litere veriamo, da uno meſe inanzi, poiche vi ſerà queſto devieto manifeſto, che alcuno cittadino del voſtro diſtreto, mercatanti, e on omo de le voſtre Tere, non ardiſcano... ſapiendo che voi tuti abiamo diffidato; e così è preſo per comunità e per deliberamento del noſtro Conſiglio, e fermato è in publice carte: imperciochè l'antico vigore non è menovato in noi dell' uſata potenza, che noi per la gracia de Dio non poſſiamo a' noſtri amici ſervire, e i nemici potentemente offendere.

Queſta è la Riſpoſta che Firenze fece.

Ali Omini di gran ſavere, Podeſtà e Conſiglo e Comune di Pavia, la Podeſtà e 'l Comune e 'l Capitanio del Populo, e li Anciani di Fiorencia, ſalute, la quale voi non mandaſte. Se la piſtola a noi mandata per avenrura ingtavidata di ſemente d' ira, conceputa di dolore, a partorito iniquitade ſecondo che contenea in ſuo tenore; non per ciò avemo propoſto nel noſtro riſpondimento muoverci da furore, overo da pianti, nè riſpondere noi nel ſimigliante modo, ma con molta pacifica e ripoſati, non ſeguendo ſuperbia, quale radice de tuti vicii e parole, volemo raſionare con voi, ſe noi overo voi inganna la ſtadera dela giuſtizia, per vedere per la cui parte la ragione più vale, e a cui la gualianzia piune in aiuto e iuſto peſo conſente. Ecco il noſtro, lo quale non ſi facea teſoro in Cielo, Abate dela Magione di Valenbroſa, lo quale de ſantità e di riligione e di ſantiſſima vita voi lodaſti: ala qual coſa ſi puo veramente riſpondere, ch' egli era luxurioſo, malvaſio, e infiammato da ogne peccato, ſe-

con-

Ecclesia Sanctorum *Georgii* & *Mamilliani* ad Episcopi dominium pertinuisse fortasse videatur, quod Episcopus Florentinus sub saeculi X. exitum, vel sequentis initium, quosdam huius Ecclesiae agros iuxta Arnum fluvium positos, *Ioanni Alpertiti* F. locaverit pro annuo canone denariorum quatuor [a]. Agri Ecclesiae proximi fuisse videntur, quod Arnus radices tumuli, in quo Ecclesia sita est, praeterluit, nec multum Ecclesia ab eo distat. Ecclesia haec antiquitus Paroeciam habuit, cuius antiquior memoria mihi occurrit vel anno MCCLXIV. ac deinceps anno MCCLXXXVI.

condo che testimonia la Religione di quel luogo, lo Chiericato di Firenze grida contra lui, e li uomini ladiol gridano, e quel medesimo ancora le femine, e anco non se ne possono riposate. E'ancora più maravigliosa cosa, che le pietre pare, che ne portino testimonianza, e redicano le sue opere vergognose, le quali pur troppo grande rradizione e falsità e inganno sono, secondo che manifestò anzi la sua morte dela sua propria lingua senza lesione neuna inanzi Frati Minori e Predicatori e altri molti Religiosi. Quanto egli potè procurare si procurò la morte di Fiorenza, ed i Fuorusciti in Luca, se non fosse che li militò. Il suo pensiero a noi fece manifesto per le opere, ch'ell avea fate, e procurava di fare. Firenze alota sarebbene arso e disfato, sicche di loro altro che cenere e fumo non sarebbe rimaso. E queste cose e altre, ch'egli commise, per la sua confessione e per altre legitime prove siemo apareechiati a voi dimostrare e a chi le vorà vedere. Protestiamo inanzi a tute le cose e confessiamo che i parenti di quello Abate, dela schiata dei quali elli era nato, intra tuti ell altri d'Italia di nobiltà risprendono: non n è però la loro zentilezza menovata per questo che quel malvagio homo sia perito, secondo che la santità deli Apostoli non fue menovata quando Iuda basiando Iddio l'avea tradito, e col lacio s'impese. Perchè dunque iudicate disavvedutamente non chesta nè vednta la verità? Perche ve cruciate senza casione e l'inocenti perke condanate sicome non dovete? Perche defendete quel malvasio, il quale se milie volte fosse resusitato mille volte convenia essere uciso? Avegnachè da nostra Podestade nè Capetanio ovvero Anciani sentencievolemente morto non fosse, ma da alquanti, dando a romore, a' quali contradite non si pote, si non come ad uno cotente fiume o a uno grandissimo fuoco ardente. E imperciò, come Pavia, ch'era fontana dedrito e de rasone, si puote corrumpere il lamento e il furore e questo forcuramento? Onde viene à voi cotanto ardimento contra il Comune di Firenze non citato non confesso non conosuto? Sì crudelmente sentenzia avite data facendo grandi menacie e ponendo perpetuali bandi contra ciaseuno nostro mercadante, non domandando quante e quali fossero le malicie del malvasio Abate sopradito, il quale facendo tradimento con nostri citadini sbanditi perpetuamente e caciati, ciò era Guido Novello e Farinata, e con altri trattàva; e gia in parte avea menato e menar volea a compimento, co le sue mani ispendendo moneta, come Firenze se partisse da Luca; e come nel uno e nel altro fossero teribile bataglie da seguasi di traditori: unde non solamente la Città ne serebe disfata, ma per tuta Toscana in fine in Lombardia lo veleno de tanta malitia ne serebe isparto: e imperciò legi le rasioni, che v è, insieme con lecchiesiastiee rasioni, e avertisci tra loro: e se coloro che patiscono non tratto a loro iudizio, e l'erore loro non istudino di rivocare co loro sicome suoi rubelli, i quali sogiacere e consermare non sostegnano a quilli provati le pene col vendicatore, col coltello siano costrete alla perfine, a ciò che la vostra memoria non cagia in pegio ala bontà di buoni e si riconosca. Ricordatevi, se vi piace, che dui Parlati de la Tera vestra, cioè Santo Secondo, e S. Ardingo, le qual corpora la Città de Firenze ha avuto, li quai ogi glurificando gli avemo in reverentia: e sopra ciò desideramo, che questa nostra veraee e temperata risposta passi la mente nostra, poichè noi temiamo de mandare Ambasadori a voi: e basti a nmiliare li vostri animi e li dieti nobili congiunti, a ciò che voi possiate conoscere la veritade, altremente confidianne nel sta .....

[a] Consule superius *pag.* 781.

a Adi

MCCLXXXVI. quando eius Rector *Orlandus* Presbyter erat, & anno MCCXCVIIII. quo decimam Sedi Apostolicae solvit libras septemdecim [a]. Illa tumulo seu colli, in quo posita est, nomen dedit, qui ideo *Podium S. Georgii* adpellatus est [b]; cognominemque Portam habet, qua per collium iugum ad Arcem Veterem, vulgo *Arcetri*, & Ecclesiam Sancti *Leonardi*, & Planum Iullaris, & Parthenonem Sancti *Matthaei* in Leporis, & Ecclesiam Sanctae *Margaritae* Montis Tisci, itur [c]. *Eugenius IV.* Papa, quum Ecclesia haec Sancti *Georgii* unita esset Ecclesiae Sancti *Andreae* de Musciano, & utramque Ecclesiam teneret adhuc *Thomas, Ioan. F. Castellanus*, dissolvit & irritavit hanc unionem, & Ecclesiam S. *Georgii* cum possessionibus & reditibus Fratribus Praedicatoribus S. *Dominici* Faesulani concessit, uniendo dictam Ecclesiam cum Ecclesia illa Sancti *Dominici* sua Bulla data anno MCCCCXXXV. XIII. Kal. Iulii; *Nicolaus V.* Pont. Max. deinde anno MCCCCXLVIII. Ecclesiam hanc Sanctorum *Georgii* & *Mamiliani* Monasterio Sancti *Salvii* adnexuit: quum Monachi Silvestrini a Monte Fano, in Dioecesi Camerinensi sito, eam iam tenuissent, & deservissent postremum. Sciendum enim est, Silvestrinos Monachos Congregationis Montis Fani Monasterium Sancti *Marci Novi* Florentiae primos tenuisse usque ab anno MCCC. Anno enim praecedenti conditum fuisse Monasterium hoc, memoriae proditum est [d]. Sed quum sta-

[a] Adi superius *pag.* 531. 1075. 1080. 1135. 1235. In Protocollo Ser *Aldobrandini* ab anno MCCLXX. ad an. MCCLXXXII. Paroecia S. *Georgii* occurrit. Anno etiam MCCCCXLIII. Paroeciam habebat, idque offenditur in Instrumento eodem anno exarato, cuius principium profero, utpote non inutile olim futurum.

In Dei Nomine Amen. Anno Domini Iesu Christi ab eius salutifera Incarnatione 1443. Indictione septima & die 13. mensis Decembris. Actum in Populo S. Georgii de Florentia praesentibus testibus ad infrascripta omnia Nicolao Simonis de Duccis Pop. S. Iacobi supra Arnum, & Piero Chini Lippi Pop. Sancti Frediani, & Carulo Antonii Paffi Pop. S. Feliciraris de Florentia.

Dominae Lenae olim uxori Baldaccii Pieri de Anglario Comitatu, seu Districtu, Florentiae, & filiae Domini Comitis Galeotti de Malatestis de Caesena, praesenti, instanti, & petenti, ego Nicolaus Iudex ordinarius, & Notarius infrascriptus habens, & qui habeo, secundum formam Statutorum Communis Florentiae auctoritatem dandi mulieribus mundualdi, dedi, decrevi, consului, & confirmavi, in suum & pro suo ipsius Dominae legitimo, & generali mundualdo Fratrem Rubertum, fratrem carnalem dictae Dominae, ibidem praesentem, & esse volentem, cuius consensu, licentia, & auctoritate, dicta Domina possit & valeat contrahere, & se & sua obligare, & omnia sua negotia generaliter exercere, & maxime infrascripta facere; meam & Communis Florentiae, qua fungor in praedictis, auctoritatem interponens & decretum &c.

[b] Consule superius *pag.* 1066. 1067. *Michael. Poccriantium de Eccles. Florent. pag.* 154.

[c] De hac Porta & his Pagis consule *Benedict. Varchium Histor. Florent. Lib. IX. pag.* 255.

[d] Vide *Meliorium Florent. Illustrat. pag.* 205. 206. His autem annis Ecclesiam hanc conditam fuisse, & Paroeciam adsignatam, constat ex sequentibus Instrumentis.

Franciscus Dei, & Apostolicae Sedis gra-

flagitiose & dissolute vivere coepissent, eosque ideo populus improbaret, Commune Florentinorum hac de re questum est cum *Martino V.* Pont. Max. Quare is commisit *Ioanni* Abbati Monasterii *S. Paulli* ad Ripam Arni, Pisis exsistentis, ut hanc controversiam dirimeret. Ille autem, quum Populi Florentini unanimem consensum in Silvestrinis excludendis intellexisset, sententiam tulit, qua Monachi illi eiiciendi, & Fratres Praedicatores ab observantia inducendi, declarabantur, an. MCCCCXVIII. Mo-

gratia Episcopus Florentinus religioso viro Fratri Andreae de Fabriano Priori Generali Heremi Monasterii & Ordinis S. Benedicti de Montefano Camerinensis Dioecesis salutem in Domino sempiternam. Cupientes Religiosorum votis, qui postpositis superfluis mundi cupis, illi prae filiis hominum specioso famulari desiderant, nos reddere gratiosos, favorabiles, & benignos; ac venerabilia loca talia de novo plantare, quae Deo acceptabiles, & populo placituros & utiles, fructus proferant illectivos; tuo pio proposito atque laudabili libenter annuimus, ipsumque spiritualia favore gratiae confovemus. Sane personaliter accedentes ad locum, qui vulgo Caphagium appellatur, ad terrenum, videlicet, quod tuo nuper nomine ac Monasterii tui emisse dignosceris, ibique Ecclesiam & Monasterium aedificare proponis, Ecclesiam ipsam ad honorem omnipotentis Dei ac B. Virginis gloriosae, sub B. Marci Evangelistae praecipue, ac Beatorum Confessorum Benedicti & Bernardi, vocabulo, & veneratione, fundamus, ac sacrum & benedictum lapidem in ipsius Ecclesiae iuxta ritum & consuetudinem, quam Romana servat Ecclesia, ponimus fundamento, praesentibus venerabili Patre Domino Ildebrandino Dei gratia Episcopo Arretino, ac Religiosis viris S. Mariae Florentiae, & Sancti Miniatis in Monte Monasteriorum Abbatibus, & innumerabili Cleri & Populi multitudine Florentini. Et quia solent corda fidelium circa purae devotionis affectum tanto fortius animari, quanto amplius proinde merita consequuntur, omnibus vere poenitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam deinceps die fundationis huiusmodi, in prima videlicet Dominica Quadragesimae, & octo diebus sequentibus, & in singulis festivitatibus praedictorum sanctorum Marci, Benedicti, & Bernardi, & per octavas ipsorum, visitaverint venerabiliter & devote, de omnipotentis Dei misericordia, nec non & Beatae Virginis Beatorumque Iohannis Baptistae, & Zenobii Conf. Patronorum nostrorum, auctoritate, confisi quadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer in Domino relaxamus. Ut autem tu, & tui Ordinis Fratres, secundum vestram consuetudinem, & Ordinis instituta, possitis Domino liberius deservire, tibi pro ipso Monasterio & Ordine recipienti praesentis paginae auctoritate damus atque concedimus, & in perpetuo manere atque conservari decernimus, quod tu Prior, tuique successores, qui pro tempore, nec non & illi, quibus super hoc commiseritis vices vestras, possitis & debeatis in dicta Ecclesia atque loco sic de novo fundatis ponere, instituere, & destituere, Priores, & Fratres, & de seculo fugientes recipere, sine requisitione alterius, vel contradictione cuiuscunque; & quod possitis visitare corrigere admonere, solvere & ligare, ac etiam punire, secundum constitutiones, & consuetudinem vestram, & Ordinis memorati, prout de vestra processerit voluntate, contradictores per censuram Ecclesiasticam si opus fuerit compescendo. Dantes, & concedentes tibi tuisque successoribus, ac dicti Ordinis Fratribus ad haec deputandis, solemniter proponendi populo Verbum Dei, audiendi confessionem, & absolvendi quoscumque, ac poenitentiam iniungendi, sine requisitione, casibus nobis specialiter reservatis dumtaxat exceptis, & illos quoque qui ad praefatum locum sive Ecclesiam sibi elegerint sepulturam recipiendi & sepeliendi sine iuris praeiuditio alicuius, & Fratribus & familiaribus tuis quibuslibet praedicti loci Priori, & Fratribus inibi existentibus Sacramenta Ecclesiastica conferendi, & sepeliendi eos ibidem, plenam licentiam, & liberam facultatem. In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri iussimus sigilli nostri appensione munitas. Datum Florentiae die octavo Martii XII. Indict. Anno

Monachi Silvestrini ab hac sententia ad Concilium Basileense dein provocavere, sed *Ioanne* a *Turrecremata*, & *Barptolemaeo Martellio*, *Cosmi* & *Laurentii Mediceorum* ablegato, causam Dominicanorum defendentibus, & sustinentibus, sententia Abbatis Sancti *Paulli* a Concilio confirmata fuit. Hac tamdem re ab *Eugenio IV.* Pont. Max. intellecta, revocata anno MCCCCXXXVI. unione, quam Coenobii S. *Georgii* & Sancti *Dominici* Faesulani fecerat; & unita Ecclesia Sancti *Marci* cum Ecclesia praedicta Sancti *Dominici*, iussit is Monachos Silvestrinos a Coenobio Sancti *Marci* ad

Anno a Nativirare Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

Ego Bartholus Compagnutii Imp. auct. Notarius fideliter transcripsi sob anno Domini MCCCII. Indict. XV. tempore Domini Bonifatii VIII. die XVII. Mensis Ianuarii. Ex *Meliorii Adversar. Histor.* 21. *num.* 100. Insequens autem instrumentum ex Archivo Capitulari crutum est.

1300. Concessio curae animarum Fratribus Sancti Marci de Florentia facta ab Episcopo Floreotino.

In Christi nomine. Amen. Anno a Nativitate eius 1300. Indictione decima tertia Kalendis Iulii. Actum in Episcopali Palatio Florentino praesentibus testibus Domino Aldobrandioo Archidiacono Vrbevetano, Domino Fratre Angelo de Perusio, Fratre de Auximo, & Rolando de Florentia, de Ordine Sancti Benedicti. Pateat omnibus evidenter praesentem paginam inspecturis, quod nos Franciscus Dei gratia Episcopus Florentinus, attendentes, quod nunc quaedam multitudo populi Florentioi extra muros veteres, & intra designationem murorum novorum, Civitatis Florentiae versus Cafagium adeo excrevisse dignoscitur, quod nullus relioquitur antiquis Ecclesiis, & ipsarum curae, & administrationi Rectorum; & propter oimiam numerositatem ipsius animarum cura hominum in partibus illis negligitur, & salutis remedia omittuntur; & cum crescat continuatis temporibus, hoc magis incommodum, atque damnum accideret in futurum. Attendentes quoque, quod Rectores, & Ministri, Ecclesiarum huiusmodi antiquarum; suum ob hoc ministerium omittendo magnum suarum incurrerent periculum animarum, & quod propter levem, & insolitam earum ipsorum populi memorati devotio cessaret; gravi super his, & longa deliberatione praehabita, & invocato ad hoc consilio peritorum, tam praesentibus, quam futuris, periculis in illis ad praesens partibus decrevimus providendum, & volentes religiosis viris Priori, & Frarribus Monasterii Sancti Marci de novo constructi in Cafagio supradicti Ordinis Sancti Benedicti de Monte Fani Camerinensis dioecesis, tamquam viris magnae religionis, & sanctae vitae, de quorum plene discretione confidimus, tamquam hi qui scimus eos, & eorum Ordinem, longis etiam temporibus in aliis partibus experti, gratiam specialem conferre, religioso, & discreto viro Fratri Andreae de Fabriano Priori Generali totius Ordinis memorati, in nostra praesentia nomine suo, & dicti Ordinis, ac . . . . . Prioris, & Fratrum dicti loci, & Monasterii, infrascriptam Parochiam cum suis limitibus infrascriptis de speciali duximus gratiam concedendam; videlicet, omnes domos, habitationes, & terras, tam constructas, quam construendas, & sitas infra hos limites, & confines: a primo latere dictae Parochiae versus Meridiem, & versus muros veteres Civitatis Florentiae incipiendo a via nova Spadariorum, & eundo versus Ballam, sunt infrascriptae domus, & quae positae sunt super viam Fraenariorum. In primis videlicet domus Pieri, & Cursi fratrum, & filiorum quondam Forensis Notarii de Vespignano, domus Gierintini Fraenarii quondam Guittonis, & Bettini Fibiarii, Corsini Fraenarii de Sancto Geminiano, Guiduccii Fraenarii filii olim Atesii, & Guittonis Bertini; & Vanni Fraenariorum, & Mei Ristori, & Baronis Fraenarii, quondam Mazzuoli, & domus Presbyteri Venturae filii olim Domini Giuntae Malgiaratii: a secundo latere versus Orientem est via, quae missa fuit per longitudinem Caphagii, quae dicitur via Sanctae Mariae, quae respondet ad portam Maioris Ecclesiae Florentinae, quae est in latere dictae Ecclesiae, & quae protenditur usque ad locum Dominarum Sancti Dominici, & sicut trahit dicta via Sanctae Mariae re-

ad Monasterium Sancti *Georgii* migrare; Praedicatores vero illos, Ecclesiam Sancti *Georgii* tenentes, in Sancti *Marci* Monasterium transtulit, eos in hoc Monasterium introducentibus, iussu eiusdem Pontificis, Episcopis, Tarantasiensi, Trivisiensi, & Parentino; & Praedicatorum nomine possessionem adprehendit Frater *Cyprianus* a Florentia Vicarius Generalis Coenobiorum reformatorum, primus Prior, & Observantiae moderator [a]. Silvestrini quidem illi multum de Pontifice questi sunt, & inviti detrectantesque migravere. In Coenobio igitur Sancti *Georgii*, *Ioachimo* Monacho possessionem capiente, morari coacti sunt, donec, quum in eo solus *Placidus Catantius* [b] Prior remansisset, & flagitiosam vitam ducens bona Monasterii dilapidaret, is Prioratu tamdem se abdicavit, & abdicationem Archiepiscopus Florentinus admisit probavitque. Tunc quidem Monasterium Sancti *Georgii* Monasterio Vallumbrosano Sancti *Salvii* coniunctum & copulatum fuit, ut dixi. Dum autem Monachi Vallumbrosani hoc habebant, Parthenon eiusdem Ordinis in eo institutus est. Nam *Clemens VII.* Pont. Max. Parthenonem Florentiae constituturus, Ecclesiam & Prioratum Sancti *Geor-*

recta linea versus Faesulas usque ad Faesulas Mugnonis: a tertio latere versus Septemptrionem est flumen Mugnonis: a quarto autem latere versus Occidentem accipiendo a supradicta domo Pieri, & Cursi Forensis, sunt infrascriptae domus, & casolaria, in parte supradictae domus dicti Pieri, & Cursi, & Serani Notarii filii olim Domini Ybertini Galloriae, & Puccii de Vespignano, & Ioannis Domini Farolfi, & casolaria Nerii Saruccii & fratrum de Populo Sancti Martini Episcopi; a dictis casolaribus vero supra versus Faesulas est supradicta via nova Spadariorum, quae nunc protenditur tantum usque ad viam, per quam itur ad Monasterium Dominarum Sancti Dominici in capite Casagii, quae via nova Spadariorum confinando huiusmodi Parochiam debet trahere linea recta usque ad dictum flumen Mugnonem donec via mittatur, & compleatur; postquam vero missa fuerit usque ad dictum flumen, erit, & habeatur ista via recta pro confini dictae Parochiae usque ad dictum flumen ex isto latere Occidentis. Decernentes quod nemini liceat praedictis Priori, & Fratribus, dictam Parochiam usurpare, invadere vel occupare, vel eos super illa ullatenus molestare; nos enim ex nunc Priori loci praefati, qui modo est, & qui pro tempore fuerit, & his de suis Fratribus, quos ad huiusmodi ministerium duxerit eligendos, nunc pro ut ex tunc super his auctoritate ordinaria dispensantes curam populi, & administrationem spiritualium in dicta Parochia plenarie duximus committendam. Revocantes, cassantes, & irritantes, & annullantes, & cassas irritas, & nullas penitus decernentes expresse omnem licentiam, & auctoritatem, cuiuscunque tenoris, & sub quacunque forma vel mentione verborum extiterint, per quemcunque praedecessorum nostrorum, vel de eorum commissione concessas, per quas praesenti concessioni nostrae posset in aliquo derogari, vel ipsi concessioni contradicere quomodolibet videri: in cuius rei testimonium praesens publicum Instrumentum fieri iussimus per Franciscum nostrum Notarium infrascriptum, &c.

Ego Franciscus Nerii de Barberino Imperiali auctoritate Iudex, & nunc venerabilis Patris praedicti Notarius praedictis omnibus, & singulis interfui atque de mandato ipsius Domini Episcopi scripsi, & in publicam formam redegi, &c.

Ser Bartolus Compagnuccii, Ser Cintus Vengnati, Ser Iacobus Benvenuti, Ser Andreas Aegidii, & Ser Pantalutius Benvenuti, Notarii transumptum fecerunt, &c.

[a] Consule *Meliorium Florent. Illustr. pag.* 208. *& seqq.*

[b] Corrigendum est superius *pag.* 1235. ubi *de Catanis* scribitur.

a Con-

Georgii iam, ut dixi, derelictum, & Monasterio Sancti *Salvii* adnexum, pro apta Sanctimonialium Vallumbrosanae Congregationis sede, convenienter elegit. In hanc, ubi dignam Parthenone formam recepit, *Io. Maria Canisianius*, supremus Congregationis illius Praeses, duodecim Monachas ex Monasterio Florentino Sanctae *Viridianae* eductas anno MDXX. mense Septembri deduxit & introduxit, quae quidem secundum primitivi Monasterii instituta & consuetudines hactenus vivunt, & Numinis aeterni Spiritus Sancti Asceterio suo venerabile nomen indiderunt. Antistita, quae omnium prima illud moderata est, *Alexandra* a Vernio fuit [a]. Ecclesia Sancti *Georgii* a Monachabus hisce instaurata & renovata fuit, & anaglyphis plastico opere confectis ornata multoque auro illita; antiquam tamen posituram servat, occasum fronte prospectans. In Portae epistylio tunc inscriptum est:

A. S. M. DCC. V
SPIRITVI SANCTO ET DIVO GEORGIO

In Altari huius Ecclesiae principe tabula insignis est Sancti Spiritus in Apostolos inlapsum repraesentans, ab *Ant. Dominico Gabianio* egregie elaborata atque perfecta [b]. Altaria autem in ea tria sunt. In tumulo seu clivo Sancti *Georgii* aliae Ecclesiae Vrbanae exstant: & ad eius quidem radices Ecclesia & Parthenon Sanctae *Felicitatis* adsurgit [c]. Ecclesia & Coenobium SS. *Christinae* & *Augustini*, in quo Eremitae Augustiniani Excalceati manent; quodque a *Christiana* a Lotharingia, *Ferdinandi I.* Magni Ducis uxore, conditum fuit [d]. Ecclesia & Parthenon San-

[a] Consule superius *pag.* 1235. 1236. *Ioseph Richam Tom. II. pag.* 221.

[b] *Brunius Descript. Flor. pag.* 129.

[c] De hac Ecclesia late egimus superius *pag.* 1054.

[d] *Brunius Descript. Florent. pag.* 128. *Vghellius in Episc. Florentin. pag.* 247. Hanc Ecclesiam Archiepiscopus Florentinus anno MDCCXLIII. Consecravit. In ea sunt Inscriptiones sequentes:

A M D G
SVB LAEVA HVIVS ECCLE. BENEDICTVM LAPIDEM
A PETRO NICOLINI ARCHIPRAESVLE ET FAVTORE
NEPOS MAGNAE D. CHRISTINAE LOTHARING. FVNDATRICIS
FERDINANDVS II. M. D. Æ. SOLEMNITER POSVIT
INTERVENTV SPONSAE VICTORIAE CARD. CAROLI, ETC. SENATVS ETC
VI. IDVS SPT. A. D. MDCXL.
IDEMQVE CVM SERMA. FAMILIA MISSAS HIC PRIMAS AVDIIT
V. KAL. SEPT. A. S. MDCXLIV.

Sancti *Hieronymi*, quem Sanctimoniales Ordinis Sanctae *Clarae* nunc habent, & Parthenoni Spiritus Sancti prope contiguus est: antea tamen habuere Sanctimoniales Ordinis Vallis Vmbrosae, quae in Parthenonem Sanctae *Mariae ad Nives* in via Sancti *Galli* anno MCCCLXXXIII. translatae fuere [a]. Olim Ecclesia etiam cum Paroecia Sanctae *Mariae Magdalenae* in eo clivo exsistebat, nec procul quidem a Partheuonibus memoratis. Retro enim aedes *Tempiorum* erat, earumque pars postica portionem situs illius occupat; ut quidem ferunt [b]. Exploratum tamen perspectumque est, Ecclesiam Sanctae *Mariae Magdalenae* etiam ad radices collis Sancti *Georgii* & prope Puteum *Avvolteronis*, adsurrexisse, ut diserte antiqua instrumenta docent [c]. Aedificata autem fuisse videtur anno MCLXXIV. ab Abbatissa, & Monachabus, Sanctae *Felicitatis*, & anno MCLXXIX. iam perfecta erat [d]. Anno MCCXLV. & MCCLII. huius Ecclesiae Rector erat *Pratensis* Presbyter [e]. Anno MCCLXIV. Rector fuit *Tedaldus* Presbyter [f]. Anno MCCIC. *Gerius* Presbyter, *Sinibaldi* a Septimo filius, huius Ecclesiae Capellanus erat, & testamentum condens quaedam ei reliquit [g]. Capellanus autem hic dicitur, quod Ecclesia Sanctae *Mariae Magdalenae* Capella manualis esset Monasterii Sanctae *Felicitatis* [h]. Anno MCCCII. Rector huius Ecclesiae *Iuncta* Presbyter [i]; anno MCCCLVI. *Adamus* Presbyter Rector fuit [k].

Inter Vrbanas Ecclesias superius recensitas Episcopatui Florentino subditas Ecclesiam etiam Sanctae *Luciae* Magnuliorum praeterivi, quae trans Arnum, in ipsa Arni ripa, ad radices clivi Sancti *Georgii*, seu Podii Magnuliorum, sita est, in via, quae *Bardiorum* vocatur. Antequam etiam Vrbs Transarnina moenibus concluderetur, extra Portam Suburbii Petiliosi, quae Por-

D. O. M.
TEMPLVM HOC D. CHRISTINAE V. ET MARTYRI
DIVOQVE P. AVGVSTINO EPO. ECCLAE. DOCTORI
VNA CVM ARA MAXIMA SACRVM
X. KAL. OCT. A. D. MDCCXLIII.
FRANCISCVS CAIET. INCONTRIVS ARCHIEPVS FLORENT.
ANNIS CENTVM ELABENTIBVS OMNI RITV CONSECRAVIT
TRANSLATO DEDICATIONIS FESTO
AD DOMINICAM III. OCTOBRIS

a *Ios. Richa Tom: V. pag.* 274.
b Consule superius *pag.* 1067.
c Consule superius *pag.* 1066. 1067.
d Consule superius *pag.* 1066. 1067.
e Adi superius *pag.* 1072. 1073. 1074.
f Adi superius *pag.* 1076.
g Superius *pag.* 1080.
h Consule superius *pag.* 1083.
i Superius *pag.* 1004.
k Superius *pag.* 1024.

f Adi

a Con-

Porta Romana dicebatur [a], haec erat. *Magnuliorum* autem adpellatur, quod a *Magnulo* quodam aedificata, vel perfecta, fuerit; quare primum *Magnuli* dicta est. Ferunt enim, *Huguicionem a Pressa* eam construere coepisse; ab eius autem filio *Magnulo* perfectam & absolutam fuisse [b]. Non solum autem Ecclesiam hanc *Huguicio* ille excitandam curavit; sed & viam illam fecit, iuxta quam pistrinum habebat. Vna haec est ex triginta sex Paroeciis Florentinis, quam Prior, & alii Clerici, curant ac moderantur. Eius iuspatronatus ad gentem *Ab Vtiano*, & *Caponiam*, spectavit [c], nunc ad *Caponiam* tantum, quum gens *Ab Vtiano* defecerit. Eatenus autem hanc Ecclesiam ad Episcopatum Florentinum spectare dixi, quod anno MCCCLXXIII. Monachi Olivetani Sancti *Miniatis* in Monte, quatuor Ecclesias, quae ad suum Monasterium pertinebant, Episcopatui concesserint, inter quas & Ecclesia Sanctae *Luciae* fuit [d]. Quum igitur Ecclesia Sanctae *Luciae* antea iuris patronatus Monasterii Sancti *Mineatis* in Monte fuerit, cuius iuris usque ab anno MCCXLVI. memoria exstat [e]; atque illud ius deinde Episcopatui donatum sit; hoc ius in gentes *Ab Vtiano* & *Caponiam* nonnisi serius transiisse potuit, &; ut videtur, post annum MDXXX. In huius Ecclesiae Paroecia fuit olim Xenodochium Sanctae *Luciae* nomine adpellatum, ad Bigalli Magistratum pertinens [f]. Ecclesia Sanctae *Luciae* anno MCCIC. libras duas, & solidos decem, pro decima Sedi Apostolicae solvere debebat. Anno autem MCCLXXXVI. & MCCCXVIII. *Maphaeus* seu *Matthaeus* Presbyter eius Rector erat [g]; anno vero MCCCLIII. & MCCCLVI. *Iacobus* Presbyter [h]; anno MCCCLIX. *Datuccius* Presbyter; anno MDXCVII. *Antonius Ambrosius* institutus fuit; & anno MDCXXXVII. *Hieronymus Rosatius*. Iuxta hanc Ecclesiam anno MDXXIX. quum obsidio Vrbis Florentiae immineret, in domum novam *Ioannis Mariae Canisianii* supremi Congregationis Vallis Vmbrosanae Praesidis se receperunt Sanctimoniales Parthenonis Sanctorum *Birgittae* & *Isidori*, seu *S. Salvatoris*, in Paradiso; quum antea in aedibus *Nasiorum* aliquantum substitissent; donec anno insequenti MDXXX. mense Octobri ad Paradisi Monasterium reversae sunt [i]. In hac Ecclesia pariter

riter

a *Consule Ricord. Malaspinam Cap. LXVI. & Ioan. Villanium Lib. IV. Cap. VII.* superius *pag.* 1077.

b *Mich. Poccianti de Eccles. Florent. pag.* 161. *Ricord. Malaspina Histor. Florent. Cap. LXVI.* Filii *Magnolo* memorantur superius *pag.* 101.

c Consule *Poccianti* laudatum, & *Descript. Dioeces. Florent. MS. & Stephan. Rossellium Sepult. Florent.*

d Con-

d Consule superius *pag.* 579. 1187. 1196. 1197.

e Adi superius *pag.* 1187.

f Consule superius *pag.* 1364.

g Consule superius *pag.* 1000. & 1135.

h Consule superius *pag.* 1024.

i Consule *Dom. Mar. Mannium Tom. X. Sigillor. pag.* 66. & *seqq.*

a Dom.

riter quiescit, & publicae venerationi prostat, corpus S. *Aureliae* Martyris, ex Coemeterio Callisti Romae erutum, una cum aliis sacris Martyrum reliquiis, quae omnia heic anno MDCXLIV. reposita rite decenterque fuere [a]: quemadmodum alia SS. Martyrum lipsana cum S. *Callisti* corpore anno MDCLII. itemque in eam translata est anno MDCCXII. sacra Virginis Deiparae Imago, quam anno MDCXCII. triginta tres Sacerdotes Florentini Laureto Florentiam detulerant; & quae usque ad illud tempus in Ecclesia Sanctae *Mariae Hugonis* deposita fuerat. Haec autem tunc in Aedicula seu Cappella *Alamanniorum*, *B. Dominico*, sacra collocata fuit, ubi adhuc spectatur & colitur [b]. Plures enim Capellae, seu Altaria, sunt in *S. Luciae* Ecclesia; & praeter memoratam, quae fundata est a *Constantia Mazzuolia*, & cuius ius patro-

tro-

[a] Id Inscriptiones iuxta Altare positae edicunt:

D. O. M.
CORP. S.^{Æ} AVRELIÆ M. E. CEMET.^{O}
S. CALISTI A. HIER.^{MO} ROSATO
PROT.^{O} AP.^{CO} HIC. M. POPVLI
CONCVRSV. POSITVM. EST.
CVM. RELIQVIIS. SS. M. M.
FIDELIS. LIBERATI. PRIAMI
LEONARDI. SERVVLI. ET BRA
CHIO. S. ABVNDII M. 1644.

AD. M. D. G.
CORPVS. S. CALLISTI M. AC. DVO
BRACHIA. S. NICOSTRATI. M. ET S.
REDEMPTAE. M. ARGENTEIS THECIS
INCLVSA. AB ILL.^{MO} ET R.^{MO} D. CHRISTOPH.^{O}
DE. SEGNIS. ARCHIEP̄HO. TESSAL. SIBI
DONATA HIERONYM. DE ROSATIS. S. T. M.
ET H. ECCL. PRIOR. VNA CV̄ RELIQ.; S. S. M. M.
SIMPLICII. EVGENII. LVCIÆ. PRISCÆ.
THEODORÆ. ET LVCILLÆ. V. V. ET. MM.
HIC REVR̄. COLLOCAVIT. A. S. M. DCLII.

[b] *Dom. Maria Mannius. Tom. VI. Sigillor. pag.* 115.

a Me-

tronatus spectat ad *Alamannios* [a], & ad Partis Guelfae Capitaneos. Capella maior gentis *Ab Vtiano* fuit. Capella *Nasiorum* SS. *Iacobo* & *Philippo* dicata; Capella SS. *Laurentii* & *Hilarionis*, cuius patroni Consules Artis Trapezitarum seu Cambii; Capella *S. Luciae* anno MCCCCIIIC. fundata ab *Angelo Michaelis*, ita in suo testamento disponente, cuius gens *De Nente* patrona est. Capella S. *Mariae*, in praesens *Misericordiae*, cuius patroni sunt Capitanei Sanctae *Mariae* Bigalli. Capella Sanctissimae *Trinitatis* per *Nicolaum Moris*, & *Deobonoram* eius uxorem, fundata, reservato iure patronatus Rectori Ecclesiae, & duobus antiquioribus ex descendentibus *Mariani*, avi eiusdem *Nicolai* fundatoris; & iis deficientibus, duobus antiquioribus ex gente fundatoris eiusdem. Capella Sancti *Ioannis Baptistae*. Ad electionem unius Capellani concurrit etiam Abbas Sanctae *Mariae Angelorum* Camaldulensis, ita in suo testamento iubente *Angelo Ab Vtiano*, anno MCCCCXXI. [b]. Ecclesia haec vulgo dicitur *S. Luciae Ruinatarum*, hoc est, *aedium*, quod aedes quinquaginta & amplius sitae in clivo opposito *S. Georgii*, seu Podio *Magnuliorum* [c], soli vitio ter ruinam traxerint & conlapsae sint; primo, anno MCCLXXXIV. tertio tamdem anno MDXLVII. Quare Principali Edicto vetitum est, ne quis amplius ibi domos aedificare audeat [d]. Ecclesia fronte ad Meridiem versa est, quod eam ex antiquioribus Vrbis Ecclesiis non esse, etiam arguit; nisi, quum prius aedi-

[a] Prope Capellam in pariete haec Inscriptio exstat:

D. O. M.
ALAMANNORVM PATRICIA FAMILIA
AVITVM HOC SACELLVM
TVTELAE SANCTI DOMINICI ANTIQVITVS DEDICAVIT
AMPLIORI FORMA CVLTVQVE ELEGANTIORI EXORNANDVM
IN HONOREM
BEATAE MARIAE VIRGINIS LAVRETANAE
RELIGIONIS CAVSA
SACERDOTI PRECARIO ADTRIBVIT
ANNO CIƆ . IƆ.CC.XV.

[b] *Meliorius pag.* 341.
[c] *Io. Villanius Lib. VIII. cap.* 96.
[d] Edictum in pariete adverso marmori incisum est, & ita habet:

HVIVS MONTIS AEDES SOLI VITIO TER COLLAPSAS
NEQVIS DENVO RESTITVERET COSMVS MEDICES FLORENTIAE
ET SENARVM DVX VETVIT. OCTOBRI MDLXV.

aedificium proximarum aedium ruina impulsum deiectumque fuisset, Ecclesia iterum excitata fuerit, positu antiquioris minime servato.

Sancti *Iosephi* Ecclesia, seu Oratorium, in Paroecia Sancti *Frigidiani*, quod vulgo *Dell' Uccel Falcone* dicitur [a]. Oratorium hoc fortasse fuit illud, a quo Monasterium & Sanctimoniales Sancti *Frigidiani* titulum sibi adsumsere; nam Sancti *Iosephi* Monachae illae dicuntur [b]. Cur autem *Falconis Avis* vulgo adpellatum fuerit, me latet: tantumque scio, locum etiam, & aream proximam, & Ecclesiae ac Coenobio Sanctae *Mariae Magdalenae* Cisterciensium, olim Sanctae *Mariae Angelorum*, confinem, vulgo *Uccello* nuncupari; & in eo horrea publica sunt [c], aliaque aedificia lanas tingentium usui destinata, & inter ea Xenodochium Sancti *Onuphrii*. Huc enim anno MDCCXX. translatum fuit, quum in antiqua Xenodochii domo, quae in via Malecontentorum supra Parthenonem Monticellorum, & e regione Parthenonis Montis Domini, olim erat, aedificatus fuerit Capucinarum Parthenon, qui anno MDCCXXIV. absolutus iam erat [d]. Xenodochium olim etiam fuit Fratrum equestris militiae S. *Ioannis* Ierosolymitani [e]; exsistitque Aedicula seu Sacellum D. *Mariae Pietatis* in angulo moeniorum urbanorum, alias *Del Cantone*: angulos enim *camptos*, hoc est *flexus*, a Graeca voce κάμπτειν, Tusci vocamus.

Xenodochium, seu Hospitale Sancti *Petri Cattuarii* seu *Gattolini* [f]. Pluria erant Xenodochia in Paroecia Sancti *Petri Cattuarii*, ut *Sancti Spiritus* vel Sanctae *Mariae Laudantium*, in pauperum receptaculum; & Sanctae *Mariae Misericordiae*, seu Sancti *Nicolai Fantoniorum*, e regione tabernae vel cauponae *Bucae*, in pauperum ambo mendicantium usum [g]; S. *Barptolemaei*; San-

a Ex Descript. Dioeces. Florent. MS.

b Adi superius *pag.* 1016.

c Supra portam Horreorum insequens Inscriptio exstat:

REI FRVMENTARIAE CONSERVANDAE
EGENORVM SVBSIDIO
PIVS AC PROVIDVS
COSMVS III. MAG. DVX ETR.
ANNO SAL. MDCXCV.

d De hisce omnibus consule *Ioseph. Richam Tom. II. pag.* 202. & *seqq.*

e De hoc agitur superius *pag.* 1088. 1097.

f Ex Descript. Dioeces. Florent. MS.

g Mi-

g Michael Pocciantius *pag.* 191. 195. qui fallitur Xenodochium Sanctae *Mariae Laudantium* a Xenodochio Sancti *Spiritus* distinguens.

a Me-

Sancti *Laurentii* prope Ecclesiam & Parthenonem Sancti *Vincentii Annalenae*; Sancti *Petri Novelli*, quod *Rodulfiorum* dicitur [a]; quodque saeculo XIV. a *Petro*, *Cionis F. Rodulfio* fundatum fuit [b]. Ex his tamen omnibus Xenodochiis, quod proprie & speciatim Sancti *Petri Cattuarii* vocetur, me prorsus fugit. Hoc tantum compertum habeo, anno iam MCCLXXVIII. illud exstitisse [c], exstitisse pariter sub saeculi XVII. initium. Omnia tamen praedicta Xenodochia vel destructa, vel subpressa, vel in profanas domos conversa, in praesens sunt [d].

Quamquam alibi de Ecclesia Sanctae *Mariae* Ferleubae, seu Ferlausae, loquutus sum [e], quaedam tamen heic retractare opus habeo. Falsus sum ubi putavi, *Ferlenbam*, seu *Ferlausam*, loci nomen esse, quum feminae Deo dicatae nomen fuerit. Credidi etiam huius Ecclesiae memoriam a temporibus *Henrici I.* Imperatoris repeti tantum posse; quum multo antiquior eadem exsistat; & saeculo IX. iam constructa esset; hoc est, sub *Ludovico Pio* Imperatore; ita ut non dubitarem eius initia ad saeculum saltem octavum referre, non tamen antequam *Carolus Magnus* Regnum Langobardorum in Italia obtinuisset, anno videlicet DCCLXXIV. Tempore enim *Ludovici Pii* iam *Ferleuba femina Deo dicata* Monasterio Sancti *Zenonis* Veronensis Basilicam hanc Sanctae *Mariae* in Vrbe Florentia sitam, cum omnibus ad eam pertinentibus obtulerat, atque dicaverat [f]. Nec mirum si haec Ec-

[a] Meminit horum Xenodochiorum *Meliorius* in *Adversariis* B. 194. F. 170. G. 186. Miscell. seu Zibaldone 40. 60. 362. R. 137. R. 279.

[b] Consule *Mannium Tom. XIII. Sigil. pag.* 113.

[c] Adi superius *pag.* 75. 997.

[d] Consule superius *pag.* 1400.

[e] Superius *pag.* 1011. 1092. 1157.

[f] Haec omnia patent ex sequenti *Ludovici*, filii *Lotharii*, Imperatoris Diplomate, ex *Vghellio* in *Episcopis Veronensibus* desumto:

In Nomine Domini nostri Iesu Christi Dei aeterni.

Hludovicus gratia Dei Imperator Augustus invictissimi Imperatoris Hlotarii filius. Cum petitionibus Sacerdotum, & venerabilibus locis, munus aliquod conferimus, aut praedecessorum nostrorum Imperatorum acta roboramus, imperialem exercemus consuetudinem, & authorem omnium id agendo facere credimus nobis placabilem. Ideo omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque, praesentium scilicet, & futurorum, comperiat industria, qualiter Landericus venerabilis S. Veronensis Sedis Episc. nostram adiens Serenitatem detulit nobis Praecepta divae memoriae Karoli Aug. seu Hludovici piissimi Imperatoris, atque domini, ac genitoris nostri Hlotarii excellentissimi, nec minus Imp. quae ad amorem Dei, & B. Zenonis Confessoris Christi, erga eius Eccles. exaltationis, & relevationis gratia fecerant, supplicans ut his authoritatibus nostram etiam adderemus confirmationem. Cuius precibus inclinati ipsa Praecepta legere fecimus, sed in Praecepto Domini Karoli Augusti invenimus, qualiter Pipinus gloriosus Rex, cum Rotaldo ipsius Sedis Episcopo, Ecclesiam Sancti Zenonis Confessoris Christi renovasset, cum iam rebus debitis privata adeo fuerat, & attenuata, ut ad nihilum esset redacta; ideo pro animarum sublevatione quasdam res in eadem Ecclesia ad subsidium famulorum Dei ibi deservientium, & pauperum necessitatem, delegaverunt atque confirmaverunt; id est, in eodem territorio Veronen. Monasteriolum in honore S. Petri

Ecclesia Monasterio illi donata fuit; quum sub *Carolo Magno* Principe Monasterium Veronense alia bona iam in Tuscia possideret, nempe ea, quae in loco *Flaviana* nuncupato sita erant, Nunc inquirere in illud lubet, an Ecclesia & Basilica haec adhuc subsistat, nec ne. Itaque indubium est, eam primum ad Monasterium *S. Zenonis* Veronense pertinuisse; deinde in ius Episcopi Florentini devenisse; tandem ab *Rainerio* Episcopo saeculo XI. Ecclesiae & Parthenoni Sancti *Petri Majoris* Florentiae donatam fuisse. De nulla Ecclesia, quae Sanctae *Mariae* nomine Florentiae censeatur, constat, quod tales status sui varietates habuerit. At monumenta perierint: tamen scimus, Ecclesiam illam saeculo XI. adhuc substitisse, quo saeculo licet Vrbs amplificata fuerit, nullam tamen Ecclesiam ideo deiectam, eversamque, fuisse liquet. Perstiterit igitur etiam saeculo XII. & sequentibus. Ast quis obponat, Basilicam SS. *Michaelis* & *Eusebii*, quae Floren-

tri constructum, nuncupatum Auratica, & in alio loco in eodem Pago res; quas Avobertus, & Ratbertus filius eius, per ritulum donationis ad memoratum locum rradidere: nec non & in alio loco, qui vocatur Bartolinus in fine Gaudensi, seu in tertio loco in territorio Vicentino, qui vocatur Vltomes; seu & in quarto loco in fine Brisciano in Vico Posfici, sive in rerritorio Florentino partibus Tusciae in loco nuncupato Flaviana: Praeceptum etiam Serenissimi Augusti Ludovici inspicientes non solum haec omnia superius scripta in eadem Ecclesia ipsum Augustum confirmasse reperimus, verum etiam sua authoritate confirmavit .... praedicto Monasterio B. Zenonis Basilicam de Florentina Civitate, quam Feteleuba femina Deo dicata per chartam rradirionis ad S. Zenonem obtulit cum omnibus adiacentiis suis; seu quod & Commundus Presbyter, in territorio Parmense ad eundem sanctum locum iuxta testamentum traditionis delegavit, seu & curtem in Plasiano, quae Rotaldo Veronensi Episcopo de comparato evenit de Andrea quodam negotiatore per rogatores suos, id est Petrum Archipresbyterum, & Thedebertum Presbyterum, atque Andream Scavinum, cum omnibus adiacentiis suis, quam idem venerabilis Episcopus ad iam dictum locum per scriptum rradidit; seu & in territorio Torcellensi Ecclesiam Sanctae Fuscae cum omnibus appenditiis suis, quam ipse Augustus ad eundem per praeceptum suae authoritatis delegavit locum; quantumcunque in supradictis eorum legitima fuit possessio, vel denominatio, tam de comparatu, quam de quolibet contractu, cum omnibus appenditiis, eorumque adiacentiis, cum omnibus aedificiis, accolabus, mancipiis, terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, omnia, & in omnibus ad memoratum locum propter divinum confirmavit amorem. Nec minus etiam confirmavit, quod specialiter dilectus germanus eius Pipinus gloriosus eidem sancto loco concesserat, ut in regalibus tam silvis, quam etiam in ceteris pascuis, licentiam haberent pasci greges ovium suarum, nec non porcorum, iumentorumque, vel ceterorum animalium, ad ipsum Monasterium pertinentium; & genitoris nostri Hlotarii pii Imperatoris exaratum invenimus qualiter pro mercedis suae augumento, suggerente Rotaldo Venerabile Episcopo, quoddam Monasteriolum novum sito in Pago Tarvisiano cum omnibus rebus ad eum pertinentibus, quas tunc iuste & legaliter possidebat, Sancto Zenoni contulerat, & in eius Monasterio perennibus temporibus permanere confirmaverat. Aliud etiam inspicientes Praeceptum reperimus, qualiter petente Notingo quasdam res cum quadam Ecclesia in honore Sanctae Dei Genitricis Mariae, & Sancti Thomae, constructa in fisco nostro, ad praesaram Ecclesiam S. Zenonis confirmavit, itaut ad partem Palatii tantum libra una argenti singulis annis persolvatur. Nunc vero ad amorem Dei, & reverentiam S. Zenonis Confessoris Christi, haec omnia superius denominata in Monasterium ipsius Sancti Zenonis per hoc nostrum Praeceptum in aeter-

rentiae saeculo XI. erat, iam omnino periisse [a]; ergo & haec perire potuit. Sed respondere est, Ecclesiae *Sanctae Eusebii* saltem adpellationem eo in loco semper remansisse: nullus autem est Florentiae locus, qui *Sancta Maria* vocetur, nisi ubi aliqua *Sanctae Mariae* exstet Ecclesia. Et si quae viae *Sanctae Mariae* dicuntur, hae ideo sic adpellatae fuisse videntur, vel quod ad aliquam *Sanctae Mariae* Ecclesiam ducerent, vel quod in iis aliqua *Sanctae Mariae* imago veneranda prostaret. Insuper hodiernae viae, quae *Sanctae Mariae* nuncupantur, sunt, una in *Petra Plana*, altera in *Bossi*, longe scilicet distantes a primitivorum moeniorum ambitu. Ergo aliquo modo adhuc superest illa S. *Mariae* Basilica a *Ferleuba* sacra puella fundata. Sed quaenam Ecclesia Basilicae instar Deiparae sacra Florentiae est? Nulla profecto, si Ecclesiam Sanctae *Mariae Maioris* excipias; quae licet in Pomoe-

aeternum mansura confirmamus, ita tamen ut nullus successorum nostrorum, neque fidelium Dei, nec non ullo in tempore subtrahere aut minuere aliquid de eodem Monasterio praesumat, sed liceat sub nostra munitate, vel tuitione, Abbatis, qui pro tempore fuerit, ordinare, prout melius dictante rectitudine praeviderit, ut nullus Iudex publicus, vel quislibet ex iudiciaria potestate, vel quaelibet persona in rebus vel possessionibus praedicti Monasterii ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut fidelissores tollendos, ingredi, aut aliquam contrarietatem inferre, praesumat, seu quamlibet, qui super res ipsius Monasterii resederit, distinguere audeat. Et quidquid fiscus noster Villasacci ex praedictis Ecclesiis S. Mariae Virginis & S. Thomae Apostoli sperare poterat, saepefato Coenobio, vel Abbati, qui pro tempore fuerit, & fratribus ibidem Deo servientibus concedimus, & sancimus, atque in aeternum mansurum confirmamus, ita ut Abas, qui nunc est, vel futuris temporibus, ibidem fuerit ordinatus, hoc nostro fretus Praecepto tam Monasterium B. Zenonis, quamque & possessiones ibidem a praedecessoribus nostris collatas, vel a nobis confirmatas, qualiter monstrante iustitia dictaverit, perenniter ordinet, atque disponat. Si quis vero contra hos nostros regales apices insurgere, aut in aliquo violare temptaverit, infra ditionem Regni nostri consistens, sciat se libras triginta auri probatissimi exsolvendum medietatem praefati Monasterii, & medietatem Palatii nostri: & ut hoc nostrum praeceptum in Dei nomine pleniorem obtineat roborem, manu propria subter confirmavimus, & annuli nostri impressione adsignari iussimus.

Signum Serenissimi Ludovici Augusti.

Dructeminus Archicancellarius recognovit.

Data VIIII. Kal. Septemb. anno Christo propitio Imperii Domini Hlotarii pii Inperatoris XXXIII. & Hlodovici quarto. Indictione X. Actum Curte Auriola in Dei nomine feliciter. Amen.

Ad hoc Diploma observandum est, erratum esse in notando anno imperii *Lotharii*, quum scriptum sit XXXIII. pro XXVIII. qui verus annus est; mendum autem irrepsit, ut videtur, incuria Librarii, qui Diploma descripsit, quique pro V. notam X. adposuit. Indictio enim X. qua Diploma insignitur, anno IV. *Ludovici*, & XXVIII. *Lotharii*, epochae scilicet Christianae DCCCXLVII. respondet. Animadvertendum quoque est, ultimum Diploma, in quo Ecclesiae S. *Mariae Ferleubae* mentio fit, in Archivo Monasterii Veronensis, esse illud *Henrici* I. quod superius pag. 1156. protuli, quodque anno MXIV. datum est. Nam in aliis Diplomatis annorum MXXXVII. MXLVI. MXLVII. MLXXXIV. MXCVI. MCLXIII. MCLXXXVII. MCCXXI. aliisque posterioribus, Ecclesia ista haud amplius memoratur. Quare inter annos MXIV. & MXXXVII. ad dominium Episcopi Florentini devoluta fuisse videatur; quo iure vero, ac titulo, omnino me praeterit.

a Consule superius *pag.* 946.

moeriis exterioribus antiquae Vrbis sita esset, tamen, propter vicinitatem, in Vrbe esse, merito dici poterat. Quamquam vero Ecclesia haec saeculo XIII. renovata fuisse videatur; tamen verosimile est, in ea reficienda primitivam Basilicae formam, & posituram servatam fuisse. Ast Ecclesia haec, illa esse non potest, quum iam sub *Henrici I.* imperio Ecclesia S. *Mariae Maioris* hoc vocabulo exstaret, & suos Rectores haberet [a] nec indicium in eius chartis adpareat, quas superius protulimus, eam aliquando ad Monasterium S. *Petri Maioris* pertinuisse [b]. Quum autem haec illa esse non possit: ne alias quidem Ecclesias S. *Mariae* dicatas esse existimo, quae nomen sui fundatoris prasefenunt, ut S. *Mariae Albericiorum*, S. *Mariae Hugonis*, S. *Mariae Nepotum Cosae*; sed ne Ecclesiam quidem S. *Mariae Hodegetriae* in Capitolio, quamvis a nomine sui auctoris non denotetur. Licet enim mirum non esset, si *Ferleuba*, fortasse Sanctimonialis Parthenonis *S. Andreae* ad Arcum [c], in Capitolio, loco Parthenoni proximo, hanc Ecclesiam construxisset, & Deiparae dedicasset; & amplam & Basilicae instar primum fecisset, quae deinde variis de caussis minuta & arctata fuerit, ut in praesens cernitur; a qua sententia *Meliorius* non abludit: & si tandem cognomen *Ferleubae* interciderit, Capitolii vero remanserit. Huius Ecclesiae antiquissima monumenta minime supersunt; sed saeculo XII. & sequenti, dicta reperitur Ecclesia S. *Mariae in Capitolio*, alias *Hodegetriae* [d]; unde arguere est, non eamdem esse, ac S. *Mariam Ferleubam*; & hoc enim cognomentum in illis instrumentis additum quandoque fuisset. Accedit, quod forma & constructio huius Ecclesiae talis adhuc adparet, ut amplior & augustior primitus fuisse non videatur; quum ab utroque latere parietes in Confessione antiquissimae structurae esse deprehendantur; & Confessio ipsa, quae nunc in officinarum usum cessit, manifeste indicet, maiorem Ecclesiae latitudinem numquam fuisse, quam in praesens sit: licet Ecclesia immutata aliquantum, & renovata fuerit: quare Basilicae speciem praeferre haud unquam potuit. Ast, quum una adhuc Ecclesia Sanctae *Mariae*, nondum a me commemorata, Florentiae supersit, *Sanctae Mariae*, scilicet, *Supra Portam*, multa me movent, imo impellunt. ut Ecclesiam S. *Mariae* a *Ferleuba* constructam, & dedicatam, non aliam, quam Ecclesiam S. *Mariae Supra Portam* fuisse putem. Et quidem *Vincentius Borghinius* patriarum antiquitatum consultissimus Ecclesiam S. *Mariae Supra Portam* in-

a Adi superius *pag.* 954.

b Vide has Chartas superius *pag.* 954. 964. & *pag.* 1016.

c De hoc late egi superius *pag.* 968.

d *Meliorius Flor. Illustr. pag.* 494.

c De

a Tom.

inter principales Vrbis Ecclesias recenset, [a] licet an Basilica adpellata fuerit, sibi non liquere adfirmet; sed verosimile existimat: quamquam *Ios. Richa* id a *Borghinio* adseverari scribit. [b] Sed animadvertendum est, saeculo VIII. & IX. *Basilicas* passim nuncupatas Ecclesias fuisse, licet amplitudinem & magnificentiam aedificii minime praeferrent, ut apud *Cangium* [c] videre est. Non una tamen ratio suadet, eam Basilicae instar aedificatam fuisse, situs, scilicet, prope Forum Mercatorum, & prope Portam Reginae, [d] & in parte Vrbis satis celebri & frequenti; quare & ipsius Vrbis Quartario nomen dederit, non secus ac Portae ipsi; & non aliter quam aliae Ecclesiae praecipuae, sive intra, sive extra, Vrbem fuerint, ut Ecclesia seu Domus Sancti *Ioannis*, Ecclesia Sancti *Petri Maioris*, & Ecclesia Sancti *Pancratii*. Nec enim ab ea Ecclesia, quae deinde non semel restituta & refecta fuit, indicium desumi potest, & praeiudicium concipi, quum posterior Ecclesia angustior breviorque variis de caussis exstrui potuerit; [e] ut Ecclesiae Sancti *Petri Cattuarii* contigisse videmus. Immo ex hoc, quod ab antiquis temporibus primaeva Ecclesia amplius non existat, libertas opinandi datur, eam amplam & magnificam Basilicam fuisse, quum nihil huic sententiae obstet, quemadmodum aliis Sanctae *Mariae* Florentinis Ecclesiis, de quibus ut id opinemur, plura impedimento sunt. Nec obiicit, quod *Ferleubae* conditricis nomen recentior Ecclesia non servet, a qua superioribus saeculis cognomentum habuit: nam, quum ex *Ioanne Villanio* [f] constet, anno MCXV. magnum incendium in proximo SS. Apostolorum Suburbio excitatum fuisse, quo magna Vrbis pars abiumta est; primore adspectu intelligitur, & vicinam hanc Sanctae *Mariae* Ecclesiam iis flammis incensam devoratamque fuisse. Hinc quoque statim elucet atque eminet, cur in Sancti *Petri Maioris* monumentis, post huius Ecclesiae donationem ei ab *Rainerio* Episcopo factam anno circiter MLXXIV. mentio illius non occurrat; quadraginta enim circiter annos tantum in eius dominio permansit: qui autem illam iterum excitarunt renovaruntque, dominium quoque illius sibi acquisierunt nil pensi habentes, ad quem antea pristina & vetusta Ecclesia pertinuisset, & unde cognomentum meruisset: nec rationem habuere situs, & loci, ubi antea consistebat. Hinc *Ferleubae* memoria sensim exolevit, & a proxima tantum Porta denotari coepit ita, ut *Sancta Maria Supra Portam* vocaretur, & Portam

[a] *Tom. II. pag.* 804.

[b] *Tom. III. pag.* 248.

[c] *Dictionar. Mediae & Infimae Latinitatis* voce *Basilica*.

[d] De hac Porta consule superius *pag.* 687. 1179. *Richam Tom. III. pag.* 232.

[e] Vide *Richam Tom. III. pag.* 247.

[f] Lib. IV. Cap. XXIX.

d De

a Con-

tam quidem, quae primi, ut vocant, moeniorum circuitus erat; quum antea etiam *Ferleuba* diceretur. Adde, quod monumenta secundae huius Ecclesiae, & recentioris etiam, nam pluries instaurata fuit, [a] nonnisi a saeculo XIII. incipiunt, [b] magnum, & perspicuum indicium, quod multum temporis effluxerit, antequam incendio absumta Ecclesia in proximo loco a fundamentis reficeretur: adeo ut tanto facilius prioris Ecclesiae, & amplitudo, & cognomentum, & status, & conditio, potuerint lethea quadam oblivione sepeliri. Id amplius verosimillimum redditur, quod *Steph. Russellius* putet, Ecclesiam hanc anno MCCCIV. rursus conflagrasse; & quod nomen ipsum Sanctae *Mariae Supra Portam* amiserit, illud saeculo XV. titulo S. *Blasii* mutando. Hinc si Archivi Veronensis instrumenta eius memoriam minime servavissent, an unquam haec Ecclesia in sua Vrbe, antiqua illa aetate, exstitisset, Florentini penitus ignorarent. Verum quidem est, in charta *Rainerii* Episcopi Ecclesiam Sanctae *Mariae Ferlausae* (pro *Ferleubae* scilicet) memorari; sed quo loco illa sita esset non indicatur; & ne an in Dioecesi Florentina quidem exsisteret, ullum indicium adparet; non aliter ac Ecclesia Sancti *Petri in Horlagio*, & Ecclesia Sancti *Benigni*, quae ibi pariter nominantur. Instrumenta igitur Veronensia nos docent, hanc Ecclesiam in Vrbe Florentia exstitisse, & ad Monasterium Sancti *Zenonis* Veronense pertinuisse, ut pote quam ei *Ferleuba* femina Deo dicata largita fuerat. Sed quid nam *Ferleubam*, Florentinam feminam, ut videtur, impulerit ad hanc Ecclesiam Monasterio Veronensi obsecendum? *Zenonis* Episcopi Veronensis sanctitas, eruditio, dignitas, miracula, magnam illi famam, & venerationem etiam apud Tuscos conciliaverat. Hinc saeculo IX. bona & fundos in loco *Flaviana* adpellato eius Monasterio Tusci iam obtulerant, [c] atque concesserant. Pistorii autem iam saeculo VI. *B. Zeno* tantam venerationem meruerat, ut Ecclesia princeps eius nomine insigniretur [d]. Pisis vero eius honori Ecclesia cum Monasterio saeculo saltem X. erecta fuit, licet eius memoria nonnisi a saeculo insequenti repetatur [e]. Sed & Clusii, seu melius in Clusina Dioecesi, in Ecclesia scilicet Monasterii Sancti *Salvatoris* Montis Amiati, Sanctum *Zenonem* cultum fuisse, verosimile est; quum anno MXXXVI. eius Reliquiae in ea conditae fuerint, &

a Consule *Villanium Lib. VII. Cap. XVI. Richam Tom. III. pag.* 243.

b Vide apud *Stephanum Rossellium*, & *Ioseph Richam pag.* 241. *& seqq.*

c Consule superius *pag.* 1492.

d Adi *Vghellium in Episcopis Pistoriensibus Tom. III.* & Prolegomena editionis operum S. *Zenonis* Veronae factae anno 1739. Differt. III. Cap. IV. §. II. *pag.* cxxxi. & superius *pag.* 562. 1443.

e Consule *Vghellium in Episcopis Pisanis, Tom. II. Annalium Camaldulensium pag.* 24. Prolegomena citata editionis operum S. *Zenonis* loco laudato *pag.* cxxxiii.

a Con-

& sacrum eius Officium exinde recitatum.[a] Itaque in Etruria S. *Zeno* adprime cultus fuit; & erga eum venerationem maxime propagatam existimo, quum IX. saeculo ineunte eius sacri corporis translatio seu elevatio celebrata est[b]. Hinc arguere datur, cur *Ferleuba* Ecclesiam Sanctae *Mariae* Monasterio Veronensi per illud tempus obtulerit; ob miraculorum B. *Zenonis*, scilicet, famam tunc maxime percrebrescentem, & renovatam; curque Tusci, *Carolo Magno* iam vivente, fundos ac possessiones eidem pia largitione dicaverint[c]; cur etiam deinde Pisis memoratum insigne Monasterium, eius titulo decoratum, in *Vrbe Veteri*, ut vocabant, prope Cryptas, aedificatum fuerit. Sed in his amplius immorari non possum, quum omnia tenebris mihi involuta videantur; & aliunde sciam, Ecclesiarum nomina saepe aliis recentioribus mutata

a Consule *Vghellium in Episcopis Clusinis Tom. III.* & Prolegomena citata laudato loco *Cap. III. pag.* CXXIX. & *Cap. IV. §. II. pag.* CXXXIII.

b Adi citata Prolegomena *Cap. III. pag.* CXXVIII.

c Iam superius *pag.* 1492. vidimus, hos fundos in agro & territorio Florentino sitos fuisse, & in eius agri loco, qui *Flaviana* dicebatur. An locus adhuc hoc vocabulo denoretur, me fugit. Scio tantum, familiam *Flaviam* Florentiae & in Tuscia consedisse, ut superius *pag.* 13. 14. 690. videre est; & ex gente *Flavia*, *T. Flavium Germanum* Procuratorem XX. Hereditatium Tusciae fuisse, ut superius *pag.* 18. elucet. Itaque nomine *Flaviana*, nonnisi bona, & latifundia, & praedia, & arva, turaque, quae familiae *Flaviae* essent, intelligenda sunt. Similia locorum nomina plura in Tuscia habemus, & in agro Florentino etiam, ut *Ambrosiana*, *Fibiana*, *Paniana*, *Subtilana*, *Bibiana*, *Leniana*, *Longuuinna*, *Martiniana*, *Montaniana*, *Viciana*, *Muciana*, quae loca omnia in agro Florentino sunt, & a familiis, quae ea possidebant, nomen traxerunt. Haec autem nomina nos docent, loca illa & fundos possessos fuisse a familiis, *Flavia*, *Ambrosia*, *Fibia*, *Pania*, *Subtilia*, *Baebia* aut *Vibia*, *Lenia*, *Longania*, *Martinia*, *Montania*, *Vicia*, *Mucia*. Animadvertendum tamen est, rara admodum in agro Florentino loca esse, quae, nomine neutro plurali subintellecto, nuncupentur: frequentia tamen sunt, quae vocabulum *Fundus* subponunt, de quorum quibusdam egi superius *pag.* 18. & 688. *& seqq.* Talia sunt in Florentino territorio, *Argianum*, *Albaninnum*, *Ascianum*, *Altianum*, *Arrianum*, *Bibianum*, *Balbianum*, *Bivilianum*, *Burianum*, *Burdinianum*, *Bullinnum*, *Cufercianum*, *Cufininnum*, *Cincianum*, *Catinianum*, *Calcatianum*, *Camusianum*, *Cirininnum* *Cummianum*, *Cornetianum*, *Cassianum*, *Cerlianum*, *Caballianum*, *Cartennum*, *Catanum*, *Carmininnum*, *Campinianum*, *Cispianum*, *Filianum*, *Fabianum*, *Fectianum*, *Fontanum*, *Grininnum*, *Gallianum*, *Gretianum*, *Griciananum*, *Gallonianum*, *Incomianum*, *Larcianum*, *Luciniaunm*, *Liviianum*, *Lucianum*, *Loncianum*, *Licinianum*, *Lelianum*, *Lutianum*, *Luscianum*, *Murcorianum*, *Muscianum*, *Morcianum* seu *Mauricianum*, *Molectianum*, *Mactianum*, *Mucinnum*, *Mantinianum*, *Meunianum*, *Miscianum*, *Marlianum*, *Matianum*, *Murcianum*, *Mallianum*, *Mollianum*, *Naevianum*, *Omnianum*, *Ontinianum*, *Pontianum*, *Pantinnum*, *Papinianum*, *Petronianum*, *Papatanum*, *Pisinianum*, *Platianum*, *Pupianum*, *Parmininnum*, *Rubetianum*, *Rusininnum*, *Rusianum*, *Sufianum*, *Suenianum*, *Sterlianum*, *Stillianum*, *Sabinianum*, *Suffentianum*, *Soliciannum*, *Secianum*, *Spectianum*, *Sempronianum*, *Stiianum*, *Septimianum*, *Susianum*, *Terentianum*, *Timinianum*, *Titianum*, *Tivianum*, *Tetianum*, *Tentalianum*, *Talianum*, *Tentianum*, *Viciniannum*, *Vectianum*, *Vitiannum*, *Visinianum*, *Vitianum*, *Vespianum*, *Vilianum*, *Vultisinnum*, *Vitilianum*. Haec quidem genere neutro extuli, quod vox *Fundus* taceatur; quae si exprimeretur, ut apud antiquos moris erat, tunc illius vocabuli epitheta masculini generis evaderent; scriberetùrque *Fundus Vectianus*, *Fundus Vitilianus &c.* Ex hisce fundorum adpellationibus intelligere datur, quibus Romanis familiis ager Florentinus adsignatus fuit, quum Florentia a Triumviris colonia deducta est, quo de egi superius *pag.* 4. 1171. Quum vero

rata fuisse. Sic Ecclesia S. *Michaelis* in Palcheto, deinde *Tubarum* dicta est, & tamdem S. *Elisabethae*; Ecclesia S. *Michaelis* Bertheldae, nunc vulgo *Ad Antinorios* adpellatur, & S. *Caietani*; Ecclesia S. *Michaelis in Horto*, Sancti *Caroli* modo vocitatur; Ecclesia S. *Mariae Nepotum Cosae*, in praesens S. *Domnini* nuncupatur. Ecclesiam S. *Georgii* vix est qui noscat, omnibus *Spiritus Sancti* adpellantibus; Ecclesia S. *Ioannis Baptistae* Ierosolymitani, nunc Sancti *Hieronymi* ad Caligam dicitur; de Ecclesia Sanctae *Mariae Supra Portam* satis disserui; ut Florentinis exemplis tantum abutar.

Haec autem, quae de Ecclesiis, & Monasteriis, & Xenodochiis, Vrbanis & Suburbanis, ad Episcopum Florentinum quoquomodo, & quocumque tempore, & qualicumque de caussa, spectantibus hactenus commentatus sum, in praesens subficiant: & quidem plura omiserim, quod mihi ignota fuerint; ea tamen in huius operis progressu addi poterunt, quum mihi eorum status, & conditio, plene innotuerint. Nunc autem volumen exigit, ut heic iusto termino finiatur.

AP-

veto barbarae gentes, Gotthi, & Langobardi, saeculo VI. Italiam, & consequenter Tusciam, invaserunt & vastaverunt, ac in ea tamdem consederunt, licet plerorumque omnium horum fundorum domini effecti fuerint, tamen Romana eorum nomina mutare non valuere, usu iam inveterato obsistente, & in agro Florentino praecipue. Non eo tamen inficias, paucos quosdam fundos suae gentis aut familiae nominibus ab Langobardis nuncupatos fuisse, sed hos discernere proclive est, eo quod vocabula Langobardica diverso modo desinunt ac Latina. Vel enim desinunt in *sca*, ut *Gerardesca*, & subintelligitur *Terra*, quae *Gerardi* sit; vel desinunt in *enga* aut *inga*, aut *ingum*; ut *Berardenga*, *Guilelminga*, *Guinzingum*: sub quibus intelligendum est, vel *Terra*, vel *Solum*, vel huiusmodi aliud.

LIBRI SECVNDI FINIS.



APPENDIX

IN QVA QVAEDAM SVPPLENTVR, ILLVSTRANTVR, CORRIGVNTVR

PAg. 706. col. 1. *Adnot.* u, *post illud*: heic integer habeatur - *addendum est*: Compendia quidem haec sunt Instrumentorum veterum, quae in Tabulario Episcopatus Florentini adservabantur; quaeque flammis Tabularium absumentibus omnia periere, ut memoriae prodidit *Vinc. Borghinius Tomo II. pag.* 576. editionis novissimae.

Pag. 713. *col.* 2. *delenda est Adnotatio illa, quae incipit* -- Via haec adhuc nomen retinet &c. Nam Via Sanctae Mariae, quae in textu Regesti ibi memoratur, videtur esse Via Sanctae Mariae Servorum, seu Cafagii, nunc *Via de' Servi* vulgo nuncupata.

Pag. 714. *col.* 2. *in Adnotatione post illud* -- seu Cafagii -- *addendum est*: hoc est, ad angulum, ubi Ecclesia Sancti *Michaelis* Vicedominorum existit.

Pag. 716. *in textu, post illud*: vulgo *Rifredi* -- *legendum & addendum*: & Pontem Sancti *Donati*, quamquam proprie Tertiolae nonnisi supra Pontem Rivi Fredi fluant; post autem Pontem hunc Rivus Fredi usque ad Arnum torrens adpellandus esset, in quem Rivum Munio novissime derivatus est.

Pag. 727. *in textu post*: Scandices - *legendum*: Casilina, seu Castellina, ultra Pontem Grevis; Septimum &c.

Pag. 728. *in textu post illud*: Sanctus Marcus Verus, Munio, Lapum -- *delendum illud*: Gignorum.

Pag. 729. *in textu post illud*: a Valle Pesae -- *legendum*: A sinistris Arni fluminis, Exinea, Artiminum, Sancti Mamantis Pagus, Campus Maior, seu Maionis, vulgo *Camaione*, Buscae, Capraria, in ea sunto. A dextris Gangalandum, Portus, Lamulae seu Brucianense, Fanum Mineatis &c.

Pag. 730. *in textu post*: in angustum sinum recipiatur -- *legendum*: A sinistris torrentes, Rivus Maior, Macinaria, Rivus Fani Mineatis, Arnum invadunt.

Pag. 731. *in textu post illud*: ibi delabitur -- *addatur*: Sed verius *Mota* locus dictus fuerit a munimento: munimenti enim genus *Mota* sequioribus saeculis adpellatum est.

Pag. 732. *in textu post illud* -- per aphaeresin *Else*, *Elsa* -- *addatur*: sed obstat, quod in eodem *Caroli Magni* Diplomate *Elsa* diserte etiam nominatur; nisi variis nominibus idem fluvius ibidem indicetur.

Pag. 736. *in textu ubi de Monte Crucis agitur, legendum est*: & in Valle Sevis, Florentia distans XII. M. P. &c.

Pag. 737. *in textu legendum est*: Huius Castri possessio confirmata fuit Episcopatui Florentino sententia Vicarii Imperatoris contra *Filios Guineldi*.

Pag. 744. *in textu legendum est*: Monasterium Sanctae *Mariae* Crispini, in clivo Alpis, iuxta Crispinum flumen Etruriam ab Aemilia secernens &c.

Pag. 758. *in textu ubi agitur de familiis gentis Vbaldiniae addendae sunt familiae*

A Figulinis, seu Fighine.

A Gortingo.

A Ciniano.

A Montenio.

Pag. 767. *in textu* §. LI. *legendum*: Villa Citorniani ad Montem Buianum, quae M M D circiter P. ab Monte Buiano ad Meridiem distat.

Pag. 768. *in textu* §. LIV. *legendum*: Castrum Retiani in Mucillo. Retianum, gentis Retiae fundus &c.

Pag. 769. *in textu* §. LVI. *post illud* -- in eodem Castro -- *legendum*: quod Castrum idem non est ac Castrum Carzae Veteris, quo de superius egimus: nam Comitatus Carzae Veteris a Bonosolatio distinctus est, & Spugnolas versus tendit.

Pag. 786. *in textu post illud*: *Hodoeporici* -- *legatur*: Vltra illum Pontem, ubi Dioecesis Volaterrana incipit, est Parthenon Puellarum Deo sacrarum titulo Sanctae *Mariae* insignis &c.

Pag. 788. *col.* 1. *initio legendum est* -- tempus saepe denotat eo modo, quando saeculum illud praecedit.

Pag. 812. *in textu lin.* 2. *post illud* -- S. *Donati* mutaverat -- *lege*: Recte *Stephanus Russellius* tradit, Sanctimoniales, quae a Sancto Cassiano ad Sanctum Donatum ad Turrim migraverunt, Ordinis Augustiniani fuisse, quae deinde Ordinis

Benedictini, Congregationis Cisterciensis, esse voluerunt. Eas insuper scribit &c.

Pag. 833. *in texta lin.* 3. post illud -- Cistii, & Fabricae -- lege: Hi Nobiles e gente *Visdominorum* fuere, ut vel ipsa nomina indicant -- Quae autem ibi de *Vbaldinis* dicuntur deleantur. Nomina vero *Vicedominorum* quaedam habentur *pag.* 888. 893. *& alibi*; latissime autem *pag.* 49.
—— *In texta lin.* 2. *ad numerum* CXXI. lege: Liciolum, seu Licciolum, Castrum fuit in Plebatu Sancti *Laurentii* De Aceto, vulgo *Diaceeto*, in Faesulana Dioecesi. Nam *Vguiccio Orlandi F. Seraphini N.* a Barbischio, quod Castrum in Mucillano agro est, donavit inter vivos omnes domos &c. -- Barbischium in Mucillo esse, constat ex Chronicis *Ioan. Villanis Lib. XI. Cap. LII. & Lib. XII. Cap.* XXIII. *&c.* De Liciolo autem ex Catalogo Ecclesiarum Faesulanae Dioeceseos anno MCCIC. confectum, & ex Archivo Vaticano depromtum; quod est insequens.

In Nomine Domini amen. Liber computi & redditae rationis discreto viro Domino Ticcio Plebano Plebis de Laiatico Vulterranae Dioecesis Nuntio *& Procuratori ac Commissario generali in hac parte Venerabilis Patris Domini Thomae Dei gratia Pistorien. Episcopi in Provincia Tasciae Collectoris decimae impositae per tres annos pro quibusdam urgentibus necessitatibus Domini PP. ac Romanae Ecclesiae, a Sede Apostolica deputati per Venerabilem & Religiosum Virum Dominum Rogerium Abbatem Monasterii Vallisumbrosae, Administratorem Abbatiae de Pasignano dicti Ordinis, pro se & Domino Raynerio Ghiberti Canonico Fesulan. Fesulan. Dioecesis, per ipsum Dominum Ticcium virtute commissionis sibi factae a dicto Domino Episcopo Pistorien. auctoritate Apostolica supradicta in Civitate & Dioecesi Fesulana pro anno proxime praeterito ad colligendam dictam decimam Collectores specialiter deputatos, de pecunia ipsius decimae collectae per eos pro toto dicto anno a Praelatis & Clericis ac personis Ecclesiasticis dictae Civitatis & Dioecesis, exemptis & non exemptis, in termino medietatis Quadragesimae proxime praeteritae, prout inferius particulariter continetur. Inprimis*

Episcopatus Fesulan. solvit pro decima totius anni lib. 40.
Canonica S. Margaritae de Tosina lib. 26. *sol.* 8.
Monasterium S. Mariae de Poppiena lib. 14. *sol.* 4.
—— *S. Mariae de Petrafitta lib.* 7.
—— *Dominarum S. Iohannis de Prato Veteri lib.* 38.
—— *S. Petri de Monte Muro lib.* 30.
Monasterium S. Laurentii de Coltibono lib. 74.
—— *S. Mariae de Talliafuni lib.* 20.
—— *S. Cassiani de Monte Scalario lib.* 65.
—— *Sanctae Mariae de Valle Vmbrosa lib.* 121.
Hospitale Vbaldi de Plano Alberti cum infrascripto Monasterio Sancti Hilari, quod dicto Monasterio Vallis Vmbrosae dicitur esse unitum lib. 3.
Canonica S. Bartholomaei de Scampato lib. 6.
Ecclesia S. Angeli de Praelatis.
Monasterium S. Hilari, quod Monasterio Vallis Vmbrosae dicitur esse unitum.
Ecclesia S. Mariae de S. Hilaro.
—— *Sancti Stephani de Pitiano. lib.* 3.
Hospitale de Caparsoli. f. Casarsoli.
—— *De Ancisa.*
Monasterium S. Michaelis de Pasignano non solvit, quia Collector, lib. 78. *sol.* 11.
Ecclesia S. Blasii de Pasignano.
—— *S. Nicolai de Quorcio Man.* f. Quercia Manni.
Canonica Fesulana solvit pro decima totius anni lib 30.
Praebenda Praepositi Fesulan. lib, 6.
—— *Archidiaconi Fesulan. lib.* 4.
—— *Domini Iacobi Canonici Fesulan. lib.* 4.
—— *Domini Abraae lib.* 4.
—— *Domini Diedi.*
—— *Domini Rayaerii non solvit, quia Collector.*
—— *Domini Iohannis lib.* 4.
—— *Domini Cambii lib.* 4.
—— *Domini Rodulphi lib.* 4.
Opera Maioris Ecclesiae Fesulanae. lib. 1. *sol.* 10
Ecclesia S. Michaelis de Muscole lib. 2. *sol.* 10.
—— *S. Clementis*, hoc est, in Podio. *lib.* 2. *sol* 5.
—— *S. Mauritii lib.* 2. *sol.* 10.
—— *S. Margaritae de Salecta lib.* 2. *sol.* 4
—— *S Mariae de Binano lib.* 3. *sol.* 6.
—— *S. Andreae de Vicllia lib.* 3. *sol.* 6.
—— *S. Mariae de Vialliocta lib.* 2. *sol.* 3.
—— *S. Martini de Vico lib.* 2. *sol* 3.
—— *S. Mariae de Ontignana.* Est Ecclesia suburbana. *lib.* 4.
Monasterium S. Bartholomaei de Fesulis lib. 34. *sol.* 10.
Monasterium S. Martini de Maiano lib. 5. *sol.* 5.
Ecclesia S. Mariae de Trespiano lib. 4 In praesens habet titulum S. Luciae, Adi superius pag. 539.
Hospitale de Trespiano.
Plebes S. Cresci de Maciuole lib. 12.

Ecclesia S. *Petri de Caliarza*. f. Calicarza *lib.* 2. *fol* 10.
—— S. *Michaelis de Fontebuona* . *lib.* 2. *fol.* 8.
—— S. *Iacobi de Fiscilliano lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Miniatis de Colle lib.* 2. *fol.* 3.
Hospitale S. Petri de Silvaregia.
Plebes S. Gervasii de S. Martino Lobaco lib 4. *fol.* 8.
Ecclesia S. Martini Lobaco lib. 2. *fol.* 3.
—— S. *Brigidae lib.* 3. *fol.* 12.
—— S. *Miniatis* , hoc est, de Pagnolle.
Plebes S. Iohannis de Monte Loro lib. 5.
Ecclesia S. Salvatoris de Valle lib. 2. *fol.* 16.
Plebes S. Bartholomaei de Pomino lib 11. *fol.* 4.
Ecclesia S. Stephani de La Torla ; nunc titulum habet S. Luclae, *lib.* 2. *fol.* 8.
—— S. *Andreae de Buntigaia*, Bucigna, *lib. fol.* 4.
—— S. *Mariae de Pinzano*.
—— S. *Mariae de Bani*.
—— S. *Michaelis de Cilliano*.
Plebes S. Stephani de Castillione fol. 6.
Ecclesia S. Martini de Rufina lib. 2. *fol.* 4.
—— S. *Petri d' Casi lib.* 2. *fol.* 14.
—— S. *Donati de Castilione*.
—— S. *Petri da Petrognano*.
Plebes S. Laurentii de Glaceto lib. 3. *fol.* 4.
Ecclesia S. Martini de Bibiano lib. 2. *fol.* 8.
—— S. Nicolai de *Nepozano lib.* 3
—— S. *Mariae de Fulgano lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Iusti de Falgano lib.* 2. *fol.* 16.
—— S. *Mariae de Ferrano lib.* 2. *fol* 12.
—— S. *Petri de Ferrano lib* 2. *fol.* 8.
—— S. *Clementis de Pelago lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Bartholomaei de Castronovo*.
—— S. *Salvatoris de Lictiolo* , Licciolo.
Plebes S. Babilli, hoc est, S. Babylae, *lib.* 6. *fol.* 8.
Ecclesia S. Petri de Montelango lib. 2. *fol.* 3.
—— S. *Andreae de Tizano lib.* 2. *fol.* 12.
—— S. *Mariae de Castro*.
Plebes Sanctae Mariae de Arata lib 4.
Ecclesia S. Petri de Torrichia lib. 2. *fol.* 3.
—— S. *Iusti de Ignola* .
—— S. *Georgii de la Rocchetta*
Plebes S. Leonini in Montanis lib. 5.
Ecclesia S. Mariae de Caiano lib. 2. *fol.* 3.
—— S. *Laurentii de Virole*, vulgo Vierle, *lib.* 2. *fol* 3.
—— S. *Donati de Carabucchezza* , Sambuceta.
—— S. *Gaudentii de Varena* , f. de Arena.
Monasterium S. Gaudentii lib. 14.
Ecclesia S. Martini de Castagno , Castaneo.
—— S. *Mariae de Facciana* , Ficciana.
—— S. *Nicolai de Casale*.
Plebes Sancti Detali, hoc est, Daedali, *lib.* 7.
—— S. *Mariae de Reacine*, Rencinarum in praesens Plebes est cum titulo S. Helenae, *lib.* 14.
—— S. *Iacobi de Frascole* , Frascole hodie Plebes est, *lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Martini de Podio lib.* 2 *fol.* 3
—— S. *Andreae de Vicorate lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Nicolai de Moscia*.
—— S. *Petri de Valle Piana* .
—— S. *Laurentii de Fornace* .
—— S. *Laurentii de Bristallo lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Mariae de* [illegible]*gnano lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Stephani de Petrorio* .
—— S. *Nicolai da Cornu lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Miniatis de Monte Domini*.
Plebes S. Gervasii de Pelago , in praesens est S. Clementis, *lib.* 7.
Ecclesia S. Stephani de Lucente lib. 2. *fol.* 4.
—— S. *Luciae de Altomeda lib.* 3. *fol.* 4.
Canonica S. Georgii de Ristocchio , Ristocchio. In praesens dicitur S. Aegidii, *lib.* 3.
Ecclesia S. Mariae de Papilliano lib. 2. *fol.* 4
—— S. *Bartholomaei Man.*
—— S. *Aegidii Man.*
Plebes S. Mariae de Sitia , f. Stia, *lib.* 13. *fol.* 2
Ecclesia S. Christinae de Poppiena , nunc Papiano, *lib.* 2 *fol.* 10.
—— S. *Blasii de Uma lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Viti de Lomuno lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Laurentii de Pontiano* , Porciano, *lib.* 3. *fol.* 4.
—— S. *Nicolai de Laca lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Stephani de Tuleto*
—— S. *Salvatoris de Bascrica* , hoc est, Basilica.
—— S. *Romuli de Valiano*.
—— S. *Iusti*.
—— S. *Angeli de Pratillione*.
Plebes Sancti Petri de Romena lib. 10.
—— S. *Margaritae de Campi* , hoc est Campi Lambardi *lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Barptolomaei de Castagalario* , Castro Castaneario, *lib.* 2. *fol.* 8.
—— S. *Mariae de Castro Romenae lib.* 2. *fol.* 8.
—— S. *Christophori de Villa Castri Castagniarii lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Donati* ad Cossiam.
—— S. *Christophori de Tartilla*.
—— S. *Bartholomaei de Serpentongnole* , hodie Strapetognoli.
—— S. *Blasii de Pomponi*.
—— S. *Laurentii de Collina*.
—— S. *Pauli* Ad Pontem.
—— S. *Agathae de Orgia*.
—— S. *Andreae de Porrona* , f. Porrena. In praesens est Ecclesia S. Mariae de Porrena.
—— S. *Mariae de Porciano*.
—— S. *Hilari de Sala*.

Xxxxxxxxxxxxxxx S. Cle-

—— S. *Clementis de Ponte*.
—— S. *Mariae de Agriano*.
—— S. *Donati* ad Brendam.
—— S *Crucis de Samprugnana*, hoc est, Semproniana, vulgo hodie Sprugnano.
—— S. *Christophori de Mandriolle*, Mandriole.
—— S. *Angeli de Prantillione*, Pratillionis.
Plebes S. *Martini de Vado lib.* 6.
Ecclesia S. *Laurentii de Startia*, Startia Battifollis, *lib.* 2 *fol.* 4.
—— S. *Blasii de Battifolle*, ad Podium Battifollis, *lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Margaritae de Cuorle lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Donati de Garliano*, hodie Galliano.
—— S. *Angeli de Pagiulo lib.* 2. *fol.* 6.
—— S. *Petri de Ristonchio*, nunc habet titulum S. Nicolai, *lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Mariae de Cietica lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Pancratii de Cetica lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Mariae de Spalandi*, vulgo Spalanne.
—— S. *Andreae de Tarzelle*.
—— S. *Michaelis de Cietica*.
—— S. *Nicolai de Vado lib.* 2. *fol.* 17.
—— SS. *Iacobi & Christophori de Montanino*.
—— S. *Mariae de Torri*.
—— S. *Donati de Serelle lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Mariae de Silva*.
—— S. *Mariae de Cascese*.
Plebes S. *Laurentii de Miranfu lib.* 7. *fol.* 6.
Ecclesia S. *Michaelis de Vologuano lib.* 5.
—— S. *Bartholomaei de Morano lib.* 2. *fol.* 6.
—— S. *Stephani de Curtibus lib.* 4. *fol.* 6.
—— S. *Martini de Samprugnano*, vulgo Sprugnano, *lib* 2. *fol.* 6.
—— S. *Mariae de Castillionchio lib.* 3. *fol.* 4
Monasterium S. *Mariae de Rosano lib.* 40.
Hospitale S. *Mariae de Gafignano*.
Plebes S. *Mariae de Monte Mignaio lib.* 5.
Ecclesia S. *Stephani de Monte Mignaio*, f. eadem ac de Fornello, *lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Silvestri de Cuiano lib* 3. *fol.* 4.
—— S. *Angeli de Vertole*, Vertelle,
Plebes S. *Leonini de Rignano lib.* 5.
Ecclesia S. *Silvestri de Marzano lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Stephani de Torri lib* 3. *fol.* 3.
—— S. *Christophori de Perticaria lib.* 8.
—— S. *Andreae de Entica*, Antica vulgo, *lib.* 4.
Canonica S. *Petri de Perticaria lib.* 12.
Ecclesia S. *Quirici de Vallibus*, nunc dicitur ad Filicem, *lib* 5.
—— S. *Clementis de Leccio lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Nicolai de Olmento*, Olmeto, hoc est Vlmeto, *lib.* 8. *fol* 4.
—— S. *Mariae de Sustiana*, Sociana.

Plebes S. *Mariae de Sco lib.* 10.
Ecclesia S. *Mariae de Faella lib.* 2 *fol.* 10.
—— S. *Michaelis de Favella*. Animadvertendum, duas Ecclesias S. *Michaeli* sacras, hodie vocari, unam superiorem seu de supra, alteram inferiorem seu de subtus. *lib.* 2.
Monasterium S. *Salvatoris de Sofena lib.* 6.
Ecclesia S. *Andreae de Puliccianu lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Miniatis* Ad Sco, *lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Donati de Mezzano*, Menzano *lib.* 3. *fol* 10
—— S. *Bartholomaei de Gastra lib.* 3.
—— S. *Donati de Ortognano*.
—— S *Thomae de Sofena*.
—— S. *Matthaei de Caspri*.
—— S. *Gaudentii*.
—— S. *Michaelis*.
—— S. *Stephani de Somofonte*, id est, Summofonte, ut in Dioecesi Florentina.
—— S. *Iacobi de Montecarello*.
Plebes S. *Petri de Cascia*, hoc est Cassia, forte a Via Cassia, *lib* 5.
Ecclesia S. *Miniatis de Serra*, in praesens dicitur ad Montaninum, *lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Bartholomaei de Viesse*, lege Viesca, *lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Thomae de Ostina lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Stephani de Citinavecchia lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Martini de Pontesango*, hodie Pontifognio, *lib.* 3. *fol.* 6.
—— S. *Margaritae de Cancelli*.
—— S. *Luciae de Fondoli*.
—— S. *Iusti de Ruota lib* 3. *fol.* 10.
—— S. *Clementis de Luco*.
—— S. *Blasii de Ostina*.
—— S. *Christophori de Scopete*.
—— S. *Nicolai de Forle*.
—— S. *Michaelis de Cafollis*, Casellis.
—— S. *Mariae de Plano lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Andreae de Cascia lib.* 3.
—— S. *Laurentii de Rona lib.* 2. *fol.* 10.
—— S *Petri de Viesca lib.* 3. *fol.* 6.
—— S *Syri de Cascia lib.* 3. *fol.* 4.
Canonica S. *Agathae* ad Arfoli *lib.* 14.
Ecclesia S. *Salvatoris de Lectio*. Leccio *lib.* 6.
—— S. *Theclae*.
—— S. *Laurentii*.
—— S *Stephani de Cascia*.
Plebes S. *Petri de Pitiana lib.* 6. *fol.* 4.
Ecclesia S. *Andreae de Tosi*, lege Tosi, *lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Mariae de Garnialla lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Donati in Fonzano*, nunc habetur Ecclesia S. Donati ad Grotianum, *lib.* 4. *fol.* 15.
—— S. *Martini de Campi*.
—— S. *Bartholomaei de Saltellero*, Sant' Ellero.

Ec-

Ecclesia S. *Laurentii de Fontesterre*.
—— *S. Martini de Pasiano*, vulgo Pagiano.
—— *S. Miniatis de Podio*.
—— *S. Nicolai de Magnole*.
Plebes S. Miniatis de Robiana lib. 8.
Ecclesia S. Pauli ad Emam lib. 2. *fol.* 4.
—— *S. Andreae de Linari lib.* 3.
—— *S. Bartholomaei de Mussignano*.
—— *S. Clementis de Pavanalle*.
—— *S. Luciae de Bisticcio*.
Plebes S. Petri de Cintorio lib. 14.
Ecclesia S. Leonis de Melezano lib. 2. *fol.* 12.
—— *S. Andreae de Lingnano*, lege de Linario *lib.* 2. *fol.* 3.
—— *S. Christophori de Lucolena lib.* 2. *fol.* 4.
—— *S. Michaelis de Dudda lib.* 3.
—— *S. Laurentii de Fraxino lib.* 2. *fol.* 4.
—— *S. Margaritae de Fugame lib.* 2. *fol.* 12.
—— *S. Donati de Mugnano*.
—— *S. Martini de Vezzano*.
—— *S. Luciae de Balbiano*, hodie corrupte Barbiano, *lib.* 2. *fol.* 16.
—— *S. Martini de Sezzata lib.* 4. *fol.* 4.
—— *S. Stephani de Collecalli lib.* 2. *fol.* 3.
Canonica S. Mariae de Pitignano lib. 10.
Plebes S. Viti de Ancisa lib. 10.
Ecclesia S. Laurentii de Cappiano lib. 2. *fol.* 6.
—— *S. Stephani de Alfiano lib.* 3.
Canonica S. Petri de Terreno lib. 3. *fol.* 4.
Ecclesia S. Iusti de Strouillio lib. 2. *fol.* 10.
—— *S. Michaelis de Morniano lib.* 3.
—— *S. Cerboni* ad Castagnetum *lib.* 3. *fol.* 12.
—— *S. Stephani de Borro lib.* 3. *fol.* 4.
—— *S. Mariae de Moreano*.
—— *S. Bartholomaei de Foramala*.
—— *S. Quirici de Montelsi*.
Plebes S. Petri in Sillano lib. 5. *fol.* 10.
Ecclesia S. Martini de Valle lib. 2. *fol.* 8.
—— *S. Andreae de Podio al vento lib.* 2. *fol.* 3.
—— *S. Britii de Podio al vento lib.* 4. *fol.* 8.
—— *S. Bartholomaei de Valle*.
—— *S. Mariae de Nicchio*, lege Vicchio, vulgo Vico Maggio.
Plebes S. Pancratii lib. 8.
Ecclesia S. Salvatoris de Vaccherecia lib. 2. *fol.* 10.
—— *S. Michaelis de Colle lib.* 3.
—— *S. Petri de Massa lib.* 2. *fol.* 10.
—— *S. Donati de Castro novo*.
—— *S. Andreae de Montermino lib.* 2. *fol.* 10.
Plebes S. Cresci de Montesicalli lib. 11. *fol.* 12.
Ecclesia S. Andreae de Montrugoso, f. Montiniioso, *lib.* 3. *fol.* 2.
—— *S. Stephani de Montesicalli lib.* 4. *fol.* 4.
—— *S. Petri de Pino lib.* 2. *fol.* 10.

Monasterium S. Martini in Ciccione lib. 5.
Canonica S. Donati in Cintille, lege Citille, *lib.* 12. *fol.* 12.
Ecclesia S. Leonardi de Roffiano.
—— *S. Lei de Melazzano*, hoc est S. Leonis *lib.* 2. *fol.* 12.
Hospitale S. Margaritae de Pretagna.
Plebes S. Leonini de Panzano lib. 18.
Ecclesia S. Petri de Pesa lib. 11.
—— *S. Mariae de Panzano lib.* 6.
—— *S. Georgii de Grignano lib.* 4.
—— *S. Luciae in Favale lib.* 4.
—— *S. Michaelis de Montarimo*, f. Montanino, *lib.* 2. *fol.* 10.
—— *S. Mariae in Petriuolo lib.* 3. *fol.* 10.
—— *S. Petri Delle Stinche lib.* 2. *fol.* 16.
—— *S. Stephani de Brucciano lib.* 2. *fol.* 16.
—— *S. Laurentii de Grignano lib.* 4.
—— *S. Andreae de Grignanello lib.* 5.
—— *S. Mariae de Mairipalde*, f. Montripaldo, *lib.* 10. *fol.* 10.
—— *S. Nicolai de Montagiari*.
—— *S. Iohannis de Ficuiola*.
—— *S. Clementis de Grignano*.
Plebes S. Mariae de Figbino lib. 20.
Ecclesia S. Mariae de Tartilliese lib. 2. *fol.* 3.
Canonica S. Michaelis de Panellis lib. 14.
Ecclesia S. Andreae de Ripalta lib. 2. *fol.* 12.
—— *S. Marcini de Toregio*, hoc est Altoreggi, *lib.* 2. *fol.* 3.
—— *S. Andreae de Campillia lib.* 2. *fol.* 12.
—— *S. Donati de Spicciano lib.* 2. *fol.* 10.
—— *S. Blasii de Gallianella lib.* 3.
—— *S. Margaritae de Campillia lib.* 2. *fol.* 5.
—— *S. Iacobi de Castillione*.
—— *S. Petri de Formica*.
Plebes S. Iohannis de Aurrilia, f. Cavrilia *lib.* 13. *fol.* 4.
Ecclesia S. Mariae de Moncione lib. 3.
—— *S. Marci de Pocis lib.* 6. *fol.* 4.
—— *S. Thomae de Curia Montis Varchi lib.* 5. *fol.* 8.
Canonica S. Angeli de Sereto lib. 21.
—— *S. Laurentii de Monte Varchi lib.* 27.
Ecclesia S. Laurentii de Plano Alberti lib. 12.
—— *S. Clementis de Plano Alberti lib.* 2. *fol.* 5.
—— *S. Mariae de Ricasole lib.* 10.
—— *S. Silvestri de Montario lib.* 2. *fol.* 3.
—— *S. Mariae de Caprilia lib.* 12.
—— *S. Bartholomaei de Guadalta lib.* 2. *fol.* 3.
—— *Georgi de Villole*.
—— *S. Iacobi de Castillione*.
Plebes S. Romuli de Gaville lib. 20.
Canonica S. Miniatis de Collis, lege de Cellis *lib.* 10.
Ecclesia S. Donati de Avena, Avane hodie, *lib.* 5.
Canonica S. Mariae de Avena lib. 5.

Canonica S. *Martini de Avena lib.* 10.
Ecclesia S. *Cypriani de Avena lib.* 5.
—— S. *Laurentii de Torsolo lib.* 2. *fol.* 5.
—— S. *Stefani de Luculena lib.* 2. *fol.* 4.
—— S. *Mariae de Grizella.*
—— S. *Leonis* ad Cellas.
Plebes S. *Mariae Novellae lib.* 50.
Ecclesia S. *Laurentii de Volparia lib.* 3.
—— S. *Cassiani lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Donati de Loci*, f. de Lamulis *lib.* 4. *fol.* 4.
—— S. *Petri de Buscialla lib.* 2. *fol.* 8.
—— S. *Salvatoris de Albola lib.* 2. *fol.* 10.
—— S. *Andreae de Casulis.*
—— S. *Martini de Monte Rinaldi lib.* 2. *fol.* 3. *den.* 6.
—— S. *Ioannis de Colle Pretoso*, hoc est Petroso *lib.* 4. *fol.* 4.
Plebes S. *Iusti in Salce lib.* 10. *fol.* 8.
Ecclesia S. *Christinae de Radda*, alias ad Villam *lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Nicolai de Trebbio lib.* 2. *fol.* 6.
—— S. *Martini de Silvir lib.* 2. *fol.* 6.
—— S. *Mariae in Colle lib.* 3. *fol.* 12.
—— S. *Nicolai de Radda lib.* 3. *fol.* 4.
—— S. *Andreae de Livornano lib.* 3.
Plebes S. *Pauli in Rosso lib.* 8. *fol.* 4.
Ecclesia S. *Andreae de Ama lib.* 2. *fol.* 3.
—— S. *Ansiani*, hoc est Ansani, *lib.* 2. *fol.* 4.
Plebes S. *Mariae de Spelentina*. Haec Plebes non exstat in Catalogo hodierno. Forte eadem est ac Plebes S. Mariae & S. Petri in Avenano, de qua superius *pag.* 216. 217. *lib.* 13.
Ecclesia S. *Margaritae de Castel Vecchio lib.* 2. *fol.* 16.
—— S. *Thomae de Monte Grossoli lib.* 2. *fol* 14.
—— S. *Nicolai de Selvole lib.* 2. *fol.* 6.
Canonica S. *Petri de Avenano lib.* 6.
Ecclesia S. *Donati in Petrone.*
—— S. *Martini de Monte Ritondo.*
—— S. *Bartholomaei de Vteran*, f. Vertine.
Plebes S. *Leonini in Conio*; haec Plebes & Plebatus, in Dioecesin Collensem translatus est, ut liquet ex *Tom. IV.* *huius Historiae pag.* 24. Conio autem pro Cuneo, *lib.* 12. *fol.* 4.
Canonica S. *Miniatis de Fonte Rutuli lib.* 12.
—— S. *Michaelis de Rincine lib.* 10.
Ecclesia S. *Salvatoris de Arbiola lib.* 4.
—— S. *Donati de Cerna lib.* 3. *fol.* 4.
—— S. *Petri de Cignano lib.* 5.
Canonica S. *Anthimi lib.* 3.
Ecclesia S. *Christophori de Scorito.*
—— S. *Martini de Rondinelli.*
—— S. *Bartholomaei de Godenano.*
—— S. *Petri de* . . . .
—— S. *Michaelis de la Leccia.*
Ecclesia S. *Laurentii de Tinelli lib. fol.* 18.
—— S. *Iusti de Gignanello*, lege Cignanello.

Praedictum Computum factum est, & ratio huiusmodi reddita, discreto viro Domino Riccio Plebano Plebis de Layatico Nuntio & Procuratori ac Commissario Generali praedicti Venerabilis Patris Domini Thomae Dei gratia Pistorien. Episcopi praefatae decimae Collectoris, per supradictum Dominum Rogerium Abbatem Monasterii Vallis Vmbrosae & Administratorem Abbatiae de Pasignano dicti Ordinis Fesulan. Dioec. pro se & Domino Ranerio Ghiberti Canonico Fesulano eius socio, de pecunia decimae per eius collectae particulariter, ut supradictum est, Florentiae apud Monasterium Sanctae Trinitatis, in praesentia discretorum virorum Dominorum Bencivenni Vicarii Venerabilis Patris Domini Angeli Dei gratia Episcopi Fesulani, Stephani Canonici Florentini, Augustini Abbatis de Poppio, Presbyteri Vguccionis Rectoris Ecclesiae S. Mariae in Campo de Florentia, Ser Raynerii Ardovini Notarii dicti Venerabilis Patris Domini Thomae Episcopi Pistorien. & Ser Cionis Vberti Notarii, testium ad haec vocatorum Anno Domini 1299. Indictione 12. die 12. mensis Iulii.

Ego Gianni quondam Petri de Florentia Imperiali auctoritate Iudex Ordinarius, publicusque Notarius suprascriptorum Collectorum ad scribendum deputatus in praedicto negotio decimarum praedictis solutionibus, computo, & redditae rationi, & aliis omnibus & singulis supradictis praesens interfui, & de mandato & auctoritate praedicti Domini Ticcii Commissarii, rogatus etiam a suprascripto Domino Rogerio Abbate Vallumbrosano Collectore praedicto, omnia scripsi, & me subscripsi, & signum meum usitatum apposui in testimonium omnium praemissorum, anno, Indictione, & die praedictis.

Ego Raynerius Ardovini da Sancto Geminiano auctoritate Imperiali Notarius publicus & nunc per eundem Dominum Pistorien. Episcopum ad scribendum generaliter in praedicto negotio decimarum deputatus praedictis computo, & redditae rationi praesens interfui, & de mandato & auctoritate dicti Domini Ticcii rogatus etiam a dicto Collectore me subscripsi, & signum meum apposui in testimonium praemissorum, Anno, Indictione, & die quo supra.

Non mirum, si in hoc Catalogo quaedam Plebes & Ecclesiae exstant, quae in Catalogo hodierno, quem superius *pag.* 539. protulimus, non adparent; nam ut Poeta ait:

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.

In recentiori autem Catalogo quaedam recensentur, quae in hoc minime memorantur. Sed ex hoc etiam cognoscitur, saeculo XIII. Faesulanarum Ecclesiarum mutationem aliquam iam evenisse: quaedam enim Ecclesiae, quae in Bullis *Paschalis II.* & *Innocentii II.* superius *pag.* 215. & 216. productis referuntur, in hoc Catalogo non describuntur, ut Plebes Sancti *Gervasii* in Alpiniano; Plebes S. *Gervasii* in Motiano; Ecclesia Sancti *Ambrosyni*; Ecclesia S. *Paulli* ad Castrum Corbuli; Plebes S. *Martini* in Tertinulo; Ecclesia S. *Mamilliani*; Plebes S. *Marci* in Stilliana; Ecclesia S. *Mariae* in Carpinione &c.

Pag. 834. *in textu lin.* 4. *deleatur totum illud*: An Vguiccio ille *&c. usque ad* -- exstitit.

Pag. 850. *col.* 1. *lege*: *bona quorum exempta fuere de Communi &c.*

Pag. 851. *in textu, lin.* 9. *lege* -- Paroecia hodie S. *Martini* titulum habet.

Pag. 853. *in textu lin.* 6. *post illud* -- constituebat -- *adde* -- & adhuc habet.

Pag. 854. *in textu lin.* 10. *lege* -- in via, quae Faesulis ad Burgum S. Laurentii recta ducit.

Pag. 866. *col.* 1. *lege* -- additum est LXX. ut fieret annus DCCCCLXXXXI.

Pag. 882. *in textu lin.* 4. *lege* -- Anno MCCVI. vel MCCXI. *& lin.* 7. *post illud* -- In Valle Pesae -- *dele totum usque ad illa verba* -- non abludat.

Pag. 891. *in textu post lineam* 9. *adde*:

MCCLVII.

Anonymi Praetores Montis Iovii, Garzae, & Snli.

Pag. 935. *col.* 1. *lin.* 22. *post illud* -- ut patet -- *addatur* -- Certe non *Villanis* standum in hoc videtur, quum instrumentum confectum anno MCXXXVI. apud *Richam* habeatur *Tom. II. pag.* .t. in quo scribitur: *Actum infra Ecclesiam Sancti Laurentii prope Civitatem Florentiae.* Aliud instrumentum indicans, anno MCLXVII. moenia illac non fuisse perfecta, adducitur *pag.* 962. Nec standum est *Paullini Pierii* auctoritati, quando illi hoc Episcopi *Ioannis* instrumentum obsistit.

Pag. 937. *col.* 2. *Post Bullam Honorii III. inferatur similis Bulla Ioannis Papae XXII. quae ita habet*:

Iohannes Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Priori S. Laurentii Florentinae Civitatis, eiusque Fratribus tam praesentibus, quam futuris, canonice substituendis in perpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefatam Ecclesiam Sancti Laurentii, quae Caput Florentinae Ecclesiae fuisse videtur, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplar fel. record. Nicolai II. Alexandri II. Paschalis II. Alexandri III. Clementis, Lucii III. Coelestini, & Honorii III. Praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesenti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia in praesentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Parochiam vestrae Ecclesiae pertinentem sicut hactenus habuistis; Hospitale quod iuxta Ecclesiam supradictam B. Laurentii situm est cum omnibus pertinentiis suis; Ecclesiam S. Marci cum omnibus pertinentiis suis; Montem S. Laurentii qui ex uno latere proximat terrae S. Ioannis & duabus viis decurrentibus, & ex alio S. Romuli, tertio S. Mariae, quarto decurrit ei Via Regia, cum decimis & primitiis suis; Montem Conii qui de una parte a rivo Tersunula cingitur, ex alio terrae S. Romuli iungitur, a tertia parte S. Iohannis, a quarta decurrit ei via, quae dicitur Subtus, cum decimis & primitiis suis; Citinas S. Laurentii ibi iuxta positas cum decimis & primitiis suis; Abataricum Portae S. Laurentii cum ipsa etiam Congregatione; Ecclesiam S. Bartholomaei sitam in Faltignano cum omnibus pertinentiis suis; & possessiones omnes, quas in eadem Curia possidetis; Ecclesiam S. Andreae in Percussina; quaecumque etiam a praedictis praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus vobis concessa sunt & Ecclesiae vestrae cum privilegiis confirmata similiter roboramus. Sane diebus solemnibus in claustro vel in atrio Ecclesiae Processiones facere, & Missas ad tertiam cantare nullius contradictio vos inhibeat, sed modis omnibus studeatis Omnipotentem Dominum

num glorificare, & saluti animarum vestrarum ipso praestante vigilanter insistere. Prohibemus quoque ut nemini liceat infra terminos Parochiae vestrae sine auctoritate Dioecesani Episcopi & vestro assensu Ecclesiam vel Oratorium de novo aedificare salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Libertates praeterea & immunitates antiquas & rationabiles consuetudines Ecclesiae vestrae concessas & hactenus observatas ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas manere statuimus. Insuper ut non liceat Episcopo vestro in vos vel Ecclesiam vestram sine manifesta & rationabili causa excommunicationis, vel interdicti, sententiam promulgare; sepulturam praeterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati & interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumentur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualiber subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam Ecclesiam temere perturbare vel eius possessiones auferre, ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate & Florentini Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove monita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Pag. 945. col. 2. post illa verba -- aedificatam dicit -- *addatur* -- Sed certius testimonium nobis perhibet instrumentum huiusmodi refectionis, & instaurationis, quod ita habet:

In Dei Nomine Amen. Anno Incarnationis Domini Nostri Iesu Christi 1418. Indict. XII. die 22. mensis Decembris.

In Consilio Populi & die vigesimo tertio mensis eiusdem in Consilio Communis mandato magnificorum Dominorum Priorum Artium, & Vexilliferi Iustitiae, Populi & Communis Florentiae, officio praesidentium praecona invocatione campanaeque sonitu more solito congregatis. Quorum Dominorum, & Vexilliferi nomina ista sunt, videlicet, Bertus Miliani Salvini, Franciscus Zuccberini de Vzano, Bertus Zenobii Berti Rainerii, Duccius Taddei, Duccius Mancini, Iacobus Montii Pugii Ferravechius, Michael Fei Dini Caligarius, Iacobus Francisci Iannis Campsor, Sennus Nicolai Arrigi, Priores Artium, & Franciscus Francisci Pierozzi della Luna Vexillifer Iustitiae. Et per ipsa Consilia in numeris sufficientibus congregata in Palatio Populi Florentini totaliter approbata admissa & acceptata fuit infrascripta Provisio facta & edita super infrascripta petitione & omnibus & singulis in ea contentis per ipsos Dominos Vexilliferum, Gonfalonerios Societatum Populi, & Duodecim Bonos Viros Communis praedicti, & infra proxime annotata & scripta; & provisum & ordinatum fuit, quod in iis, & super iis omnibus & singulis infrascriptis procedatur, observetur, firmetur, & fiat, & firmum & stabilitum esse intelligatur, & sit in omnibus & per omnia, secundum & prout inferius continebitur: cuius quidem, & super ea editae Provisionis tenor talis est, videlicet.

Exponitur cum omni debita reverentia vobis magnif. & potentibus DD. Dominis Prioribus Artium & Vexillifero Iustitiae Populi & Communis Florentiae pro parte Prioris Canonicorum & Capituli S. Laurentii de Florentia, quod ipsi ad honorem Dei decoremque vestrae Civitatis putaverunt dicti S. Laurentii Ecclesiam Civium auxilio ampliare, & pulcherrimis aedificiis reformare, & iam constructum opus designarunt. Et quia Ecclesiae huiusmodi corpus cum Cappellis, Sacristia, & aliis opportunis, ex posteriori parte extendi per longitudinem debet brachiis sexagintaquinque, & per latitudinem centum decem in ordine Cappellarum, & infra spatia antedicta pars cuiusdam viae, quae dicitur La Via de' Preti, in qua multis respectibus continue habitare dignoscitur gens conditionis expressae, famae non commendabilis nec vitae,

&

& ut plurimum alienae nationis;& quaedam plateuncula post Campanile ipsius Ecclesiae, & alia ad Commune Florentiae pertinentia includuntur. Et etiam quia sunt aliquae parvae domus ad privatos spectantes, qui, si repugnantes essent, concepto operi multum nocere possent, cunctorum bonorum residuo ad ipsum Capitulum pleno iure pertinente: & quod ipsi hoc tam sanctum opus Deo, atque mundo, vestraeque Dominationi, honorabile, atque devotum, ad perfectionem non posse deducere dubitantes; quinimmo ut designatum est sine vestrae Dominationis suffragio non valentes; deliberaverunt ad pedes vestrae Magnitudinis recursum habere, & infrascriptum beneficium devotissime postulare, sperantes clementiam vestrae Dominationis eidem esse minime defuturam, tum quia omnes Ecclesias, quas amplitudo vestrae iurisdictionis ambit, semper fuistis beneficiis prosequuti, tum quia Ecclesia haec singulari Consiliorum vestrorum beneficio sub vestra protectione quiescit. Quare vobis praefatis Dominis pro parte praedicta humiliter supplicatur, quatenus vobis eisdem placeat & dignemini opportune providere, & solemniter facere reformari, quod etiam absque aliqua fide aut probatione de vel pro aliquo superius narratorum facienda, vel alia solemnitate servanda, Omnia & quaecumque bona immobilia existentia infra spatia supradicta, etiam ad quemcumque pertinerent, seu cuiuscumque forent, & tam Communis Florentiae, quam cuiuscumque alterius Communis, Collegii, Societatis, vel Universitatis, aut singularis personae etiam cuiuscumque status conditionis & qualitatis existentis, ex nunc, & deinceps in perpetuum intelligantur pertinere, & expectare, & pertineant atque expectent, ad Capitulum antedictum libera pleno iure proprietatis & possessionis, & ipsius Capituli sint & esse intelligantur, & de ipsis bonis possit libere facere velle suum, tamquam verus dominus & possessor eorumdem, omni oppositione, & repugnantia, atque contradictione, cessantibus.

Eo intellecto quod ipsum Capitulum teneatur, & debeat, de valuta ipsorum bonorum ad alium quam ad Commune Florentiae pertinentium, satisfacere domino seu dominis eorumdem secundum declarationem valoris quandocumque faciendam per Officiales Turris Communis Florentiae, aut duas partes ipsorum, aliis etiam absentibus, & irrequisitis, aut praesentibus & contradicentibus, vel quomodolibet impeditis; & huiusmodi declarationi quaelibet partium stare debeat, & per quemlibet observari, omni exceptione remota. Hoc etiam ad omne dubium removendum apposito, quod pro bonis ad Commune Florentiae pertinentibus nulla satisfactio fieri debeat eidem Communi, sed ex dono & liberalitate Communis Florentiae, & amore Dei & Sancti Laurentii; & ad hoc ut dicta aedificatio fiat in Dei honorem atque Sanctorum eius & Civitatis decorem. Et pro ipsis non possit aliquis in perpetuum ad aliquid dandum vel solvendum eidem gravari, inquietari vel molestari in persona vel bonis quoquomodo; super qua quidem petitione & omnibus & singulis in ea contentis ad DD. Priores, & Vexilliferum, habita super praedictis & infrascriptis omnibus, & singulis, invicem, & una cum Officialibus Gonfalonierorum Societatum Populi, & Duodecim Bonorum Virorum dicti Communis deliberatione solemni, & demum inter ipsos omnes in numeris sufficientibus congregatos in Palatio Populi Florentini praemisso & facto solemni & secreto scrutinio ad fabas nigras, & albas, & obtento partito secundum formam Statutorum & Ordinamentorum dicti Communis, eorum proprio motu pro utilitate Communis eiusdem, & omni modo, via, iure, & forma, quibus magis & melius potuerunt, providerunt, ordinaverunt, & deliberaverunt die vigesimo mensis Decembris anno, millesimo quadringentesimo decimo octavo Indictione XII. quod dicta petitio & omnia & singula in eo contenta procedant, firmentur, & fiant; & firma & stabilita esse intelligantur & sint; & observentur, & observari & executioni mandari possint & debeant in omnibus, & per omnia, secundum petitionis eiusdem continentiam & tenorem.

Non obstantibus in praedictis vel aliquo praedictorum aliquibus Legibus, Statutis, Ordinamentis, Provisionibus, Reformationibus, Consiliorum Populi, & Communis Florentiae, obstaculis seu repugnantiis quibuscumque, etiam quantumcumque derogatoriis poenalibus vel praecisis, vel etiam si de eis vel de ipsorum aliquo debuisset, vel deberet, fieri specialis mentio & expressa, quibus omnibus intelligatur esse, & sit, nominatim & expresse specialiter ac generaliter derogatum, & quod pro praedictis.

Ego Ioannes olim Petri de Stia Imperiali auctoritate Iudex ordinarius, Notariusque publicus Florentinus, Coadiutor spectabilis Viri & egregii LL. Doctoris D. Philippi Andreae Balduccii Officialis & Scribae Reformationum Consilio-

filiorum Populi & Communis Florentiae, praedicta omnia, & singula ex libris dictarum Reformationum in Palatio soprascripto penes dictum Dominum Philippum existentibus fideliter sumpsi, scripsi, & publicavi, ideoque me subscripsi & signum meum apposui consuetum, die quinto Iunii anni 1452. Indict. XV.

Apparet ad Introitum Camerarii Capsettae Scribanorum Montis Commonis Florentiae, Priorem, & Capitulum Ecclesiae S. Laurentii de Florentia solvisse die 5. Iunii Anni 1452. Camerario pro dicto Communi recipienti pro habendo de novo in publicam formam praesentem Provisionem florenum unum auri, prout die tertia Iunii supradicti taxatum fuit per Dominos & Collegia solvere debere.

Ego Iohannes Petri Notarius Coadiutor suprascriptus ad fidem subscripsi.

Pag. 946. col. 2. in Bulla Nicolai II. lege -- at domesticis fidei maxime, &c.

Pag. 947. col. 1. in Bulla Nicolai II. lege -- quatenus in suo domini aula dedicata, &c.

——— *col. 2. lege -- Indictione XII.*

Pag. 951. col. 1. lege -- anno iam MCXXXI. Rector S. *Lucae, &c. & ex intervallo, lege -- Anno MCXXXI. Sacerdos quidam Vallis Pesae, &c.*

Pag. 952. col. 2. Post illud -- cum nomine Episcopi confudisse -- *deleantur omnia quae sequuntur, usque ad aliam Adnotationem signatam a.*

Pag. 954. in textu, lege -- qui non tantum Ecclesiam S. *Iacobi* obtinuere, &c.

Pag. 961. col. 2. ubi de Seragio agitur post illud : nos dicimus *Serraglio -- addatur* -- Sed vere locus fuit septus, in quo ferae bestiae custodiebantur, qui commemoratur etiam *pag.* 1461. Idque intelligitur ex *Ricordano Malaspina Cap.* CLIX. CLXI.

Pag. 968. in textu -- post illud -- munifice donavit -- *legatur : & Lambertus* ac *Gerardus* Episcopi ei confirmaverunt. Non tamen ita, &c

Pag. 973. col. 2. linea penultima, subple -- libere apprehendere & retinere ac in eorum, &c.

Pag. 983. col. 2. lin. 2. post illud -- haesisse -- *addatur* : Ecclesia quaedam S. *Michaelis Berseldae* pro qua post annum DCCCCI. *Leopardus* Abbas Nonantulanus ordinationes quasdam scripsit, memoratur apud *Muratorium Tom. V. Antiquit. Italic. pag.* 674. Verba excerptorum Catalogi Tabularii Nonantulani sunt sequentia : *Lausidum excepit Benedictus Abbas a Monachis electus eodem anno DCCCIC. Sub hoc Abate Ludovicus III. Rex Diplomate suo rata esse omnia iubet, quae Monasterio Nonantulano a Regibus donata fuerant, &c. Datum est Diploma Papiae Kalend. Iunii anno Christi DCCCCI. Quo eodem anno habeatur ordinationes quoedam pro Ecclesia Sancti Michaelis Berseldae ipsius Leopardi Abbatis manu scriptas.* Locus hic profertur a *Muratorio* mutilus & confusus ; nam quum *Benedictus II.* hic sit Abbas XV. integrum *Leopardi* Abbatis XVI. articulum non profert, sed cum praecedenti miscet, & nulla distinctione confundit, transitque deinde ad *Petrum* III. Abbatem XVII. nullo titulo Abbatis XVI. praemisso. Hinc non constat, quo anno *Leopardus* Abbas creatus fuerit, aut quando *Benedictus II.* mortuus sit ; sed certe *Leopardus* ante annum DCCCCIX. Abbas constitutus fuerat : quare illud -- *Quo eodem anno, &c.* non debet referri ad annum DCCCCI. quo datum fuit Diploma *Benedicto II.* sed ad alium annum ignotum, quo iam *Leopardus* Monasterio Nonantolano Abbas praeerat. Cognomentum illud *Berseldae*, seu *Bertheldae* (nam *Theta* ot S pronunciabant) mihi subspicionem iniicit, illam Ecclesiam Florentinam S. *Michaelis*, quae ad Monachos Coenobii Nonantulani pertinebat, ut videre est *pag.* 542. 543. vere Ecclesiam S. *Michaelis Bertheldae* fuisse, quod & citata *pag.* 543. iam subspicatus eram. Verum equidem est *Ioannem Villanium lib. VIII. cap. CLIV.* memoriae prodisse, Ecclesiam Sancti *Michaelis in Horto* fuisse Monasterio Nonantulano subiectam; cuius auctoritatem sequuti sunt *Meliorius pag.* 540. & *Ioseph. Richa Tom. I. Eccles. Florent. pag.* 29. sed forte *Villanius* falsus est, & quod de Ecclesia S. *Michaelis Bertheldae* dicere debuit, de Ecclesia Sancti *Michaelis in Horto* pronunciavit. Nam licet *Meliorius* scribat, se legisse Bullam *Innocentii III.* anno MCCIX. datam, qua Pontifex ille confirmabat Monasterio Nonantulano Ecclesias *S. Felicis*, *S. Mariae* in Mamma, & S. *Michaelis iatus Florentiae*; tamen inde argui non potest, Pontificem illum Ecclesiam S. *Michaelis in Horto* denotare voluisse ; quum anno MCCIX. Ecclesia S. *Michaelis Bertheldae*, non minus intra Vrbem esset, quam Ecclesia Sancti *Michaelis in Horto*, quae olim destructa fuit, & in eius situm anno MCCLXXXIV. Forum frumentarium constitutum est. Idem dici potest de Epistola *Innocentii IV.* anno MCCXLVIIII. ad Florentinos datam, qua Populum Florentinum hortatur, ut Ecclesiam S. *Michaelis* Florentiae, & Castrum Sancti *Martini* in Valle Arni Superiori, Coenobio Nonantulano restituat. Nec obstant verba *Caroli Magni* relata *pag.* 542.

con-

constituentia *in Civitate Fesulana* (hoc est Florentiae) Monasterium S. *Michaelis*, quod certe extra Vrbem tunc erat ob eius vastationem a Gotthis & Langobardis factam ; nam vel ita loquutus est, quod olim Romanis temporibus intra moenia exsisteret; vel minus proprie verba usurpavit, ad proximitatem Vrbis denotandam; nam Monasterium quoque S. *Miniatis* in Monte, in Civitate Florentiae esse dicit, quum in vicinia tantum positum sit. Quod si vera *Villanius* tradidit, tunc dici posse videatur, non minus ad Monasterium Nonantulanum spectavisse Ecclesiam Sancti *Michaelis Bertheldae*, quam Ecclesia S. *Michaelis in Horto* pertinuerit. Insuper *Carolus Magnus* non Ecclesiam, sed Monasterium vocat, eo quod Clerici canonico instituto in commune in ea viverent ; quod quidem de Ecclesiam Sancti *Michaelis Bertheldae* constat; non autem liquet de altera S. *Michaelis in Horto* Ecclesia, licet & ipsa olim Paroeciam habuerit. Quin ipse crediderim, Ecclesia S. *Michaelis* verum Monachorum Monasterium fuisse, ut Sancti *Miniatis* Ecclesia erat; nam *Carolus Magnus* pari Monasterii vocabulo utramque insignivit ; non alio & alio certe significatu. Cur autem *ordinationes quasdam* pro Ecclesia S. *Michaelis Bertheldae* scribere *Leopardus* Abbas Nonantulanus voluerit, si minus Monachi ei subiecti in illa Ecclesia manebant? Insuper Ecclesiam hanc Praepositus *Azo* anno MXL. regebat, qui Coenobio Nonantulano adhaerebat, ut *pag.* 543. videre est: Monachorum autem non aliter ac Clericorum moderator, vel Prior, vel Praepositus, adpellabatur. Sed omnia in medium relinquo, & hanc litem meam non facio.

Pag. 983. *col.* . *corrige legens* : Anno 1255. pridie Nonas Septembris &c.

Pag. 990. *in textu, lege* : *Leonis* XI. nomen adsumsit.

Pag. 1006. *in textu, post illa* -- *Iacobus Bingerii de Tornaquincis* MCCCXVIII. -- *subiiciatur* -- *Scarpa, Rainaldi F. Lotheringhius* anno MCCCXXII. -- Hic Sancti *Stephani* Prior habetur in sequenti Epistola *Ioannis* XXII. Pont. Max. quae in Regesto Vaticano est DLXXVII.

Iohannes Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri . . . . Episcopo Fesulano salutem & Apostolicam benedictionem. Petitio dilecti filii Scarpae nati dilecti filii Raynaldi Lotheringhi de Florentia familiaris nostri Prioris saecularis Ecclesiae Sancti Stephani ad Pontem Florentinum nobis exhibita continebat, quod ipse, suae receptionis tempore, litterarum nostrarum auctoritate, ad Prioratum suum Ecclesiae supradictae, iuravit ipsius Ecclesiae Statuta, tunc sibi non exposita nec ostensa, inviolabiliter observare. Verum Statutis praefatis sibi postmodum patefactis, recepit per eadem, quod singuli eiusdem Ecclesiae Canonici, qui quinque dumtaxat numero existere dignoscuntur, idemque Prior, sub Camerariatus nomine bona & redditus Ecclesiae memoratae vicissim annis singulis administrant, propter quod eidem Scarpae administratio libera bonorum ipsius Ecclesiae contra sanctiones canonicas & consuetudinem eiusdem Ecclesiae approbatam hactenus, ac etiam observatam, est penitus interdicta ; nec modus administrationis huiusmodi per proximum Praedecessorem suum extitit observatus. Vnde cum per administrationem huiusmodi eiusdem Ecclesiae bona inutiliter distrahantur, nec ipse Prior, Statuto durante praefato, proficere valeat Ecclesiae memoratae; dictus Prior nobis humiliter supplicavit, ut sibi & eidem Ecclesiae providere de opportuno remedio dignaremur. Nos itaque ipsius Prioris supplicationibus inclinati, ac de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, Fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus de praemissa consuetudine & aliis supradictis simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, te informes, & si rem inveneris ita esse, & aliud canonicum non obsistat, dictum Priorem ab ipsius Statuti observantia, & iuramenti vinculo, quo ad observantiam eiusdem Statuti tenetur astrictus, auctoritate nostra absolvas, eadem auctoritate decernens, Statutum non tenere praedictum, & administrationem plenam & liberam bonorum & redditiuum Ecclesiae antedictae ad ipsum Priorem plenarie pertinere, ita tamen quod praelibatus Prior communem mensam, & praebendas, ac redditus alios, eisdem Canonicis administret, sicut est hactenus fieri consuetum ; & residuum eorumdem in utilitatem convertat Ecclesiae memoratae, & alias de illo disponat iuxta prudentiam a Domino sibi datam. Non obstantibus praedicto, & quibuslibet aliis Statutis, & consuetudinibus contrariis ipsius Ecclesiae, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem ; contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Avenione Idibus Martii Pontificatus nostri anno sexto.

Episenpus Faesulanus tunc erat *Tedicet Neri F. Altoctius*, Florentinus, qui anno MCCCXII. ad Sedem Faesulanam adsumptus est, anno vero MCCCXXIX. obiit.

Pag. 1012. *col.* 2. *dele illa* -- sed forte pro *Canaparia &c. usque ad* -- Ecclesia autem -- *& substitue* : sed vere Canaparia in Mucillo est, Montem Cuculi versus, ubi est fons, qui *Fons Canaporiae* adpellatur.

Pag. 1018. & 1023. quod de Carmelitis dicitur in Monasterio *S. Mariae* Reginae Coeli considentibus, corrigendum puto; nam S. *Antoninus Tit. XXII. Summae Histor. Cap. X. §. V.* de *Eugenio IV.* loquens varia Monasteria Florentiae subprimente, ita scribit: *Monasterium Chiariti, id Eremitanis de observantia elargiendo, licet postea dicti Fratres auctoritate Apostolica ad Ecclesiam Sancti Barnabae transierint.* Eremirani de observantia esse videntur Augustiniani Coenobii Sancti *Galli*, nisi *B. Antoninus* hoc nomine Carmelitas Coenobii Silvarum intellexerit, qui tunc quasi eremiticam vitam in Coenoblo illo solitario ducebant.

Pag. 1037. *& seqq. in textu ita lege*: Vetus Omnium Sanctorum Ecclesia ab Septemtrione extendebatur, & fronte ad Meridiem spectabat, ut etiam in praesens cernitur; nisi quod frontispicium recentius est. Ceterum parietes laterales extrinseci antiquam adhuc formam retinent, nisi quod veteres fenestrae obstructae sunt, & aliae novellae ampliores earum loco apertae fuere. Quadrato lapide tota constructa est, sicut & turris campanaria, Ecclesiae, ut videtur, contemporalis. Antiquarum fenestrarum una tantum teserata superest, quae in partis transversae fine, Occasum versus, adhuc visitur, quaeque ad Interiores Coenobii porticus respicit. Aediculae seu Capellae, quae in tractu Ecclesiae transverso erant, plures adhuc supersunt, nisi quod renovatae & ornatae sunt. Locus, ubi modo princeps Altare surgit, duarum spatium occupat. Per quatuor vero Capellarum tractum Ecclesiae amplitudo dilatatur, quae aliis ornatibus recentiori aetate decorata fuit. Antiquae Ecclesiae fornicum &c.

Pag. 1050. *in textu dele illa* -- mirum est in hac tabula &c. *usque ad* -- Quum huius Monasterii &c.

Pag. 1053. *col.* 2. *lin.* 2. *post illa* -- Hactenus Lex -- *adde* -- Sed in earumdem Constitutionum Libro pariter IV. *Part. ultim. Rubrica* XXXVI. ita de Humiliatis statuitur:

Cum Fratres Humiliati Omnium Sanctorum de Florentia cotidie quasi labores tollerent, & incommoda & expensas in servitium Populi & Communis Florentiae, & maxime in retinendo Officiales ipsius Communis Populi, qui ad condendum Leges, & Statuta, & faciendum alia negotia Populi & Communis eiusdem deputantur, ad egestatem venerint, provisum & ordinatum est, quod nulla libra, imposita, factio, praestantia, vel aliquod onus personale vel reale imponatur indicatur vel fiat eisdem directe vel per obliquum; & si impositum indictum vel factum fuerit, vel imponeretur indiceretur seu fieret, non possint, & non debeant, in personis vel rebus ipsi vel eorum Inquilini coloni vel livellarii cogi gravari vel molestari, aut quomodolibet imponi vel exigi per Commune Florentiae vel aliquos Officiales vel Exactores ipsius Communis praesentes & futuros, vel alios quoscumque pro ipsa libra imposita factione praestantia vel onere, sub poena librarum ducentarum florenorum parvorum gravanti vel molestanti, imponenti vel exigenti praedicta vel aliquod praedictorum, & quolibet iure per Commune Florentiae auferenda.

Pag. eadem col. 2. *post illa* -- Monasterium Senense -- *addatur* -- Praeterivi quoque Coenobium Sancti Torpetis, quod Pisis exstabat; quodque subpressum Coenobio item subpresso Sanctae *Mariae* Ciculi adnexum est; aliaque silentio &c.

Pag. 1055. *in Inscriptione lege*:
SANCTES ASSETTATIVS.

Pag. 1067. *in textu, lege* -- prope hanc Ecclesiam, & circa Plateam, Suburbia habitatoribus frequentia quoque fuisse oportet; nam Turres vetustissimae in vicinia adhuc spectantur, & quae Romana &c.

Pag. 1070. *col.* 1. *dele illa* -- *Locus adhuc Florentiae exstat non procul a* Sancto *Felice in Platea, qui* Cava *vocatur.*

Pag. 1087. *col.* 2. *lin.* 8. *post illa* -- *Tom. IV. pag.* 295. -- *addatur* -- Sed monumentum ipsum, quod ipse ex archetypo in Archivo Sanctae *Mariae Novellae* adservato descripsi, in medium proferamus:

Cum Monasterium Sororum Sancti Iacobi de Ripolis de Florentia dictum, preceptum fuerit olim per Fratrem Ioannem de Colupna Priorem actualem nostrae Romanae Provinciae de mandato Summi Pontificis, & mandato etiam Fratris Ioannis Magistri Ordinis, sub cura, custodia, & correctione Ordinis praedicti, & postmodum a cura prefati Monasterii & correctione, ac aliorum Monasteriorum, per Summum Pontificem Ordo noster fuerit absolutus; procedente tandem tempore, per Summum Pontificem, habito consilio & deliberatione cum suis Fratribus, nobis commisit atque mandavit, ut de predicto Monasterio, & aliis, ordina-

te-

remus quod nobis utile & honestum videretur. Et nos auctoritate nobis commissa, habita etiam super hoc allocutione Magistri Ordinis, predictas Sorores de Ripolis recipi mandavimus, & secundum statum pristinum sub custodia, & correptione Ordinis custodiri ..... Ordinis viventes Capitulo Parisius ordinaverunt, sicuti cum Generali, ut quae per Magistrum alium receptae fuerant, reciperentur, & retinerentur; nunc iterato caritati vestrae, de qua fiduciam gerimus pleniorem, predictum Monasterium in statum pristinum per nos redactum duximus commendandum, auctoritate qua fungimur vobis in virtute obedientiae iniungentes, quod ob reverentiam Sedis Apostolicae, & nostram, Sorores ibi degentes sub vestra omnimoda cura, custodia, & correptione, iuxta formam, & mandatum Domini Innocentii PP. IIII. suscipere & retinere velitis; & tam per vos, quam per Fratres alios, quos ad hoc idoneos esse videritis, regularibus disciplinis ac salutaribus monitis iuxta vestri Ordinis instituta perinstruere procuretis. Prescriptus Magister, & Diphinitores Capituli Generalis nuper apud Florentiam celebrari, quos super hoc rogavimus, consenserunt, in quorum ..... Datum Viterbii idus Octubris Pontificatus Domini Alexandri Pontificis IIII. anno tertio.

Pag. 1089. 1090. *& seq. in textu lege* -- Hic Parthenon primum constructus fuit extra Vrbem, & Portam Verzareae, seu Sancti *Frigidiani*, in loco, qui *Monticelli* vocatur; deinde translatus est extra Portam Sancti *Petri Cattolini* non procul a via, quae Senas ducit, in clivo montis, qui nunc *Podium Imperiale* vocitatur; & locus exstabat inter recens Monasterium S. *Mariae Pacis*, & viam, quae ad Praetorium Podii Imperialis recta ducit. Hunc autem aedificavit, vel potius ut aedificaretur fategit, *Octavianus Vbaldinius* &c. Haec tamen omnia corrigi etiam facile poterant ex iis, quae late differui superius pag. 1382. de hoc Parthenone Monticellorum iterum agens.

Pag. 1116. *lin.* 1. *&* 2. *in textu post illa* -- Sancti *Benedicti* servabant -- *addatur* -- nisi aequivocatio aliqua hic inrepsit, eo quod *Pinnocheri* illi domini & patroni erant alterius Ecclesiae Sanctae *Martae Magdalenae*, sitae in loco Cafagioli dicto Novello, quam Frater *Bartolomaeus Hugonis* construxerat, & anno MCCCXII. Fratribus illis de Poenitentia concesserat. Verumtamen Frater *Blasius Folchieri*, ex illorum corpore, huius accedente consensu, omne ius suum super hanc Ecclesiam in *Andream* Monasterii Sancti *Salvatoris* Septimi Abbatem, anno MCCCXXIII. transtulit. Ecclesia haec erat in Paroecia S. *Michaelis Vicedominorum*, & confinia habebat, viam publicam, Xenodochium Sancti *Paulli* in Pinti, fundum *Melioris Guadagni*, & fundum *Bartholomaei Hugonis*. Quamquam vero *Rinuccius* &c. De hisce omnibus consulendus *Ios. Richa Tom. V. pag.* 290. 291.

Pag. 1117. *col.* 2. *post verba illa* -- in Protocollo citato *pag.* 20. -- *addatur* -- Vereor tamen ne Monasterium S. *Lucae* idem sit, ac Monasterium Crucis, & Collis. --

Pag. 1118. *in textu, post illa* -- hoc nomen extensum fuisse -- *addatur* -- Parthenon etiam Sancti *Lucae*, *de Cruce de Via* adpellatur; & *Brocardiorum* Xenodochium, *Sancti Michaelis de Cruce de Via* nomine denotatum fuit. Non refragabor tamen &c. De hisce consule *Richam Tom. V. pag.* 320. 322.

Pag. 1119. *in textu, linea ultima, lege*: Carmelitas.

Pag. 1136. *col.* 1. *lege*: Sancti *Stephani* de Tizzano.

Pag. 1137. *col.* 1. *lege*: Sancti *Nicolai* de Ferralia.

Pag. 1139. *in texta post illa* -- cui cura illa demandaretur -- *addatur* -- Melius tamen dicendus videatur Hospitalarius Monasterii S. *Miniatis* in Monte, in quo Episcopus Florentinus Palarium habebat, in quo saepe morabatur. Xenodochium Sancti *Ioannis* &c.

Pag. 1147. *in texta post illa* -- annexum fuit -- *addatur* -- anno MCCIIC. a *Francisco Monaldeschio* Episcopo, ut *Iosephus Richa* auctor est; a qua deinde &c.

Pag. 1155. *in textu lege* -- a *Clemente IX.* Pont. Max.

Pag. 1156. *in texta post*: translatis -- *lege*: quod quidem anno MDLII. vel circiter contigisse deprehenditur, quum post annum obsidionis vel in Monasterio Sancti *Salvatoris* Camaldulensium, vel in domo, quae modo ferarum bestiarum claustrum & custodia est, in Platea Sancti *Marci*, hactenus permansissent: quum itaque, inquam &c. De hisce omnibus consulendi *Meliorius pag.* 247. 372. *Pocciantius pag.* 154. qui in aliquibus differt, quique *pag.* 145. tradit, Sanctimonialibus hisce concessam fuisse Ecclesiam & Monasterium Sancti *Salvatoris* Camaldulensium, quod evenisse anno MDXXX. *Farulius* in *Historia S. Mariae Angelorum* evenisse *pag.* 186. scribit, & ex illo eas discessisse anno MDL. ob munimenta, quae per ea loca construi voluit *Cosmus I.* Magnus Etruriae Dux. Consulantur lau-

laudati *Pocciantius*, & *Farulliue*, paginis citatis.

Pag. 1156. *in textu*, ubi dixi Sacerdotes Congregationis S. *Salvatoris* Coenobium *Iesuatorum* ad Portam Sancti *Petri Cattuarii* emisse, mire falsus sum; & locus totus delendus est. Nam vere Coenobium illud compararunt Clerici alterius Congregationis, quae scilicet est Congregatio Clericorum Ecclesiae Sancti *Salvatoris* Archiepiscopali Palatio haerentis, qua de agitur *pag.* 7. *&* 8. libelli, qui inscribitur: *Prospetto ovvero Disegno dell' unione che parrebbe potersi fare fra il Collegio Eugeniano, ed il Seminario Fiorentino &c.* & a *Iosepho Richa Tom. VI. pag.* 349. 350. 351. qui scribit, hanc Congregationem anno MDCLXVIII. initium habuisse.

Pag. 1158. *in textu, lege & corrige* -- Sancti *Petri Maioris*.

— *in textu, lin.* 12. *dele sequentia*; ubi *Ferlausa &c. usque ad* omnino.

Pag. 1173. *in textu, linea antepenultima lege*: Hospitio seu Monasterio Amadeorum, qui Minoritae erant, S. *Pii V.* iussu Minoritis ab Observantia deinde uniti, nunc Capuccinorum Coenobio &c.

Pag. 1175. *col.* 2. *lege*: *Silvanus Ractius Tom. I. Vitur. &c.*

Pag. 1176. *Literae, quae Adnotationes signant, & ipsae Adnotationes male dispositae ac confusae sunt. Disponito sic*: *nota* b, *esto* e: *nota* c, *esto* b: *nota* d, *esto* c: *nota* e, *esto* d.

Pag. 1177. *in textu, lege*: Sancti *Onuphrii* a Fulg. &c.

Pag. 1180. *in textu, lege*: Monasterium Sancti *Mineatis* Monasterio Sanctorum Apostolorum & Sancti *Silvestri* Nonantulae &c.

Pag. 1196. *in textu, lege* -- *Gregorius XI.* Pont. Max. anno MCCCLXXIII. concessit &c.

Pag. 1207. *in textu, linea* 5. -- *lege* -- vel anno MCLIII. subscepit.

— *linea* 23. *lege* -- fundum Casiolae & curtem cum sua domo ad Sextum positam, & curtem Alemacchie cum Xenodochio &c.

Pag. 1212. *col.* 2. *lin.* 1. *lege* -- Datum Laterani.

Pag. 1214. *in textu, lin.* 6. *post illa* -- prudenter concessit -- *adde* -- confirmans etiam indulgentias ab *Ardingo* Episcopo praedecessore suo concessas. Vetusti &c.

Pag. 1220. *in textu, lin.* 3. *lege* - quae *B. Bernardo* Abbati sacra esset, solum quidem &c.

Pag. 1228. *in textu, lin.* 1. *lege* -- anno MLXXXVII.

Pag. 1232. *col.* 1. *lege* -- aut aquis copiosior &c.

-- *dele* Notam *signatam* d *totam*; *nam mendax est*.

Pag. 1236. *in textu deleantur illa* -- An Xenodochium hoc &c. *usque ad* Quin & Xenodochium Caprariae &c.

— *col.* 1. *lin.* 5. *lege* -- Consule superius *pag.* 1210. 1211.

Pag. 1238. *in textu, lin.* 4. *lege* -- Anno MCCXVII. NN.

Pag. 1335. *col.* 2. *lin.* 9. *lege* -- *Rescitino Direscens*.

Pag. 1363. *col.* 2. *lin.* 32. *lege* -- in Plebatu S. *Laurentii* de Miransù, X. M. circiter passus Florentia distans &c.

Pag. 1380. *in textu, lin.* 6. *dele illa* -- Vbique salebrae &c. *usque ad totum* -- relinquo -- *& subde ac substitue* -- Post tot coniecturas, post tot Inquisitiones, post dubia tot, veritas tandem investiganti extemplo adfulsit. Nam quum *Annalium Camaldulensium Tomum* III. evolverem legeremque, ex eo didici Monasterium Sanctae *Mariae Foris Portam*, Coenobium esse Camaldulensium Monachorum extra Portam Faventiae olim situm, licet in praesens intra moeniorum ambitum conclusum sit. Nil autem mirum, si *Guido* Abbas huius Monasterii fundos & possessiones iure emphyteutico ab Episcopatu Florentino teneret, quum Mucillum, ubi tot ac tanta bona Episcopatus hic possidebat, Agro sit Faventino conterminum. Monasterii igitur S. *Mariae Foris Portam* documenta habentur *Tom. III.* laudato *pag.* 178. & in eius Appendice *pag.* 40. *&* 275.

Pag. 1396. *in textu, lin.* 10. *lege* -- Adveniens anno MCCXIX.

Pag. 1493. *in textu, lin.* 2. *lege* -- Ecclesiae Sancti *Eusebii &c.*

MANTISSA ALIA.

Pag. 908. *in textu, post illa verba*: in antecessum loquutus sum -- *addatur* -- Sed & Turrim Montis Acutuli in Paroecia S. *Alexandri* Vitiliani praeterivi, pro cuius custodia certam tritici mensuram quidam Paroeci Episcopatui Florentino solvere quotannis tenebantur.

Nec indictum relinquendum est Castrum Casularum, vulgo *Casole*, in eadem Paroecia, cuius, & iurisdictionis illius, partes duodecim; & Castri Montis Acuti in Alpibus, atque eius iurisdictionis, partes sex; *Beringherius*, & *Spagnolus de Golfis*, ut videtur, Episcopatui Florentino donaverunt. Hinc quidam a Casulis se *Ardingo* Episcopo subiectos dicto sacramento professi sunt, & in Monte Lombardo moraturos, & cum peditibus & equitibus, ubi opus fuerit, ad eius iussum praesto futuros -- De hisce omnibus constat ex *Regesto Episcopatus* superius *pag.* 185. 186.

FIRENZE - BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
PROGG. - 2.2.158 II° (301)
RESTAURO - 1998
LABORATORIO - RAIMONDO MILIO
RESTAURATORE PROGETTISTA - CLAUDIO MONTELATICI

SINTESI DELLE OPERAZIONI EFFETTUATE:

controllo numerazione, pulizia a secco con pennello morbido, risarcimento con montaggio a scarnire con carta giapponese di adeguato spessore e colore, Vanrow, velatura con velo giapponese 502 e Tylose MH300P al 2%, carte di guardia Ingres struttura F, cucitura su n. 3 nervi di spago, indorsatura con tela di mussola e pelle di capra scarnita, capitelli cuciti su anima di spago e fili di lino neutro e colorato, incartonatura dei quadranti in cartone accoppiato al durevole, nuova legatura in piena pelle di capra al vegetale (Scaricaciottoli) con dorso attaccato, adesivi Tylose MH300P e Vinavil 59 al 15%.

COLLAUDATORE
DATA DEL COLLAUDO